

II.
2-34-7687



2 400 40 *Cherbourg* MADE IN FRANCE

Del. Alleg. de la Comp. de 1753 de l'gram.
Be
178615

DIVI
HILARII PICTA-
uorum Episcoporum, quotquot extant
OPERA,

*Nostro ferè seculo litteratorum quorundam non auctori labore conquista, & ad plura
exemplaria collata: nunc tandem accuratissime a mendis & censuris nonnullorum
male affectorum, ad sensum verae pietatis restituta.*

Horum Catalogum versa pagina indicabit.

Accessit geminus Index locupletissimus.




*La comision de los D^{os} Inquisidores
y corregidores este libro conforme
al expugatorio del año de 1532.
gran. 5. mayo 4. de 1632. por
años de 1640.
Diego de Ruben*

PARISIIS,
Apud Sebastianum Niuellium, via Iacobæa, sub Ciconiis.

M. D. LXXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



Sub Alleg. de la Comp. de 1533 de Gram.

Be 17/8615

DIVI HILARII PICTA-

uorum Episcoporum, quotquot extant

OPERA,

*Nostrò ferè seculo literatorum quorundam non mediocri labore conquista, & ad plura
exemplaria collata: nunc tandem accuratissime a mendis & censuris nonnullorum
male affectorum, ad sensum verè præteritis restituta.*

Horum Catalogum versà pagina indicabit.

Accessit geminus Index locupletissimus.



*La comision de los J^{tes} Inquisito-
res corrigi este libro conforme
al expugatorio del año de 1532.
gran. 5. onab. 4. de 1632. por
año de 1640*

Diego de Ruben

PARISIIS,
Apud Sebastianum Niuellium, via Iacobæa, sub Ciconiis.

M. D. LXXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



CATALOGVS EORVM QVAE

IN HOC VOLVINE CONTINENTVR.

De vita sancti Hilarij	} per	{ Ioan. Gillotium Commentatio,	
		{ D. Hieronymum, ex Catalogo scriptorum.	
		{ Fortunatum, lib. 2. quibus epistola & hymnus ad Abram subiiciuntur.	
		{ Gregorium Turonensem, ex ipsius lib. 2. in glor. confess. cap. 2.	
		{ Petrum Damianum, de translatione sancti Hilarij Sermo.	
D. Hilarij Pictaunorum episcopi De Trinitate lib. xij.			pag. 1
Eiusdem aduersus Constantium vita defunctum lib. j.			112
Ad Eundem lib. j.			118
Idem, ad eundem, lib. j.			119
Auxentij epistola.			123
Eiusdem aduersus eundem Auxentium Mediolanensem lib. j.			121
Eiusdem Hilarij de synodis aduersus Arianos lib. j.			123
Commentarij in euangelium Matth.			139
Commentarij in plerosque psalmos.			185
Hilarij, Arelatensis episcopi, epist. ad D. Aurelium Augustinum			363
Altera eiusdem ad eundem.			365
Eiusdem carmen in Genesim, ad Leonem j.			366

CLARISSIMO ERVDITIS

SIMOQVE VIRO D. PHILIPPO BELIN

PONTANO, AEQVISSIMO TRECENSIVM

suppraefecto, Domino suo singulari Ioannes

Gillotius Campanus. S. P. D.



V M in meas manus nuper devenisset D. Hilarius, Pictaunorum episcopus, editus Baileæ, primum coepi, quod in alijs scriptoribus plerunque facere soleo, præfationes operibus præfixas excutere: vt quid de hoc auctore eiusque scriptis censuissent, quid præstitissent illi qui se magnis sudoribus olim emedasse, & veram eius vitæ historiam non ita pridem collegisse profitebantur, agnoscerem. In his autem excutiendis occurrerunt permulta suspecta, & pietati catholicæ mirum in modum noxia, quæ prorsus à Christianis lectoribus abijcienda videbantur. Nam qui primam contexit, & edidit ante annos quinquaginta, & si non tam aperte vanissimis contumeliosisque digressionibus, quas gratiosis excusationibus inuoluit, suos errores detegat, tamè quasi fenestram, qua plures hereses sunt deinceps introductæ patefecit, bacillumque, cui postea sunt innixi perditissimi nostrorum temporum hæretici, porrexit. In altera verò, quæ vulgata est anno superiore, ita se prodit is qui scripsit, vt statim, sicut ex vultu Æthiopæ, agnoscas hæreticum esse: nec sit opus, quod tradit Irenæus, mare totum ebibere, vt falsum esse scias, sic nec totam præfationem percurrere, vt de hominis impietate iudices. Nam præter quod, dum se referre ex probatis auctoribus, adhibitis ipsorum verbis, verum Hilarianæ vitæ compendium mentitur, ijs perperam intellectis aut violenter detortis, multa sanctissimo viro imponit falsissima, & ab omni historiarum veritate alienissima. Digressus etiam à proposito manifestum odium exercet in summum Pontificem, quem non solum acerbissimis conuitiis afficit, contumeliisque insectatur, sed etiam potestatem, quam is à Deo in terris accepit, aggreditur & euertere conatur. Nec ijsce contentus, addit ille bonus vir Hilarium permisisse matrimonium Canonicis Pictauiensibus, & instituisse, scilicet, ne Sanctorum imaginibus in templo ipsi sacro Pictaui locus sit. In quorum altero vt commentum est falsissimum à quodam apostata, qui à celibatu resilens, quem in sacerdotio vouerat, ad coniugium pertransiit ex cogitatum: sic in altero apertissima est fraus & impostura, quæ non auditu, sed oculatissimis testibus refelli possit. Ecquænam ista audacia sanctissimis veterum patrum operibus, præfationes tam profanas & impias præmittere? Quænam impudentia venerandam illorum gloriam scelestissimis calumniis infamare? Quænam fallacia, quod nunquam illi senserint imponere? Hac nimirum committione suis nugis fidem conciliare, hac impietate vera falsis offundere, hoc imposturæ genere lectores incautos in suas hæreses allicere contendunt. Sed Romanæ inquisitionis ex decreto Tridétini concilij delecti patres, cum tanto huic malo quam maximè cuperent occurrere, tales ineptias in damnatorum librorum indicem retulerunt, ipsosque auctores quantumuis Ecclesiasticos, quousque à suspectis erroribus repurgentur, prohibuerunt, & à Christianis ne legerentur, venterunt. Quod cum Bibliopolis, viris catholicis, & in cudendis veterum pa-

trum laboribus addictissimis aperuissim, illi continuo rogarunt me, vt non tantū maledicas, futiles & contumeliosas præfationes, quoniam ita patribus inquisitionis visum esset, rescinderem, verū etiam omnes ipsius Hilarij lucubrations percurrerem: vt si quid aliud expungendum aut restituendum videretur, id, in studioforum gratiam, & totius ecclesiæ Christianæ commoditatem, præstarem. Quorum votis cum annuissim, me quoque non ingrati operam nauaturum, imò rem vtilissimam facturum existimaui, si, ne quid postea desideraretur, omnia scripturæ sacræ testimonia, quæ à D. Hilario citantur, lateri marginum apponerem, quæ quidem mihi magno labore conquirenda fuerunt, quod communi nondum recepta translatione, ipse sua priuata, quæ nostris, vt appellant vulgo, Concordantijs sæpius non respondet, vteretur. Deinde, vt qui sibi, quàm vlli notior esset, de se loqueretur, nonnullas ex eius scriptis sententias, quas iunctis aliorum testimonijs in quoddam velut commentariolum conijcerem, desumpsi, & in ordinem historiæ digessi. Non quòd ipse meæ infirmitatis non ignarus, mihi tantum oneris arrogare voluerim, vt omnia, quæ ad tanti viri gloriam pertinent, in vnum colligere ac recitare præsumam, cum ne disertissimus quisquam oratione consequi & extollere pro dignitate possit: sed quia sacrarum literarum candidatis commodum fore putarem nugas, commenta, fraudes & imposturas ab hæreticis in odium Ecclesiæ malitiosè confictas, vtcunque refellere, & interim aliquam Hilarianæ vitæ historiã non tam conscribere, quàm fideliter ex aliorum monumentis referre, adhibitis singulorum nominibus, gratæque significatione, si catholicè vixerint, memoratis. nam illorum, quorum præfationes & scripta damnarunt inquisitionis patres, facere mentionem nefas esse duxi. Neque omisi quorundam locorum, quos illi, cum perperam interpretentur, in nostrarum assertionum euerfionem obijcere non verentur, suspicionem germana fidelique veterum interpretatione remouere: aut eorum, quos erroneos comminiscuntur, quòd ipsorum perniciosæ doctrinæ aduerfentur, sensum catholicum ostendere. quos verò pertrahunt violenter falsoque adducunt in confirmationem sui dogmatis, quia non sit difficile coarguere, non indicauius modò, ne propterea viam aperire, non occludere: & errorum vestigia, quibus quis insistat ostendere, non delere videremur.

Quòd autem laboris & vigiliarum impensum est à me in hoc Hilario, libentius eo suscepi, & ad id me totum propensius addixi, Iudex æquissime, & Domine clarissime, quòd sub inscriptione tui nominis, hoc quicquid est, in lucem emittere cogitarem: partim vt meam in te tuosque benevolentiam, cuius aliàs in re tibi charissima iam multo tempore periculum fecisti, declararem: partim vt aliquo saltem literarum testimonio, cum alia ratione non possim, gratum animum, & benefactorum non immemorem significarem. Nam in tanta rerum occasione, quæ se mihi superioribus annis obtulit, cum non modò aliquid lucubrations mearum, quantulacunque fuerunt, ei, cui me ipsum, & quicquid studiis sum consecutus debeo, consecrarim, sed ne scripserim quidem literas, quibus saltem testarer gratæ voluntatis affectum non deesse: meritò quibusdam in ingratiutinis labem incurrisse viderer. Sed apud te, cui omnes vitæ meæ rationes iam ab ineunte ætate sunt cognitæ, cui etiam causæ cessationis & intermissionis literarum non ignotæ, facile me tota huius criminis suspitione exoluero. Neque enim, vt verè fatear, me tui tuorumque meritorum, quorum

animo

animo deuoto memoriã conseruo, capere potest obliuio, sed tanta illa esse recordor apud me, quanta commemorare, nedum persoluere, mihi difficillimū esset. Nam, vt aliqua numerando recenscam, me parētibus destitutum, in tuam familiam, quod ego summæ felicitatis loco esse duxi, suscepi, rebus diffidentem erexisti, & ad bene sperandum incitasti, si in docendo filio, qui tibi vnicus erat, eam præstarem diligentiam, quam præstare posse videbar. Quem cum penè infantem, & vixdum prima elementa voce plena formantem instituendum suscepissim, sic tamen puer, & dum adhuc mollior educaretur, & licentius cum æqualibus colluderet, eruditus est in literis, vt non solum quòd legeret, intelligere, sed quòd sentiret ornate posset eloqui. Erat enim ipsi acere ingenium ad discendum, velox ad complectendum, felix ad retinendum. Ac cum Lutetiam venissim, ibique dicendi præcepta audiussim, proposito themate de re qualibet declamabat, fictisque, controuersijs linguam & calamum sic exercebat, vt breui tuis vestigijs peruenturum esse confideremus, quò semper induxeras. Discebat etiam græcè, & quotidie quòd traditum fuerat memoriter referebat. Stato quoque tempore latinè scriptis ad te epistolis de valetudine, rationem pariter studiorum reddebat. Nec verò tantum ad literas feliciter discendas, quantum ad bonos mores amplectendos propensus erat. Deo & parentibus quam oportet pietatem lubens & religiosè præstabat, omnibus bonis amicitiam. Nulli superbum in fortuna parentum, aut amicorum potentia se præbebat. Animus sublimis erat, & à sordidis affectibus procul semotus: nihil abiectū, nihil humile cogitabat. Quid multa? prudentia senilis & eruditio multiplex atque in omni prope genere disciplinarum erat in iuene. nondum enim decimumseptimum attingerat annum, cum mors immatura tam candidum ingenium, tam bonam indolem, tot eximias spes eripuit. O quàm dignissimus erat, qui post te gubernacula patriæ teneret, rei que publicæ Trecentium consuleret! Cum illo perijt vnicum parentum solatium, nisi quòd in ipsorum quotidie desideratur honorem. Illi verò nihil periit, cum quo tam præclare sit actum, vt conspectu & consuetudine cælestium animorum fruatur. Sed mihi perijt omnino non tantum quòd operæ in eo docendo, quoad vixit, detuleram, sed quicquid expectationis, quæ mihi instar omnium auxiliorum erat, in illo posueram. Tantumque abest vt mihi dolor vetustate minuatur, sicut interdum fieri videmus, vt & vitæ præsentis laboribus, & speratæ recordatione augeatur. nisi quòd conscientia rei bene gestæ, etiam in extremo actu, quodammodo consolatur, lætorque non tam optimum iuuenem rectè instituisse, quàm me ipsum tibi & literis politoribus, & vitæ cultioris moribus imbuendum tradidisse. Est enim tua domus tanquam bonarum artium & virtutum gymnasium quoddam. Quid enim melioris doctrinæ, si qua in me est, non inde didicim? Siquidem ego iuuenis, & vixdum annos pubertatis egressus, apud te multa vidi, multa ex te audiui, quibus ad pietatem, modestiam, humilitatem, continentiam, cæterasque virtutes inflammatum, nunquam me penitebit ad illarum normam, viuendi rationem, quoad fieri potuit, direxisse. Tam assiduum erat tuum studium, vt ne vix quidem cibi tempus aut quietis remitteres. Etenim horis conuiuij salutarem librum, sub somnum verò factum, aut aliquid ex poetis coram te recitabam. ac subinde vox interrompebatur, cum aliquid aut admonendum, aut sciscitandum, si parum assequi viderer, occurrebat. Nec verò tantum in legalis philosophiæ studio, ad quò ex instituto frequentius animum applicas, tempus infumebas, sed etiam aliquã partem sacris literis tribuebas: non nihil quoque vigiliarum disciplinis, quæ ab hu-

* j

manitate sibi nomen asciuerunt, impendebas. Quauis autem hæc exēpla satis mouerent, plerunque tamen addebas & verba, crebrisque exhortationibus animum accendebas ad ea quæ sunt expetenda, aut ab ijs quæ vitanda deterrebas. Maximè verò desidiam, quæ inertissimum redderet, & ad vitia procliuem, homini sacris addicto fugiendam esse monebas, & semper aliquid operis faciendum, ne mens perniciosis cogitationibus intēta voluptati malorum matri se dederet. Itaque post priuatam filij tui institutionem, vacuum tēpus in scholis iam inde transmittendum in erudienda iuuentute consuluisti. Atque ne pluribus commemorem quantum mihi & monendo & consulendo præstiteris, hoc in summa fateor, me, nisi domesticis exemplis, quantum in me fuit, conformassem, tuisque fidelissimis & amantissimis consilijs paruissimè, nullas vnquam accessiones neque literarum, quantæcunque sunt, neque amicorū, neque rerum aliarum facere potuisse. hoc, inquam, profiteor, hoc, quicquid est, tibi acceptum fero, gratæque memoria recolo & prædico, libentèrque si minus facultate respondere possum, at certè meis scriptis, si tanti essent, posteritati testatum relinquerem, & immortalitati laudum tuarum satisfacerem. Quod si hæc benefactorum, quibus me cumulasti, grata commemoratio inscriptionis huius causam mihi nõ dedisset, tamen virtutes, quæ omnes in te sunt singulares, ad hoc meum studium tibi dedicandum inuitare debuerunt. Quis enim suas operas non ei dedicet, qui acumine doctrinæ, dicendi facundia, iuris peritia, omnium denique disciplinarum scientia cæteros antecellit? Nihil quippe tam magnum atq; arduum in qualibet arte, quod non intelligas: nihil tam abstrusum & reconditum, quod non tibi promptum expositumque sit. Id non obscure testantur excogitatæ Commētationes in ius moribus nostris & consuetudinibus constitutum, declarant elaboratæ Quæstiones de rebus iudicatis, significant Orationes aliquot ad Galliarum reges, principes prouinciarum, magistratuum antistites, vrbisq; proceres habitæ. Quæ etsi nondum excusæ typis exierint in lucem, tamen iam multis notæ sunt, & à pluribus, qui illarum desiderio tenentur, efflagitatæ. Quàm porro singularis in sententijs dicendis auctoritas, quàm constans in reddendo cuique iure integritas, quàm denique perspecta in rebus gerendis prudentia, norunt ciues, norunt municipes, norunt prouinciales & peregrini, qui quotidie tuam experiuntur in iudicando ratamque habent æquitatem, qui tuas virtutes mirantur, illarumque fructum capiunt vberimum. Ac sanè maximum se percepisse fatentur ex legationibus, quibus functus es apud Christianissimos reges. Primum, vt mandata quædam ciuitatis nostræ configeres, apud Henricum ij. qui te meritissimum Consiliarium, & ad eum magistratum, in quo iam multos annos tam castè & integrè versaris, designauit & instituit: nec quidem pecunijs, quæ frequentissima etiam si fordidissima honorum assequendorum ratio, sed ob raras animi tui dotes, vltro iuri dicendo præfecit. Deinde, apud Franciscū etiam ij. pro cōseruando iure & libertate conciuium. Tum apud Carolū ix. cum comitijs cunctis & omnium voluntate renunciatus & electus Orator, Aureliam profectus es, vbi tunc Galliarum conuentus agebantur, vt propositis populi ordinumque totius Campaniæ querelis omnium statum tueri ac sustinere posses. Mitto alias difficiles & periculosas legationes & functiones pro bonis in grauisimis rebus cōtra improbos & susceptas & cōfectas: in quibus fideliter administradis declarasti nihil apud te religionis Catholicæ, quam semper coluisti, defensione, nihil patriæ, quam ægram sæpe & labentem erexisti, salute, nihil ciuium, quorum

negotia

publica priuatis ante posuisti, amore prius esse vel antiquius. Mitto quoque cæteras virtutes tuas commemorare, quarum ne minimam sanè partem laudando verbis efferre, sed ne animo quidem consequi possem. At verò tantum istud adijcio, Hilarium hunc nulli patrono tantis nominibus rectius conuenire posse, quàm tibi. Nam præter necessitudines officiorum, quibus tibi deuinctus omne meum studium, omnem operam, omnesque cogitationes debeo: præter eximias virtutes, quæ non solum tibi deditos alliciunt, sed etiam quoscunque in tui cultum & obseruantiam inducunt: accedit & in hunc Antistitem propensio, quam satis insynat grandiloquentia dicendique sublimitas, quam ita feliciter affectas in tuis scriptis & colloquijs, (quod ingenijs Gallorum quodammodo proprium esse videtur) vt si non didiceris, & ex Hilario, cui maximè fuit peculiaris, hauseris, ad eam certè natus & innutritus esse dici possis. Nec verò tantum Hilarium sermonis elegantia loquēdi que phrasi, sed multo magis integritate vitæ, veræ Religionis assertione, & errorū propulsione refers. Quæ cum ita sint, amplectere quem exprimis & imitaris, ac foue tanquam ab exilio redeuntem, vbi non iam ærumnas, non pericula, non vitæ discrimina, sicut olim pro Ecclēsiæ defensione aduersus Arianos, pertulit: sed calumnijs, iniurijs atq; imposturis tam malè affectus est, vt nõ Hilariū ex ipso vultu, id est operū frontispicio, sanctissimum pōtificem Gal-lum & acerrimum fidei protectorem, sed anabaptistam Germanum & pertinacissimū dixisses hæreticum. complectere, inquam, atque hilari fronte suscipe, quem aliquatenus vltum iniurijs ego deuinctissimus & omni officiorū genere tuo nomini addictissimus homo, quasi symbolum gratitudinis bonæque voluntatis testimonium religiosa mente offero, tuæque tutelæ committo: vt si qui fortè calumniantes exoptulent, quod illas præfationes doctas quidem (atque vtinam tam pias) & longo iam vsū receptas & toleratas, fretus nimirum patrum decreto, è loco suo mouerim atque deiecerim: tu pro tua auctoritate & prudentia nostræ defensionis causam sustineas calumniāmque retundas: quàmque soles in sententijs singulorū dicendis æquabilitatem iuris exercere, eandem in nostris præfidijs seruabis. Vale. Deus Opt. Max. te nobis & patriæ multos in annos seruet incolumem. Lutetiæ, Idibus Fe-bruar. anno 1572

DE S. HILARIO PICTAVO
RVM EPISCOPO, EX EIVS SCRIPTIS ET ALIORVM
VIRORVM DOCTISSIMORVM EXCERPTA ET IN VARIAS
partes distributa Commentatio, per eundem Ioannem Gillotium.



DIVVS Hilarius in libello quem aduersus Constantium vita iam functum edidit, ipsum arguens quod nomine fidei Catholicae, Arianæ doctrinæ fauisset, multis verbis differit nihil vnquam fuisse, aut esse posse in Rep. Christiana perniciosius, nihil in Ecclesia pestilentius ijs qui se prodesse simulat, vt noceat: qui Religionis speciem prætexunt, vt occasionem nacti Religionem funditis, si fieri queat, euertat. Nam si hostes absolutos se declararent, & aperto Marte persequerentur, tunc profectò non deesset, qui coram repugnarent, & eorum impetum fortiter propellerent. Sed quis contra perferentem fallentem, contra hostem blandientem gladium stringere, & eum ferire audeat, quem non lapidem iacere, sed panem porrigere cernat. Enimvero inter cæteros hostes simulatos, & qui amicos palam agunt, vt hostiliter inuadant, ij maius detrimentum adferunt, periculosiusque nocent, qui se diuina oracula, res in Ecclesia gestas, Sanctorumque patrum vitas bona fide interpretari ac recitare profitentur: vt ea ratione, qua se Ecclesiam iuuare mētuntur, errores suos spargant & sub antidoti nomine venenum melle dilutum propinent. Id cum aliis sæpe, tum vero maximè in præfationibus hinc quondam Hilarianis operibus præfixis deprehendimus. Nam, vt reliqua prætereamus, mera sunt nugamenta, fraudes & imposturæ, quas ibi viographi, de rebaptizandis hæreticis ex Hilarij sententia, de ipsius regeneratione, de Canonicorum coniugio, & de imaginibus, quibus non esse locum Pictauis referunt, allucinantur. Quosdam præterea nauos ipsi falsò impingunt, errorumque confingunt id quod ipsorum doctrinæ aut non fuit aut aduersatur. Obiter quoque desident in locis communibus de theologis disputationibus, de potestate summi Pontificis, de hæreticis non compellendis ad fidem, & huiusmodi, quibus hinc minimè sit necesse, nisi vt impietatem suam expleant, & odium plusquam Vatiniatum, quo Romanam præfationem prosequuntur, exerceant. Quæ omnia commenta falsaque opiniones refellere est operis immèsi & hominis esse eloquentioris, præcipuis tamen indicatis & velut detectis potius quam confutatis, pro virili conabimur post eos qui vitam D. Hilarij iam olim retulerunt, fideliter colligere partim ex ipsius scriptis, partim ex veterum historis, quæ illi compendij causa prætermiserunt: non tam vt commentatione de vita & moribus tanti Pontificis quasi anferes post oculos recinamus, quam vt hæreticorum fabulis & erratis obstrepamus. Addemus interim aliquod de stylo & dicendi genere D. Hilario familiari. Librorum catalogum recensimus, & notatis aliquot locis suspectis, singulorum non nostram, sed doctorum qui prius explicarunt, interpretationem subiiciemus. Sed antequam rem propositam aggrediamur, vt omnis postea nomen tollatur ambiguitas, que plerumque errorem inducit, Hilarios ferme coæuos plures olim fuisse tam ex literis Sanctorum, quam rerum Ecclesiasticarum monumentis, paucis indicandum venit.

Primum igitur, fuit quidam Hilarius (quod ab hilaritate nomen est deductum, sicut & Hilarius) Romanæ ecclesiæ diaconus, Hilarij nostri Pictauensis ita contemporaneus & æqualis, vt nonnulli similitudine nominum decepti, vel animi praua voluntate permoti, vnum eundemque faciant & ita confundat, vt quæ fuerit illius diaconi cum Lucifero

post D. Cyprianum sententia, de ijs rebaptizandis qui ab hæreticis essent baptizati, episcopo Pictauensi affingant. Et vt errori suo fidem ex veteribus concilient, hanc D. Hieronymi ex dialogo aduersus Luciferianos, auctoritatè præterunt & allegant. *Est præterea, inquit Hieronymus, aliud quod inferemus, aduersus quod ne mutare quidem audeat Hilarius, Deucalion orbis. Si enim heretici baptismum non habent, ideo rebaptizandi ab ecclesia sunt, quia in ecclesia non fuerunt, ipse quoque Hilarius non est Christianus. In ea qui ppe ecclesia baptizatus est, qua semper ab hæreticis baptismum recepit. Antequam Ariminensis synodus fieret, antequam Lucifer exularer, Hilarius Romanæ ecclesiæ diaconus, ab hæreticis veniens, in eo quod prius acceperat baptismate, suscipiebat. &c. Quæ non sine stomacho profert Hieronymus, non tamè aduersus Hilarium, Pictauorū episcopum, ad quæ nihil horū, quæ ingerit, referri posse ostendimus. In primis, eius nusquam aliis sine præfatione laudis mentionem facere consuevit. Et in hoc maximè dialogo, paulò antè citatum episcopum, non diaconum, de exilio, vt de prælio reuertentem post synodum Ariminensem, ab ecclesia Gallicana complexum laudauit. Cuius autem hominis est, commendatum paucis interiectis vituperare, & cui laudis aliquid tribueris, plura de eiusdem gloria detrabere? Virum tantum fuisse fatetur in epist. ad Marcellam, vt non audeat ob vnus uoculæ non satis intellectæ explanationem reprehendere. Quis autem non videt hinc acriter reprehensum? Nam quod Deucalion orbis appelleretur, non quidem pertinet ad commendationem, sicut hæctenus plerisque visum est, sed ad contumeliam, dedecus, atque etiam hæreticos Anabaptistarum infamiam. ac si diceret totum mundum in baptismo hereticorum, quem iterandum prædicabat, perituum esse, velut in diluuiio, nisi ab eo per alterum baptismum, tanquam ad Deucalionem restitueretur. A qua quidem sententia tam procul fuit Pictauensis episcopus, vt ipse contra in eo libro quem Constantio tradidit, post eam synodū Ariminensem (quo tempore diaconus ille suum tuebatur errorem) innuat baptismum non esse repetendum, cum vbi noua fidei formula quaereretur, sic ait: *Non oportet post confessam & inratam in baptismo fidem in nomine patris et filij & spiritus sancti, quicquam aliud vel ambigere vel innouare. &c. Regenerati per fidem, nunc ad fidem docemur, quasi regeneratio illa sine fide sit. &* paulò post etiam de fide non mutanda: *Quod, inquit, accepi teneo, nec demisto quod Dei est, atque iterum: Tutissimum nobis est primam & solam fidem confessam in baptismo retinere, nec demutare &c.* Quibus in locis si post illam synodum aliqua de causa repetendū baptismum iudicasset, non nihil sanè dogmatis, occasione tam commoda, interseruisset, aut aliquam saltè præscripsisset exceptionem, sed nihil omnino excludit. Has quoque rationes nostras sua auctoritate non parum iuuat Iacobus Pamelius, vir ille rerum antiquarū peritissimus, cum in vita S. Cypriani, quam ipse nuper contexit, Ioannem Langum reprehēdit, quod, apud Nicephorum, opinio nem de rebaptizandis hæreticis, qui ad ecclesiam redirent, tribuat Hilario Pictauensi. Quid quod Hilariū nostrū Romæ baptizatū ex hoc eodem Hieronymi loco inferunt? Cuius rei tamen nec ipse meminit, cum libro 1. de Trinit. scribit se in nouam natiuitatem per fidem esse vocatum, & ad caelestem regenerationem obtinendam potestati suæ permisum. quod alioqui non celauisset tam opportuno præsertim loco: nec alius quicquam, sed*

ne quidè si aliquando Romanā urbē viderit, nisi quod Sulpitius Seuerus tradit sanctū Martinū, cū cōperisset S. Hilario regis indulgentia potestatem indulgisse redeundi ab exilio, Mediolano Romæ concessisse vt ei occurreret, sed Hilariū iam præterisse. Et hoc quidè cōtigit post dictā synodū Ariminensem, cum iam nō esset diaconus, sed multò antè creatus episcopus. Nō igitur de Hilario Pictauensi episcopo hoc D. Hieronymi testimoniū accipiendū: nec deinceps quasi honoris gratia Deucalion orbis nominandus, vt hæctenus à plerisque citatū legitur: nec assertor erroris Anabaptistarū existimandus, cū ab eo fuerit auersissim⁹. Sed de illo diacono Romanæ ecclesiæ, qui tunc huiusmodi cum Lucifero tuebatur opinionem, intelligi debet, vt hoc altero eiusdem dialogi loco clarissimū fiet, quem tamè proferunt, vt probet scilicet Hieronymū Hilario insensum fuisse. Hæc sunt eius verba: *Hilarius, cum diaconus de ecclesia recesserit, solusque, vt putat, turbasit mundi. (Sic enim legēdit est) neque eucharistia conficere potest episcopus & presbyteros non habes, neque baptismum sine Eucharistia tradere. Et cum iam homo mortuus sit, cū homine pariter interijt et scilicet, quia post se nullum clericū diaconus potuit ordinare. Quæ quidè singula si diligētè excutiāt, in Hilariū Pictauensem nullomodo cadēt. quoniam nihil op⁹ sit plurib⁹ immorari, & tāquā in quolibet verbo diuti⁹ insistere, vt rationibus id probem⁹: sed hoc vnū ex omnib⁹ inferre sufficiet: Si cū tantum diaconus esset, necdū posset presbyteros ordinare, diem obiit extremū, nunquā factus est episcopus: nec presbyteros ordinauit. At creatum episcopi, nec illi quidè audent inficiari. Nam Hilarius ipse alicubi se episcopū & presbyteros suos (nempe quos episcopus ordinauerat) ecclesiæ cōmunionem distribuere fatetur. & sic conuincuntur omniāque labascunt illa testimonia contra Hilariū prolata, palamque est non eum fuisse diaconū Romanū, cuius errores coarguit D. Hieronymus. Quod si necesse videatur rem cōfessam historiariū etiam veritate confirmare, nullus est scriptorum ecclesiasticorū, qui non asserat Hilarium Pictauensem, ante synodum Ariminensem, episcopū iam creatum, Arianorū factione in concilio Byterrensi condēnatum, & ex Mediolanensi expulsum in exiliū fuisse. Imò ipse Hieronymus, cuius auctoritatibus, quas nō rectè interpretantur, niti contendunt, & Hilarium diaconū, & Hilariū episcopum diuersos facit, & eodem anno, nēpe 360. aut circiter, ab Arianis, quod in Athanasij damnationē scribere noluisse, exilio diuerso dānatos indicat in Chronico. Relinquitur ergo, vt Hieronymi verba, nō de nostro Hilario, sed de diacono Romano, qui alius fuit, intelligantur. Qui quidem diaconus, non verò Pictauensis episcopus, librū aduersus nos de hæreticis rebaptizandis edidit, in quo cum Lucifero sentiebat, qui pro fide Nicæna tam insensus fuit Arianis, vt ab eis baptizatos, si rediret ad ecclesiam, non reciperet, nisi rursus iterato baptismate. Sed hunc eadem opera diferentissimis verbis confutauit Hieronymus, dialogo contra Luciferianos.*

Alius fuit Hilarius, Arelatenis episcopus, vt tradit Prosper Aquitanicus lib. 2. de vita contemplat. cap. 9. qui & Narbonensis à prouincia, in qua sita est Arelata, dicebatur. Hic inter cætera, que scripsisse memoratur, vitā sancti Honorati, vt refert Gennadius, cōposuit: & vt scribit Sixtus Senensis, historiam Geneleos, quam à principio, ad septimū caput heroico carmine breuissimè complexus est, misit ad Leonem primū: quem nemo nescit ecclesiæ Romanæ præfuisse longo temporis intervallo post Hilariū Pictauensem defunctū. Hic enim si D. Hieronymo credimus, in fata cōcessit anno Valeutis & Valentiniani 4. id est, à Christo, 372. Leo verò designat⁹ est pōtifex ad annū Christi 440. Quod fortasse non attenderūt, qui carnè illud de Geneleos hitoria, quod hinc habetur in fine operū nostri Hilarij Pictauensis, ipsi falsò tribuerūt: quod nos tandè suo auctori, hoc est,

COMMENTATIO.

Hilario Arelatensi vindicauimus. Cuius etiā sunt illæ ibidè epistolæ ad Augustinū (nam eius doctrinæ fuit admirator & sectator in omnibus, vt narrat idè Prosper in quadā epistola) non aut Pictauensis, qui ad hæc Augustini tēpora nō potuit peruenire. Prima, quæ est de reliquis hæreticos Pelagianæ, iam circūfertur inter lucubrations Angustinianas Tom. vij. atq; hæc quidè Augustino præbuit occasione edendorum librorū de prædestinatione sanctorum, vt ipse testatur lib. 1. Idemque asserit Hieronymus lib. 3. aduersus Pelagianos. Altera verò est lxxxvij. epist. Tom. 2. cui respōdet Augustinus epist. lxxxix. Hanc tamè adscribunt nonnulli cuidā Hilario Syracusano, ad quæ & ad Prosperū prædictos libros ab Augustino missos ferūt. quāquā apud auctores nihil proditū reperim⁹, nisi quod eorū opinio, qui istud asserunt, nitit huic epistolæ, quæ Syracusarū meminit, vnde & scripta esse videtur. Porro Arelatensis iste dicitur interfuisse Chalcedonenſi Concilio sub eodem Leone, anno Domini 453. vel 450. si sequamur Onuphriū, qui in designatione rerū, ab alijs plerumque dissentit in Chronico suo, quod ex scriptorib⁹, nonumētis & indicib⁹ vetustissimis ad verā tēporū rationē nuper redogit. Moritur aut Arelatensis iij. Nō. Maij, quo die festū eius celebratur, vt notat Ado Treuerensis in martyrologio, sed nō anno Christi 440. vt ait idè Sixtus, si constet præscripta temporum notatio.

Post eundè Leonē primū, anno Domini 461. factus fuit pontifex Romanus, quidā Hilarius Sardus (iuxta eundem Onuphriū, Hilarius) quæ aliquot epistolæ scripsisse testatur Platina, quæ habentur inter eius decreta. Tom. 1. Conciliorū. Hic obiit anno Christi 467. v. Calend. August. & in numerū diuorum retatus est, cuius diem festum celebrat ecclesia iij. Septemb. vt habetur in martyrologiis. De Hilario Sedunenſi episcopo, qui paulò antè, sub Arcadio & Honorio filiis Theodosij, martyrio vitā finit, cuius festum celebratur xvij. Calend. Aprilis: Vel de Hilario, qui, cum esset Arianus, exulāte Cyrillo, Hierosolymorū præfuit ecclesiæ, vt tradit Socrates lib. 1. cap. 35. & Nicephorus lib. 9. cap. 49. quia nihil scriptis mandarunt, vnde scrupulus oriri queat ad id quod institutum, plura non dicimus, vt ad Hilariū Pictauensem transeamus, cuius vitæ historiam non tā scribimus, quā aliorum elogium recensemus.

HIC IGITUR Hilarius, cuius aliud cognomē non proditur, Pictauis natus est, si D. Hieronymo fidem habeamus, qui in præfatione ad Paulam & Eustochium in librum 2. Cōment. in epist. ad Galat. de gente & patria, cuius fuit oriundus, ita scribit: *Hilarius latina eloquētia Rhodanus, Gallus, & Pictauis gentis est.* Cui assentitur Fortunatus, episcopus ipse Pictauensis, his versibus:

*Pictauis residens, quæ sanctus Hilarius olim
Natus in vrbe, fuit notus in orbe pater.*

Parentum nomina nusquā licuit inuenire, quanquam non ignobiles testentur auctores. De conuersione ad Christianismum, ipse, cum deprehendisset commentitias philosophorum de dijs opiniones, se in sacrā librorū Moſis & Prophetarum lectionē incidisse, & ex ea veri Dei cognitionem percepisse, meminit in hæc verba, libr. 1. de Trinit. *Sed inquit, inter hæc animus sollicitus, vtili ac necessaria ad cognitionē Dei sui vna nitens, cum neque incuriā Deo rerum à se condit arum dignam arbitretur, neque naturæ potenti atque incorruptæ competere sexus deorum, & successiones satorum, atque ortorū inteligeret: porro autem diuinum & æternum nihil nisi vnum esse & indifferens pro certo habebat: qui id quod sibi ad id quod est auctor esset, nihil necesse est extra se, quod sui esset præstantius reliquisse. Atque ita omnipotētiam æternitatemque non nisi penes vnum esse: qui neque in omnipotenti a valedius infirmis que, neque in æternitate posterius antèiusque conuerteret. In deo autem nihil nisi æternum potētis esse venerādum. Hæc igitur multāque alia eiusmodi, meum animo reputās, incidi in eos libros, quos à Moysē at-*

*Chermit erit
hic episcopus
circa
annū 590.*

que à prophetis scriptos esse Hebraeorum religio tradebat: in quibus ipso creatore Deo testante de se, hac ita continebantur: Ego sum qui sum. & rursus: Et ac dices filius Israel, Misit me ad vos is qui est. Admiratus sum plane tam absolutam de Deo significationem, quæ naturæ diuinæ incomprehensibilem cognitionem aptissimo ad intelligentiam humanam sermone loqueretur. Hæc ille. Quibus profecto constat Hilariū nostrum non tam cōuersum, quàm quibusdā velut gradib⁹ ex vera cōtēpaltione, ad salutarem sanctissimæ Trinitatis cognitionem peruenisse, & creatorem Deū suum, ex Deo didicisse. At paulō infra se Christo nomen dedisse, & lauacro regenerationis ablutum esse, idem significare videtur ita scribens: *Hanc itaque diuini sacramenti doctrinam mens lata suscepit, in Deum proficiens per carnem, & in nouam natiuitatem per fidem vocata, & ad celestem regenerationem obtinendam potestati suæ permissa, curam in se parentis sui creatoris que cognoscens, non in nihilum redigendam se per eum existimans, per que in hoc ipsum quod est, ex nihilo substituit.* Quo autem loco vel tēpore sacramētum id susceperit, non indicat, sed D. Hieronymi sententiā, cui nititur eorū opinio, qui D. Hilariū Pictauiensem infimilantes, & inter Anabaptistas annuerant, venerandā ipsius memoriā turpiter infamant, vt hunc Spiritus sancti renouationē Romæ suscepisse allucinētur, iam eodē auctore monstrauimus, perpetrā ab illis de hoc Hilario citari, quod pro duobus Hilarijs vnū tantum reputarint. De institutione literarū, & vbinā bonis artibus sit imbutus, quibusue præceptoribus profecerit, nec vsquam ipse, ni fallor, meminit, nec ab alijs traditum reperio. Nisi quod D. Hieronymus in epistola ad Marcellam, videt annuere, Heliodorū presbyterū in literis Græcis eius fuisse præceptorē, Quo inquit ille, tam familiariter vteretur, vt ab eo, que intelligere non posset, quomodo ab Origine essent dicta, quæreret. Sed vt cunque sit, Rhodanus eloquentiæ latinæ, suis tēporibus disertissimus, clarus eloquentiā vbiq; Romanū nomē est, & Græciæ floribus ornatus, ad D. Hieronymo prædicatur. Vxoratū fuisse Hilariū, & vnus filiz patrē, non imus inficias, etiā si nullus scriptorū veterū, præter Fortunatū, qui eius vitā descripsit, prodat historiæ: cuius sententiā postea secutus est Mārtianus, vt apparet his versibus:

Non nocuit tibi progenies, non obstitit vxor

Legitimo coniuncta toro, non horruit illa

Temptate Deus thalamos. Quibus sanè significare videtur,

D. Hilariū vxorem habuisse etiā dum episcopatus officio fungeretur, quod, si ita sit, ab hoc quidē munere non alienū tunc putabatur, imò sæpius eligebatur in episcopatū coniugati, quàm virgines: quia isti non tam idonei curæ pastorali, quàm illi iudicarentur, vt scribit Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianū. Nec quidquam adhuc fuerat sanctiū de cælibatu sacerdotū: nisi quod narrat Socrates lib. 1. cap. 8. & Sozomenus lib. 1. cap. 22. hæc cōtrouersā in Nicæno cōcilio agitatā nō tamē fuisse definitā, sed tantūm, vt qui cælibes, vel vni⁹ vxoris viri fierēt sacerdotes, vxores in posterū minimē ducerēt: qui post nuptias ad functionē ecclesiasticā vocarētur, hi etiā ab vxoribus minimē separarent. Postea tamen omnino statutū, est vt nisi cælibes, aut saltē post vnam vxorē viri ecclesiasticos ordines obiret. At; hoc sanè honestati consentaneū est. Si enim sacerdotibus ethnicis pudicitia præ cæteris virtutibus ita fuit cōmēdata, vt, etiam vxorati quemadmodum testatur de Ægyptiis August. Ser. 37. ad fratres in eremo, nunquā nisi semel in anno matrimoniu cōlerēt, quo etiā die ab omni sacrificio abstinebāt: quid facere par est Christianos sacerdotes, à quibus sacrificia pro populo quotidie sunt offerēda? Nec enim sanctē possent offerre, si operū seruitū cōiugali. Quare qui eligebatur olim ad sacerdotiū mariti, vxoribus post ordines, ad carnis libidinem non vtebatur: tantūm; abest vt ex illicito D. Hilarij liceat canonicis Pictauiensibus cōiugiū contrahere post

ordines sacros, quæadmodū illi cōminiscuntur, vt nunquā id licuerit, nec quidē in principio nascētis ecclesiæ: imò, vt ait D. Hieronymus, semper aut episcopi virgines erāt, aut post nuptias continentes, aut vidui qui vnam tantum habuissent vxorē, ac certē post sacerdotiū in æternū pudici. Ipse quoq; D. Hilarius, vt habetur in eius vita, quæ per singulos annos, ex decreto concilij Tridētini, in die ipsi festo recitatur, primū in matrimonio quasi monachi vitā egit, & nisi mortua vxore, Pictauiorū episcop⁹ creat⁹ est. Quoto verò anno imperij Cōstātij ad episcopatū sit euectus, non est facile cōiectura colligere, cum apud scriptores nihil de hac re memoriæ traditum reperitur. nisi quodd ipsemet multis in locis indicat se factū fuisse episcopū, antequā pelleretur in exiliū. maximē verò in libello, quem Cōstātio tradidit, de se sic scribit: *Episcopus ego sum in omnium Galliarum ecclesiarum atque episcoporum cōmuniōne, licet in exilio permansens, & ecclesiæ adhuc per presbyteros meos cōmuniōnem distribuens.* quo quidē loco cōstat etiā obiter hunc Hilariū nostrū & episcopū post Ariminensem synodū, quādo librū eiusmodi Seleucia reuerfus Cōstātio porrexit, ab ecclesiā nō recessisset, nec solum clericos, sed & præbyteros ordinasse, per quos ecclesiæ cōmunicaret. Quod lōgē fecus esset, si testimoniū D. Hieronymi iam à principio citatū, ad hūc Hilariū referri posset. Nā post eandē synodū diaconus tātū recessisset, nec per clericos cōmunicasset, quos cum nō potuisset diaconus ordinare, non habuisset. Id igitur episcopi munus ita gessit, vt à fidelibus summam laudem & gloriā cōsecutus sit. semper enim se tāquam murū firmissimū Ariani opposuit, qui Occidentalem ecclesiā, quæ ritē patrū decretis regebatur, in suam sententiā captiuis verborum arguitis, vt scribit Sozomenus lib. 3. cap. 12. pellicere conabantur. Sed inter ceteros Auxentius, Mediolanensis episcopus; Valens & Vrsatius ex Pannonia oriundi, impēlius laborabāt, vt huiusmodi Ariatorū opinionem, in eam ecclesiæ partē traducerēt. Quorū conatus cum ex sententia minimē successissent, quod idē Hilarius & alii quor Occidentales, quidā etiā Orientales episcopi studiosē præcauerēt, imperatori Cōstātio, qui & ipse fauebat Ariani, persuaserūt, vt Conciliū mādaret cōuocari, atque omnes cogeret damnationi, quæ aduersus episcopos esset pronuntiata, assentiri, & Athanasio eiecto, aliā fidei doctrinā cōponere iuberet. Bytarris igitur ex Imperatoris mādato cōuenērūt episcopi. Petebāt aut, vt priusquā in Athanasii subscribere cogerētur, de fide discerant. Sed Valens sociūque eius pot⁹ Athanasij damnationē extorquere cupiebant, de fide certare nō ausi. Itaq; propter dissidiū partium dissoluta est hæc ibi Synod⁹, & Mediolanū, vbi aderat Imperator, cōgregata. Quō itidē perrexit Hilari⁹, & qui cum illo sentiebat episcopi. Sed cum etiā dolū deprehendissent, & Athanasii nō ob aliā causā damnari, quā vt fides destrueretur, ipsius damnationi subscribere nolētes, expulsi sunt in exiliū. Id ita esse testatur Sulpitius Seuer⁹ lib. 2. Rufinus lib. 1. cap. 20. Theodoretus li. 2. cap. 17. & Sozomenus lib. 4. cap. 8. Nicophorus quoq; lib. 9. cap. 33. tradit Hilariū à synodo Mediolanensi in exiliū esse proiectū. At Hieronymus in Catalogo scriptorū ecclesiasticorū, scribit Hilariū fuisse relegatū à synodo Bytarrēsi. Ipse quoq; Hilarius cōtra Cōstātiū vita iam functū, id quodammodo videtur insinuare, cū inquit: *Quibus* (intelligit Paulinum, Eusebiū, Dionysii, Rhodianū, & Luciferū, exilij comites, vt tradit Rufinus lib. 1. cap. 20. & Sozomenus lib. 4. cap. 8.) *postea per factionē eorū pseudoapostolorum* (Saturnini quippe, Vrsatij & Valētis) *ad Bytarrēsem synodū cōpulsis, cognitionē huius hæreseos obtuli. Sed hi timētes publicā cōfessionē, audire ingressū à me noluerūt, putātes se innocentiā suā Christo posse mentiri, si volētes nescirent, quod gesturi postmodū essent sciantes.* At; exinde toto ex eo tempore in exilio detentus sum. Hactenus ille. Veruntamē cōi-

crete

cere licet, vt vtroq; cōciliū, nōn Bytarris, vbi fuit cōdēnatus rectā profectū esse in exiliū, sed inde cū comitib⁹ suis, Mediolanū, quōd synodus, quā malignatiū synagoga appellat in lib. ad Cōstātiū, cōueniret, etiā adiuisset, & libellū Imperatori, quo sua fides & aduersariorū doli continebantur, obtulisset; sed, vt ipse cōtra Auxētiū loquitur, cum hoc mysteriū impietatis diu occultatum iam nō taceretur, dicere me; inquit, fingi omnia, fide negari, Deum que atque homines illud, inbeor de Mediolano profecti, cū cōstātiū mihi in ea inuito rege esset nulla libertas: quia (vt in eadē epist. paulō antē refert) *dānatū quondam me* (nēpe Bytarris) *à Saturnino, audiri vt episcopū nō oporteret.* Dānatōnis aut tēp⁹ D. Hieronym⁹ in Chronico notat sub annū Christi 360. Cōstātij verò 20. cū quarto post subsequēte anno synodi apud Ariminū & Seleuciā celebrata sint. A quo tamen dissentit Onuphrius, qui synodū Mediolanensem ad annum 354. designat, Ariminensem autem & Seleucianā ad annū 359. De exilij causā sic Hilarius ipse refert in libello quē exhibuit Cōstātio: *Exilio, inquit, nō crimine sed factione, & falsis synodi munitis apud te Imperatorē pius, nō ob aliquā criminū meorū cōfessionē, sed ob multos homines delatus.* Et in lib. de Synodis, se expulsum narrat à Saturnino, Imperatore circumuēto, ad quē videtur scripsisse tuos illos libros de suo iniquo exilio, quōd fidē Nicēnā defenderet, ob quā rescissam Imperatorē ipsū taxat, cōfidētēque redarguit. Quōd verò pulsus sit, nō satis conuenit inter ipsos auctores. Nōnulli quippe delatū in Phrygiā ferūt. Theodoret⁹ lib. 3. ca. 4. Relegatū scribit in Thebaida Ægypto finitimū. Ipse verò in lib. de Synodis videtur inuenire le exulasse in Orientis partib⁹. Sed vbiq; locorū fuerit, toto triēnio exulauit, vt ipsemet alicubi narrat. Quo tēpore nō is tamē suo defuit officio, sed cōuocatis episcopis Ægypti, vt tradit Sulpitius rationē inuestigabat ecclesię cōponēdę & ad vnitatē reuocandę. aut ad suos in Gallias epistolas mittebat, vt eos in de, quā semel iurauerat cōfirmaret. aut etiā libros cōponebat: nā D. Hiero. in Chronico asserit Hilariū in exilio scripsisse libros de nostra religione: (sic enim appellare certum est, duodecim libros de Trinitate) atque idipsum testatur Hilari⁹ lib. 10. cū ait: *Loquimur exules per hos libros.* Librū etiā de Synodis in exilio compositum esse apparet ex ipsi, sine, vbi sic habetur: *Memorē exilij mei in orationibus sanctis, à quo me post expositionem huius fidei, nescio an tam inuadum ad vos in domum Christi reuertī, quā securū est mori, aut certē paulō antē synodum Ariminensem, sic enim scribit ibidem: Cū cōpērissem synodis in Ancyra atque Arimino cōgregandas, exponenda vobis existimāui.* Postquā verò tres annos integros aut circiter exulasset, reuocāt⁹ est anno Christi 164. vel, ex Onuphrij notatione, 359. & quarto exilij, nō tū speciali, quā generali iussione Imperatoris. Ipse nāque vicariū & præsidī in synodo Seleuciana dederat in mādatis, vt eōs illuc episcopi cōuocaretur. Quod plurib⁹ sic refert Sulpitius lib. 2. Historiæ sacræ: *Interim in Oriente, cō exemplo Occidentaliū* (qui prius eodem anno Ariminū cōuenērāt) *Imperator iubet cūctos ferē episcopos apud Seleuciam Isauriæ oppidum congregari:* (sic enim quod volebat cōtra fidē Nicēnā, se cōsequi posse cōsidebat ex altera synodo). *Qua tēpore Hilarius quartū iam exilij annum in Phrygiā agens, inter reliquos episcopos, per vicariū ac præsidem, datā cōuocationis copiā, adesse cōpellitur, cum tamen nihil de eo specialiter mādasset Imperator, iudices tatarum generalē iussione secuti, quā omnes episcopos ad Conciliū cogere iubebātur, hūc quoque inter reliquos volentes miscere, vt ego conicio, Dei misericordie gestū, vt vir diuinarum rerū instructissimus, cum de fide discerendum erāt, interesset. Is vbi Seleuciam venit, magno cū favore exceptus, omnium in se animos & studia cōuerteret, ac primum quæstionem ab eo, quæ esset Gallorum fides: quia tum Ariani praua de nobis vulgantibus, suspecti ab Orientalibus habebantur, Arimynam solitarii Dei vniōne secundū Sabellium credidisse. Sed exposita fide sua, in-*

ta ea que Nicæa erat à patribus cōscripta, Occidentales perhibuit testimonium. Ita absolutus omnium animis, intra cōfessionē cōmuniōnis, nec nō etiā in societate receptus, cōcilioque assistit est. Agi deinde captum est, reperi que praua hæresis auctores, atque ab ecclesiā corpore anulli. Cōfessio synodo, decreta ad Imperatorē legatio est, que gesta indicaret. Damiani quoque ad Imperatorē profecti, satis freti sociorū v i ribus & principis societate. Præterea, ne singula cōmemorē, narrat idē Sulpitius, Imperatorē legatis Catholicis, qui à synodo Arimineni primi fuerant missi, vt quæ esset partiū fides cognosceret, circumuentis & per vim coactis, quōd essent adolecētes parū docti minimēque experti, legatorū Ariatorū, qui fenes & vātri ab eadē Synodo præcurrerāt, cōmuniōnē probasse, illōsq; inuenes subscribere cōpulsisse, dein de Præfecto Ariminū mandasse, vt cōscriptæ fidei cogere omnes cōsentire, & subscriptionibus eandem profiteri, sicque multos ingenij cōfessitate, aut timore, aut simulatē cōsentium aduersarijs præbuisse. sed tamen re nondū cōfecta, synodū, quæ bono cōcepta fuerat iustio, exitū fædum habuisse, religiosq; solatū esse ab omnibus, vt ait Hilari⁹ epist. cōtra Auxēt. Legatos autē illos, qui à synodo Seleucianā paulō post venerāt, etiā cōpulsisse, exēplo Occidentaliū prauā illā fidē recipere. Tandē rediens ad Hilariū (qui huic synodo Seleucianā interfuerat, vt ipse meminit aduersus Cōstātiū sic inquit: *In Christo nō memior, quia discipulus veritatis assisto Orientalium in Seleucia synodo, vbi reperi tantum blasphemorum, quantum Cōstātio placebat.*) *Aderat, inquit Sulpitius, ibi tum Hilarius à Seleucia legatus secutus, nullis certis de se mādatis, opperens Imperatoris voluntatē, si forsitan redire ad exiliū iuberetur. Is vbi extremum fidei periculum animaduertit Occidentales* (qui Ariminū cōuenērāt) *deceptis, Orientalibus* (in Seleucia congregatis) *per scelus vincit, tribus libellis publicè datis, auditiā regis poposcit, vt de fide corā aduersariis discerneret. Id verò Ariani maximo pere abnuere. Postremo quasi discordiæ seminariū & perturbator Orientalis, redire ad Gallias iubetur, absque exilij indulgentiā. Hactenus Sulpitius. Reditū autē hunc in Gallia D. Hieronymus in Chronico, vt & Socrates lib. 3. cap. 8. notat sub Iuliano, quē & ipse Hilarius in libro quē Cōstātio tradidit, testem exilij appellat. Non leuem, inquit, habeo querelā meā testem, dominum meum religiosum Casarem tuum Iulianum, qui plus in exilio meo à malis contumeliis, quàm ego iniuria pertulit. Notat, inquam, ad annū Christi 365. sed iuxta supputationē Onuphrij, 362. & exilij 5. vt ipse subindicat in libello aduersus Constantium, quāquā Gregorius Turonensis lib. de glor. Confess. cap. 2. scribat Hilariū quarto exilij anno ad vrbē propriā esse regressum. Idque post Ariminensem & Seleucianam synodos, vt idem Hieronymus significat in dialogo aduersus Luciferianos, cū inquit: *Tunc, nimirū post illas synodos, omnes episcopi qui de propriis sedibus fuerant excommunicati, per indulgentiā noui principis, id est, Iuliani, ad ecclesias redeunt: tunc Hilariū de pralio reuertentē Galliarum ecclesię complexa est. Cæterum, Rufinus lib. 1. cap. 30. & 31. narrat Eusebium Vercellensem, & Hilariū Pictauiensem, priusquam ad suos appulissent, Italiam visitasse; & singulas quasque ecclesias abiurata in fidei delitate, ad sanitatem rectē fidei reuocasse: & velut magnifica quædam mundi lumina Illyricū, Italiam, Galliaque suo splendore sic radiasse, vt omnes etiam de additis angulis, hæreticorum tenebræ fugarentur. At verò Socrates lib. 3. cap. 8. scribit Hilariū, ante Eusebij aduentum, episcopos tum in Italia, tum in Gallia catholicæ fidei dogmatis diligētē erudiuisset. Etenim, inquit, prius ab exilio reuersus, ante illum ad ea aduentauit loca. Cui assentiatur Sozomenus lib. 5. cap. 12. Quos postea secutus est Nicophorus lib. 10. cap. 17. vtrūq; tamen & fidē strenuē propugnasse, & quæ vel essent fugiēda vel expetenda, docuisse narrat. sed Hilariū, tāquam disertū, Eusebio cæterisque**

* iij

in huiusmodi visitatione ecclesiarum & fide patrum reformanda, præferunt, maximè verò Rufinus, qui lib. 2. cap. 31. ait: *Nisi quòd Hilarius rem diligentius & aptius procurabat.* Ad Gallias ergo reuerfus in eam curam & studii totus incubuit, vt ab Arianis miserè deceptis, in viam reduceret, infirmos in fide stabiliret, & quid de Deo sentiedù doceret. Quod idem Sulpitius lib. 2. pluribus explicat ita scribès: *Verum ubi Hilarius permensus est orbem penè terrarum, malo perfidia infectum, dubius animi & magna curarum mole astuans, cum plerisque videretur non in eandem cum his cõmunionem, qui synodum Ariminensem recepissent, optimis factu arbitratus, reuocare cunctos ad emendationem & penitentiam frequentibus intra Gallias concilijs, atque omnibus ferè epistolis de errore profectibus, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum ecclesiarum fidem reformat. Resistebat sanis consilijs Saturninus Arelatensium episcopus, vir sanè pessimus, & ingenio malo prauoque: verum etiam præter hæresim infamiam, multis atque infandis criminibus conuictus, ecclesia eiectus est. Ita partium vires amisso ducè fractæ. Atque hæc quidem, vt Sulpitius tradit, Hilarius ecclesiæ Gallicanæ, quam piaculo hæresis liberavit, præstabat. Cui tandem muhere diuino concessum est, obire diem suum in patria, anno sexto postquam ab exilio redierat, vt refert idè Sulpitius: idq; indicat D. Hierony. in Chronico, Christi videlicet 372. secundù Onuphrij notationem, 368. Valentiniani & Valentis Imp. quinto, Idibus Ianuarij, quo die festù eius celebratur, vt habetur apud Bedam, Tomo 1. Idibus Hilario Pictaua militat virbis Plebs deuota, suo pastor quam fultit honore.* Id enim præceptiè facere par est Pictauorum incolæ. Nec sunt audiendù, nedum certè credendù, qui vt ecclesijs Christianorum, imò & religioni diuisque detrahant, nõ verentur cõmentum fingere, scripturæque mactare, in templo, quod Pictaui Hilario sacrum est, imaginibus Sanctorù, ex ipsius instituto, locù nõ esse. Nam & sunt quàm multæ & pulcherrimæ positæ, quib; & honos debitus impeditur, cultusq; ex ecclesiæ statuto & perpetua traditionis cõsuetudine exhibetur. Translationis verò festù, cuius meminit Petrus Damianus in Sermone què in frã locauimus, agitur 26. Iunij. Quot aut vixerit annos Hilarius, incertù est. Sed aliquãdo mortè appetijt, vt lib. de Synodis, cù ait: *Nescio antè incedè ad vos ab exilio in domù Christi reuerti, quàm scitum est mori.* Atq; martyrii desiderasse in libello aduersus Constantiũ, sic inquit: *Atq; vitinã illud potius, omnipotès & vniuersorũ creator, sed vnius domini nostri Iesu Christi pater, etati meæ & tẽpori præstitisses, vt hoc confessionis meæ in te atq; vniuersitũ tuũ, ministerium Nerõnianis Decianisque tẽporibus explesem.* &c. Hic igitur episcopus multis donorum virtutibus eniuit. Nam fuit moribus lenis, & placidus, fide & religione constans, in docendo & persuadendo commodissimus, in scribendo eruditus, in dignoscendis hæreticorũ imposturis & versutiis acutus. Quas ingenij dotes illi tribuunt Rufinus lib. 1. cap. 31. Socrates lib. 3. cap. 13. virum enim appellat vita & doctrina diuinũ. Nicephor. lib. 9. cap. 16. Eodem, inquit, tempore & loco Hilarius vixit, vir diuinus, qui cum Martinus fugeret, eandem sustinuit fortunam, quippe qui eodem cum illo ardore in fidem ferretur. Hæc ille. Tã verò procul fuit D. Hieronymus, vt quod à nonnullis proditũ est, charta dentata tractauerit Hilariũ, odioseque perfrinxerit, vt nusquã citet, citat autem sapissime, sine præfatione honoris. Nam, vt iã monuimus, in epist. ad Marcellam, ait: *Tantum virum, tẽporibus suis disertissimum reprehendere non audeo, qui & confessionis suæ merito, & vitæ industria, & eloquentia claritate ubique Romani nomen est, prædicatur: sic & ubique ferè laudatum citat. Augustinus quoq; frequenter Hilarij quasi veteris scriptoris cù veneratione recordatur. Modò namque beatum, modò sanctum, modò venerabilem catholi-*

cum disputatorem appellat. Lib. 6. de Trinit. sic cõmendatum testem nominat: *Non mediocri, inquit, auctoritatis in tractatione scripturarum & assertione fidei vixit Hilarius.* & lib. 1. contra Iulianum Pelagium: *Ecclesiæ catholica aduersus hæreticos acerrimum defensorem, venerandum quis ignorat Hilarium episcopum Gallum.* item paulò post: *Et tunc viri tanta in episcopis catholicis laude præclarum, tanta notitia famæque conspicuum; de peccato originali aude* (Iulianum alloquitur) *si quid tibi frontis est, criminari. præterea, lib. 2. Catholicus loquitur, insignis ecclesiarum doctor loquitur, Hilarius loquitur. Quid commendatus, quid honorificentius dici potest? Verum enim uero, non integritas viri, nec sanctitas vitæ prædicatur tantum, sed etiam eloquentia & grauitas in tractandis scripturis summis in cœli laudibus extollitur ab antiquis scriptoribus. D. Hieronymus huius rei fidelissimus æstimator de eius dictione tale profert iudiciũ in epistola ad Paulinum de institutione monachi: *sanctus Hilarius Gallicano colubino atollitur, & cum Graeci a floribus adoratur, longis interduam periodis inuoluitur, & lætione simpliciorum fratrum procul est. & in præfatione super epist. ad Galat. Latinæ eloquẽtis Rhodanus ab eodem appellatur. Sozomenus lib. 2. cap. 14. ita commendat: *Hilarius propter singularem patris sermone & eloquentia præstanti, magna in laude fuit. idem lib. 5. cap. 12. Vir erat Hilarius latina lingua disertus. Nicephorus lib. 10. cap. 17. addit, & græca. Quod attinet ad sermonem latinum, peculiari quodam genere loquendi videtur vsus, cuiusmodi ferè semper habuerunt Galli. Licet enim videre, quàm, præter hunc, fuerit eodem seculo elaboratus Sulpitius, cuius sæpius hîc mentionem fecimus: quàm grandis & operosus nuper Budeus, quàm sublimes & affectati aliquot etiam huius æui scriptores Galli, quos ægrè intelligas, nisi frequenter legeris, & assuetudine legendi tibi familiares efficias. Interim tamen notantur in Hilario voces nõnullæ, quibus præter loquendi consuetudinẽ videtur vsus, vt disproficit, pro degenerat, siue in peius proficit: Rheimam dixit pro rheumatism. pascham & mamnam: rursus diapalma diapalmæ, & diapalma diapalmatis. Zabulus pro diabolo non apud ipsum modò reperitur. Notantur etiam aliquot solæcismi: sed cum solent nonnunquam & eruditissimis obrepere, non mihi videntur hîc repetendi. Porro quod attinet ad literas græcas, eas tenuiter attigit, sicut scribit D. Hieronymus in epistola ad Marcellã, cuius verba hîc quoque subiiciam: *Græcarum, inquit, literarum quandam aurorem ceperat, sed Heliodori presbyteri, quo ille familiariter vsus est, ex quo ea quæ intelligere non poterat, quomodo essent ab Origene dicta, quærebatur. Qui quoniam in hoc psalmo 126. commentarum Origene inuenire non potuit, opinionem magis insinuare suam, quàm inscitiam voluit confiteri: quam ille sumptam clario sermone discernit; & alienum errorem disertius secutus est. Quibus quidem verbis vt odiosè tractat Heliodorum, ita quoque patrocinans Hilario, videretur quodammodo perstringere, nisi vel ipso Hieronymo teste probarem, tantũ virum vsque adeo non fuisse rudem in interpretandis scripturis, vt ex alieno iudicio pependit: & linguæ græcæ tam ignarum, vt non potuerit ipse deprehendere sensum ex Origene, cum multã aliàs ex eodem Origene agræco in latinum ita traduxerit, (ea sunt Hieronymi verba in epist. ad Pammachium) *vt captiuos sensus in suam linguam victoris iure transposuerit. Præterea, quoties Hieronymus ipse arguebatur, quod quædam verteret ex Origene, semper prætendebat auctoritatem Hilarij, vt sibi licere, quod ille fecisset, ostenderet. Id ipsum videre est in epist. aduersus Vigilantium, cum inquit: *si hoc crimen est, arguatur & confessor Hilarij, qui psalmorũ interpretatione, & homilia in Iob ex Origene libris, id est, ex græco in latinum, transulit. & in præfatione super Michæ. sed & Hilarij noster furti reus sit, qui in psalmos******

quadragesima

quadragesima sermè millia versusum Origene, ad sensum verterit. sic & aliàs sæpe. Hæc aut non ideo dicta sint, vt cõtra Hieronymum patrocinemur Hilario, illiũque auctoritati pro huius cõmendatione detrahamus: sed vt hunc ipsum eodè auctore linguæ græcæ tam inscium non fuisse, quin per se posset Origene sensum elicere, demonstrarem. At literarũ Hebraicarum omnino rudem fuisse, non solum probari potest eiusdem Hieronymi testimonio ad Marcellam, vbi sermone Hebraici meritò reprehendit ignorantiam, (etiam si nihil ad Hilarium, qui semper, secutus est versionẽ septuaginta, pertinere videatur) verum etiam ex ipsius Hieronymi scriptis in Genesim de traditionibus Hebræorum, annotationibus, & ex epist. quadam ad Damasum, quibus in locis ostendit Hilariũ nõnullas dictiones Hebræas perperã in tellexisse & vertisse. Hacten; igitur de Hilariana dictione, loquedi phrasi, & linguarũ peritia dictũ sit. Quæ paucis quid in genere libris à se compositis effecerit, postea de singulis plura notabimus. Socrates igitur lib. 3. cap. 8. sic eius libros omnes commendat: *Hilarius, vixit disertus, libris latino sermone conscriptis consubstantialis dogmata explanauit, si demque tum illud ipsum confirmat abundè satis, tum opiniones Arianorum penitus labefactauit.* Id etiam testatur Sozomenus cum lib. 5. cap. 12. sic ait: *Hilarius libro sanè valètes ad dogmata Arii oppugnanda scripsit.* Et Nicephorus lib. 9. cap. 16. *Hic de fide & aduersus eos qui alienas à sana doctrina afferrent opiniones, libros ad persuadendum valde vtilis condidit.* & lib. 10. cap. 17. *Libros pleròque Romanis conscripsit, qui cum Arii opinionem resellant, tum consubstantialis sententiã grauiorẽ confirmant.* Id verò præstabit ex singulorũ catalogo & velut indice demonstrare.

P. R. I. M. V. M. igitur (vt vnumquẽque librum ordine referam quo scriptus esse videtur) de Trinitate libros duodecim composuit dum exulare, vt iam notauius, in quibus, ait D. Hieronymus epistol. ad Romanum oratorem, *duodecim Quintilianũ libros & stylo imitatus est & numero.* Non quòd in omnibus ita conatus sit Quintilianũ æmulari & referre, vt omnino similis ordine, phrasi, ceterisq; loquendi modis fieret: sed quòd præter librorum numerũ eam curam in dicendo adhibuerit, vt redderet aut exprimeret illam nescio quã subtilitatis affectati onem, quæ ipsi Quintiliano quodammodo peculiaris est. Nam hoc vno opere voluit Hilarius absolutum artis suæ specimen edere, & quantum ingenio, doctrina, rerũq; omnium scientia valeret, ostendere studuit: lucem quoque plerisque locis apud Ioannem & Paulum, quæ multum habebant obscuritatis, attulit, & accuratè exposuit. Quemadmodum autem elaborata est oratio, græciæ floribus adornata, longisq; interdũ periodis inuoluta, (ad istos quippe libros hæc ad Paulinum D. Hieronymi verba sunt referenda, sicut & quæ scripsit Rufinus lib. 1. cap. 31. cum narrat Hilarium libros de fide nobiliter conscripsisse: sic argumetũ est amplum & sublime, tumq; nouum nec vulgare: primus enim latinorum scripsit & eloquentiæ suæ gladium strinxit in Arianos. Quare verò scripserit & aggressus sit vesanam hanc hæresim, ipse rationem reddit lib. 6. his verbis: *Ac mihi quidem præter studij mei atq; officij necessitatem, qua hoc ecclesiæ episcopus prædicationis euageliæ debet ministerium: tamen eo propensior cura ad scribendũ fuit, quò magis plures periculo infidelis intelligentiæ detinebatur, vberius gaudium consecrans ex salute multorum, si cognitis sacramentis perfectè in Deum fidei impietate humana sustinuit instituta desererent, & se Deo redderent, hæretici repudiatis.* Hæc Hilarius. Secundo loco numerum venit, eiusdem sermè argumenti liber de synodis, quem in latinum è græco vertit ad sensum, quoniam, vt eodem ipse testatur, *ad verbum expressè translatio asserat plerumque obscuritatem, dum custodita verborum collatio eadem absolutiorem non potest ad intelligentiã simplicitatem conferuare.* Milit autè ad episcopos Galliarum, vt tradit

Hieronymus in catalogo: *omneque fides* (sic habet Hilarius) *que post sanctam Nicenam synodum diuersis temporibus & locis edita sunt, cum sententiis omnium, atque etiam verborũ additis expositionibus destinauit.* Idque dum adhuc esset in exilio, vt ex fine libri iam indicauimus: & ante synodum Ariminensem, quam nondum congregatam meminit. Quamquam non amplius exularet in Orictis partibus, ubi, inquit, *coninebar:* necdum esset in exilio, ad quod, ait, *saturninus me detulerat:* loquitur enim de re præterita. Sed fortasse iam reuerfus, Seleuciæ vel Constantinopoli degebat, aut per Italiam, quæ ab Arianis essent deprauata restituebat. Huius autem operis mentionem infert idem Hieronymus in epist. ad Florentium, cum inquit: *Et prolucis valde de synodis librum sancti Hilarij, quem apud Treuiros manu mea ipse descripseram, vt transferas peto.*

Deinde, scripsisse videtur librum ad Constantiũ, etiam dum exularet, necdũ redijisset in Gallias. rogat enim ipsum Imperatorẽ, vt episcopos, qui tenerentur in exilio, iuberet ad sedes suas remeare, edictòq; caueret, ne postea iudices, quibus prouinciarũ administrationes erant creditæ, vi cõpellerent inuitos, vt se subiicerent iis qui non cessabant adulterinæ doctrinæ femina spargere.

Postea sequitur libellus, quem ipse Cõstantio tradidit, de quo Hieronymus in catalogo: *Est, inquit, eius ad Cõstantium libellus, quem viuenti Cõstantinopoli porrexit: audentiam quippe postulans, vt de fide (quam toto hoc libello docet non esse mutadã, & de nouo quasi annuã aut mensuram scribendam,) præsentè synodo cum aduersariis, quorũ ministerio exulabat, ita differeret, vt ad cõfessionẽ falsorũ quæ gesserant, adduceret. Sed non fuit admissus, nec de hac re auditus, imò quòd diceretur schismata facere inter Orientales, in Gallias remissus est. Quod insinuat D. Hieronymus in Chronico: *Hilarius, inquit, cum apud Cõstantinopolim librum pro se Cõstantio porrexisset, ad Gallias redijt.**

Præterea librum tertium aduersus eundem Constantium iam vita functum edidit, quod etiam indicat Hieronymus in catalogo, cum ait: *Est & alius in Constantiũ liber, quem post mortem eius scripsit.* Idque post reditum ab exilio, cum Hilarius ipse dicat eodem, se quinto abhinc anno à communiõne quorũdam separasse, nec iniuriam queri, qui ad tempus dissimulauerit recentem. & post Seleucianam synodũ, in qua scribit se tantum blasphemorum reperuisse, quantum Cõstantio placebat. Durius autem inuehit in ipsum Imperatorem, qui se fautorem hæresis Arianæ præbuisset, ita vt antichristum, scelestũ, lupum sub ouina pelle, magna constantia vocet & redarguat: quòd clam & ementitæ veræ religionis nomine, fidem & religionẽ oppugnaret, non verò palam, vt Nero vel Decius, quod mitius ferendum esset. *Pugnans, inquit, contra persecutorem fallentem, contra hostem blandientem, contra Constantium antichristum, qui non dorũ cadit, sed ventrem palpat: nõ proscribit ad vitam, sed ditat ad mortem: non trudit carcere ad libertatem, sed intra palatium honorat ad seruitutem.* &c. quo ferè modo loquitur Gregorius Nazianiz. in 1. Orat. contra Iulianum.

Adhæc iungitur epistola (librum elegantem appellat Hieronymus in Catalogo,) contra Arianos, vel Auxentiũ Mediolanensem episcopum, quem hæreticum contuicuit, eiũque detestatur errores, & episcopos Galliarũ, ad quos mittitur, ne se misceant aut cõmunicent huic, qui fidem negaret, hortatur. Scripta verò fuit post synodum Ariminensem, cuius in eadem meminit, quàmque religiose solutam esse ab omnibus asserit. Huic subiicitur eiusdem Auxentiũ epistola ad Valentinianum & Valentem Imp. apud quos se purgare, fidemque verbis fallacibus profiteri, & Hilariũ accusatoris personam non habere, quod semel esset depositus & damnatus, refellere conatur.

Edidit præterea cōmentarios in Matth. hoc enim titulo notavit Hieronymus in catalogo. Alij Canonē maluerunt inscribere, ob id fortasse, quod captim titulos aliquot exponat, censentque ex Origine vertisse Hilarium: sed cum nullum afferant auctorem, aut rationem probabilem, dijudicent alij doctiores.

Extant porò eiusdem in psalmos quidam commentarij, iuxta lxx. editionem: nempe in primum & secundum, à quinquagesimo primo vsq; ad septuagesimū, (Hieronymus in catalogo notat tantū vsq; ad sexagesimū secundū) & à centesimo decimo octavo, vsq; ad finē, nisi quòd vitio tēporum finis operis vel detritus vel auulsi nō reperitur in exemplaribus scriptis. Sūt qui asserāt D. Hilariū edidisse tractatū in totū psalteriū. Atq; in expositione tituli in Psal. 79. liquidd cōstat eū scripsisse in Psal. 44. ait enim ipse: *Sicut in eo psalmo, qui primus in his qui immutabuntur est scriptus ostēdimus, cum dicitur: Audi filia & vide &c.* Sed utique sit, multis in locis affirmat D. Hieronymus hanc psalmorū explanationē esse translātā ab Hilario ex Origenis cōmentarijs in psalteriū, ex quibus, ait in epist. ad Pammachiū, & in præfatione in Michæam, *quadragesima ferme millia versuum translulit. & alibi sufficit in presenti nominasse Hilariū confessorē, qui in psalmos tractatus plurimos in latinum vertit & græco: nec assedit literæ dormitanti, & putida xystorū interpretatione se torst, sed captiuus sensus in sua linguam victoris iure transposuit.* Deinde, cū Ioānes Hierosolymitanus argueret, quòd Origē in latinū verteret, hanc causam præteruit in epist. ad Theophilum: *Hor, inquit Hieronymus, non solus ego feci, sed & confessor Hilarius fecit: & tamen uterque nostrum noxia quæque detruccans, vitia translulit. sic & aliā sæpe, vt iam paulò antè notauimus. Antea reperiebatur inter eiusdem opera, quædā epistola ad Abram filiam (in scripto codice Germanensium, vbi habetur post vitā D. Hilarij, legitur Apram) Quæ quoniā nihil Hilarij prorsus habere, sed potius à Fortunato qui vitā descripsit, cōficta videretur, hanc ideo post finem eius cōmentationis quā de vita & miraculis Hilarij, cui subscriptā lib. i. indicauerat, subiecit: & huic hymnum: qui fortassis eiusdem est auctoris, non verò Hilarij: licet Hieronymus in præfatione epist. ad Galat. testetur Hilariū carmen hymnorum edidisse. Ipsi quoque nonnulli tribuunt de ligno crucis hymnum, cuius initium, *Pange lingua gloriosæ prælium certaminis.* & alterū de S. Ioanne Baptista, qui incipit: *Ut queant laxis.* Legebatur prius & Hilarij nomine quidā liber, de vnitāte patris & filij, & alter nuper additus, de essentia patris & filij. Quos cum ita diligenter euoluissēmus, vt tandem perspicuum fieret non esse noua opera Hilarij, sed rapsodias ex libris ipsius excerptas, satis habuimus locos librorū, ex quib; huiusmodi centones cōfarcinati sunt, ad finē operū breuiter indicare: vt si quis velit in vnū recolligere, aut eo modo quo paginas, columnas & lineas notauimus legere, nō stet per nos, quin suo potiantur desiderio, nec opus sit interim repetitione volumē & lectorē onerare. Atq; hæc sunt Hilarij, quæ nūc extāt, opera.*

Plerq; eaque autographa, anno domini 1563. ab impijs cobu- stas fuerūt. Pictunus.

S E D adhæc memorātur alia eius scripta, veritate vel hominū iniuria deperdita, quæ tamen paucis indicabimus: vt si fortè quis in inuestigandis veterū libris tantos reperiat thesauros, eruere & in apertam lucē producere ad ecclesiæ commoditatem non pigeat. Homilias igitur siue tractationes in Iob ex Origene vertisse refert D. Hieronymus aduersus Vigilantium, & ad Pammachium: meminit etiam in catalogo scriptorum. D. Augustinus lib. 2. contra Iulianum ex iisdem Homilijs testimonium profert aduersus Pelagianam hæresim. quod & hic inferemus, vt quasi de opere toto gustum aliquem demus. *T. antea, inquit, & tam admirabilis in nos misericordia Dei bonitas est, vt per quem in Adæ offensa generositatē prima & beatæ illius creationis ami-*

simus, per eum rursum id quod amisimus, obtinere mereamur. tūc enim diabolus imidens nocuit, nunc autē cum nocere nititur, vincitur. Mouet enim per infirmitatem carnis nostræ omnia potestatis sua tela, cum ad lasciuiam accedit, cum ad ebrietatem illiciti, cum ad odia stimulat, cum ad auaritiā pronocat, cum ad cedes instruit, cum ad maledicta exacerbat. Sed cum per infirmitatē animi horū omnium surrepētia inuentia reperiuntur, emundamur à peccato per huius victoriæ gloriā. dictum enim ita est: Aut quomodo se emundabit natus ex muliere? Quia nō extante hoste, non erit bellum, cessante deinde bello, victoria deerit. Collidētium autem aduersus nos victoriū victoria nō adepti, non erit emendatio vlla victoriū: quia his insidijs corporis nostri pirata victo, colluctantium aduersus nos passionum concertatione purgamur. Memores igitur & consilij illa ipsa corpora nostra omnium victoriū esse materiem, pro qua polluti & sordidi, nihil in nobis mundum, nihil innocens obtinemus, gaudeamus nobis esse hostem in cuius concertatione quodam concertationis nostræ bello dimicemus. Hactenus Hilarij fragmentum ex commentarijs in Iob.

Scripterat commentarios in Canticum canticorum, vt indicat Hieronymus in Catalogo, sed ex aliorum relatione: negat enim se vidisse.

Delideratur liber quē ediderat aduersus præfectū Salustium, sic enim ab ipso Hieronymo nuncupatur in catalogo: sed in epist. ad Romanum oratorem, notat hoc titulo, Aduersus Dioscorum medicum, narratque Hilarium eo in libello quid in literis posset, ostendisse.

Nec reperitur liber scriptus aduersus Valentem & Vrsatium, in quo synodi Ariminensis & Seleucientis historia continebatur, vt tradit idem Hieronymus in catalogo: nisi fortè libro de Synodis sit admixtus.

Vbi D. Hieronymus in apologia aduersus Iouinianum enuenerat aliquot auctores, qui de impari numero scripserunt, subiungit: *Quorum Hilarius de septenario, id est, de impari numero differens, quæ & quanta dixerit ad Fortunatum, liber illius testimonio est.* Ex quo sanè loco Marianus Victorius in annotationibus, quas edidit in epistolas Hieronymi, Hilarium huiusmodi librum scripsisse, his rationibus probat: *Extat, inquit, Cypriani nomine hic liber ad Fortunatum inscriptus. Verum non Cypriani, sed Hilarij est, cum ex stillo, tum etiam ex hac D. Hieronymi constat auctoritate. Præter quod Hilarij amicum Fortunatū fuisse, Hilarijque ex præmorta ante sacros ordines uxore, filia vitam illum scripsisse, libro adhuc extante, omnes norunt. Quidam huius imperitius historia, Cyprianus, præ Hilario substituerat. Quæ quidem Mariani coniecturæ Iacobo Pamelio in Cypriani librum de exhortatione martyrij, nō satisfaciūt: sed ipse contra, & Pontij auctoritate, qui D. Cypriani, cuius fuerat diaconus, vitā describēs genuinum esse librū Cypriani confirmat, & his argumentis probat: *Quid, ait Pamelius, obstat, quo minus & Hilarij librum ad quendam Fortunatū scripserit? Certè stylus totius libri prorsus alienus à stylo Hilarij, & tam refert Cyprianum, quam cuiusquam alterius libri. Deinde scriptura prorsus eodem modo hoc libro citatur, quo alibi. Tandem (vt paucis finia) ex sententia Martini Iypsij concludit Pamelius in eo Hieronymi loco, non Quorum Hilarius, sed Cyprianus esse reponendum: præsertim etiam cum aliquot exemplaria manuscriptorum, quibus se vsū testatur, vno consensu librum hūc Cypriano ascribant. Et hoc est diuersum vtriusque iudicium: Viderint alij, quid post tam doctos viros senserint, cuique illorum calculum adiecerint. Sed si constet Hilariū huiusmodi librum scripsisse, nihil tamen eius tunc aliud de numeris extat, quàm quod habetur in prologo psalmodum, & in psalmum 118. ad hunc versum: Septies in diem laudem.**

Quidam asserunt librū edidisse contra synodū Mediolanensem: quanquam nec ipse nec quisquā veterum prodant.

Eum verò scripsisse multas epistolas ad aduersos, vel

ex eo perspicuum est, quod Sulpitius Seuerus lib. 2. Historiæ sacræ, refert Hilarium suis epistolis errores condemnasse, ijsdemq; in pristinū statum ecclesiarū fidem reformasse. Ipse quoq; in libro de Synodis, significat se frequenter ex plurimis Romanarum prouinciarum vrbibus literas ad Galliarum episcopos misisse, quibus innueret Occidentalibus, quid cum Orientis episcopis sentiendum esset. Atque hæc de singulis operibus dicta sufficiant.

C A T E R V M, quæuis Hieronymus ad Lætā de institutione filia, testetur sine vlla erroris suspitione Hilarij libros legi posse, cum ait: *Hos inoffenso decurrat pede,* tamen quoniam ipse fere primus inter latinis aggressus est hæreticos, & vt dicitur, glaciē scidit viamque aperuit per quā ad scripturarū interpretationē esset deueniendum, alicubi videtur non tam errore obstinato, quā incuria fortasse, fidei æstu, aut alia nescio qua occasione lapsus esse, aut aliquid in cōmodē sensisse, quod postea nō probauit ecclesiā: imò quòd hæretici nō intelligentes, aut aliter interpretantes quàm dictorum virtus postulet, aut saltē nō discernentes, qua de causa, quibus personis, quōue tēpore scriptum sit, in sui prauū dogmatis assertionē cōuertunt, catholiciq; obiciunt: Ideo cōinodum fore vsū est, studiōsiq; nō ingrati, si notatis paginis, columnis & lineis huius editionis, locos suspectos & cū cautione léggedos hñc indicarem?, & singulorū vel benignū Scho- lasticorū excusationē, vel genuinū piāmq; veterum interpretationē subiiceremus: nō quòd velimus sanctissimi viri sincerā pietatem aliqua ex parte obscurare, aut suspectā reddere, verūm ne postea lector in huiusmodi scopulos impingens, diutius hæreat, aut in diuersum deducatur de vero sensu periclitetur: sed habeat quòd turp euadat, & citra periculū in tranquillū portū se recipiat.

Igitur lib. 10. de Trinitate, videtur ostendere nullū in Christo fuisse inortis metum. Cuius verba sic incipiunt pag. 84. col. 1. lin. 49. *Si forte erum qui existimant, constituant cui rei existimat mortē fuisse terribilē, spiritui an corpori.* & quæ sequuntur, pluribus enim de hac re disputat: ex quibus tandem hoc confici potest argumentū: Si Christus mortē formidasset, aut spiritus aut corporis causa timuisset. At neutrū illorū euenit. Nam secundū spiritum mortem appetebat, tantū abest vt timeret: secundū corpus etiā nō poterat metuere, cū sciret se habere carnem imparabilem (quoad diuinitatem videlicet). Quam sententiā Petrus Lombardus lib. 3. Sentent. distinct. 15. ita benignè interpretatur, vt dicat Hilarium Christo nō ademiisse sensum timoris aut doloris, sed eam causam timendi aut dolēdi, quæ in nobis est ex peccato: nō autē in Christo nisi vltro & ex libera voluntate. Quæ quidē sōlutio valebit etiam in Psal. 55. ad versum: *Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me.* vbi scribit Hilarius pag. 210. col. 2. lin. 1. *Hinc illud est quòd esturuit, sicut iuit, dormiuit, lassatus est.* Et in Psal. 68. pag. 246. col. 2. lin. 13. *Pauper sarū itaque humanarum passionum forte perfunctus, secundum susceptas infirmitates loquitur & dolet &c.* Alij verò sic in his locis excusant Hilariū, nō quòd non errauerit, sed, inquiunt, quoniā illius opinionis vitium virtute confessionis aboleuit, sic sustinet reprehensionis stylum, vt non patiatu de trimenta meritum.

Canone 1. in Matth. dū putat vnū errorē oppugnare, in aliū se deuolui nō sentit, docens Ioseph virū Mariæ ex priore cōiugio liberos suscepisse. sic enim scribit pag. 140. col. 1. lin. 36. *Verum homines prauissimi hinc presumunt opinionis suæ auctoritatē, quòd plures Dominum nostrum fratres habuisse sit traditum. Quis Mariæ fuisse, & nō potius Ioseph ex priore coniugio suscepti. In qua quidē sententiā fuerūt etiā pleriq; veterū. Quibus in primis aduersatur D. Hierony. li. 2. cōment. in Matth. verūmque huius loci sensum sic explicat. *Quidam fratres Domini de alia uxore Ioseph filios suspicantur, sequentes deliramentā apocryphorū. & a quada Escha muliercula confitantes. Nos aut, sicut in libro, quē contra Heluidum scripsimus, continetur, fratres Domini non filios Ioseph, sed cōiugib; liberos Saluatoris, Mariæ liberos intelligimus matertera Domini, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris. Hunc postea secutus est D. Augustinus, vt habetur Ser. 14. in Natū. Christi.* Et is profectō sensus est Ecclesiæ.*

Canone 4. in Matth. videtur eorū opinionem sequi qui docēt, licere vxorē adulterij reatū abijcere, & aliā ducere. sic enim scribit pag. 144. col. 2. lin. 53. *Cum lex libertatem dandi repudiū ex libelli auctoritate tribuisset, nunc marito fides Evangelicā nō solum voluntatem pacis indicat, verum etiam reatum cōstat in adulterij vxoris imposuit, si alij ex discessione necessitate nubendi sit: nullam alia causam defnendi a coniugio prescribens, quam qua virum prostituta vxoris societate pollueret.* Huic opinioni primū repugnat Ecclesiæ auctoritas, quæ statuit matrimonium, vbi semel coijt, nullo pacto dirimi posse, quoad vinculum, nisi morte alterius. Quod decretum nuper etiam comprobatum est in Tridētina synodo, sess. 2. 4. can. 7. Hilarius autē & pleriq; veterū, qui pariter in eū delapsi sunt errorē, docēt quidē vxores adulteras esse repudiandas, præsertim verò quæ corrigi nō possunt: sed alteram accipere coniugem nec suadent nec permittunt.

Eodem Can. 4. in Matth. innuit omne iuramentum Christianis interdictū esse, cum ait, pag. 144. col. 2. lin. 62. *Lex poenam posuerat periuurio, vt fraudulentiam mentis sacramenti religio contineret, simulque plebs iudis atque in solens frequentē de Deo suo mentionē haberet familiaritate iurandi: fides verò sacramenti consuetudinem remouet &c.* In quibus, si rectè expendantur, nō tam videtur Christianis iurandi religionē adimere, quàm frequentia & veterū superstitionē condemnare, qui per cælū & terram iurabant, in quibus existimabant aliquid inesse diuinitatis: & admonere, Deum homini Christiano non esse iurandum villa de causā vel etiam iusta in proprijs controuerijs, ne dum friuola & leui.

Canone 5. in Matth. videtur docere nihil incorporeū esse creatū, & proinde creatam animam. sic enim habetur pag. 146. col. 2. lin. 11. *Nihil est quod non in substantia sua & creatione corporeū sit. & omniū siue in calo, siue in terra, siue visibilium siue invisibilium elementa formata sunt. Nō enim animarū species obtinentiū corpora, siue corporibus exulantiū &c.* Quæ profectō opinio reijciunt omnes Scholastici. Verūtamē defendi potest Hilarius & veteres qui huic sententiæ adhæserunt, si dicantur non existimauisse animā corpoream esse suapte natura, sed ratione habita ad Deum, cuius comparatione nihil est quod omnino corporeum dici queat.

Canone 27. in Matth. disputat, an alienis meritis iuari possimus. sic nepe loquitur pag. 180. col. 1. lin. 41. *Respondent virgines se non posse dare oleum, quia non sit fortè quod omnibus satis sit, alienis scilicet operibus ac meritis nemine adiuidandū, quia vnicuique lapidi sua emere oleū sit necesse.* Quam quidem sententiā libenter sequuntur heretici nostrorū tēporū, cū merita, intercessionēs & suffragia Sanctorū irridēt, eamq; catholicis obiciūt. Nec animaduertūt Hilariū loqui nō de his qui opportuno tēpore, & ex sincero charitatis affectu, opē diuorū implorāt: sed de his qui in hac vita salutē negligunt,

Canone 27. in Matth. disputat, an alienis meritis iuari possimus. sic nepe loquitur pag. 180. col. 1. lin. 41. Respondent virgines se non posse dare oleum, quia non sit fortè quod omnibus satis sit, alienis scilicet operibus ac meritis nemine adiuidandū, quia vnicuique lapidi sua emere oleū sit necesse. Quam quidem sententiā libenter sequuntur heretici nostrorū tēporū, cū merita, intercessionēs & suffragia Sanctorū irridēt, eamq; catholicis obiciūt. Nec animaduertūt Hilariū loqui nō de his qui opportuno tēpore, & ex sincero charitatis affectu, opē diuorū implorāt: sed de his qui in hac vita salutē negligunt,

Post mortem verò ad Sanctos libenter confugerent, cū iam nulla est promerendi facultas. Nam & euangelij verba sensum hunc præ se ferunt.

Canone 31. Subindicat, vt aparet, Christū nec sibi verè timuisse, nec verè doluisse, nec verè orasse, sed suis. Cuius hæc sunt verba pag. 182. col. 1. lin. 36. *Asumptisque Petro, Iacobo & Ioanne capit tristis esse. ergo ante tristis est, quam assumit. & omnis metus illis esse capit assumptis.* & infra. Quorum verborum solutionem iam supra dedimus ex Magistro Sentent. lib. 3. distinct. 15. de quibus etiam differit eodem lib. 3. distinct. 17. Vbi vna eademque opera profert interpretationē alterius loci, qui habetur apud eundem Hilarium lib. 10. de Trinit. pag. 87. col. 1. lin. 30. *si passio, inquit, honorificatura eum erat, quomodo tristem eum metus passionis effecerat?* &c.

Eodem Canone 31. nititur excusare D. Petrum, quasi non negauerit Christum. Nam pag. 182. col. 2. lin. 7. sic scribit: *sciebat Christus discipulos exterridos, fugandos, negaturos: sed quia spiritus blasphemia nec hic nec in æternum remittitur, metuit ne se Deum abnegent* &c. Item infra Can. 32. pag. 183. col. 2. lin. 13. *Diligenter conueniendum est qua conditione Petrus negauerit* &c. Eandem quoque repetit excusationē in Psal. 52. pag. 207. col. 1. lin. 42. Sed D. Hieronymus lib. 4. cōment. in Matth. dum pium affectum erga Apostolum cōmendat, reijcit tamen huiusmodi excusationes, cū sic ait: *scio quosdam (plures enim habuit auctores hæc excusatio) pij affectus erga Apostolum Petrum locum hunc ita interpretatos, vt dicerent Petrum nō Deum negasse, sed hominem, & esse sensum: Nescio hominem, quia scio Deum. Hoc quam frivolum sit, prudens lector intelligit si defendunt Apostolum, vt Deum mendacij reum faciant. Si enim iste non negavit, ergo mentitus est Dominus, qui dixerat: Amen dico tibi, quia hæc nocte antequam Gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat, me negabis, non hominem.* Hæc Hieronymus.

Canone 33. Videtur intelligere diuinitatē ab humanitate Christi morientis recessisse, cū pag. 184. col. 2. lin. 18. *Clamar, inquit, ad Deum, corporis vox est, recedentis à se verbi Dei contestata dissidium* &c. Cuius sententiæ dubium soluit Magister Sentent. lib. 3. distinct. 21. Vbi eandem Ambrosij opinionem explicat, docēs illam separationem accipiendam non secundum solutionem & diuisionem vnionis Dei & hominis, sed secundum secessionem protectionis: quia se diuinitas separauit ad tempus deferēs humanitatem in tormentis, non tamen diuinitatem ab vnione.

Psal. 64. Docet operum merita causam esse diuinæ electionis. sic nempe disputat pag. 230. col. 1. lin. 38. *Beatus est quisquis fuerit electus: multi enim secundū Euangelium vocati sunt, sed pauci electi.* & in sequent. Quam opinionem impugnat D. Augustinus lib. 1. Retractat. cap. 15. cui tamen aliquando adhæserat, vt ididem testatur: quod non fecisset, si sciuisset electionem sine vllis præcedentibus meritis esse ex sola gratia, & fidem ipsam inter Dei munera, quæ dantur per spiritum sanctum, reperiri. Nam Deus & credere & velle & perficere subministrat. Vide quid præterea de hac re notet D. Thomas in primo volumine summæ theologiæ quæst. 23.

Psal. 118. ad versum: Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua: sentit omnes vel etiam Sanctos & D. Mariam igne fore purgandos in iudicio, cū pag. 259. col. 1. lin. 26. sic arguit: *Meminit Propheta arduum esse & naturæ humanæ periculosum, desiderare iudiciū. Cum*

enim nemo viuens in conspectu ipsius mundus sit, quomodo desiderabile potest esse iudiciū, in quo nobis est ille indesens ignis obemendus? & paucis interiectis: *si in iudiciū seueritatem capax illa Dei virgo ventura est, desiderare quis audebit à Deo iudicari?* &c. Cui sententiæ diuersa profertur Scholastici. Nam licet fateantur cunctos homines, quos tum viuētes inueniet iudicij dies, hūc ignem intraturos, negant tamen sanctos ante iudicium defunctos, hoc igne fore purgandos: quia mortui non resurgent, nisi post illam purgationem factam: resuscitati autem non erunt passioni & purgationi obnoxij: tantum abest vt D. Virgo, quæ fuit in vtero sanctificata, & cum corpore in cœlum assumpta, illo purgationis igne indigeat.

Psal. eodem, ad eum locum: Portio mea, Domine, dixi custodire legem tuam: nonnulla profert, ex quibus colligi potest, sacerdotibus non conuenire secularium rerum possessiones, cū ait pag. 266. col. 2. lin. 39. *Renunciandum est seculo, omnibusque rebus eius, ut nobis Deus portio sit. Ceterum, si ambitio detineat, si cura pecuniæ occupet* &c. Quæ quomodo sint intelligenda, D. Thomas in posteriori parte secūdi voluminis summæ theologiæ, quæst. 85. docet: nempe huiusmodi possessionem rectè quidem redargui in his qui abuterentur, nō autem in bonis viris, qui rebus possedis bene vtuntur. Nec opus esse vt maior sit paupertas, vbi maior requiritur vitæ perfectio: cū in summa opulentia possit esse summa perfectio. Vide Alphonsum à Castro, de hæresibus. cap. Ecclesia.

Psal. 129. ad eum versum: fiant aures tuæ intendentes, existimat animam primi parentis prius fuisse formatam, quàm corpus: sic enim scribit pag. 314. col. 2. lin. 28. *Cum Deus pulcherrimum opus, perfectio iam mundo inchoaret, hominem scilicet ad imaginem sui faciens, cum ex humili natura cœlestique compassus, anima videlicet & corpore, & prius quidem animam* &c. Quam opinionem D. Thomas in primo summæ theologiæ volumine, quæst. 90. ita explicat, vt defendi posse citra hæreses periculum existimet, dum modò dicamus animas præcessisse corpora non secundum actum, sed secundum quandam similitudinem generis, qua animæ cum angelis conueniunt in intellectu naturali. Videre etiam poteris, quid de hac re sentiant Gregorius Nyssenus lib. de hominis opificio, cap. 29. & Magister sentent. lib. 2. distinct. 17.

Occurrent & alia fortasse quæ lectorem cautum & prudentem requirent: vt quod Can. 14. in Matth. scribit de arte ferraria Ioseph, cū lignariam potius exercuisse dicatur, nisi quod fabri nomen omnibus qui artem fabrilem tractant conuenit. Quod Can. 17. de mundi duratione sex tantum annorū millibus, quæ quidem opinio licet aliorum etiam fuerit patrum, refellitur tamen à D. Augustino in Psal. 89. & ab alijs. Quod Can. 20. *Moysem non esse mortuum*: cui reclamatione scripturæ & historiæ veritas. Quod lib. 12. de Trinit. & in epist. ad Auxentium, de angelorum creatione: quæ sententia cū multos habuerit assertores, damnata est in concilio Lateranensi, cap. 1. cuius capituli sanctionē D. Thomas Caietanus non ad sensum verborum, sed ad intentionem Concilij explicat. Sed hæc quidem loca sunt præcipua, quæ cū erroris speciem quandam habere viderentur, hinc non sine catholice pietatis offensâ dissimulari debuerunt. Ex quibus tamen Hilariæ sanctitati atque eruditioni nihil derogatum est, aut (quod ipse scribit de Tertuliano) de scriptis probabilibus detractum: cū id quod erratum sit, non, vt diximus,

ximus,

ximus, per malitiam, sed per quasdam tēporum ac personarum occasiones acciderit, quemadmodum & ijs omnibus ferè, qui primi & sine ductore præiūo scripturarum interpretandarum iter sunt aggressi, quique errorem vnum destruere volentes, in alterum contrarium propè sunt delati. Sic enī Tertulianus, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius & quidam alij, si sine discrimine legantur illorum scripta, reperientur alicubiā vero sensu, & quem nunc sequitur Ecclesia, deflexisse, aut aliquid sensisse, quod postea damnauit. sed cū de his nō dātur quicquam in dubium ipsa vocasset, statuisse aut veruisset, cum venia & pietate excusandi certè sunt, legēdi cū delectu & iudicio, moderatèque & ciuilibet interpretandi. Nullus enim est tam oculatus qui nō aliquando cęcūtiat, allucinetur; & contradictioni sit obnoxius in suis scriptis.

P. R. A. T. E. R. hæc autem, quæ recensimus, alia nostrorum tēporum hæretici fingunt, falsò interpretantur, & huic auctori sanctissimo imponūt. Nō quod errata quidem sint, aut contraria catholice sententiæ testimonia, sed quod ipsorum prauo dogmati repugnent. Quorum figmenta falsaque opinionēs singulas refellere, quamuis non sit huius loci vel instituti, obiter tamen vt fraudēs & imposturas detegamus, ex multis quædam proponemus, vt de cæteris Christianis lector diiudicet, & quatum apud impios homines sibi vendicet impudentia, cognoscat.

Volunt igitur id quod sensit Hilarius Canone 18. in Matth. de Angelis, qui (sunt hæc Hilarij verba) *presunt fidelium orationibus, saluatorumque per Christum orationes quotidie Deo offerunt, Næuum esse & incommodam sententiam, etiam si hæc auctoritate scripturæ confirmetur.* Nam Thobiaz 12. sic Angelus Raphaël ipsi Thobiaz loquitur: Ego obtuli orationem tuam Domino. Sed ideo reiciunt, quia nobis de Beatorum inuocationibus & intercessionibus astipuletur, & hæresibus ipsorum aduersetur.

Fingūt auctorem veruissimum descuiisse de Apostolorum doctrina, à quibus tamen anni vix trecenti intercesserāt, quod verè, sed plus quàm velint, tribuat bonis operibus Christianorum, cū sic ait Can. 7. in Matth. *De nostro est beata illa æternitas promerenda, præstandūque est aliquid ex proprio.* & in prolegom. explanationis in psalmos: *prius in bonis operibus viuendum est* &c. & in psal. 133. *Elauidanda opera nostra sunt in Dei sancta* &c. Quæ quidem testimonia cū tam auctoritati scripturæ sacræ subnixā sint, quàm veterum patrum & Conciliorum decretis confirmata, non alia de causa remouent & improbant, quàm quod ipsorum hæresim de operibus euertant. dicunt enim opera non saluare, atque id probare nituntur alijs ipsius testimonijs. vt in psal. 66. *Peccatorum remissio non probitatis est meritū, sed spontanea indulgentia voluntas ex bonitatis diuinitis.* & in psal. 130. *Mercedem non operis sed misericordiae, undecimæ hora operarij consequuntur.* Quibus in locis non meriti virtutem, sicut perperam intelligūt, voluit auferre, cū aliud suprā senserit: sed immensam Dei munificentiam attollere. Nam sine dubio compensat Deus opera, non vt naturę nostræ propria, sed vt præcedente & comitate diuinæ gratiæ auxilio ac fauore,

à nobis consentientibus & cooperantibus sunt.

Reprehendunt virum integerrimum, quod cum scriptura locum aliquem, quasi carcerem quandam, animabus defunctorum designauerit in psal. 2. cū inquit: *excipit nos statim infernus, & decedentes de corpore, si ita vixerimus, confestim de via recta perimus.* & quæ sequuntur, pluribus enim eandem sententiam explicat, exemploque de diuite & lazaro probat tempore mortis Abrahamum aut pœnam vnumquemque recipere, aut ad iudicium seruare. Sed ideo erroneam esse comminiscuntur, quod velint non preces modò, sed etiam sacrificia pro mortuis, qui perfectam hinc peccatorum pœnitentiam non præstiterunt, è nostra religione tollere.

Quod tradit in eundē psal. 2. *Deum unicuique nostrum libertatem vitæ sensumque permisisse*: obsecutus dicitur esse volunt, cū tamen nihil clarius afferri queat ad liberæ voluntatis in homine probationem.

Opinionē singularem esse dicunt atque periculosam, quod, rectè quidem sentiens, de satisfactione scribit in psal. 118. ad versum: *Exitus aquarum duxerunt oculi mei, cū ait: Hæc pœnitentiæ vox est, lachrymis orare, lachrymis ingemiscere, & per hanc confidentiam dicere, lauabo per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis stratum meum rigabo. Hæc venia peccati est, fontem fletum flere, & largo lachrymarum imbri madefieri.* Sed idcirco reiciunt, quia ex ipsorum dogmate nihil quicquam pœnarum aut castigationum pro peccatis subeundū sit, ne sic, inquit, Christi satisfactionem aut obsecremus aut imminuamus. Vide autem quid contrā sanxerit Tridentinum concilium, sess. 14. cap. 8.

Firmissimam de primatu ecclesiæ Romanæ auctoritatem, quæ habetur lib. de Trinit. 6. *Quod Petrus ædificationi Ecclesiæ subiacet*, conuellere & tanquam minus cōmodam ad suæ perfidiæ confirmationem deiicere nitentes, ponunt Christum & fidem, Ecclesiæ primarium fundamentum. Quod & nos quidem astruimus, & certa fide tenemus. Sed præter id, aliud huic quoque innixum asserimus, nempe Petrum, super quem reliquas ecclesiasticæ structuræ partes à Christo ædificatas esse fatemur & credimus, ex hoc Euangelij testimonio: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quod & Hilarius ipse, atque omnes Ecclesiæ proceres, de Petro intelligunt. Sed si obscurius quàm percipi possit locutus ibi dicatur, quid ad alterum ex eodem locum, qui habetur Can. 16. in Matth. & huic non dissimilem in Psal. 131. referri queat? Vbi apertissimis verbis & ipsa luce clarioribus scribit, *super Petrum tanquam fundamentum, Ecclesiam à Christo esse fundatam.* Sed, inquit, Ecclesiæ Romanæ nusquam meminit, quod ad eam tanquam ad caput, omnes in toto orbe terrarum sint alligatæ. Et hoc sanè donabimus. Verū, quod & nobis vicissim concedent, nusquam meminit, quod non ad illam, tanquam ad primam omnes ecclesiæ sint referendæ. (nam vtraque collectio fieri potest ex eo loco, quāquā si semper ita colligere liceret, multa sequerēt absurda.) Itaque si fidē nō habeat Hilario, quod non satis aperte (sic enī existimat) senserit locis memoratis

** j

LIBERI PER FORTVNATVM.

Romanam ecclesiam esse summam: nos contra videmus Hilarium disertissimis verbis ibidem docuisse *Petrum Ecclesie* (cuius, nisi Romanæ?) *fundamentum esse*. atque ideo cæteris Apostolis prælatum & superiorem prædicamus, quod ei demandatum sit non tantum onus fratres confirmandi, sed etiam, atque omnibus successoribus, collata potestas quæcunque soluedi atque ligandi, leges & præcepta condendi, & eos qui morem statuti non gesserint, quique præter scripturas novos in ecclesiam ritus, nouasque & impias opiniones intulerint, reprimendi atque puniendi. Nec verò illud solum docuit, sed, quod impudenter & peruersè negant, Romanam ecclesiam esse primam significauit his verbis in prologo super Psalmos: *Quamuis, inquit, multa barbara gentes Dei cognitionem, secundum Apostolorum prædicationem, & manentium hodie illis ecclesiarum fidem adeptæ sint, tamen specialiter euangelica doctrina, in Romani imperij (sub quo Hebræi & Græci continentur) sede consistit.* Hæc autem primariam potestatem & successoris Petri dignitatem oppugnant, vt liberius potestea quos voluerint errores spargat, nec sit qui contra decretis pœnis, illorum effrenatam coerceat & cõpescat falsam docendi libidinem. Atque illud quidem mirum est: Cùm enim nolint Ecclesiis omnibus aliquem præesse, qui postquam cum modestia corripuerit delinquentes, acriter animaduertat in pertinaces, & eos qui perseveranter resistēt veritati, puniat: cū nolint etiam homines tortoribus adigi vt credat quod

non credunt: ipsi tamen suo quodam iure publica discernunt incendia, plectendisque tradunt eos, qui præter impium & falsum ipsorum dogma, alias hæreses comminiscuntur atque defendunt. Sed hæc fortasse diffusus & vltra breuitatis metas dicta sunt. Si quis tamen plura & commodiora ad refellendos errores de potestate Romani p̄fificis, desiderauerit, legat Ioannem Echium, de primatu Petri: Alphosium à Castro, de hæresibus, titul. Ecclesia, & Papa: & eiusdem libros de iusta hæreticorum punitione. Iam vero quemadmodum ipsorum insano gustui non placent apud Hilarium testimonia, quæ, quia nostram doctrinam sapiunt, contra putidem hæresim quam foetant, reiciunt: ita quædam ad impietatis suæ confirmationem, assertionum verò nostrarum euersionem ex eodem captat, violentèq; detorquet: vt de confessione soli Deo faciendâ, de libero arbitrio, & similibus. Sed cùm se, suaque tam falsè defendant, quàm maliciosè retorquere conentur ea quibus fidei nostræ tuemur integritatem, neque difficile sit quæ pro suis hæresibus prima specie facere videntur, in assertionem catholicæ religionis conuertere: non placuit indicare, ne tantisper sanctissimi doctissimi que viri pietatem, & eruditionem admirabilem quodammodo suspectam redderemus, Christianumque lectorem cuius commodis studemus inferuire nõ officere, lederemus.

VITA

VITA DIVI HILARII PER BEATVM HIERONYMVM.

Vitabat hic circa annu 390.

HILARIVS vrbs Pictauorum Aquitanie episcopus, factione Saturnini Arelatensis episcopi, de synodo Byteresi, Phrygiam relegatus, duodecim aduersus Arianos confecit libros. Et alium librum de synodis, quem ad Galliarum episcopos scripsit. Et in Psalmos, commentarios, primū videlicet & secundū, & à quinquagesimo primo vsq; ad sexagesimū secundū, & à ceterisimo decimo octauo vsque ad extremū, in quo opere imitatus Origenem nonnulla etiam de suo addidit. Est eius & ad Constantium libellus, quem viuenti Constantinopoli porreuerat. Et liber aduersus Valentē & Vrsatiū, historiā Arimenesis & Seleucienensis synodi continens. Et aduersus præfectū Salustium, siue contra Dioscorum: & liber hymnorū & mysteriorū alius. Et commentarij in Matthæum: & Tractatus in Iob, quos de Græco Origenis ad sensum transtulit: & alius elegans libellus contra Auxentiū: & nonnulla ad diuersos epistolæ. Aiunt quidam scripsisse eum & in Cantica canticorum, sed à nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est Pictauus, Valentiano & Valente regnantibus.

IN VITAM S. HILARII PER Fortunatum tunc adhuc presbyterum, Præfatio. DE VITA SANCTI HILARII Domino sancto, & merito beatissimo patri, Pascensio papa, Fortunatus.

Florebat hic anno 570.

Hic papam appellat, patrem patrum suæ magni patrem: sic euenim stantivi solent nominare pastores, parochiales papas.

RELIGIOSI pectoris studio sollicitate cõmonitus, Papa beatissime, diuinis in actibus cùm sacri cõuersatione propositi iugiter exercitaris intentus, & intendis exercitandus: vt facile sit perpicuum ad culturam Ecclesiasticæ disciplinæ & fuisse te genitū, & esse prouectū, cùm irrefragabiliter veteris dispositionis catholici dogmatis fundamenta custos obseruas, & ad ædificationem plebis amantissimæ, veluti bonus instructor, adiuciendo aliquid, culmen fabricæ continuare festinas, non sine timore diuino. Cuius operis amore præuentus, me dignatus es perurgere, quod de actibus sacratissimi viri Hilarij confessoris, qui te ab ipsis cunabulis ante sua vestigia, quasi peculiarè vernulam, familiariter enutriti, vt impensis muneris vel verba rependerem, & si non plenè, vel quadam ex parte cõplexa perstringerem: quatenus dū gregis auribus vox quodammodo & vita pastoris antiquissimi resonaret, & ille probaret ministerium, & ipse tuū non celares affectū. Sed cùm mei ingenij breuitatē mensuro, adeo beati Hilarij immensitatem fortè cognosco, vt penè mihi videatur æquale, tam istud posse dicere, quàm digito cælū tangere: præsertim quod etiā beati (vt audio) Hieronymi torrens illud eloquiū recufauerit attētare, qui huic materiei se imparem eatenus iudicauerit, vt taceret. Ego verò, cui nullius scientiæ irrigua fluenta succurrunt, quem vix stillicidij pauperis attenuata gutta perfundit, nihil proprio de fonte respirās: qua temeritate inter ingentia flumina, Euphratē beati Hilarij, & Nilum Hieronymi, siccos velim cursus extēdere, cùm de illo etiā doctissimi viri quicquid dicere potuerunt, minus est quàm meretur? Et cùm virum sanctissimū cõsultius mihi sit mirari quàm loqui, æquabilis fuerat hæc beato Ambrosio de fratre scribēda mandare, cui verba virtutibus coniuncta florebat. Tamen etsi cum

mea verecundia vobis quidē obedientiā, & illi impetando, de quo non dignè loquor, fortasse iniuriā: sed concedi per veniam credimus, quod deuotione peccatur. Et ne protracta pagina fastidiū potius generet, quàm prouocet auditorem, nunc de eius vita proponamus.

BEATI HILARII Episcopi Vita.

HITVR beatus Hilarius Pictauorū vrbs episcopus, regionis Aquitanie partibus oriundus fuit: quæ ab Oceano Britanico ferè milibus nonaginta seiungitur: apud Gallicanas verò familias nobilitatis lampade non obsecurus, imo magis præ cæteris gratia generositatis, nitore pectoris addito ornatus, quasi resurgens Lucifer inter astra processit. Cuius à cunabulis tātæ sapientiæ primitiua lactabatur infantia, vt iam tunc potuisset intelligi Christū in suis causis pro obtinēda victoriā, necessarium sibi iussisse militem propagari. Denique cõiugem habēs & filiā, ita plenitudine Domini venerabiles animos Ecclesiasticæ regulæ tradidit informandos, vt adhuc in laicali proposito constitutus, diuino nutu pontificis gratiam possideret, ita seipsum propria disciplina coërcebat intētus, quasi futurā speciem indicans, vt irreprehensibilis in tēplo Christi præpararetur sacerdos. Nam quod inter mortales adhuc videtur difficile, tam cautū esse quenquam, qui se à Iudæis vel hæreticis cibo suspēdat: adeo vir sanctissimus hostes catholicæ religionis abhorruit, vt non dicam conuiuū, sed neque salutatio fuerit cū his prætereūti cõmunis. Vitabat hæc Davidico suffultus exēplo, ne cum hæreticis mēsam participando, fieret illi in scandalum. O quàm perfectissimū laicum, cuius imitatores ipsi etiam esse desiderant sacerdotes: cui non fuit aliud viuere, nisi Christū cū dilectione timere, & cū timore diligere. Cuius sequaces currunt ad gloriam: diuertentes, ad pœnam credenti succedunt præmia, reculanti tormēta. Qui omnes de piæ religionis opere commonens, nunc alios de confessione inæstimabilis sanctæ Trinitatis informans, nunc reliquos promissione regni cælestis inuitās, nõ cessabat in plebem verba veritatis fructu fidei redūdātia, seminare. Quo cognito de S. Hilario, quoniā tantū lumē, etsi voluisset, latere nõ potuit: quippe necessariū, vt alienas tenebras in lucem trāsferret: cõcordate fauore populi, aut potius Dei spiritu proclamāte, vir olim mysterijs deputatus, aliquando sacris altaribus sacerdos electus est. Crescebat in eo quotidie opinio, famulatrix virtutū: nec erat fama eius contenta, circuniecctas tantum Gallias illustrare, sed exteras nationes & regiones implebat, meritorum gratia percurrente: id que actum est, vt in toto orbe velociter beati pontificis gloria militaret.

Igitur Constantij imperatoris tempore, cūm Arriana hæresis, venenata de radice, flore toxico pullularet, tunc sanctissimus timore nudus, fidei feruore vestit, quasi signifer belligator per medias acies inter hostiles fremit, inter hæreticos gladios se ingererat, Christi charitate securus, nihil de sua morte formidās, illud solū metuebat, ne præiudiciū religioni, quod absit, illatū præualeret. Hinc à Valēte & Vrsatio episcopis, qui praua credulitate Ecclesiā Dei turbare pertinaciter insitebat, Imperatori persuasum est, vt virum eruditissimū, de quo loquimur, & Dionysiu Medio-

Ianensem, & Eusebium Vercellensem exilio cōdemnaret. Nihil enim poterat ante insuperabile sancti Hilarij faciendam h̄reticus obtinere sperabat enim hostis fidei, aliquas se nebulas splendori catholico posse pr̄tendere, si reclusus exilio vir talis à certamine defligeret: quoniam si quis peruersus voluit cum illo cōfligere, ac si mutus & claudus, nec verba poterat profere, nec responsonibus currere: sed quasi natus in pelago, ante fructū eius eloquētiae mergebatur. Itaq; in phrygiam Asiæ regionem missus exilio, ad augmētum virtutis gratias egit: quia quātū pro nomine Christi longius discedebat de solo proprio, tantū merebatur fieri viciniōr cælo. Qui dum ad locum peruenisset optabile, nobis tacendum non est, quod illi diuinitus concessum est. Nam eo tēpore, sancto sibi spiritu reuelante, cognouit quod beatissimā Abram filiā suam, quam cum matre Pictaui reliquerat, quidam iuuenis nobilissimus, prædiues, pulcherrimus, cōiugij vinculo sibi quæreret adnectendā. Sed ipse interuentu orationis assiduæ, caelestem illi sponsum sine cōtaminatione prouiderat. Mox opportunitate reperta, manu propria subscriptam, infra post librum secundum filiæ direxit epistolam, sufficienti sale conditam, & velut aromaticis vnguentis infusam, quæ tenetur Pictaui pro munere conseruata: indicans ei, quod talem sponsum pater anxius prouidisset, cuius nobilitas cælos ascenderet, pulchritudo rosarum & Lilij comparationem præcederet, oculi gemmarum lumine luminarent, vestis caudorem niuis opprimeret, ornamenta inestimabili fulgore vernarent, diuinitas intra se regna concluderent: eius sapientia incomprehensibilis emanaret, dulcedo faui mella postponeret, pudicitia incontaminata persisteret, odor suauitate fragraret, thesauri sine defectōne constaret. Addit ergo monitis, vt filia nulli se prius à matre diuina coniungeret, quàm vt patrem expectaret sibi pollicitū & sponsum pariter cum promissione venturum. Quod Abra dulciter excipiens, & quasi sponsum futurū in epistola patris amplectens, ad monitionem secuta est, nulli se in coniugio resoluens. Sed qualiter ad illum sponsum perueniret, locus in sequenti seruat.

Interea cum toto orbe Arriana h̄resis peruersitas pullularet, dato generaliter Imperatoris edicto iussum est, vt omnes Orientales episcopi apud Seleuciā Isauriæ oppidum conuenirent, disceptaturi quid sentirent de fidei veritate. Tunc inter reliquos, quarto iam exilij anno, de Phrygia sanctus Hilarius in prædicto loco data sibi pergēdi euectione, ad synodum venire compellitur. Qui quoddam castellū dum adisset, die Domino ingressus est templum mōxque florentia puella gētilis, irrumpēs multitudinē populū, voce magna seruum Dei illuc aduenisse testata est: & ad pedes eius accurrēs, non cessauit petere, nisi signū crucis ab ipso sibi fieri, fideliter impetrasset. Quam florentius pater secutus est & cuncta familia, in nomine Dñi meruerūt pariter baptizari. Quæ florētia, relictis parentibus, vestigijs eius inhærens, vsque Pictaui perducta est. Patrem verò se habere, non à quo generata est, sed per quem regenerata est, prædicabat. Cūmq; Seleuciam peruisset, magno fauore à cūctis exceptus est, eo quod diuina misericordia tam prudētissimū virū, & singulari eruditione compertū, in spectaculū mundi produxerit, vbi erat de fide censendum. Hinc post examinationē agnitis hostibus & oppressis, decretis in scripto conditis, prospere gerēs synodi ad Imperatorem dirigitur legatio: cum qua perrexit sanctus Hilarius, quāuis ei non fuisset iniunctum, metuens ne adhuc contra

religionis dogmata respiraret damnata perfidia.

Sed differere longū est, qualiter in Ariminēsi synodo, cōposita mētione, aliud ex alio referēs, fr̄as h̄retica serpētino lapsu subreperit, & quomodo postea legatis Solencensibus per Imperatoris impietate ipsa est illata calumnia. Quod tamē athleta Christi beatus Hilarius agnosces, grauiter dolet apud Ariminū diaboli præualuisse mēdaciū: intantū vt oriētales partes simili cōposito prauitatis fūco inficeret. Imperatori autē tribus libellis oblati, præces effudit. vt in ei⁹ cōspectu collectis aduersariis esset ei cōtra h̄reticos disceptandi de religione licētia, ne veritate falsitas obnubilaret, ne iniquitas æquitati præuuleret, ne Imperator Deo resisteret, ne Trinitatis fidei iniquitatis perfidia rebellaret, Vt Valēs & Vrsatius, cōscīentia reatu perterriti: quoniam si daretur facultas certādi, mox se recognoscebāt Hilarij cōtētionē prosterni: sollicitat Imperatoris animū, iam magna ex parte captiū, vt ipsum Dei virū ad Gallias redire perurgeret, dicētes, illo præsentē h̄retica nō posse machinamēta proficere. Quo obtētū, ad Gallias cōpulsus reuertitur, putās ampli⁹ se pati exiliū, quod illud perturbationē Ecclesię relinquebat, termino disceptationis nō cōsecuto. O beatū pōtificē, qui in summo discrimine, inimico etiā sibi iudice, adit tribunal Imperij, siue timore tormētū. Verē totis visceribus diligebat Christi regnū, qui nō formidabat in principatu Cōstantiū. Nam quod se pro Dño sic ingerebat aperto periculo, optabat martyriū, si non deesset percussor: & tamē animus sumpsit gloriā, & si tēpus nō intulit pœnā. Sed hūc ipsum diuino nutu seruātū testificor pro correctione multorū. Nam penē totū mudum graui errore cōfūsum, factis sapius in Gallia synodis, per Hilariū fuisse ad viā veritatis adductū, confitēter lingua multorū. Quid autē interest, vel si pro æterna vita factū martyre fuisse, vel amplius vixisse, reliqui ne periret? Igitur sanctissimā animā etiā gladius persecutoris nō abstulit, ipse tamē palmā martyrij nō amisit. Itaq; dum regrederetur Hilarius ad propria tūc beat⁹ Martinus, æque meritorū lumine nō abscessus, qui ab eodē S. Hilario exorcista est postea cōstitutus, cognito aduentu eius, Romā festinatē occurrit. Quem cum iam præterisse cognosceret, est vsq; ad Gallias profectus. Neq; enim Martinus, qui adhuc catechumenus Christi chlamyde sua teētū videre meruit, illi deuotus occurreret, nisi per omnia mysterijs pleni in eo spiritum præuidisset. Nec mirū, si ille, qui Deū pri⁹ vidit in paupe, postea illum habitare cognosceret in doctore. Illud etiā nobis non cōuenit tam nobile præterire miraculum. Nā cum circa Gallinariā insulā propinquaret, relatione agnouit vicinorū, ibidē ingētia serpentium volumina sine numero peruagari: & ob hoc quāuis illis hæc insula videretur vicina, propter inaccessibilitē tamen locū lōgius illis videbatur esse, quàm Aphrica. Quo audito, vir dei sentiens sibi de bestiali pugna venire victoriā, in nomine Dñi, præcedēte crucis auxilio, descendit in insulā. eoque visō serpētes in fugā cōuersi sunt, non tolerātes eius aspectū. Tunc bacnlū figēs in terram, quasi metam, quousq; deberēt excurrere, virtutis potētia designauit, nec ampli⁹ libertas est illis occupare, quod vetuit: & tanquā hæc insula nō sit terra, sed pelagus, qui dum semper illam partem verentur attingere, facilius est illis mare transire, quam vocem. O immutabile terminum, de sermone plantatum. Apparet, quantū est melior Adam secundum antiquo. Ille serpenti paruit: iste seruos habet, qui possunt serpentibus imperare. Ille per bestia de sede paradisi proiectus est: iste de suis cubilibus serpentes exclusit.

Deposuit

Deposuit anguis antiquum mendaciū, qui didicit implere mandatum. O Hilari dulce medicamentum & meritum, ante quē sine mora venena fugata sunt: addidit terram hominibus, quia in loco bellæ incolæ transigrant. Sed reuertamur ad ordinem.

Cum de exilio regressus, introiit Pictaui, summo fauore plaudēbat omnes pariter, eo quod ecclesia receperat Pontificem, grex pastorē: & ac si omnes cum ipso tunc redissent ad patriā, ita sine illo se exules fuisse deslebant. Itaque beatum Martinum in vico Tegiacō nomine dum præcepisset consistere, virtute diuina meruit ibi beatus Martinus mortuū suscitare. Deinde post aliquot dies in fans sine baptismi regeneratione defunctus est, duplici morte damnatus: præsentem amiserat lucē, & pœna futuri seculi non carebat. Tūc mater extincti, quæ iam mater non erat, dum filiū non habebat, prouoluta ad pedes sancti Hilarij, præcedentibus lachrymis, nati sui corpus damnatum exclamans: Martinus adhuc incipiēs, catechumenū mortuum reuocauit: tu pontifex redde, rogo, filiū aut mihi aut baptisimo. Qui populi pater agnosceris, vt ego mater vocer, quæso obtineas. Sic illa plus lachrymis petente, quàm verbis, commotus pietate vir Dei & spectante populo, ad consueta arma recurrens, in terram prosternitur. Mox paulatim defunctū pallor in ruborem conuertitur, frigidā mēbra reuocato spiritu in tepescunt, oculorum apertis ianuis palpebræ, peregrinū lumen agnoscent: vox adducto aëre de pectoris domicilio cōflata profertur, gressus suis vestigijs rediuius extenditur, in anterioris fundamenti statū tota fabrica renouatur. Quid plura? Tandiu iacuit sacerdos in puluere, donec pariter surgeret, senex de oratione, in fans de morte. Ecce vita laudabilis, quæ de alterius corpore, necem precib⁹ fugauit, spoliāuit tartarū spem habēs in Christo. Mors ibi iura non tenuit, vbi Hilarius vim orationis ingessit. Sed tanta res nō potest nostris verbis plus ornari, quàm ipsius meritis. Nunc verò memorandum est, quod supra prætermisimus, qualiter miracula reliqua hoc subiecto miraculo cumulauit.

Deniq; cum beatissimā Abram filiā suam, ad quā de exilio destinauit epistolā, in colūmē inuenisset, alloquitur eam, quomodo dulcedo poterat patris & faciūdia oratoris. Quid dicā? alloquitur illā Hilarius, cuius eloquentiæ post ipsum, cōparare aliquē vix audemus, nisi qui fuerit spiritu diuino, vt ille, repletus: tētat eius animū, si vellet attingere sponsum, quem patris gratia prouiderat. Tunc libētē ac desideratē, vt celeriter ei iungeretur, optabat. Quam voluntatē pius pater agnosces, intētus orationibus, non cessauit, donec sine dolore, sine cōtagio, se prælēte, filia de mūdi ludibrio migraret ad Christū: quā propriis manibus, vt decuit, venerādæ tradidit sepulturæ. O funeris gloria, quæ melior habetur quā vita: quia quod terre subripuit, in cælum trāsmisit. Verē, vt ego considero, plus fuit, quàm resuscitari, sic mori. Certa enim salus est, non cōtaminari peccatis. Quanti cuperēt, rebus cum vita traditis, talem transitū comparare, si mercatorē forsitan inuenirēt? Quid distat inter viuificati infantis, & filiæ mortificatæ mysteriū, nisi quod illū resuscitauit ad baptismum, hanc prædestinauit ad regnū? & quod in illo adhuc spes petandi restabat, hæc immaculata finierat? Quod cum vidisset mater beatæ Abræ, à pōtifice postulat, vt & ipsa, si mereretur, erepta de mūdi crimine, cum filia præsentaretur ad regnū? Cuius vota considerans, assidua oratione & ipsam ante se trāsmisit ad gloriam. Quis æstimatur⁹ est, talē virū ita dilexisse Dñm,

coniugis & filiæ affectū cōtēpto? Tamen in hoc mōdo illas amasse cognoscitur, cū per ipsum lumini perpetuo transferuntur.

Quis verò abundantiam rigantis ingenij cōtendat euoluere, aut eius verba verbis valeat exæquare? Qualiter ille indiuisa Trinitatis libros stylo tumentē contexit, aut scripta Dauidici carminis sermone cothurnato per singula referauit? Quando fuit in discretione prouidus, in tractatu profundus, per literaturam eloquens, per virtutem mirabilis, in cōplexionibus multiplex, in resolutione subtilis, astutus, iuxta prophetā, imò prudens, iuxta Domini vocem, vt serpēs, columbæ simplicis gratiam non amittens. Ipse, conditi sal ingenij, fons loquendi, thesaurus scientiæ, lux doctrinæ defensor Ecclesiæ, ostium oppugnator. Cuius dicta qui legit, non credit dicere, sed tōnari: Hęc fuit vltra homines sapere, tam cautē de religione cōsistere. Sed qui vult ipsum agnoscere, eius exilia memoret, merita respiciat, volumina relegat, dicta perēdat, signa quotidiana percenseat. Qui dum superbes fuit in hoc seculo, aut scripsit ecclesiasticæ fidei documenta, aut pugnano calcavit h̄retica crimina, aut petenti tribuit miraculorum suffragia, quæ velente Domino, vsque in hodiernū diem eius orationibus perseuerant. Sed mea lingua non sufficit singula de spiritu sancto, qui per eū operatus & locutus est, sicut illi dignum est, proferre. Det mihi pius veniā, quia multa præterui, qui vix pauca conscripsi. Ita beatissimi Hilarij de præsentī seculo vita, Valente & Valētiniano regnantibus, cum gloria migravit ad Christum, terra plorante, cælo gaudente, præstante eodem Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto &c.

IN LIBRVM SECYNDVM DE
miraculis S. Hilarij, Fortunati presbiteri.

Domino sancto, & meritis beatissimo patri, P. scērio Papa, in Christo florigerat perenniter Charitate vermanibus Ecclesiæ Pictauiensis habitatoribus Fortunatus.

Cum veteres & infidelium conditores voluminum, eloquentiæ suæ pompam cunctis ostendere, causa prouocauerit opinionis inflata: dū inter regū vota seu funera, id est, prospera vel aduersa, confuso vocis ordine, quodāmodo nisi sunt cātare pariter & plorare: vt hi qui dixerūt, vel de quib⁹ loquuti sunt, saltē in libris viuerēt, etiā vacuis actib⁹ inaniter defecissent: cur ego melioris spei sollicitat⁹ instinctu, patiar reticere summi cōfessoris viuētia merita & victorias, nō sine, quod absit, vindictæ celestis incurso, cum vix debita soluerē, si de beati Hilarij indeficiētis lāpādis splendore, infatigabili voce, die cōtinuata cū nocte pariter decātare? Quæ verò vel irretit⁹ incitā, vel impulsus offensā, in ea voluntate sub graui torpore persisterē, vt cū illi plurimo decepti tractatu, de resoluta vmbrarū imagine nōnulla conficerēt, & in puluere redacta cadauera, falsis quasi laudibus animarent: ego de sanctis permanentibus, & quod est felicitus, in regno Christi quotidie florētibus, nihil referrem: præsertim vbi diuersa diuersarū partim videtur esse causa mercedē: quod gētiles fructū laboris sui, inani tātum fauore voluerūt consistere: nos autē oporteat in beatorum virorum intercessione plantare? Quibus hęc si verba soluimus, illic gaudia comparamus. Idcirco reddat illi mobilis lingua præconium, à quo prius pectora hunc conceperunt affectum. Nam bonis eius apertē creditur inuideri, si quæ de illo cognouimus, silētio videātur abscondi. Meritō itaq; cum

cæteris & me de se loqui cõpellit, qui etiam mutos, vt loquantur abfoluit. Sed quàm plura fuperstes in corpore fecerit, vel quanta operatus fit, postquam æterna in requie, plaudentibus Angelis, ad Christum victor de mundi certamine trãsmigrauit, & si non potui, annorum vetustate subripicte, contingere: attamen vel quæ præfenti tempore miracula mifericors præbuit, cupio indigenti memoriã nõ fraudare: vt quisquis hæc fidelis, sicut concedet, auditu perceperit, & præterita se cognoscere gaudeat, & similia fieri virtute confessoris in futuro confidat.

LIBER SECVNDVS, QVI EST
de miraculis S. Hilarij.

MGITVR Probianus cum dubio iam vitæ penderet in fine, & spem conualescẽde infantia mors inuida paritibus, subripere festinarer, nec paruuli funus acerbum considerans, nec desideria ingemiscens senectutis spectans, auida quicquid inuenit extra fortem cuncta cõcludens, sola tamen intercessione beati Hilarij restiterat moribundo salutis occasio. Quem Franco suus genitor, & Periculosa mater, quæ magis conuerso nomine, filij periclitabatur in nece, iam quasi defuncti præmeditantes exequias, cum ingenti fletu in confessoris tabernaculum detulerunt. Tunc sanctus Hilarius ab authore suo secretæ artis exhibens medicinam, consuetus de dispendio funeris reddere compendia sanitatis, subito membrorum fluentem fabricam, verbo operante erexit, & in statum pristinum, tanquam si nihil in ea fuisset solum, reformauit: moxque parentum lachrymas, lætitiæ mole superueniente, siccauit, gemitus voto succedente præclusit: vbi iam per dolorem non erat, sed per gaudia, quod plorarent. Quas penas quæ tormenta mors ipsa tunc pertulit, quando illud, quod credebat inuadere, sic amisit? Profectõ quando alterum victrix ferire non potuit, sese ipsam victa percussit. Qui tamen Probianus postea apicem promeruit obtinere pontificis, & vsque in hodiernum diem ad luminaria sui medicij, singulis iannis vitæ debitor tributa persoluit.

Illud quoque nobis est tam singulare miraculum, pro gloria collatoris, ad memoriam populi reuocandum. Nam cum à Cadurcis venissent duo homines, lepræ maculis immutati, spem suæ salutis in sancti intercessione fundantes, persistebant de puluere, qui ab eius sepulchro abstergebatur, sua lauantes capita, & membra reliqua perungentes, tam diu sibi talem curam fideliter impenderunt, donec infirmitatis ipsius vlcerosa varietas de corpore, quod captiuauerat, captiua migraret: vt decepta suis solatiis, colorem quem inuaserat, inuiolatum relinqueret, & quam secum attulerat, turpitudinis speciem non teneret. Post innumerabilia itaque vulnera, membris omnibus instaurata est cutis vna. Vultus ille diuturna deletus sordē, sua cœpit in ambobus repingi imagine, nec agnosci potuit, qualis fuerat per infirmitatem. Per fidelissimum nanque pulueris lauacrum, Pictauis illis purificus Iordanis inuentus est: & non ipsi ad fluuium, sed ipsi fluuius hic occurrit: ex quo tam prædicabilis patuit miseratio confessoris, quod & laborem eis longinqui itineris abstulit, & salutis votã porrexit. O quàm inæstimabilem clarauerunt documenta virtutis, vbi sepulchri immunditiæ, mundaauerunt maculas lepræ. Cuius hoc facere cura potuisset artificis, qui de tali puluere, ferret bene-

ficia medicinæ? Ex quibus Castorius, diaconus: & Crispus, subdiaconus institutus ad eius obsequiũ vsq; in finem suum, per quem sanati sunt, adhæserunt. Et meritõ illius elegerunt sustinere iuga Domini, à quo à pœna liberi sunt effecti.

Quædam puella in hanc vitã veniens, dextram mortuam traxerat, natura formante, & debilem manum in speciem globi collegerant neruorũ fila contracta, fluxa suo stamine digitorum tela marcebant. Tunc occurrẽs ad beatissimi sepulchrum, intercessione eius viuacibus est officijs ordinata: paulatim mobilis vigor articulos stupẽtes & vngues irrepsit. Post longa tempora manus illic tunc nata est, cum sensit munera confessoris: extincta manus venit ab vtero, viua redijt de sepulchro. Ecce quàm larga remuneratoris est pietas, vt quæ natura non genuit, hic membra suppleret.

Nec illud quidem præterire conuenit, quod caeco post vota felici successit. Nam cum ad beati Martini limina pro recipiendõ lumine intentus properaret, in sancti Hilarij præteriens templum ingressus est. Quo dum vigilas officio solito Cleri celebrarent, mane factõ, apertis oculis, ipse diem cœpit aliis nuntiare, qui semper egebat audire. Apud quem vna semper nox erat, tenebras illa nocte purgavit. Qui nunquã viderat ornamenta diei, cœpit illi nouus sol nasci, Tunc illi fabricata sunt omnia, quando eorum meruit videre facturam, & vt ita dicam, quodammodo illi post se mûdus est natus, cum factus est agnitus. Cæcus ad beati Martini ecclesiam festinabat accedere, iste huc in suo templo dignatus est illuminare. Quanta micat gratia donatoris, qui præuenit desideria supplicantis?

Quid dignũ etiam referam de tam regali mysterio, quod ab ipso est in regem collatum? Denique Clodoueus rex dum contra hæreticam gentem pugnaturus, armatas haberet acies, media nocte meruit de basilica beati viri lumen super se veniens aspicerē, admonitus vt festinãter, sed non sine venerabilis loci oratione, aduersus hostes confictaturus descenderet. Quod ille diligenter obseruans, & orationi accurrens, tanta prosperitate, altero pro se pugnaturõ, processit ad bellum, vt intra horam diei tertiam vltra humana vota fortiretur à Domino victoriam. Vbi multitudo occisorum cadauerum tanta iacuit in loco, vt collis ipse ob hoc visus sit se erexisse in altum. Ecce terribiliter formidanda prodigia, & delectabiliter amplectenda miracula. Parum illi fuit pro solatio regis, signum ostendere luminis, nisi apertè monitus addidisset & voce. Simile quoddam contigit Israëliticæ gentis tempore huius causa virtutis. Nam ibi columna ignis populum præcesserat, hic figura lampadis admouebat. Vellem nosse, cur fuerit tãti ardoris secretum mysterium, & tam manifestè prolatum. Sed quantum ipso inspirante videor agnoscere, non tacebo. Contra hæreticas acies, sicut olim in corpore, non cessauit spiritu dimicare. Quanta fuit illi semper pro cultu catholicæ religionis auditas, cum in requie posito, adhuc solitudinis non desit vbertas? Nam qui tunc in synodo ad confundendum hostem verba fidelia protulit, hic in campo nunc arma tractauit.

Mulier in vico Tonaciaco, dum aquam ad opus suum deportaret die Dominico, (non est meum nosse, quo præuenta peccato) manu attracta est, venarum arefacto discursu. Tunc reuelatione communita est, vt ad sancti limina, si vellet salua fieri, properaret. Quo illa fides nuncio, tanquã cum ipso sanitate suæ præuiatore, læta præcucurrit. Et dũ in ecclesia psallere-

psalleretur, similiter in absolutione, die Dominico, quo præcesserat pœna, secuta sunt gaudia. Ecce consuetudinẽ patroni singularis amabilem, qui vt inueniat cui præstet, & causas exquirat. O beate Hilari, omnium corde, ore, voce canende: cuius tam larga benignitas, non solum se alicui non abscondit, sed vltro ingerit. Veniamus ad alios venerandi fructus miraculi.

Quædam paralytica, annis adulta puella, non merito, sine vitæ viuebat officijs. Cui in funus extincti corporis tantum fuperstes anima palpitabat, & in toto caduere lumina quasi sola vigeabant: velut mortua in se membra vigilantes oculi custodiebant. Non lingua torpens intra palati cameram, volubilis excurrerat, nec imo ducta de pectore, vox collata poterat per verba disponi: non manus, cum soluta languesceret, naturæ debita seruitia dissoluebat: neque pes instabilis membrorum ruinas sustinebat: adhuc totius corporis infabricata massa torpebat. Quæ in eius solennitatis die, intra ecclesiam posita, cum ingenti fauore spectantibus omnibus est erecta: sicque in vnius debiles corpore miracula plura compleuit: Attenuata genuum vestigia roborauit, linguam rigentem flexibilitate & facilitate vocis aptauit, ad vsum lanificij debiles quondam palmas armavit, lineamenta viscerum, gratia pij muneris animauit. Aliquando igitur vetus infans in verba prorupit, & quod est conspicuum, voce prima, lactis alimenta quæsiuit. Ergo vt talis cibus inter omnes posceretur, quid aliud datur intelligi, nisi quando sanata est, tunc prius credidisse se nasci?

Nec illud tam fidele mysteriũ obliuione noxia subtrahatur. Itaque cum duo negotiatores ad beati basilicam occurrissent, habentes formam ceræ quasi socialiter in cõmune, quidam ex his alloquitur alterum, vt eam etsi tam paruam rem, tamen tanto confessori vel libenter offerrent. Sed incassum sua verba in animo socij nolentis expendit. Ipse tamẽ cum collega suo in oratione prosternitur, ceram illã occultè ante tremendi sepulchri cancellos exponit. Mox ad omnẽ æqualitatem ceræ ipsius forma se diuisit, & parte illius fidelis oblatoris accepta, pars altera, videntibus plurimis, voluendo vsque ad alios cancellos, nutu diuino cum omni contumelia est repulsa: quasi nollet sanctus inuadere, quod alter illi deuotus nõ obtulit: & quoniam semper abhorruit, quod ex fide non venit, tam certus

in iudicio, quàm mifericors est in voto. O quàm incorruptibilis arbiter claret, cautiõ est iste in examinatione iudicij, quàm in electione florũ illa, quæ ceram casta producit. Tunc itaque ille, qui offerre noluit, admisi criminis se teste confusus, & immensi pudoris reatu percussus, postquam vidit sibi à radice suæ conscientia tantæ turpitudinis opprobria pullulasse, & in faciem suam occultæ cogitationis facinora reuelata aspexit: cõsiderauit, ingemuit & defleuit: vt saltem lachrymarum fonte rigante dilueret, quod corde delinquente scædauit. Qui postea maiora obtulit dona exactus, cerã iudicio castigante.

Item cum iuxta consuetudinem quædam nocte ceceus illuminatus fuisset, casu super sepulchrũ eius, qui intercessione sua mortuos viuificat, ardens corruiat: ita vt super mafortẽ, quo cecidit, sine læsione aliqua perarderet. Nam in quantum fuit cerei longitudo, cera iacens inuenta est, papyro consumpta: tanquam si cõfinium cera ipsa fecisset inter ignem & pallium, vt ab ipsa inueniretur defendi, per quam potuisset exuri. Attendit beneficium, vt obediret præcepto. Quam semper scit subinde consumere, hic ceram ignis expandit, quam ad ardendi auxilium sumpserat, ipsa ei vifa est repugnare. Sed inter hæc illud potius admonet, vt dicatur, In virtute cõfessoris, quas deducit cera flammam extinxit, & cõuerso ordine illud, à quo vorari potuit, præfocauit. Diuersæ species suam vifa sunt naturam mutasse. Ne quid enim hęc incendia læderet, pallium pro marmore, cera fuit pro flumine. Sed quãtum est apud illum cerei lumen extinguere, qui cæcorum lumen accendit? aut cum ad alterius cadaueris sepulchram oculorum ignem redintegrat, quãtum facile credimus de sepulchro proprio vt flammam expellat? Vellem adhuc infatigatus sacratissimi viri miracula quasi peculiariter decantare: sed vereor, ne vnde meam cupio deuotionem ostendere, auditoris animum fastidio nascente videar obturare. Da mihi pie veniam de textus huius paruitate: da casui culpam, de quo exiguum dicerem, si libros implem: ne dum hominis cupio vitare fastidia, videar incurere confessoris offensam. Sed præsumo plurimũ de te minus dicere, vt de te legere populum breuitas plus inuiter.

S. HILARII AD ABRAM

FILIAM SVAM. EPISTOLA, CUIVS MEMINIT Fortunatus supra, libro. I.

Dilectissimæ filiæ Abræ Hilarius in Domino salutem.

ACCEPI literas tuas, intelligo desiderantem te mei esse, & certum ita habeo. Sentio enim quantum præsentia horum qui amantur optabilis sit. Et quia grauem tibi esse absentiam meam scio, ne me forte impium esse erga te existimares, qui tam diu à te abessem: excusare tibi & profectioem meam & moras volui, vt intelligeres me non impiè tibi, sed vtiliter deesse. Namque cum te filiam vt vnicam, ita, quantum à me est, vnanimen habeam: vellem te pulcherrimam omnium & sanctissimam viuere. Nunciatum mihi est, esse quendam iuuenem habentem margaritam, & vestem inestimabilis precij: quam si quis ab eo possit mereri, super humanas diuitias & salutem & diues & saluus futurus esset. Ad hunc ergo his auditis profectus sum: ad quem cum per multas & longas & difficiles vias venissem, videns eum prociidit itatim. Adest enim tam pulcher iuuenis, vt ante conspectum eius nemo audeat cõsistere. Qui vbi me prociidisse vidit, interrogari me iussit quid vellem, & quid rogarem: & ego respondi, audisse me de veste sua & margarita, & ideo venisse, & si eam dignaretur præstare, esse mihi filiam quam vehementer diligerem, cui hanc vestem ac margaritam quærerem. Et in terram prostratus facie fleo plurimum, & noctibus ac diebus gemiscens rogo vt audire dignaretur precem meam. Post quæ, quia bonus iuuenis & melius illo nihil est, ait mihi: Nosti hanc vestem atque hanc margaritam, quam à me lachrymis rogas vt eam filiæ tuæ concedam? Et ego respondi illi, Domine auditu cognoui de ipsis, & fide credidi: & scio quia optima sunt: & salus vera est hac veste vti, & hac margarita ornari. Et statim ministris suis præcepit, vt mihi & vestem hanc & margaritam ostenderent. Et confestim ita fit. Ac vestem primo vidi, vidi filia, vidi quod eloqui non possum. Nunquid ei sericum secundum subtilitatem eius par erat? Nunquid candori eius niues comparatæ nõ nigrescebant? Nunquid aurum iuxta fulgorè eius liuebat? Ipsa enim multicolor, & nihil profus comparatum ei poterat æquare. Postquam video margaritam, qua visa statim concidi. Non enim poterant oculi mei sustinere tantum eius colorem. Nam nec cœli, nec lucis, nec maris, nec terræ species pulchritudini eius poterat comparari. Et cum prostratus iacerem, ait mihi quidam de assilentiibus: Video te folicitum, & bonum patrem esse, & hanc vestem atque hanc margaritam ad filiam tuam mittere desiderare: sed vt magis desideres, ostendo tibi quid adhuc hac vestis atque margarita boni habeat. Vestis hæc nunquam tineis comeditur, nõ vsu atteritur, non forde inficitur, non vi scinditur, non damno amittitur: sed semper talis qualis est permanet. Margarita verò hæc virtutis eius est: vt si quis eam induitur, nõ agrotet, non senescat, non moriatur. Nihil omnino in se habet quod sit obnoxium corpori: sed vtenti ea nihil accidit, quod aut mortem afferat, aut ætatem demutat, aut impediatur sanitati. Quod vt audiui filia, exanimari magis desiderio margaritæ & vestis istius cepi: & sic ut prostratus iacebam, indeficienti fletu & intenta

oratione iuuenem precari cepi, dicens: Domine sancte, miserere precij meæ, & miserere folicitudini & vitæ meæ. Si enim hanc vestem mihi & margaritam nõ concedis, miser futurus sum, filiam meam viuentem perditurus sum: ego propter hanc vestem & margaritam peregrinari volo. Scis Domine, quia tibi nõ mentior. Postquam vocem meam audiuit, iubet me leuare, & ait mihi: Mouerunt me preces & lachrymæ tuæ, & bene est quod credidisti. Et quia dixisti, te pro hac margarita ipsam vitam tuam velle impendere, nõ possum eam tibi negare: sed scire debes propositum & voluntatem meam. Vestis quam ego dederò, talis est: vt si quis voluerit vestem alia coloratam & serica & auratam, vt vestem meam capere nõ possit. Sed illi dabo eam, quæ contenta sit, non serico habitu, sed natius coloribus, & insumptuoso textu vestiri: ita vt propter consuetudinè, purpuream per angustas vestes habeat: non etiã purpura ipsa defundatur in vestem. Margarita verò quam à me petis naturæ eius est, vt habere eam non possit, qui margaritam aliam habuerit. Quia aliæ margaritæ, aut de terra, aut de mari sunt: mea autè, vt ipse tu vides, speciosa & preciosa est incomparabilis & cœlestis, nec dignatur ibi esse vbi aliæ sunt. Non enim rebus meis conuenit cum rebus hominis, quia qui veste mea & margarita vtitur, in æternum sanus est: non febre exardescit, non vulnere patet, non annis demutatur, nõ morte dissoluitur, æqualis æternis. Ego tamen hanc vestem & hanc margaritam meam petenti tibi dabo, vt eam filiæ tuæ perferas. Sed prius scire debes quid velit filia tua, si se huius vestis & margaritæ meæ facit dignam, id est, si vestes sericas & auratas & infectas habere noluerit: si alteram margaritam oderit, tunc hæc quæ me rogas tibi præstabo. Post vocem filia lætus exurgo, & secretum habens, hanc ad te epistolam feci: rogans te per multas lachrymas meas, vt te huic vestis & margaritæ referes, neque miserum senem tali damno tuo facias, si hanc vestem & hanc margaritam non habueris. Testor autem tibi filia Deum cœli & terræ, quia nihil hac veste atque hac margarita preciosius est: & tui iuris est vt hanc habeas. Tu modo quando tibi vestis alia affertur, vel serica, vel infecta, vel deaurata, dicito ei qui tibi offert: Ego vestem alteram expecto, propter quam pater meus à me tam diu peregrinatur, quâ mihi querit, quam non possum habere si hæc habuero. Sufficit mihi lana ouis meæ: sufficit mihi color quem natura attulit: sufficit mihi textus insumptuosus. Ceterum vestem illam desidero quæ dicitur non absumi, non atteri, non scindi. At verò si tibi margarita offeratur aut suspendenda collo, aut digito coaptanda: dices ita, Non mihi impedimento sunt istæ inutiles & sordidæ margaritæ, sed expecto illam preciosissimam, pulcherrimam & vtilissimam. Credo patri meo, quia & ille qui spopodit ei se credidit, propter quam mihi significauit se etiam mori velle. Hanc expecto: hanc desidero, quæ mihi præstabit salutem & æternitatem. Ergo filia subueni folicitudini meæ, & hanc epistolam meam semper lege, & huic vestis & margaritæ te referua. Et ipsa tu mihi, nullum interrogans, quomodo-

DE TRANSLA. S. HILARII PETRI DAMIANI SERMO.

quomodo libet potes literis rescribere, vtum vestis huic & margaritæ te referues, vt sciam quid iuueni illi respondeam: & vt si illam desideras, si expectas, lætus possim ad te reditum cogitare. Cum autem tu mihi rescripseris: tunc tibi & ego quis sit hic iuuenis, & qualis sit, & quid velit, & quid promittat, & quid possit, in-

dicabo. Interim tibi hymnum matutinum & ferotinum misi, vt memor mei semper sis. Tu verò si quid minus per ætatem in hymno & epistola intelligis, interroga matrem tuam, quæ optat vt te moribus suis genuerit Deo: & Deus qui te genuit, hic & in æternum custodiat, quod & opto filia desideratissima.

D. HILARII PICTAVORVM EPISCOPI hymnus filiæ suæ Abræ missus.

LVcis largitor optime,
Cuius sermonis lumine,
Post ipsa noctis tempora,
Dies refulsus panditur.
Tu verus mundi lucifer,
Non is qui parui sideris
Venturæ lucis nuntius,
Angusto fulget lumine.
Sed toto sole clarior,
Lux ipse totus & dies,
Maternæ nostri pectoris
Illuminans præcordia.
Adesto rerum conditor,
Paternæ lucis gloria,
Cuius amata gratia,
Nostra pauescunt corpora.
Tu quoque pleno spiritu
Secum Deum gestantia,

Ne rapientis perfidi
Diris patefcatur fraudibus.
Vt inter actus seculi,
Vitæ quos vsus exigit,
Omni carentes crimine
Tuis nuttam legibus.
Probrofas matris castitas,
Carnis vincat libidines,
Sanctumque puri corporis
Delubrum seruet specie.
Hæc spes precantis animæ,
Hæc sunt votiu munera,
Vt matutinæ nobis sit
Lux in noctis custodiam.
Gloria tibi Domine,
Gloria vnigenito,
Cum spiritu paraclito,
Nunc & per omne seculum.

DE SANCTO HILARIO PICTAVIENSI episcopo, ex Gregorij Turonensis libro in gloriam Confessorum, Cap. 2.

HILARIVS beatissimus quarto exilij anno ad urbem propriam est regressus, impletòque operis boni cursu migravit ad Dominum. Ad cuius beatum sepulchrum multæ quidem virtutes ostensæ narratur, quas liber vitæ eius continet, sed præcipue duo leprosi in eodem loco muniti sunt. Mons autem erat in Gabalitano territorio, cognomento Helarium, lacum habens magnum, ad quem certo tempore multitudo rusticorum, quasi libamina lacui illi exhibens, linteamina proieciat, ac pannos, qui ad vsum vestimentis virilis præbetur. Nonnulli lanæ vellera, plurimi etiam formas casei, ac ceræ vel panis, diuersasque species vnusquisque iuxta vires suas, quas dinumerare longum puto. Veniebant autem cum plaustris potum, cibumque deferentes, macchantes animalia, & per triduum epulantes. Quarta autem die cum discedere deberent, anticipabat eos tempestas cum tonitruo, & coruscatione valida, & in tantum imber ingens cum lapidum violentia descendebat, vt vix se quisquam eorum putaret euadere posse. Sic fiebat per singulos annos, & inuoluebatur insipientis populus in errore. Post multa verò tempora quidam sacerdos ex vrbe ipsa, episcopatu assumpto, accessit ad locum, prædicauitque turbis, vt desisterent ab his, ne cælesti ira consumerentur: sed nequaquam eius prædicatio ad cruda rusticitate recipiebatur. Tunc inspirate diuinitate, sacerdos Dei basilicam in honorè beati Hilarij Pictauiensis eminus ab ora stagni ædificauit, in qua reliquias eius locauit, dicens populo: Nolite, filioli, nolite peccare ante Dominum, nulla est enim religio in stagno: Nolite maculare animas vestras in his ritibus vanis: sed potius cognoscite Deum, & amicis eius venerationem impendite: adorare autem sanctum Hila-

rium, Dei antistitem, cuius hic reliquiæ sunt conditæ, ipse enim potest pro vobis apud Dei misericordiam intercessor assistere. Tunc homines compuncti corde, conuersi sunt, & relinquentes lacum, omnia quæ ibidem projicere erant soliti, ad sanctam basilicam conferebant, & sic ab errore, quo vinciti fuerant, relaxati sunt. Sed & tempestas deinceps à loco illo prohibita est, nec vltra in hac solennitate, quæ Dei erat, nocuit, postquæ beati cõfessoris ibidè sunt reliquie collocatæ.

DE TRANSLATIONE SANCTI Hilarij, Petri Damiani Sermo 1050.

QVADEAMVS & exultemus, & dilectissimi mi, dum ad recolenda beati Hilarij sublimia merita solenniter conuenimus. Ipsa quippe nos insignis vocabuli dignitas prouocat, vt mens nostra spiritali lætitia affecta, plausibiliter hilarescat. Nihilominus & hoc dignum est, vt dum beati viri translationem colimus, ipsi quoque mentes nostras à terrenis desiderijs ad cœlestia transferamus, vt dum glebam corporis eius, temenque puluisculum tanto præferri apud homines honore conspiciamus, quantum gloriæ pondus in cœlestibus possideat, vbi verus & incomparabilis honor est, mēs nostra perpendicularat. Sed libet iam translationis huius historiam succinctè transcurrere, vt nulli deinceps de præclara solennitatis huius origine prorsus expediat dubitare.

Porro autè dum confessor Christi Tredelinus beati Hilarij monasteriū, quod in Pictauiensi suburbio situm est, laudabiliter regeret, ibique sanctæ conuersationis insignibus disciplinis, & præclara morum honestate polleret, beatus Hilarius illi per visionem ma-

DE TRANSLATIONE S. HILARII

nifestus apparuit, & inter alia nonnulla hoc illi quadam viuacis imperij auctoritate mandauit, vt videlicet ipse, simul & Pictauiensis episcopus ad regē francorum, qui tunc rerum moderabatur habens, incunctanter accederent, & sumptus impendia, quibus ampliari & augustius fieri monasterium posset, fiducialiter postularent. Quibus verbis insuper addidit, vt instaurato nouiter monasterio, locum sibi sanctus Abbas congruè prouideret, in quo corpus eius, facta translatione, recondere. Quos nimirum felicitis oraculi legatione perfunctos rex clementer ac benignè suscepit, essetque magnifica regie liberalitatis munera contulit. A fundamentis ergo monasterium per latomos ac cementarios denudò construentes, & pollucibiliter instaurantes, ministri Domini tādū cceptis indefessi laboribus insisterunt, donec non modo surgentis structuræ machinam ad consummationem vique perducerent, sed etiam vtrinque parietes, hoc est, intus & extrinsecus radiantis Musini decore vestirent. In quo videlicet opere, vbi regij muneris summa defecit, Episcopus ex ecclesiasticis facultatibus supplere quod deerat non cessauit. Tandem itaque monasterio non modo consummata fabricæ structura perfectò, verum etiam sacerdotalis officij benedictionibus dedicato, mox demoliti sunt tumulum, in quo sanctum fuerat corpus humatum. Constituto igitur die, in quo sancta membra transferrent, præcedente nocte dum Episcopus, simul & Abbas in vigiliis & orationibus pernoctarent, repente conspiciunt, quod beati Angeli de tumulo qui iam terebratus fuerat, sanctum corpus educunt, & in locum qui sibi præparatus fuerat, propriis manibus inferunt. His itaque peractis beatus Hilarius sanctum Tredelinum per visionem admonuit, vt Scotigenam quendam sibi cognatione propinquū, in cænobij regimine substitueret, ipse verò ad Gallinariam insulam in honore eiusdem beati Hilarij edificaturus Ecclesiam properaret. Qui beati sacerdotis imperio mox humiliter paruit, & non solū illud, quod iustum fuerat, sed & alia quatuor monasteria in eius honorem constrinxit. Quanquam beati Tredelini vita, in qua hæc referri perhibetur historia, in manus nostras nequaquam deuenerit. Sed quod hic scriptū est, iudicio fraternæ relationis innotuit. Hæc igitur huius sacræ solennitatis est causa. Hæc veneranda celebritatis hodiernæ materia, vt in translatione sacri corporis meritò gaudeat plebs deuota fidelium, cui dependit exequias exercitus Angelorum. Porro autem ex occasione venerandæ translationis huius, & cætera beati viri gesta nobis in memoriam redeunt, vt quæ longis antè temporibus sunt peracta, vestris nūc reducta cōspectibus quodammodo recentia videantur & noua. Mox enim vt disputare de venerabilis viri gestis incipimus, protinus occurrit memoriæ, quàm impenetrabilis Ecclesiæ murus hæreticorū telis obstiterit, quàm insuperabilis præliator peruersum Arianorum dogma gratia catholicæ veritatis obtriuierit. Nec illud vacat, quod cum aduersus hæreticorum perfidiam pugnatus, Seleuciam Isauriæ oppidum peteret, puella gentilis diuinitus edoc̄ta, tanti sacerdotis denunciauit aduentum, atque ideo cum patre florentio, totaque familia diuini baptismatis meruit suscipere sacramentū. Nec illud excidit insigne miraculum, quod in Gallinaria insula immaniū serpētū venenata rabies virtutē tam præclari Pontificis ferre nō potuit, sed tanquā fulmineo fragore perterrita, vilis etiā baculi metā, quam

ipse præfixerat, trāscēdere nō præsumpsit. Sed & illud memoriæ cōsequenter occurrit, quod idem egregius pontifex puerum sine gratia regenerationis extinctū, non modo matri resuscitatum & incolumem reddidit, sed & veræ fidei rudimentis instructum sanctæ Ecclesiæ filiis aggregauit. Hæc igitur, & alia multa virtutum eius insignia nobis ex occasione venerandæ huius translationis occurrunt, quæ nos ad amorē Dei, & deuotionem præclari huius sacerdotis accēdunt. Planè cum multorum translationes iustorum sancta veneretur Ecclesia, quæ diligētia procuratæ sunt hominum, quanto deuotionis studio hæc est solenniter recolenda, quæ facta est manibus Angelorum? Sed quid est quod Moyse corpus ipse per se Dominus sepeliuit, & tamen sepulchrum eius hominibus innotescere noluit, beati verò Hilarij corpus nō modo coram hominibus per Angelos trāstulit, sed & tanti honoris gloriam ad totius Ecclesiæ reuerētiam sublimauit? De Moyse quippe scriptum est: Mortuus est ibi Moyse seruus Domini in terra Moab, iubente Domino, & sepeliuit eū in valle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo sepulchrum eius vsque in præsentē diem. Quid est ergo, quod ille nescitur, iste verò quotidie cum tanta gloria Christianæ deuotionis inuisitur? Quid est, inquam, quod Moyse ab hominum notitia remouetur, nisi vt tollatur occasio, ne qui tam Deo charus est familiaris extitisse cognoscitur, diuinus honor illi ab Israëlita plebis perfidia præbeatur? Reliquorum verò sanctorum corpora non celantur, vt dum Christianæ deuotionis frequentantur accessu, & per illos fiant rutilātia signa virtutū, & istis accrefcat foelicium cumulus meritorū. Præterea nonnulli fideles idcirco post mortem tumulis editioribus includuntur, vt sui memoriam viuentibus suggerant, quatenus eis impendere pietatis officia non omittant. Hinc est quod sepultura vocatur ex more, memoria, scilicet vt per eam memorentur viui, & percipiant refrigerium mortui. Sed quid est, quod nonnulli sanctorum tantopere studuerunt suis prouidere sepulchra corporibus? Abraham nempe quadringentis argenti siclis à filiis Heth speluncam duplicem comparat. Iacob & Ioseph ad eandem speluncam totum iam animi desiderium tendunt, & corpora sua post obitum illd perferenda deposcunt. Quid ergo est, quod sancti Patriarchæ qui se puluerem & cinerem esse perspicuè perhibent, qui certè corpora & corporalia quæque cælestium contemplatione despiciūt, in Chananaeorum terra corpora sua quiescere tanto desiderio concupiscunt? Cur illum præ cæteris mundi partibus quieti suæ præuidēt locum, nisi quod humanæ salutis authorem illic nouerant de suo semine nasciturū? Hinc est quod Iacob filiū suum Ioseph obsecrat, dicēs: Si inueni gratiā in cōspectu tuo, pone manum sub scemore meo, & facies mihi misericordiā & veritatē, vt non sepelias me in Ægypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de hac terra, cōdāscque in sepulchro maiorum. Cum autē ad confirmandæ sponisionis iudiciū, Iacob manum filij supponi suis scemoribus petiit, nisi quia illum, qui summa veritas est, de proprio semine propagandum esse cognouit? Illis igitur terræ finibus beati viri iam medullitus aggliscabant, quam per spiritum iam cernebant Saluatoris vestigiis alteri, quam in interioribus oculis iam videbant pretioso Dominici corporis sanguine purpurari, vt illic eorum corpora suam expectarent resurrectionem.

PETRI DAMIANI SERMO.

resurrectionem, vbi resurrectorum esse cognoscebant ipsum beatæ resurrectionis authorē. Ad hunc & nos, dilectissimi, perspicuam nostræ mentis aciem dirigamus. Ad hunc dum pedum progressionē non possumus, æstuatis desiderij festinatione tendamus, & dum sanctorū quorumlibet reliquiis dignæ deuotionis reuerentiam exhibemus, ad illud vnū & singulare corpus nostræ mentis dirigamus obtutum, quod in paternæ maiestatis gloria credimus ineffabiliter sublimatum. Illa nimirum est terra, cui tunc beati Patriarchæ atque Prophetæ suspirabant, lacte scilicet & melle mananti. Lac siquidem de carnis vberibus profluit, mel verò de superioribus venit. Et quia substantia Dominici corporis ex Virginis visceribus prodiit, di-

uinitas autem ex paternæ maiestate descendit, rectè corpus Saluatoris terra dicitur repromissionis. Quæ nimirum terra lacte simul & melle fluere dicitur, quia in Redemptoris nostri corpore & substantia verè & dulcedo est ineffabilis deitatis. In ipso enim, sicut Apostol⁹ ait, habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. & alibi: Deus erat in Christo reconcilians mundum sibi. Ad hanc viuentium terram ille nos dignetur inducere, qui terræ nostræ mortalia non dignatus est tollerare, quatenus sic ibi lacte & melle vescamur, vt Saluatoris nostri presentia, & melliflua diuinitatis eius dulcedine satiēmur. Qui cum Deo & Patre & Spiritu sancto viuuit, & regnat. Per omnia secula seculorum. Amen.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Arolus ix. Francorum Rex, suo diplomate sanxit, ne quis opera D. Hilarij Episcopi, ex collatione complurium exemplariū scriptorum, in celeberrimis bibliothecis conquisitorum recognita, & quibusdam libris aucta, ante sexennium à die primæ editionis numerandum, præter Sebastianū Niuellium bibliopolam, ad eius castigacionis exemplum imprimat, néue alibi impressa diuēdat in Gallijs. Secus qui faxit, multa fisco applicāda, alijsque pænis indictis damnabitur, vt latius patet in literis Priuilegij indultis Lutetiæ decimo Aprilis.

I 5 7 I.



**DIVI HILARII PICTA-
RVM EPISCOPI DE TRINITATE**

RVM EPISCOPI DE TRINITATE

LIBER I.

**ARGVMENTVM IN LIBRVM
sequentem.**

Primus hic liber, quanquam postremò scriptus auctori, veluti prologus est in totum opus: primum ostendens, quibus gradibus mens humana perueniat ad cognitionem rerum diuinarum: mox explicat argumenta singulorum librorum.



IRCVNSPICIENTI mihi proprium humanæ vitæ, ac religiosum officium, quòd vel à natura manans, vel à prudentium studiis profectum, dignum aliquid hoc concessio sibi ad intelligentiam diuino munere obtineret: multa quidem aderant, quæ opinione cõmuni efficere vtilem atque optandam vitam videbantur: maximèque ea, quæ & nunc, & semper antea potissima inter mortales habentur, ocium simul atque opulentia, quòd alterum sine altero mali potius materies, quàm boni esset occasio: quia & quies inops propè quoddam vitæ ipsius intelligatur esse exilium, & opulens inquietudo tanto plus calamitatis afferat, quanto maiore indignitate iis careat, quæ maximè & optata & quæ sita sunt ad vtendum. Atque hæc quidē quam in se summa atque optima vitæ blandimēta contineant, tamen non multum videntur à consuetudine esse beluina: oblectationis aliena: quibus in saluosa loca, ac maximè pabulis læta euagantibus, ad sit & securitas à labore, & fatietas ex pascuis. Nam si hic optimus & absolutissimus vitæ humanæ vsus existimabitur, quiescere & abundare: necesse est hunc eundem secundum sui cuiusque generis sensum, nobis atque vniuersis rationis expertibus beluis esse comunem: quibus omnibus natura ipsa in summa rerum copia & securitate famulante, sine cura habendi, copia redundat vtēdi. Ac mihi plerique mortalium non ob aliam quidem causam hanc ineptam ac beluinam vitæ consuetudinem & respuisse à se, & coarguisse in alijs videntur, quàm quòd natura ipsa auctore impulsu, indignum homine esse existimauerunt, in officii tantum se ventris & inertia natos arbitrari: & in hanc vitam non ob aliqua præclari facinoris aut bonæ artis studia esse deductos, aut hanc ipsam vitam non ad aliquem profectum esse æternitatis indultam, ob quam profectò nõ ambigeretur munus Dei non esse refutandum, cum tantis afflictis angoribus, & tot molestiis impedita, sese ipsam, atque ipsa intra se ætatem à pueritiæ ignorantia vsque ad senectutis deliramenta consumeret: & idcirco ad aliquas se patientiæ & continentia ac placabilitatis virtutes & doctrina & opere transtulisse, quòd bene agere atque intelligere, id eundem bene viuere esse opinabantur. Vitam autem ipsam non ad mortem tantum ab immortalis Deo tribui existiman-

dam: cum boni lagitoris non esse intelligeretur, viuēdi iucundissimum sensum, ad tristissimum metum tribuisse moriendi. Et quanquam non ineptam hanc eorum esse sententiam atque inutilem existimarem, conscientiam ab omni culpa liberam cõseruare, & omnes humanæ vitæ molestias vel præuidere prudenter, vel vitare consulte, vel ferre patienter: tamen hi ipsi non satis mihi idonei ad bene beatèque viuēdum autores videbantur: communia tantum & conuenientia humano sensui doctrinarum præcepta statuentes: quæ cum non intelligere beluinum esset, intellecta tamen non agere, vltra beluinæ immanitatis esse rabiem videretur. Festinabat autem animus, non hæc tantummodo agere, quæ non egisse, & criminū esset plenum, & dolorū: sed hunc tantū muneris Deum parentemque cognoscere, cui se totum ipse deberet, cui famulans nobilitandum se existimabat, ad quem omnem spei suæ opinionem referret: in cuius bonitate inter tantas præsentium negotiorum calamitates, tanquam tutissimo sibi portu familiarique requiesceret. Ad hunc igitur vel intelligendum, vel cognoscendum, studio flagrantissimo accendebatur. Namque plures eorum numerosas incertorum deorum familias introducebant: & virilem ac muliebrem sexum in diuinis naturis agere existimantes, ortus ac successiones ex dijs deorum asserbant. Alij minores ac maiores, & differentes pro potestate deos prædicabant: nonnulli nullum omnino Deum esse affirmantes, eam tantum quæ fortuitis motibus atque concursibus in aliquid existeret, naturam verebantur: plerique verò Deum quidem esse opinione publica loquebantur, sed hunc eundem incuriosum rerum humanarum ac negligentem pronunciabant: aliqui autem ipsas illas creaturarum corporeas, conspicibilisque formas in elementis terrenis & cœlestibus adorabant. Postremò quidam in simulacris hominum, pecudum, volucrum, ferarum, serpentum, deos suos collocabant: & vniuersitatis dominum atque infinitatis parētem intra angustias metallorum & lapidum & stipitū coarctabant. Dignūque iam non erat, autores eos veritatis existimare: qui ridicula, & fœda, & irreligiosa sectantes, ipsis illis inanissimarum sententiarum suarum opinionibus dissiderent. Sed inter hæc animus sollicitus, vtili ac necessaria ad cognitionē Dei sui via nitens: cum neque incuriā Deo rerum à se cõditarum dignam arbitraretur, neque naturæ potenti atque incorruptæ competere sexus deo-

A j

rum, & successiones factorum atque ortorum intelligeret: porro autem diuinum & æternum nihil nisi vnum esse & indifferentes pro certo habebat, quia id quod sibi ad id quod est autor esset, nihil necesse est extra se quod sui esset præstantius reliquisse. Atque ita omnipotentiam æternitatemque; non nisi penes vnum esse, quia neque in omnipotentia validius infirmiusque, neque in æternitate posterius anteriorumque congrueret. In Deo autem nihil nisi æternum potensque esse venerandum. Hæc igitur multaque alia eiusmodi mecum animo reputas, incidi in eos libros, quos à Moyse atque à prophetis scriptos esse Hebræorum religio tradebat: in quibus ipso creatore Deo testante de se, hæc ita continebantur: Ego sum qui sum. Et rursum: Hæc dices filiis Israël, misit me ad vos is qui est. Admiratus sum planè tam absolutam de Deo significationem, quæ naturæ diuinæ incomprehensibilem cognitionem aptissimo ad intelligentiam humanam sermone loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo quam esse intelligitur, quia id ipsum quod est, neque desinentis est aliquando, neque cepti: & id quod incorruptæ beatitudinis potestate perpetuum est, non potuit, aut poterit aliquando non esse: quia diuinum omne neque ablationi, neque exordio obnoxium est. Et cum in nullo à se Dei desit æternitas, dignè hoc solum quod esset ad protestationem incorruptæ suæ æternitatis ostendit. Et ad hanc quidem infinitatis significationem factis fecisse se modo dicentis videbatur: Ego sum qui sum: sed magnificentia & virtus suæ erat à nobis opus intelligendum. Nam cum esse ei proprium esset, qui manens semper non etiam aliquando ceptisset, æterni & incorrupti Dei dignus de se hic rursum auditus est sermo: Qui tenet cælum palmo, & terram pugillo. Et rursum: Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum mihi edificabit, aut quis locus erit requietionis meæ? nonne manus mea fecit hæc? Vniuersitas cæli palmo Dei tenetur, & vniuersitas terræ pugillo concluditur. Sermo autem Dei etiam ad opinionem religiosæ intelligentiæ proficit, tamen plus significationis introspectus sensu continet quam exceptus auditu. Nam conclusum palmo cælum rursum Deo thronus est, & terra quæ pugillo continetur, eadem & scabellum pedum eius est, ne in throno & scabello secundum habitum confidentis protensio speciei corporeæ possit intelligi: cum id quod sibi thronus & scabellum est, rursum ipsa illa infinitas potens palmo ac pugillo apprehendente concluderet. Sed ut in his cunctis originibus creaturarum Deus, intrà & extrà, & supereminens & internus, id est, circumfusus & infusus in omnia nosceretur, cum & palmo pugilloque continens potestatem naturæ exterioris ostenderet: ac thronus & scabellum substrata esse, ut interno exteriora monstraret, cum exteriora sua interior insidens, ipse rursum exterior interna concluderet. Atque ita totus ipse intra extraque se continens, neque infinitus abesset à cunctis, neque cuncta ei qui infinitus est non essent. His igitur religiosissimis de Deo opinionibus veri studio detentus animus delectabatur. Neque enim aliud quid dignum esse Deo arbitrabatur, quam ita eum ultra intelligentias rerum esse: ut in quantum se ad aliquem præsumptæ licet opinionis modum mens infinita protenderet, in tantum omnem profrequentis se naturæ infinitatem infinitas immoderata æternitatis excederet. Quod cum à nobis piè intelligeretur, tamen à propheta hæc ita dicente manifestè confir-

Exod. 3.
Ibid.

Isai. 66.

mabatur: Quod abibo à spiritu tuo, aut à facie tua quod fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, & ibi ades. Si sumpsero pennas meas ante lucem, & habitauero in extremis maris: & enim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Nullus sine Deo, neque vllus non in Deo locus est. In cælis est, in inferno est, ultra maria est. Inest interior, excedit exterior. Ita cum habet atque habetur, neque in aliquo ipse, neque non in omnibus est. Quamquam igitur optimæ huius atque inexplicabilis intelligentiæ sensu animus gauderet, quod hanc in parente suo & creatore immensæ æternitatis infinitatem veneraretur: tamen studio adhuc intentiore ipsam illam infiniti & æterni Domini sui speciem quærebat, ut illam incircumscriptam immensitatem in aliquo pulchræ intelligentiæ esse opinaretur ornatu. In quibus cum religio sua mens intra imbecillitatis suæ concluderetur errorè, hunc de Deo pulcherrimæ sententiæ modum propheticis vocibus apprehendit. De magnitudine enim operum, & pulchritudine creaturarum, consequenter generationum conditor inspicitur. Magnorum creator in maximis est, & pulcherrimorum conditor in pulcherrimis est. Et cum sensum ipsum supergrediatur operatio, omnem tamen sensum longè necesse est excedat operator. Pulchrum itaque cælum, æther, terra, maria, & vniuersitas omnis est, quæ ex ornatu suo, ut etiam Grecis placet, dignè κτιστος id est mundus nuncupari videtur. Sed si hanc ipsam rerum pulchritudinem ita sensus naturalis metitur instinctu, ut etiam in quarundam volucrum ac pecudum accidit specie: ut dum infra sententiam sermo est, sensus tamen id ipsum intelligens non eloquatur: quod tamen rursum dum sermo omnis ex sensu est, sensus sibi ipse loquatur intelligens. Nonne huius ipsius pulchritudinis Dominum necesse est totius pulchritudinis esse pulcherrimum intelligi: ut cum æterni ornatus sui species sensum intelligentiæ omnis effugiat, opinionem tamen intelligentiæ sensus non relinquar ornatus? Atque ita pulcherrimus Deus est constitutus: ut neque intra sententiam sit intelligendi, neque extra intelligentiam sentiendi. His itaque piè opinionis atque doctrinæ studiis animus imbutus, in secessu quodam ac specula pulcherrimæ huius sententiæ requiescebat, non sibi relictum quicquam aliud à natura sua intelligens, in quo maius officium præstare conditori suo munusque posset, quam ut tantum eum esse intelligeret, quantum & intelligi non potest, & potest credi: dum intelligentiam & fides sibi necessariæ religionis assumit, & infinitas æternæ potestatis excedit. Suberat omnibus his naturalis adhuc sensus, ut pietatis professionè spes aliqua incorruptæ beatitudinis aleret: quam sancta de Deo opinio & boni mores, quodam victoris militiæ stipendio emerentur. Neque enim fructus aliquis esset bene de Deo opinari: cum omnem sensum mors perimeret, & occasus quidam naturæ deficientis aboleret. Porro autem non esse hoc dignum Deo, ratio ipsa suadebat: deduxisset eum in hanc participem consilij prudentiæque vitam, hominem sub defecione viuendi & æternitate moriendi, ut in id tantum non existens substitueretur, ne substitutus existeret: cum constitutionis nostræ hæc sola esse ratio intelligeretur, ut quod non esset, esse ceptisset, non ut quod ceptisset esse non esset. Fatigabatur autem animus, partim suo, partim corporis metu: qui cum & constantem sententiam suam pia de Deo professione retineret, & sollicitam de se atque

Psal. 138.

Iam. 1.

atque hoc occasuro secum, ut putabat, habitaculo suo curam recepisset, post cognitionem legis ac prophetarum, istiusmodi quoque doctrinæ Euangelicæ atque Apostolicæ instituta cognoscit. In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In eo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Erat homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. In sua venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Proficit mens ultra naturalis sensus intelligentiam, & plus de Deo quam opinabatur edocetur. Creatorem enim suum Deum ex Deo discit: verbum Deum, & apud Deum in principio esse audit: mundi lumen in mundo manens, & à mundo non recognitum intelligit. Venientem quoque in sua, à suis non receptum. Recipientes autem sub fidei suæ merito in Dei filios profecisse cognoscit: non ex complexu carnis, neque ex conceptu sanguinis, neque ex corporum voluntate, sed ex Deo natos. Deinde verbum carnem factum, & habitasse in nobis, & gloriam cõspectam eius, quæ tanquam vnici à patre sit perfecta cum gratia & veritate. Hic iam mens trepida & anxia, plus spei inuenit quam expectabat. Ac primum ad cognitionem Dei patris imbutur. Et quod antea de creatoris sui æternitate & infinitate & specie, naturali sensu opinabatur, hoc nunc proprium esse etiam vnigenito Deo accipit: non in deos fidem laxans, quia ex Deo Deum audit: non ad naturæ diuersitatem Deum ex Deo decidens, quia plenum gratiæ & veritate Deum ex Deo discit: neque præposterum ex Deo deum sentiens, quia in principio apud Deum esse deum comperit. Rarissimam deinde huius salutaris cognitionis fidem esse, sed maximum præmium noscit: quia & sui non receperunt, & recipientes, in filios Dei aucti sunt, non ortu carnis, sed fidei. Esse autem filios Dei, non necessitatem esse, sed potestatem: quia proposito vniuersis Dei munere, non natura gignentium afferatur, sed voluntas præmium consequatur. Ac ne id ipsum, quod vnicuique esse Dei filium, à Deo filio sit potestas, in aliquo infirmitatem fidei trepidæ impediret: quia per sui difficultatem ægerimè speretur, quod & magis optatur, & minus creditur, verbum Deus caro factum est, ut per Deum verbum carnem factum caro proficeret in Deum verbum. Ac ne verbum caro factum aut aliquid aliud esset quam Deus verbum: aut non nostri corporis caro esset, habitauit in nobis, ut dum habitat, non aliud quam Deus maneret: dum autem habitat in nobis, non aliud quam nostræ carnis Deus caro factus esset, per dignationem assumptæ carnis non inops suorum, quia tanquam vnigenitus à patre plenus gratiæ & veritatis, & in suis perfectus sit, &

verus in nostris. Hanc itaque diuini sacramenti doctrinam mens læta suscepit, in Deum proficiens per carnem, & in nouam natiuitatem per fidem vocata, & ad cœlestem regenerationem obtinendam potestati suæ permissa, curam in se parentis sui creatorisque cognoscens, non in nihilum redigendam se per eum existimans, per quem in hoc ipsum quod est, ex nihilo substitisset: & hæc omnia ultra intelligentiæ humanæ metiens sensum, quia ratio communium opinionum consilij cœlestis incapax, hoc solum putet in natura rerum esse, quod aut intra se intelligat, aut prestare possit ex sese. Dei autem virtutes secundum magnificentiam æternæ potestatis, non sensu, sed fidei infinitate pendebat: ut Deum in principio apud Deum esse, & verbum carnem factum habitasse in nobis, non idcirco non crederet, quia non intelligeret, sed idcirco se meminisset intelligere posse, si crederet. Ac ne in aliquo secularis prudentiæ tardaretur errore, ad piæ confessionis huius absolutissimam fidem, ita insuper per Apostolum diuinis dictis edocetur: Videte ne quis vos despoliet per philosophiam & inane deceptionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: in quo & circumcisi estis, circumcissione non manufacta in expoliatione carnis corporis, sed circumcissione Christi. Consepulti estis in baptisate, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui excitauit eum à mortuis. Et vos cum essetis mortui in delictis & in preputio carnis vestre, viuificauit vos cum illo, donatis vobis omnibus delictis, delens quod aduersum nos erat chirographum, in sententiis quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit è medio, affigens illud cruci: exiit carne & potestates ostentui fecit, triumphatis ijs cum fiducia in semetipso. Respuit captiuas & inuitiles philosophiæ questiones fides constans, & neque humanarum ineptiarum fallacis succumbens, spoliū se præbet veritas falsitati: non secundum sensum communis intelligentiæ Deum retinens, neque de Christo secundum mundi elementa decernens, in quo diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitet, ut dum infinitas æternæ in eo est potestatis, omnem terrenæ mentis amplexum potestas æternæ infinitatis excedat: qui nos ad diuinitatis suæ naturam trahens, non etiam nunc corporali præceptorum obseruatione destrinxerit, neque per legis vmbra ad solennia descandæ carnis imbuere, sed ut omnem naturalem corporis necessitatem circumcisis à vicis spiritus criminum emundatione purgaret, cuius morti conspeliemur in baptisate: ut in æternitatis vitam rediremus, dum regeneratio ad vitam mors esset ex vita, & morientes vicis immortalitati renasceremur, ipso pro nobis ex immortalitate moriente, ut ad immortalitatem vnà cum eo excitaremur ex morte. Carnem enim peccati recepit, ut in assumptione nostræ carnis delicta donaret, dum eius sit particeps assumptione, non crimine: delens per mortem sententiam mortis, ut noua in se generis nostri creatione constitutionem decreti anterioris aboleret: circumcisi se permittens, ut maledicto crucis obliterata terrenæ damnationis maledicta configeret omnia. Ad vltimum in homine passus, ut potestates dehonestaret, dum Deus secundum scripturas moriturus, & in his vltimis

Diuina per fidem intelliguntur.

Carum in dicitur. Colof. 2.

Captiuas quaestiones.

Pietas in animis.

centis in se fiducia triumpharet: dum immortalis ipse, neque morte vincendus pro morientium aeternitate moreretur. Hæc itaque ultra naturæ humanæ intelligentiam à Deo gesta nõ succumbunt rursum naturalibus mentium sensibus, quia infinitæ aeternitatis operatio infinitam metiendi exigit opinionem: vt cum Deus homo, cum immortalis mortuus, cum æternus sepultus est, non sit intelligentiæ ratio, sed potestatis exceptio. Ita rursus e contrario non sensus, sed virtutis modus sit, vt Deus ex homine, vt immortalis ex mortuo, vt æternus sit ex sepulto. Coexcitatur ergo à Deo in Christo per mortem eius: sed dum in Christo plenitudo est diuinitatis, habemus & significationem Dei patris nos coexcitantis in mortuo, & Christum Iesum non aliud quàm Deum in diuinitatis plenitudine consistendum. In hoc ergo conscientia securitatis suæ ocio mens spibus suis læta requieuerat: intercessionem mortis huius vsque eò non metuens, vt etiam reputaret in vitam aeternitatis.

Vitam autem huius corporis sui non modò nõ molestam sibi aut ægram arbitratur, vt eam quod pueritiæ literas, quod ægris medicinam, quod naufragis natatum, quod adolescentibus disciplinam, militiam esse crederet imperaturis: rerum scilicet præsentium tolerantiam, ad præmium beatæ immortalitatis proficiendum. Quinetiam id quod sibi credebatur, tamen per ministerium impositi sacerdotij etiam cæteris prædicabat: munus suum ad officium publicæ salutis extendens. Sed inter hæc emerferunt desperata in se & fæua in omnes impiæ temeritatis ingenia, potentem Dei naturam ex naturæ suæ infirmitate moderanti. Neque vt ipsi vsque ad infinitatem opinandi de infinitis rebus emergerent, sed intra finem sensus sui indefinita concluderent, essentque sibi arbitri religionis, cum religionis opus in solo obedientiæ esset officio: sui immemores, diuinorum negligentes, præceptorum emendatores. Nam vt de cæteris hæreticorum stultissimis studiis sileam, de quibus tamen scibi occasionem sermonis ratio præbebit, non tacebimus: quidam ita Euangelicæ fidei corrumpunt sacramentum, vt sub vnus Dei pia tantum professionem natiuitatem vnigeniti Dei abnegent: vt protensio sit potius in hominem quàm descensio.

Pater natus. Lege Tertullianum contra Praxeam.

Neque vt qui filius hominis secundum tempora assumptæ carnis fuit, idem semper fuerit atque sit filius Dei: ne in eo natiuitas Dei sit, sed ex eodem idem sit. Vt vnus Dei, vt putant, inuolabilem fidem series deducta ex solido in carnem conferuet: dum vsque ad virginem pater protensus, ipse sibi natus sit in filiū. Alij verò quia salus nulla sit sine Christo, qui in principio apud Deum erat Deus verbum, natiuitatem negantes, creationem solam professi sunt: ne natiuitas veritatem Dei admitteret, sed creatio falsitatem doceret: quæ dum eumententur in genere creationis; Dei vnus fidem non excluderent in sacramento: sed natiuitatem veram nomini ac fidei creationis subiicientes, à veritate vnus Dei separabilem eum facerent, vt creatio substitutionis perfectionem sibi diuinitatis non vsurparet, quam veritatis natiuitas non dedisset.

Arum.

Horum igitur furori respondere animus exarsit: recolens hoc vel præcipue sibi salutare esse, non solum in Deum credidisse, sed etiam in Deum patrem: neque in Christo tantum sperasse, sed in Christo Dei filio: neque in creatura, sed in Deo creatore ex Deo

nato. Maxime ergo properamus ex propheticis atque Euangelicis præconijs vāsaniam eorum ignorantiamque confundere: qui sub vnus Dei sola sanè vili ac religiosa prædicatione aut Deum natum Christum negant, aut verum Deum non esse contendunt, vt creatio potentis creaturæ intra vnum Deum fidei sacramentum relinquat: quia natiuitas Dei extra vnus Dei fidem, religionem protrahat consentientium. Sed nos edocti diuinitus, neque duos deos prædicare, neque solum: hanc Euangelici ac prophetici præconiij rationem in confessione Dei patris & Dei filij afferemus, vt vnum in fide nostra sint vterque, non vnus: neque eundem vtrunque, neque inter verum ac falsum aliud consistentes: quia Deo ex Deo nato, neque eundem natiuitas permittit esse, neque aliud. Sed vos quidem, quos fidei calor & ignorantum mundo ac sapientibus mundi veritatis studium ad legendum vocauit: meminisse oportet terrenarum mentium infirmas ac imbecillas opiniones esse abiiciendas, omnes imperfectæ sententiæ angustias religiosa discendi expectatione laxandas. Nouis enim regenerati ingenij sensibus opus est, vt vnumquenque conscientia sua secundum celestis originis munus illuminet. Standum itaque per fidem ante est, vt sanctus Hieremias admonet, in substantia Dei: vt de substantia Dei auditurus, sensum ad ea quæ Dei substantiæ sint digna, moderetur. Moderetur autem non aliquo modo intelligendi, sed infinitate. Quin etiam conscius sibi diuinæ se naturæ participem (vt beatus apostolus Petrus in Epistola altera ait) effectum fuisse, Dei naturam non naturæ suæ legibus metiatur, sed diuinas professiones secundum magnificentiam diuinæ de se protestationis expédar. Opimus enim lector est, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius quàm imponat, & retulerit magis quàm attulerit: neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpserit intelligendum. Cum itaque de rebus Dei erit sermo: concedamus cognitionem sui Deo, dictisque eius pia veneratione famulemur. Idoneus enim sibi testis est, qui nisi per se cognitus non est. Si qua verò nos de natura Dei & natiuitate tractantes, comparationum exempla afferemus, nemo ea existimet absolute in se rationis perfectionem continere. Comparatio enim terrenorum ad Deum nulla est, sed infirmitas nostræ intelligentiæ cœgit species quasdam ex inferioribus, tanquam superiorum indices quærere: vt rerum familiarium consuetudine admonente, ex sensus nostri conscientia ad insoliti sensus opinionem educeremur. Omnis igitur comparatio, homini vtilis potius habeatur quàm Deo apta: quia intelligentiam magis significet quàm expleat, neque naturis carnis & spiritus, aut inuisibilium ac tractabilium coæquandis præsumpta reputetur, protestans & infirmitati se humanæ intelligentiæ necessariam, & ab inuidia esse liberam non satisfaciens exempli. Pergimus itaque de Deo locuturi Dei verbis, sensum tamè nostrum rerum nostrarum specie imbuentes.

Non uenimus rem se verit.

2. Petr. v.

Comparatio ad diuinam perfectionem.

Ordo totius operis.

Ac primum ita totius operis modum temperauimus, vt aptissimus legentium profectibus connexorū sibi libellorum ordo succederet. Nihil enim incompotum indigestumque placuit afferre: ne operis inordinata congeries, rusticum quandam tumultum perturbata vociferatione præberet. Sed quia nullus ad prærupta consensus est, nisi substratis paulatim gradibus feratur gressus ad summa: nos quoque quædam gradiendi

Arg. secundum di. libri.

Arg. tertij libri.

IOAN. IO.

Arg. quartij libri.

Arg. quintij libri.

Arg. sextij libri.

diendi iuita ordinantes, arduum hoc intelligentiæ iter clius quasi molliore leniuimus, non iam gradibus incitum, sed planitie subrepente deuexim, vt propè sine scandentium sensu, euntium proficeret ascensus. Post hunc enim primi huius sermonis libellum, sequens ita sacramentum edocet diuinæ generationis, vt baptizandi in patre & filio & spiritu sancto non ignorent nominum veritatem, neque vocabulis intelligentiam confundant, sed vnumquodque ita sensu concipiant, vt est ac nuncupatur: agnitori absolutissime in iis quæ dicta sunt, quod neque non ipsa veritas sit nominis, neque non nomen sit veritatis.

Post hunc itaque lenem ac breuiem demonstratæ trinitatis sermonem, tertius liber etfi sensum, tamen iam proficerent incedit. Nam id quòd ultra humani sensus intelligentiam Dominus de se professus est, quantis potest potentia exemplis ad intelligentiæ fidem coaptat dicens: Ego in patre, & pater in me: vt quod ab homine per naturam hebetem non capitur, id fides tamen rationabili scientia consequatur: quia neque non credendum de se Deo est, neque opinandum est, extra rationem fidei esse intelligentiæ potestatem.

Quartus deinde liber initium sui ex hæreticorum doctrinis aufpicatur, se ipsum vicis, quibus fides ecclesie infirmatur, expugnans: ipsam illam perfidia expositionem à multis iam olim aditam proferens, & subdole eos ac per id impiissimè vnum Deum ex lege defendisse conuincens, omnibus legis ac prophetarum testimonijs ita demonstratis, vt sine Deo Christo vnum Deum confiteri irreligiositas sit, & confesso Deo vnigenito Christo, non vnum Deum prædicare perfidia sit.

Quintus verò tenet eum responsionis ordinem, quem hæretici instituerant professionis. Namque cum vnū Deum prædicare se secundum legem ementiti essent, vnum quoque Deum verum ex eadem proferre se fefellerunt, vt per exceptionem Dei & vnus & veri, natiuitatem Deo Christo adimerent: quia vbi natiuitas est, ibi & intelligentia sit veritatis. Nos autem iisdem gradibus quibus id ipsum negabant, docetes: nec duos deos, nec solitariū verum Deum, sed patrem verum Deum ita ex lege ac prophetis prædicauimus, ne aut vnus Dei fidem corrumperemus, aut nati veritatem denegaremus. Sed quia secundum illos creato potius quàm nato, nomen Dei Domino Iesu Christo deputaretur potius quàm inesset: diuinitatis veritas ita ex autoritatibus prophetis demonstrata est, vt Domino Iesu Christo Deo vero prædicato, intra intelligentiam vnus Dei veri natiui in eo diuinitatis veritas contineret.

Sextus verò iam liber omnem hæreticæ assertionis fraudulentiam pandit. Namque vt dictis suis fidem facerent, damnantes dicta & vicia hæreticorum, Valentini scilicet & Sabellij & Manichæi & Hierachæ, pias ecclesie prædicationes velamento professionis impiæ furati sunt: vt corruptis in melius verbis irreligiosorum, & ambigua significatione moderatis, sub impietatis damnatione doctrinam pietatis extingueret. Sed nos singulorum dictis & professionibus demonstratis, sanctas ecclesie prædicationes absoluiimus, neque quicquam cum damnatis hæreticis commune eis esse permisimus, vt damnanda damnantes, sola venerabiliter sectanda sequeremur, filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, quod maxime ab iis negaba-

tur, per hæc docentes: dum de eo testatur pater, dum de se ipse proficitur, dum Apostoli prædicant, dum religiosi credunt, dum demones clamant, dum Iudæi negantes fatentur, dum ignorantes intelligunt gætes, ne iam ambigendum permitteretur, quod ignorandū non relinquebatur.

Septimus deinceps liber, secundum perfectæ fidei gradum susceptæ disputationis sermonem temperauit: namque primum per inuolabilis fidei sanam & incorruptam demonstrationem inter Sabellium & Hebionem, & hos non veri Dei prædicatores lite certauit, cur Sabellius subsistētem ante secula negaret, quæ creatum alij confiterentur. Ignorabat enim Sabellius subsistentem filium, dum Deum verum operatum in corpore esse non ambigit. Hi autem negabant natiuitatem, & affirmabant creaturam, dum opera eius Dei veri esse opera non intelligunt. Lis eorum, nostra fides est. Nam dum filium negat, in eo vincit Sabellius, quòd Deus verus operatus est: Et ecclesia eos, qui verum in Christo Deum negauerint, vincit. At verò cū subsistentem Christum ante secula hi aduersus eum demonstrant esse semper operatum, de condemnato secum Sabellio nobis triumphant, Deum quidem verum scientes, sed Dei filium nescientes. Hebion autē ab vtroque ita vincitur, vt hic ante secula subsistentem, hic verum Deum conuincat operati. Omnēque se inuicem vincendo vincuntur: quia ecclesia & contra Sabellium, & contra creaturæ prædicatores, & contra Hebionem, Deum verū ex Deo vero Dominum nostrum Iesum Christum, & ante secula natum, & postea hominem genitū esse testatur. Nemi autem dubium est, congruum id maxime piæ doctrinæ fuisse, vt quia ex lege & prophetis primum Dei filium, post etiam Deum verum cum sacramento vnitatis prædicassemus, rursus legem ac prophetas per Euangelia firmantes, primum ex his Dei filium, post etiam Deum verum doceremus. Competentissimum itaq; fuit post nomen filij, veritatem eius ostendere, quanquam secundum communem sensum veritatis absolutionem nuncupatio filij obtineret. Sed ne quid aduersantibus vnigeniti Dei veritati occasionis ad fallendū & illudendū relinqueretur, ipsam illā proprietatem per diuinitatis veritatē astruximus: Deū esse eū qui Dei filius non negaretur, his modis docentes, nomine, natiuitate, natura, potestate, professione, ne aliud esset quàm nuncuparetur, neque nuncupatio non natiuitatis esset, neque natiuitas naturam amisset, neque natura non retinisset potestatem, neque potestas non etiam conscientia sibi veritatis professione notesceret. Causas ergo omnes singulorum generum ita ex Euangelijs excerptas subieciimus, vt nec professio taceret potestatem, nec potestas non exererit naturā, nec natura non suæ natiuitatis sit, nec natiuitas non sui nominis: vt per id non relinqueretur impietatis calumnia, cum Dei veri ex Deo vero diuinitatē secundum & nomen & natiuitatem & naturam & potestatem ipse quoque Dominus noster Iesus Christus natiuitæ veritatis suæ protestatione docuisset.

Arg. septij libri.

Arg. octauij libri.

Octauus iam liber, duobus superioribus libris de Dei filio & de Deo vero multum ad credentiū fidem proficientibus, totus in vnus Dei demonstratione detentus est: non auferens filio Dei natiuitatem, sed neque per eam duorum deorum diuinitatem introducens: Ac primum quibus modis hæretici veritatem Dei patris & Dei filij, quia negare non possent, tamen

Act. 4.
1. Cor. 3.
Ioan. 17.

eludere niterentur, edocuit: dissoluens ineptas eorum & ridiculas occasiones, quibus per id dictum est: Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. & rursum: Qui plantat autem & qui rigat, vnum sunt. & rursum: Non pro his autem tantum rogo, sed & pro ijs, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi sint in nobis: voluntatis potius & vnanimittatis quam diuinitatis asseruit veritatem. Sed nos hac ipsa suis virtutibus pertractantes fidem in se diuinae natiuitatis continere ostendimus: & omnes dictorum dominicorum professiones reuoluentes, totum ac perfectum ex apostolicis praeconijs ac sancti Spiritus proprietatibus, & paternae & vnigenitae maiestatis sacramentum docuimus: cum & in patre filius intellectus, & pater in filio cognitus, vnigeniti Dei natiuitatem & perfecti in eo Dei ostenderent veritate. Parum est autem in rebus ad salutem maximè necessarijs, sola ea ad satisfactionem fidei asserre, quae propria sunt: quia plerunque blandientes sensum fallant dictorum nostrorum inexploratae assertiones, nisi etiam propositionum aduersariorum demonstratae inanitates, fidem nostram in eo ipso quod ipsae ridiculae esse arguantur affirmant.

Arg. noni libri.

Nonus itaque liber totus in repellendis ijs, quae ad infirmam diuinitati Dei natiuitatem ab impijs vsurpantur intentus est: qui dispensationis occulti à secularibus mysterijs immemores, Euangelica fide Deum atque hominem praedicari non recordentur. Namque cum Deum esse Dominum nostrum Iesum Christum, & similem Deo esse & coaequalem vt Deum filium Deo patri, natum ex Deo, & secundum natiuitatis proprietatem in veritate spiritus subsistere negant, his niti dictorum dominicorum professionibus solent: Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi vnus Deus.

Matth. 10.

Vt cum dicit se coarguat bonum, & non nisi vnum Deum bonum esse testetur, & extra bonitatem Dei sit, qui bonus est: & in Dei non sit veritate, qui vnus est. Quibus dicitur etiam hac ad impietatis suae argumenta connectunt: Hac est autem vita aeterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Vt solum verum Deum confessus patrem, nec verus ipse, nec Deus sit: quia solius Dei veri exceptio significatae proprietatis non excedat auctorem.

Ioan. 17.

Non ambigunt autem hoc ab eo dictum esse intelligendum, quia idem dixit: Non potest filius facere à se quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Vt cum nihil nisi de exemplo operis possit operari, naturae in eo intelligatur infirmitas: quia nequaquam sit omnipotentiae comparandum quod alienae operationis subiectum est necessitati, & ratio intelligentiae hoc suadeat, in omnibus à se posse & non posse differre, differre autem eorumque, vt de patre Deo hac ita professus sit: Pater maior me est: & cesset in professione absoluta aduersandi calumnia: quia impiae uasaniae sit, honorem ac naturam Dei tribuere abnuenti.

Ioan. 14.

Omni autem modo in tantum eum à proprietate veri Dei abesse, vt etiam testatus hac fuerit: De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli in caelis, neque filius, nisi solus pater: vt cum filius nesciat quod pater solus sciat, longè alienus sit nesciens ab sciente, quia natura ignorationi obnoxia, non sit eius virtutis & potestatis, quae à dominatu ignorationis excepta sit. Hac itaque corrupto deprauatoque sensu impijssimè ita intellecta esse monstrantes, omnes dictorum

Matth. 24.

causas ex ipsis, vel interrogationum, vel temporum, vel dispensationum generibus attulimus, causis potius verba subdentes, non causas verbis deputantes: vt cum à se dissidat: Pater maior me est. & Ego & vnus Deus. & Qui me videt, videt & patrem: vel certe tanta à se diuersitate contraria sint: Pater, omnia tua, mea sunt, & mea tua. & iterum: Vt cognoscant te solum verum Deum, vel illud: Ego in patre, & pater in me. & iterum: De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli in caelis, neque filius, nisi pater solus: intelligantur in singulis & dispensationum praedicationes, & conscia potestatis naturalis professiones. Et cum idem sit dicti auctor vtriusque, demonstratis tamen virtutibus generum singulorum non pertineat ad contumeliam verae diuinitatis, quod ad sacramentum fidei euangelicae sub dispensatione ad causae & temporis & natiuitatis & nominis praedicatur.

Decimi vero libri eadem est ratio quae fidei. Nam quia ex passionis genere & professione quadam per stultae intelligentiae sensum ad contumeliam diuinae in Domino nostro Iesu Christo naturae virtutisque rapuerunt: ea ipsa demonstranda fuerant, & ab his impijssimè intellecta esse, & ab eo ad protestationem verae & perfectae in se maiestatis esse memorata. Namque, his sibi dictis, vt religiose impij sint, blandiuntur: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Vt longè à beatitudine atque incorruptione Dei sit, in cuius animam dominans metus tristitiae imminens incidit. Qui etiam vsque ad hanc praecem conuulsum fuerit passionis necessitate: Pater si possibile est, transcat à me calix iste. Et sine dubio timere videtur perpeti, quod ne pateretur orauit: quia patiendi trepidatio causam attulit deprecandi. In tantum vero infirmitatem eius obtinuerit vis doloris, vt in ipso crucis tempore diceret: Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Qui etiam vsque ad querelam desolationis, suae passionis acerbitate commotus, auxilij inops paterni, spiritum in hac voce emisit, cum dixit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: & exhalans spiritus trepidatione turbatus, tuendum hunc Deo patri commendauerit, quia commendationis necessitatem desperatio securitatis exegerit. Sed stultissimi atque impijssimi homines, non intelligentes nihil contrarium in rebus ipsidem ab eodem dictum fuisse: verbis tantum inhaerentes, causas ipsas dictorum reliquerunt. Nam cum longè multumque diuersum sit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. &: A modo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, neque id ipsum sit: Pater si possibile est, transcat à me calix iste. & illud: Calicem quem dedit mihi pater meus, non bibam illum? Longèque diuersum sit: Deus Deus meus, quare me dereliquisti? ab eo: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso: multum quoque dissentiat: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. & illud. Pater remitte illis, quia quid faciunt nesciunt: ad impietatem reciderunt diuinorum dictorum incapaces. Et cum non conueniat trepidationi & libertati, festinationi & excusationi, querele & adhortationi, dissidentiae & intercessionis: diuinae professionis naturaeque immemores, ad argumentum impietatis suae, dispensationis gesta & dicta tenuerunt. Itaque nos demonstratis omnibus quae in sacramento & anime & corporis domini nostri Iesu Christi sunt, ad sacramenti religionem nihil inexploratum

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Matth. 10.

Ioan. 14.

Ioan. 17.

Ibid.

Matth. 24.

Arg. decimi libri.

Matth. 26.

Ibid.

Matth. 15.

Luc. 23.

Matth. 26.

Ibid.

Ibid.

Ioan. 18.

Matth. 15.

Luc. 23.

Ibidem.

Ibidem.

Quomodo dicitur creaturae sapientiae, qui est filius Dei.

1. Cor. 15.

Ioan. 20.

Arg. vndecimi libri.

rarum, nihil tacitum dereliquimus: sed dictorum omnium pacificam intelligentiam singulis quibusque causarum generibus coaptantes, nec trepidare fiduciam nec cedere voluntatem, nec conquiri securitatem, nec commendationem sui orantè, alius veniam desiderasse monstrauimus: fidem dictorum vnuerforū absoluta Euangelistici mysterij praedicatione firmantes. Igitur quia desperatissimos homines ne ipsa quidem resurrectionis gloria intra religionis intelligentiam edoceri cohibuit, sed aut per dignationis professionem, impietatis suae arma sumplerunt, aut sacramenti reuelationes ad Dei contumeliam transferunt: vt per id quod dictum est: Ascendit ad patrem meum & ad patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum: dum communis nobis atque ipsi & pater est, & Deus Deus est, extra exceptionem veri Dei sit in professione communi, eumque sicut nos & creationis necessitate creatori Deo subdat, & adoptio assumat in filium: iam verò nulla in eo diuinae naturae proprietates existimanda sit, secundum Apostoli dictum, qui dixerit: Omnia ei subiecta sunt, praeter eum qui subiecit ei omnia: cum enim fuerint subiecta ei omnia, tunc & ipse subiectus erit ei qui sibi subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus: quia subiectio & infirmitatem subiecti protestetur, & dominantis significat potestatem. In his quoque cum summa religionis demonstratione tractandis liber vndecimus occupatur: etiam ex his ipsis dictis apostolicis demonstrans, non modò non ad diuinitatis infirmitatem subiectionem proficere, sed per eam ipsam veritatem Dei, quia ex Deo sit natus, ostendi: & per id quod sibi ac nobis & pater pater est, & Deus Deus est, nobis multum acquiri, & ei nihil detrahi, cum scilicet homo natus, & vnuerfis carnis nostrae passionibus functus, ad Deum & patrem nostrum, vt homo noster in Deum glorificandus ascenderet. Quod autem in omni genere doctrinarum obseruari semper meminimus: vt si qui diu tenui primū exercitatione longoque vsu humilioris studij fuerint eruditi, tum iam ad rerum ipsarum, quibus imbuti sunt, experientia mittantur: vt cum iam bene luserint bella militaria, in militiam protrahantur: aut cum forenses lites scholares materiae tentauerint, tunc mittantur ad tribunalium pugnas: aut cum in stagnis domesticis natium nauta intrepidus intruxerit, tunc magni & peregrini maris committatur procellis: id ipsum nos in hac maxima ac grauissima totius fidei intelligentia facere curauimus. Namque cum antè à leuibus initijs de natiuitate, de nomine, de diuinitate, de veritate fidem teneri imbuissimus, ac leni profectu etiam vsque ad euellendas omnes haereticorum occasiones, legentium studia extulissimus, cum eos ad ipsam palæstram gloriosi certaminis magnique prodiximus: vt in tantum ad aeternae natiuitatis complectendam intelligentiam humana mens communis sensus opinione deficiatur, in tantum studiis diuinis ad sentiendam ea, quae ultra naturae nostrae opinionem sunt niteretur: quæstionem hanc maximè dissoluentes, quæ secularis sapientiae hebetudine inualecens, de domino nostro Iesu Christo ratione se putat dicere: Erat quando non erat, & non fuit antequam nasceretur: & de non extantibus factus est: vt quia natiuitas eam videatur asserre causam, vt esset qui non erat, & cum non existeret nasceretur, per id quoque vnigenitum Deum sensui temporum subdant. Quasi verò non fuisse eum aliquando, fides ipsa & ratio natiuitatis ostendat: atque ideo ex eo quod non fuit, natum esse dicat, quia natiuitas praestet

esse quod non fuit. Sed nos Apostolicis atque Euangelicis testimonijs semper patrem & filium praedicantes, non post aliqua Deum omnium, sed ante omnia esse docebimus: neque incidere in eum irreligiosa haereticus intelligentiae temeritatem, vt de non extantibus nasceretur, & non fuerit antequam natus sit: sed ita semper fuisse, vt & natum praedicemus: ita verò natum esse, vt semper fuisse manifestemus: sitque in eo non innascibilitatis exceptio, sed natiuitatis aeternitas, quia & natiuitas auctorem habeat, neque careat aeternitate diuinitatis. Et quia dicti prophetae insciji, & caelestis doctrinae imperiti sunt: corrupto sensu, ac proprietate sententiae, creatum esse per id Deum potius quam natum affirmare nituntur, quia dictum est: Dominus creauit in initium viarum suarum in opera sua, vt sit ex communi creationum natura, licet sit praestantior in genere creationis: neque in eo sit gloria diuinae natiuitatis, sed virtus potestatis creaturae. Verum nos nihil nouum, nihil extrinsecus praesumptum afferentes, in ipso illo sapientiae testimonio veritatem dicti rationemque praestabimus: neque ad natiuitatis diuinae & aeternae intelligentiam trahi posse, quod initium viarum Dei & in opera sit creatus, quia non idem sit in hac creatum esse, & ante omnia natum esse: cum ubi natiuitatis significatio est, sola natiuitatis professio sit: ubi verò creationis est nomen, ibi causa eiusdem creationis anterior est: & cum ante omnia sit nata sapientia, tamen quia etiam in res aliquas sit creata, non id ipsum sit quod ante omnia est, & quod coepit esse post aliqua. Deinde consequens visum est, creationis nomine à fide, quae nobis de vnigenito Deo est, repudiato, ea quoque quae in confessione sancti Spiritus congrua ac religiosa essent, docere: vt iam confirmato longo anteriorum libellorum diligentique tractatu, nihil de totius fidei absolutione deesset, cum amoris vitiosarum praedicationum, etiam de opinione sancti Spiritus irreligiositatibus, illisum atque in contaminatum regenerantis trinitatis sacramentum, intra diffinitionem salutarem apostolica atque euangelica autoritas contineret: neque iam per sensum humani sententiam spiritum Dei inter creaturas quisquam auderet referre, quem ad immortalitatis pignus & ad diuinam incorruptaeque naturae consortium sumeremus. Ego quidem hoc vel praecipuum vitae meae officium debere me tibi pater omnipotens Deus conscius sum, vt te omnis sermo meus & sensus loquatur: neque enim vllum aliud maius praemium hic ipse vsus mihi à te concessus loquendi potest referre, quam vt praedicando te tibi feruiat, teque quod es patrem scilicet vnigeniti Dei aut ignorantem saeculo, aut neganti haeretico demostret. Et in hoc quidem tantum voluntatis meae professio est: ceterum auxilij & misericordiae tuae munus orandum est, vt extenta tibi fidei nostrae, confessionisque vela flatu spiritus tui impleas, nosque in cursum praedicationis istius autor est, dicens: Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Nos quidem inopes, ea quibus egemus precabimur, & in scrutandis prophetarum tuorum apostolorumque dictis studium pernicax afferemus, & omnes obferatæ intelligentiae aditus pulsabimus: sed tuum est, & oratum tribuere, & quæsitum adesse, & patere pulsatum. Torpemus enim quodam naturae nostrae pigro stupore, & ad res tuas intelligendas intra ignorantiae necessitatem ingenij nostri imbecillitate cohibemur: sed doctrinae tuae studia ad sensum nos di-

uinæ cognitionis instituit, & ultra naturalcm opinionem fidei obedientia prouehit. Expectamus ergo vt trepidi huius cæpi exordia incites, & profectu accrescente confirmes, & ad consortium vel prophetalis vel apostolici spiritus voces: vt dicta eorum non alio quàm ipsi loquuti sunt sensu apprehendamus, verborumque proprietates iisdem rerù significationibus exequamur. Locuturi enim sumus, quæ ab iis in sacramento prædicata sunt, te æternum Deum, æterni Dei vnigeniti patrem, & vnum te sine natiuitate, & vnum Dominum nostrum Iesum Christum ex te natiuitatis æternæ, non in deorum numerum veritatis diuersitate referendum: neque non ex te genitum, qui Deus vnus es, prædicandum: neque aliud quàm Deum verum, qui ex te Deo vero patre natus est, confitendum. Tribue ergo nobis verborum significationem, intelligentiæ lumen, dictorum honorem, veritatis fidem: & præsta vt quod credimus, & loquamur, scilicet, vt cõtingat nobis vnum te Deum patrem, & vnum dominum nostrum Iesum Christum de Prophetis atque Apostolis cognoscentibus, nunc aduersum negantes hæreticos, ita Deum & te celebrare, ne solum: & eum prædicare, ne falsum.

ADIVI HILARII PICTAVORUM Episcopi, de Trinitate.

LIBER II.

Math. 28.

SUFFICIEBAT quidē credentibus Dei sermo, qui in aures nostras Euangelistæ testimonio cum ipsa veritatis suæ virtutē transfusus est, cum dicit Dominus: Euntes nunc docete omnes gentes, batizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandauit vobis. & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque in consummationem seculi. Quid enim in eodem sacramento salutis humanæ non continetur? aut quid est quod reliquum sit, aut obscurum? Plena sunt omnia & perfecta, vt à pleno & perfecto: Nam & verborum significationem, & efficientiam rerum, & negotiorum ordinem, & naturæ intelligentiam comprehendunt. Baptizate iussit in nomine patris & filij & spiritus sancti: id est, in confessione & auctoris, & vnigeniti, & doni. Auctor vnus est omnium: vnus est enim ingenitus Deus pater, ex quo omnia: & vnus vnigenitus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia: & vnus spiritus, donum in omnibus. Omnia ergo sunt suis virtutibus ac meritis ordinata: vna potestas innaſcibilis, ex qua omnia: vna progenies, per quam omnia: perfectæ spei munus vnium. Nec deesse quicquam consummationi tantæ reperietur, intra quam sit in patre, & filio, & spiritu sancto, infinitas in æterno, species in imagine, vsus in munere. Sed compellimur hæreticorum & blasphemantium vitiiis, illicita agere, ardua scandere, inefabilia eloqui, in cõcessa præsumere. Et cum sola fide expleri quæ præcepta sunt oporteret, adorare scilicet patrem, & venerari cum eo filium, sancto spiritu abundare: cogimur sermonis nostri humilitatem ad ea quæ inenarrabilia sunt extendere, & in vitium vitio coarctamur alieno: vt quæ contineri religione mentium oportuisset, nunc in periculum humani elo-

quij proferantur. Extiterunt enim plures, qui cælestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis ipsius absolutione susciperent, aliter interpretantes quàm dictorum virtus postulat. De intelligentia enim hæresis, non de scriptura est: & sensus non sermo sit crimen. Nunquid corrupti veritas potest, cum patris nomen auditur? Nunquid natura filij continetur in nomine? Nunquid spiritus sanctus non erit qui nuncupatur? Neque enim in patre potest non esse quod pater est, neque in filio deesse quod filius est, neque in spiritu sancto non extare quod sumitur. Sed homines mente peruersi omnia confundunt & implicat: & vsque ad naturæ demutationem sensus sui peruersitate contendunt, vt quod pater est patri adimant, dum volunt filio auferre quod filius est. Adimunt autem, cum his non de natura sit filius. Non ex natura autem est, quando non eadem in se habent ortus & generans. Neque enim filius est, cui alia ac dissimilis erit à patre substantia. Pater autem quomodo erit, si non quod in se substantia: atque naturæ est, genuerit in filio? Hæc igitur licet mutare de eo quod sunt nullo modo possint, asserunt tamen doctrinas nouas & humana commenta: vt Sabellius patrem extendat in filium, idque nominibus potius confitendum putet esse quàm rebus, cum ipsum sibi filium, ipsum proponat & patrem: vt Hebion. omne initium filij Dei ex Maria concedens, non ex Deo hominem, sed ex homine Deum proferat, neque subsistens antea, quod in principio apud Deum erat Deus verbum, virgo in carne suscepit, sed carnem genuerit per verbum, quia in verbo non antea existentis vnigeniti Dei naturam dicat, sed sonum vocis elatum. Vt aliqui huius nunc temporis prædicatores, qui ex nihilo, atque à tempore formam & sapientiam & virtutem Dei prouehunt, ne si ex patre sit filius, Deus sit imminutus in filium, solliciti nimium, ne patrem filius ab eo natus euacuet: atque idcirco Deo in filij procreatione subueniant, eum de non extantibus comparando, vt intra naturæ suæ perfectionem pater, quia nihil ex eo sit genitum, perseueret. Iam verò quid mirum, si de spiritu sancto diuersa nunc sentiant, qui in largitore eius, & auctore creando, & demutando, & abolendo tam temerarij sint auctores? atque ita dissoluant perfecti huius sacramenti veritatem, dum substantias diuersitatum in rebus tam communibus moliuntur: patrem negando, dum filio quod est filius adimunt: spiritum sanctum nesciendo, dum & vsum & autorem eius ignorant. Ita & imperitos perdunt, dum rationem prædicationis huius affirmant: & audientes fallunt, dum naturas nominibus adimunt, quia nomina non possunt auferre naturis. Prætermitto reliqua humani periculi nomina, Valentinos, Marcionitas, Manichæos, pestilēque cæteras, quæ interdum imperitorum mentes occupant, & ipso contagio cõuersationis inficiunt: sitque omnium lues vna, dum in audientium sensus prædicantium morbus infunditur. Horum igitur infidelitas in anceps nos periculum pertrahit, vt necesse sit de tantis ac tam reconditis rebus aliquid ultra præscriptum cœlestē proferre. Dixerat Dominus baptizandas gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Forma fidei certa est: sed quantum ad hæreticos, omnis sensus incertus est. Ergo non præceptis aliquid addendum est, sed modus est constituendus audaciæ: vt quia malignitas instinctu diabolicæ fraudulentiæ excita-

Scriptura perperâ intellectus nascitur hæresis.

Sabellius.

Hebion.

Ariani.

ta veri-

Audi defensor temerarie.

Patris naturæ.

ta, veritatem rerum per naturæ nomina eludit, nos naturas nominum proferamus: & æditis prout in verbis habebimus, dignitate atque officio patris, & filij, & spiritus sancti, non frustreretur naturæ proprietatibus nominum, sed intra naturæ significationem nominibus coarctentur. Et nescio quid his de rebus aliter sentientibus animi sit, veritatem corruptentibus, tenebras lumini inferentibus, indissolubilia dissecantibus, in corrupta scindentibus, indiuisa partientibus: quibus facile est perfecta cõcerpere, ius ponere potestati, modum circumscribere infinito. Mihi certè his respondentem in curis æstus est, in sensu labes est, in intelligentia stupor est, in sermone autem non iam infirmitatem, sed silentium confitebor. Et certè mihi extorquetur hoc velle: dum & audaciæ resistitur, & errori consulitur, & ignorantie prouidetur. Immensum est autem quod exigitur, incomprehensibile est quod audetur, vt ultra præfinitionem Dei sermo de Deo sit. Posuit naturæ nomina, patrem, filium, spiritum sanctum. Extra significantiam sermonis est, extra sensus intentionem, extra intelligentiæ conceptionem, quicquid ultra queritur, non enunciat, non attingitur, non tenetur. Verborum significantiam rei ipsius natura consumit, sensus contemplationem imperpersicabile lumen obæcat, intelligentiæ capacitatem quicquid sine nullo continetur excedit. Sed non necessitatis huius ab eo qui hæc omnia est, veniam deprecantes, audebimus, quæremus, loquemur: & quod solum in tanta rerum quæstione promittimus, ea quæ sunt significata credemus. Pater est, ex quo omne quod est consistit: ipse in Christo & per Christum, origo omnium. Cæterum esse in sese est, non aliunde, quod est sumens, sed id quod est, ex se atque in se continens. Infinitus, quia non ipse in aliquo, sed intra eum omnia: semper extra locum, quia non continetur in loco: semper ante æuum, quia tempus ab eo est. Curre sensu, si quid ei putas vltimum esse, eum semper inuenies: quia cum semper intendas, semper est quod intendas. Semper autem locum eius intendere ita tibi est, vt ei esse semper sine fine est. Sermo in eo deficiet, non natura claudetur. Iterum reuolue tempora, esse semper inuenies: & cum calculi numerus in sermone defecerit, Deo tamē semper esse non deficiet. Intelligentiam commoue, & totum mente complectere, nihil tenes, quia totum hoc habet reliquum, reliquum autem hoc semper in toto est. Ergo neque totum ei est, cui reliquum est: neque reliquum est, cui omne quod est, totum est. Reliquum enim, portio est: omne verò, quod totum est. Deus autem & vbiq; est, & totus vbiq; est. Ita regionem intelligentiæ excedit, & extra quem nihil est, & cui est semper vt semper sit. Hæc veritas est sacramenti Dei, hoc imperpersicabilis naturæ nomen in patre. Deus inuisibilis, inestimabilis, infinitus: ad quem & eloquendum sermo sileat, & inuestigandum sensus hebetetur, & complectendum intelligentiæ coarctetur. Habet tamen, vt diximus, naturæ suæ nomen in patre, sed pater tantum est. Non enim humano modo habet aliunde quod pater est, sed potens in semetipso habere quod pater est. Ipse ingenitus, æternus, habens in se semper, vt pater semper sit: soli filio notus, quia patrem nemo nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: neque filium nisi pater: illis scientia mutua est, illis vicissim cognito perfecta. Et quia patrem nemo nouit nisi filius, de patre vnâ

cum reuelante filio, qui solus testis fidelis est, sentiamus. Atque hæc sentiamus potius de patre quàm dixerim: nam me non fugit, quod ad ea quæ eius sunt eloquenda, sermo omnis infirmus sit. Sentendus est inuisibilis, incomprehensibilis, æternus. Cæterum ipsum quod in semetipso, & à semetipso sit, & ipse per se sit, quod inuisibilis & incomprehensibilis, & immortalis: in his quidem honoris confessio est, & sensus significatio, & quædam circumscriptio opinandi: sed naturæ sermo succumbit: & rem vt est, verba non explicant. Nanque quod in semetipso sit cum audias, ratio humanæ absolutionis occurrit: habere enim haberi que discernitur, & erit alterum quod est, alterum in quo est. Si rursum quod semetipso sit accipias, nemo sibi & ipse & munerator & munus est. Si quod immortalis est, ergo est aliquid non ab eo, cui alter non fiat obnoxius: nec solum, id est, quod per enunciationem verbi huius vendicatur ab altero. Si quod incomprehensibilis est: nusquam ergo erit, quod negatur attingi. Si quod inuisibilis est, caret seipso quicquid non extat ad visum: deficit ergo in nuncupatione confessio, & quicquid illuc sermonum aptabitur, Deum vt est, quantūque est, non loquetur. Perfecta scientia est, sic Deum scire, vt licet non ignorabilem, tamen inenarrabilem scias. Credendus est, intelligendus est, adorandus est: & his officiis eloquendus est. Euecti ergo de importuosis locis, in alto turbatoque mari sumus, nec regredi, nec progredi sine periculo licet: plus tamen difficultatis in emetendis est, quàm in emensis. Est pater vt est, & vt est esse credendus est. Filium mens consternatur attingere, & trepidat omnis sermo se prodere. Est enim progenies ingeniti, vnus ex vno, verus à vero, viuus à viuo, perfectus à perfecto, virtutis virtus, sapientia sapientiæ, gloria gloriæ, imago inuisibilis Dei, forma patris ingeniti. Quam autem progeniem opinabimur vnigeniti ab ingenito? Clamat enim sæpenumero pater de cœlis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Non est abscissio, aut diuisio: impassibilis est enim ille qui genuit, & imago inuisibilis Dei est ille qui natus est, & testatur: Quia pater in me, & ego in patre. Non est assumptio: verus enim filius Dei est, qui clamat: Qui me videt, videt & patrem. Sed neque esse vt cætera visus est: nanque vnigenitus ex vno est, & in se habet vitam, vt habet in se vitam ille qui genuit. Ait enim: Sicut habet pater vitam in semetipso, ita dedit filio habere vitam in semetipso. Sed neque pars patris in filio est, testatur enim filius: Omnia que patris sunt, mea sunt. Et rursus: Et mea tua sunt, & tua mea. Et: Quæcunque habet pater, dedit filio. Testatur & Apostolus: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Neque natura habet omnia esse quod proportio est. Perfectus autem à perfecto est, quia qui habet omnia dedit omnia: neque idcirco existimandus est non dedisse, quia habeat, vel non habere, quia dederit. Habet igitur natiuitatis huius vterque secretum. Et si quis fortè intelligentiæ suæ imputabit generationis huius sacramentum non posse se consequi, cum tamen & pater sit absolute intelligendus & filius: maiore istud dolore à me audiet ignorari. Ego nescio, non requiro, & consolabor me tamen. Archangeli nesciunt, angeli non audierunt, secula non tenent, propheta non sensit, Apostolus non interrogauit, filius ipse non ædedit.

Filij naturæ qualis.

Math. 17.

Ioan. 10. Ibid. 14.

Ioan. 5. Ibid. 15.

Colos. 2.

Cesset dolor querelarum. Nam te, quisquis es qui hæc requiris, non reuoco in excelsum, non in amplitudinem tendo, non deduco in profundum: nonne æquanimitèr ignorabis creatoris natiuitatem, ignorans originem creaturæ? Hoc saltem requiro, sentisne te genitum, & quæ ex te generantur intelligis? Non quæro, sensum vnde hauseris, vitam vnde sortitus sis, intelligentiam vnde adeptus sis, quale sit quod in te est, odor, visus, sensus, auditus. Certè nemo quod facit nescit. Quæro vnde ista iis quos generes indulgeas, qualiter sensum inferas, oculos accendas, cor affigas. Hæc si potes, enarra. Habes ergo quod nescis, & tribuis quæ non intelligis: æquanimitèr imperitus in tuis, insolenter in Dei rebus ignarus. Audi igitur patrem ingenitum, audi vnigenitum filium. Audi: Pater maior me est. Audi: Ego & pater vnum sumus. Audi: Qui me videt, videt & patrem. Audi: Pater in me est, & ego in patre. Audi: Ego de patre exiui. Et: Qui est in sinu patris. Et: Omnia quæ habet pater dedit filio. Et: vitam filius in semetipso habet, sicut & pater habet in semetipso. Audi filium imaginem, sapientiam, virtutem, gloriam Dei, & intellige per Prophetam clamantem Spiritum sanctum: Generationem eius quis enarrabit? Et obiurga Dominum testantem: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et infere te in hoc secretum: & inter vnum ingenitum Deum, & vnum vnigenitum Deum, arcano te inopinabilis natiuitatis immerge. Incipe, procurrere, perficere: etsi non peruenitur sciam, grauior tamen profecturum. Qui enim pie infinita persequitur, etsi non contingat aliquando, tamen proficiet prodeundo. Stat in hoc intelligentia sine verborum. Est filius ab eo qui pater est: vnigenitus ab ingenito: progenies à parente: viuus à viuo. Vt pater habet vitam in semetipso, ita & filio data est vita in semetipso. Perfectus à perfecto, quia totus à toto, non diuisio aut scissio, quia alter in altero, & plenitudo diuinitatis in filio est. Incomprehensibilis ab incomprehensibili, nouit enim nemo nisi inuicem. Inuisibilis ab inuisibili, quia imago Dei inuisibilis est: & quia qui videt filium, videt & patrem. Alius ab alio, quia pater & filius. Non natura diuinitatis alia & alia, quia ambo vnum. Deus à Deo. Ab vno ingenito Deo, vnus vnigenitus Deus. Non dii duo, sed vnus ab vno. Non ingeniti duo, quia natus est ab innato. Alter ab altero nisi differens, quia vita viuens in viuo est. Hæc de natura diuinitatis attigimus: non summam intelligentiæ comprehendentes, sed intelligentes esse incomprehensibilia quæ loquamur. Nullum ergo dicis officium est fidei, si nihil poterit comprehendi. Imò hoc officium fides profiteatur, id vnde quæritur incomprehensibile sibi esse se scire. Super est de innenarrabili generatione filij adhuc aliquid, imò aliquid illud adhuc totum est. Astuo, differor, hebesco, & vnde incipiã nescio: nescio enim quando natus sit filius, & nescis est mihi nescire quòd natus sit. Quem imprecer? què implorem? ex quibus libris ad tantarum difficultatum enarrationem verba præsumam? Euoluam omnè Græciæ scholam? Sed legi: Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? In hoc ergo sophistæ mudi & sapientes seculi muti sunt, sapientiam enim Dei reprobaerunt. Scribã ergo legis consulã? sed ignorat, quia ei crux Christi scandalum est. Hortabor fortè vos conuiuere & tacere, quia ad venerationem satis sit eius qui prædicatur, le-

Ioan. 14. Ibid. 10. Ioan. 14. 10. 16. 1. 5. Esai. 55. Matth. 11.

Stultamini di sapientia. 1. Cor. 1.

profos emundatos fuisse, surdos audisse, claudos currisse, paralyticos confituisse, cæcos lumen recepisse, cæcum ab vtero oculos consequutum, daemones fugatos, egròtos reualuisse, mortuos reuixisse. Sed hæc hæretici consentunt & pereunt. Expectate itaque nihil minus claudorum cursu, cæcorum visu, fuga demonum, vita mortuorum. Constat enim mecum in patrocinium æditarum superius difficultatum, piscator egens, ignotus, indoctus, manibus lino occupatis, veste vuida, pedibus limo oblitis, totus è nauis. Quærite & intelligite, circumspicite vtrum mirabilius fuerit mortuum excitasse, an imperito scientiam doctrinæ istius intinasse. Ait enim: In principio erat verbum. Quid est istud, In principio erat? transeunt tempora, transcendunt secula, tolluntur ætates. Po- ne aliquid quod vobis tua principium opinione, non tenes tempore: erat enim vnde tractatur. Respice ergo ad mundum, & intellige quid de eo scriptum sit: In principio fecit Deus cælum & terram. Fit ergo in principio quod creatur, & ætatem continet quod in principio continetur vt fiet. Meus autem piscator illiteratus, indoctus, liber à tempore est, solutus à seculis, vicit omne principium: erat enim quod est, neque in tempore aliquo concluditur, vt cæperit, quod erat potius in principio quàm fiebat. Sed excidisse fortasse ab ordine propositæ distributionis piscatorem nostrum deprehendemus. Verbum enim tempore liberat, & sumit sibi quod liberum & solitarium, & obtemperans nemini est. Aures arrigamus ad cætera. ait enim: Et verbum erat apud Deum. Tam sine principio est apud Deum, quod erat ante principium. Ergo erat qui esset apud Deum: & qui abest à tempore, non abest ab autore. Piscator noster euasit, sed fortasse heredit in cæteris. Dices enim, verbum sonus vocis est, & enunciatio negotiorum, & eloquutio cogitationum; hoc apud Deum erat, & in principio erat. In principio erat, quia sermo cogitationis æternus est, cum qui cogitat sit æternus. Respondebo tibi interim pro piscatore meo paucis, dum videmus quomodo rusticitatè suã ipse defendat. Sermo in natura habet vt esse possit, sequens autem ei est vt fuerit: est verò tantum cum auditur. Et quomodo in principio erat, quod neque ante tempus, neque post tempus est? & nescio an vel ipso esse possit in tempore. Loquentium enim sermo neque est antequam loquantur, & cum loquuti erunt, non erit in eo autem ipso quod loquuntur dum finiunt, iam non erit id vnde cæperunt. Hæc à me, vt ab vno ex cæteris. Sed piscator meus aliter pro se, & obiurgabit te prius, cur negligenter audieris: nam etsi sententiã primam rudis auditor amiseras. In principio erat verbum: de sequenti quid quereris, Et verbum erat apud Deum? Nunquid audieras, in Deo, vt sermonem reconditæ cogitationis acciperes? Aut fefellerat rusticum, quid esset inter esse, & inter inesse, & inter adesse, momentis? id enim quod in principio erat, non in altero prædicatur esse, sed cum altero. Sed de superioribus nihil fumo consequentia sibi adfuit, statum verbi & nomen expecta. Adicit namque: Et Deus erat verbum. Cessat sonus vocis, & cogitationis eloquium. Verbum hoc res est, non sonus: natura, non sermo: Deus, non inanitas est. Sed trepido in dicto, & me insolens sermo commouet. Audio: Et Deus erat verbum, cum vnum Deum Prophetæ nunciauerint. Sed ne quòd vltra trepidatio mea progredi possit, reddidit sacramenti tantum piscator meus dispensationem: & refert ad vnum omnia

Ioan. 1. Sapiens & piosolorum imperitia. Gene. 1. Ioan. 14. Sermo ab atero atero.

omnia sine contumelia, sine abolitione, sine tempore. ait enim: Hoc erat in principio apud Deum. Cum hoc erat in principio, non tenetur in tempore: cum Deus est, non refertur ad vocè: cum est apud Deum, nihil nec confunditur, nec confertur: nam nec aboletur in alterum, & apud vnum ingenitum Deum, ex quo ipse vnus vnigenitus est, Deus prædicatur. Expectamus à te adhuc piscator plenitudinem verbi, Erat quidem in principio, sed potuit non esse ante principium. Etiam hic tibi aliquid pro piscatore meo profero: Quod erat, non potuit non fuisse: erat enim, non habet in tempore non fuisse. Sed quid pro se ille? Omnia per ipsum facta sunt. Ergo nihil sine illo est, per què vniuersa cæperit: & in infinito est, per quem quod est, omne fit factum. Tèpus enim est spacij non in loco, sed in ætate manentis significata moderatio. Et cum ab eo sint omnia, res nulla non ab eo: idcirco & tempus ab eo est. Sed dicitur tibi ab aliquo piscatori meus, nimium facilis & promiscuus hic fuisse. Omnia per ipsum facta sunt. Non habet modum. Est ingenitus, qui à nemine factus est: est & ipse genitus ab innato. Sine exceptione sunt omnia: & nihil quod extra sit derelinquant. Sed dum nihil vltra dicere audeamus, aut fortè dum dicere molimur: occurrit, occurrit planè: Et sine eo factum est nihil. Piscator, reddidisti autorem, cum socium professus es. Cum enim nihil sine eo, intelligo non solum, quia alius est per quem, & alius sine quo: vtrumque discernitur, significatio & interuenientes & agentis. Sed solitor de autore, qui vnus ingenitus est, ne in eo quod omnia dices, nihil esset exceptum: soluisi metum dicendo, Et sine eo factum est nihil. Verum confundor & turbor in eo, quod sine eo factum est nihil. Est ergo aliquid per alterum factum, quod tamen non sit sine eo factum: & si aliquid per alterum licet non sine eo, iam non per eum omnia: quia aliud est fecisse, aliud interuenisse facienti. Non habeo hic piscator meus, vt in cæteris quod ex meo proferam, è tuo statim respondendum est: Omnia per ipsum facta sunt. Sentio. Apostolus enim Paulus docuit: Visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso. Cum ergo omnia per ipsum, subueni & enarra, quid non sine eo factum sit quod factum sit. Quod factum est in eo vita erat. Hoc igitur non sine eo, quod in eo factum est: nam & id quod in eo factum est, etiam per eum factum est. Omnia enim per ipsum, & in ipso creata sunt. In ipso autem creata, quia nascetur creator Deus: sed etiam ex hoc sine eo nihil factum est, quod in eo factum est: quia nascens Deus vita erat: & quia vita erat, non postea quàm est natus effectus est vita: non enim in eo aliud est quod natus est, & aliud est quod natus accepit. Non habent inter se tempus, & natiuitas, & profectus. Sed nihil sine eo fiebat ex iis, quæ in eo fiebant, quia vita est in eo quo fiebat: & Deus qui à Deo natus est, non postea quàm natus est, sed nascens Deus existit. Nascens enim à viuente viuus, à vero verus, à perfecto perfectus: non sine potestate natiuitatis suæ natus est, natiuitatem scilicet suam non postea sentiens, sed se Deum in eo ipso quod Deus ex Deo nascetur intelligens: hoc vnigenitus ab ingenito: hoc ego & pater vnum sumus: hoc in confessione patris & filij Deus vnus: hoc pater in filio, & filius in patre: hinc, Qui me videt, videt & patrem: hinc, Omnia quæ habet pater, dedit filio: hinc, Sicut habet pater vitam in semetipso, ita de-

Coloss. 1. Ioan. 14. Ioan. 13. Ibid. 5.

dit filio vitam habere in semetipso: hinc, Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem nisi filius: hinc, In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hæc vita est: hæc lux tenebras illuminans: & vt impossibilitatem generationis eius enarrare secundum prophetam piscator consolatur, adiecit: Et tenebræ eam non comprehenderunt. Cessit sermo naturæ, & non habet quò excurat, & tamen hoc piscator iste recubans in dominicum pectus accepit. Non est iste seculi sermo, quia de quo agitur, non seculi res est. Ad datur aliquid, si in significatione verborum reperiri potest vltra quàm dictum sit: & si qua sunt alia exposita à nobis naturæ nomina, proferantur. Quæ si non sunt, imò quia non sunt, miremur hæc in piscatore doctrinã, & in eo eloquia Dei sentiamus: confessionem quæ patris & filij, ingeniti & vnigeniti, inenarrabilem & excedentem cõplexum omnem & sermonis & sensus, teneamus atque adoremus: & in domino Iesu exemplo Ioannis, vt hæc possimus sentire & colloqui, accubemus. Commendat autem fidei huius integritatem, & Euagelica autoritas, & Apostolica doctrina, & circumstrepentium vndique hæreticorũ odiosa fraudulentia. Stat enim hoc fundamentum validũ & immotum aduersus omnes ventos, pluuias, torrètes, non fluctibus pellendũ, non stillicidijs penetrandũ, non inundationibus sublundum: & optimũ est quicquid à plurimis incurratũ, à nullo tamen poterit impelli. Vt autem quædam medicamentorum genera sunt ita comparata, vt non in singulis tantum ægritudinibus vitia sint, sed omnibus in cõmune medeantur, habeantque in se virtutem generalis auxilij: ita & fides catholica non aduersum singulas tantum pestes, sed contra omnes morbos opem medelæ communis impertit, non infirmamda genere, non vincenda numero, non diuersitate fallenda, sed vna atque eadem aduersum singula omniãque cõsistit. Magnum est enim, tot in vna ea remedia esse quot morbos, & totidè veritatis esse doctrinas, quotidem erunt studia falsitatis. Cõtrahantur in vnum nomina hæreticorum, & omnes scholæ prodeant, audiant vnum ingenitum Deum patrem, & vnum vnigenitum Deum filium perfecti patris progeniem perfectam: non per diminutionem genitum, non ex solido parte aliqua decisum, sed omnia habentem genuisse omnia consecutum, non ex deriuatione fluxiue deductum, sed ex omnibus atque in omnibus natũ ab eo, qui in omnibus, in quibus est, esse non desinat, liberum à tempore, solutum à seculis, per quem omnia facta sunt: neque enim esse in his potuit, quæ ab ipso sunt instituta. Hæc de Euagelium catholica & Apostolica confessio est.

Testimonia contra Sabellium. Matth. 17. Ioan. 14. Ioan. 11. Matth. 16. Contra Hebrionem. Ioan. 17.

Patrem & filium, si audeat, Sabellius eundem prædicet, & ipsum illum esse qui vtrunque sit nuncupatus: vt cum eo vnus sit ambo, non vnum. Audiet statim de Euangelium non semel, neque iterũ, sed frequenter: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Audiet: Pater maior me est. Audiet: Ego vado ad patrem. Et: Pater gratias tibi ago. Et: Clarifica me pater. Et: Tu es filius Dei viui. Subrepat Hebrion, omne initum filio Dei ex Maria concedens, & verbum à diebus carnis intelligens, relegat: Pater clarifica me apud temetipsum ea claritate, qua fui apud te priusquam mundus esset. Et: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & omnia per eum facta sunt. Et iterum in mundo erat, & mūdus per ipsum factus est, & mundus cum non cognouit. Existant nouelli apo-

Ioan. 16. 1.

Petrā interpretatur ipsam fidei professionē.

Christi incarnationis.

Natiuitas.

Conceptionis dignitas.

Inc. 1. Ioan. 3.

stolatus, sed sub Antichristo prædicatores, omni contumelia Dei filium illudentes, & audient: Ego de Patre exiui. Et: Filius qui est in patris sinu, Et: Ego & Pater vnus sumus. Ego in patre & pater in me. Et postremò vnà cū Iudæis irascantur, quòd Christus proprium sibi patrem Deum confitens, æqualem se Deo fecerit, & vnà cum ijs audiant: Vel operibus meis credite, quia pater in me & ego in patre. Vnū igitur hoc est immobile fundamētū, vna hæc est felix fidei petra Petri ore cōfessa: Tu es filius Dei viui, tanta in se sustinēs argumēta veritatis, quātā peruerfitatū quæstiones & infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ est. Virgo, partus, & corpus, postque crux, mors inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa Dei filius natus ex virgine est & Spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua videlicet Dei inumbrante virtute, corporis sibi initia conleuit: & exordia carnis instituit, vt homo factus ex virgine naturam in se carnis acciperet, perque huius admixtionis societate sanctificatum in eo vniuersi generis humani corpus existeret: vt quemadmodum omnes in se per id quod corporeum se esse voluit conderētur, ita rursum in omnes ipse per id quod eius est inuisibile, referretur.

Dei igitur imago inuisibilis pudorē humani exordij non recusauit, & per conceptionem, partum, vagitum & cunas, omnes naturæ nostræ cōtumelias transcurrit. Quid tandem dignum à nobis tantæ dignationis affectui repēdetur? Inenarrabilis à Deo originis vnus vnigenitus Deus, in corpulculi humani formam sanctæ virginis vtero infertus accrescit. Qui omnia cōtinet, & intra quem, & per quē cuncta sunt, humani partus lege profertur: ad cuius vocem archægeli & angeli tremunt, cælum & terra & omnia mundi huius resoluuntur elementa, vagitu infantie auditur. Qui inuisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactūque moderandus, cuius est obuolutus. Hæc si quis indigna Deo recolet, tanto se maioris beneficiij obnoxium confitebitur, quanto minus hæc Dei conuenerint maifestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est: sed nos eguimus vt Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis vnus membra vniuersa carnis incoletet. Humilitas eius nostra nobilitas est, contumelia eius honor noster est: quod ille est Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne renouati. Sed ne forte detineat scrupulosas mētium cogitationes cunæ, vagitus, partus atque conceptio, reddenda est singulis Dei dignitas: vt volu natis humilitatem potestatis ambitio præcedat, nec dignationem dignitas derelinquat. Videamus igitur quæ sunt ministeria conceptus.

Angelus Zachariæ loquitur, sterili partus affertur, de incensi loco, sacerdos mutus egreditur, Ioannes in vocem adhuc vtero matris detentus erumpit, Mariam angelus benedicit, matrem filij Dei virginem pollicetur. Illa virginitatis suæ, conscia difficultate facti commouetur, angelus ei diuinæ operationis efficientiam exponit, ait enim: Spiritus sanctus desuper veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Spiritus sanctus desuper veniens virginis interiora sanctificauit, & in his spirans (quia vbi vult spiritus, spirat) naturæ se humane carnis immiscuit, & id quod alienū à se erat, vi sua ac potestate præsumpsit: atque vt ne quid per imbecillitatem humani corporis dissideret, virtus altissimi virginem circumbrat, infirmitatem eius veluti per vmbram circumfusam con-

firmans, vt ad sementium ineuntis spiritus efficaciam corporalem diuinæ virtutis inumbratio temperaret. Hæc conceptionis est dignitas. Videamus partum, vagitum & cunas quæ dignitas sequatur. Loquitur ad Ioseph angelus parituram virginem, & nobiscum Deus. Proclamat spiritus per Prophetam, Angelus testis est, Deus nobiscum est ille qui nascitur. Nouum Magis de cælo stellæ lumen effertur, & cæli dominum signum cœlestē prosequitur. Angelus pastoribus nunciat natum Christum dominum salutem vniuersorum. Multitudo exercitus cœlestis in laudem vniuersi perij concurret, & tanti operis præconia diuini cœtus gaudia eloquuntur: Gloria deinde in cœlis Deo, & pax in terra bonæ voluntatis hominibus nunciatur. Adfunt deinde Magi, inuolutum pannis adorant: & post illam inanis scientiæ suæ operationē arcanam, posito in canis genu flectunt. Sic per Magos cunarum sordes adorantur, sic vagitus per angelorum diuina gaudia honorantur: sic partui proclamās per Prophetam spiritus, & id ipsum angelus nunciāns, & nouæ lucis stella famulatur. Sic initia nascendi spiritus sanctus desuper veniens & inumbrās virtus altissimi moliantur. Aliud intelligitur, aliud videtur: aliud oculis, aliud animo conspiciunt. Parit virgo, partus à Deo est: infans vagit, laudantes angeli audiuntur: panni sordent, Deus adoratur. Ita potestatis dignitas non admittitur, dum carnis humilitas adoptatur.

Par etiam est reliquæ cūrsus ætatis. Nam omne tēpus quod in homine egit, Dei operibus expleuit. De singulis autem non est tempus edicere: tantum illud in vniuersis virtutum & curationum generibus conuendum est, in carnis assumptione hominem, Deum verò in gestis rebus existeret. De spiritu autem sancto nec tacere oportet, nec loqui necesse est: sed sileri à nobis eorum causa qui nesciunt, nō potest. Loqui autem de eo non necesse est, quia de patre & filio autoribus confitendus est. Et quidem puto an sit non esse tractandum. Est enim, quandoquidem donatur, accipitur, obtinetur: & qui confessioni patris & filij connexus est, non potest à confessione patris & filij separari. Imperfectū enim est nobis totum, si aliquid desit à toto: de quo si quis intelligentiæ nostræ sensum requirit, in Apostolo legimus ambo: Quoniam estis, inquit, filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba pater. Et rursum, Nolite cōtristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis. Et iterum: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Et iterum: Vos autē non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei in vobis est. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et rursum: Si autem spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter spiritum suum qui habitat in vobis. Vnde quia est & donatur & habetur & Dei est: cesset hinc sermo calumniantium cum dicunt per quē fit, & ob quid fit, vel qualis fit. Si responsio nostra displicebit dicentium per quem omnia & in quo omnia sunt, & quia spiritus est Dei, donum fidelium: displiceant & Apostoli & Prophetæ, hoc tantū de eo quod esset loquentes, & post hæc pater & filius displicebit. Manere autem hinc quosdam in ignorantia atque ambiguitate existimo, quòd hoc tertium, id est, quòd nominatur

Partus dicitur.

Spiritus sancti ratio.

Galat. 4. Ephes. 4. 1. Cor. 2. Rom. 8. Ibid.

Et patrem & filium nō nunquā appellari spiritum. Ioan. 14.

Deus spiritus est.

2. Cor. 3.

minatur spiritus sanctus, videant pro patre & filio frequenter intelligi. In quo nihil scrupuli est: siue enim pater, siue filius, & spiritus sanctus est. Sed id quod in Euangelij legimus. Quia Deus spiritus est: diligenter est contuendum, quomodo & qua ratione sit dictum. Omne enim dictum vt dicatur ex causa est, & dicti ratio ex sensu erit intelligenda dicentis, ne quia responsum à Domino est: Spiritus Deus est: idcirco cum sancti spiritus nomine & vsus negetur & donum. Cum Samaritana enim Domino erat sermo: venerat enim redemptio vniuersorum. Cui post multum sermonem aquæ viuæ, & quinque viuorum, & nūc eius qui esset alienus, mulier respondit: Domine animaduerto quòd Propheta es tu. Patres nostri in mōte hoc adorauerunt, & vos dicitis quoniam Hierosolimis est locus vbi adorare oporteat. Dominus respōdit: Crede mihi mulier, quoniam venit hora, quando neque in isto monte, neque Hierosolimis adorabitur patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora & nunc est, cum veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate: Et enim pater tales querit qui adorent eum. Spiritus enim Deus est, & adorantes eum, in spiritu & veritate oportet adorare, quia Deus spiritus est. Mulier igitur traditionum memor paternarum, vel tanquam Samaria in monte, vel tanquam Hierusalem in templo adorandum existimabat: quòd Samaria adorandum Deum per transgressionem legis locum montis elegerat, Iudæi verò tēplum à Salomone conditum religionis sedem existimabant: quorum vtrorumque præsumptio aut collis ædito, aut extractæ domus concauo Deum, intra quem omnia & extrinsecum nihil eius capax est, cōtinebat. Ergo quia Deus inuisibilis, incomprehensibilis, immensus est, ait Dominus venisse tempus, vt non in monte vel templo Deus sit adorandus: quia Deus spiritus est. Et spiritus nec circumscribitur nec tenetur: quia per naturæ suæ virtutē vbique est, neque vsquam abest, in omnibus omnis exuberans. Hos igitur veros esse adoratores, qui in spiritu & veritate sint adoraturi: adoratoris autem in spiritu Deum spiritum, alter in officio, alter in honore est, quia discretum est in quo quisque sit adorandus. Non enim tollit sancti spiritus & nomen & donum, quia dictum est: Deus spiritus est. Et responsum autem est mulieri Deum templo & monte claudenti, esse omnia in Deo, Deum in semetipso, & inuisibilem atque incomprehensibilem in iis quæ inuisibilia atque incomprehensibilia sunt adorandum, atque ita natura & muneris & honoris expressa est, cum in spiritu Deum spiritum docuit adorandum: & libertatem ac scientiam adorantium, & adorandi infinitatem, dum in spiritu Deus spiritus adoratur, ostendit. Simile huic etiam illud Apostoli est: Quia Dominus spiritus est, & vbi spiritus Domini, ibi libertas. Discreuit ad intelligentiæ significationem, eum qui est, ab eo cuius est. Non enim habere haberique vnus est, neque eadem significatio cōtinet eum atque eius. Ita cum ait: Dominus spiritus est, naturam infinitatis eius ostendit. Cum verò adiecit: Vbi spiritus Domini, ibi libertas: & eum cuius est significat: quia & spiritus Dominus est, & vbi spiritus est Domini, ibi libertas est. Hæc non quod causa postulet dicta sint, sed ne quid in his obscuritatis hæreret. Est enim spiritus sanctus vnus vbique, omnes Patriarchas, Prophetas, & omnem chorum legis illuminans, Ioannem etiam in vtero matris inspirans: datus deinde Apostolis cæte-

risque credentibus, ad cognitionem eius, quæ indulta est, veritatis.

Quod autem sit officium eius in nobis, verbis ipsius Domini audiamus. Ait enim: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò: expedit enim vobis vt ego eam, si iero mittam vobis aduocatum. Et rursum: Ego, inquit, rogabo patrem meum, & alium aduocatum mittet vobis spiritum paraclētū, ipse me clarificabit. Et rursum: Rogabo, inquit, patrem meum, & alium aduocatum mittet vobis, vt vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis. ille vos diriget in omnem veritatem, non enim loquetur à se, sed quæcunque audierit, loquetur, & ventura nunciabit vobis. ille me honorificabit, quia de meo summet. Hæc de pluribus ad intelligentiæ viam dicta sint, quibus & voluntas munerantis, & ratio & conditio muneris continetur: vt quia infirmitas nostra neque patris, neque filij capax esset, fidem nostram de Dei incarnatione difficilem, sancti spiritus donum quodam intercessionis suæ fœdere illuminaret. Est autem nunc consequens, vt & Apostolum explicantem doni huius virtutem atque officium audiamus. ait enim: Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei: non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Et rursum: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Et rursum: Quia nemo in spiritu Dei dicit anathema Iesum, & nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Et rursum: Diuisiones autē donationum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones minorum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, sed idem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij autem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij dona sanitarum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij separatio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum: omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus. Habemus igitur doni istius causam, habemus effectus: & nescio quid de eo ambiguitatis sit, cuius in absoluto sit & causa, & ratio, & potestas. Vtatur ergo tam liberalibus donis, & vsum maximè necessarij muneris expetam. Ait enim, vt etiam superius ostendimus, Apostolus: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Accipitur ergo ob scientiam. Vt enim natura humani corporis cessantibus officij sui causis erit ociosa: nā & oculis nisi lumē accedat, nullus ministerij erit vsus, & aures nisi vox sonusque reddatur, munus suum non recognoscent, & nares nisi odor fragrauerit, in quo officio erunt nescient: non quòd his deficiat natura per causam, sed vsus habeatur ex causa: Ita & animus humanus nisi per fidem donum spiritus hauserit, habebit quidem naturam Deum intelligendi, sed lumen scientiæ non habebit. Munus autem quod in Christo est, omne omnibus patet vnus: & quod vbique non deest, in tantum datur in quantum quis volet sumere, in tantum residet in quantum quis volet promereri. Hoc vsque in consummationem seculi nobiscum, hoc expectationis nostræ solatium. Hoc in donorum operationibus futuræ spei pignus est: hoc mentium lumen, hic splendor animarum est. Hic ergo spiritus

Rom. 8. 1. Cor. 2. Ibid. 12. Ibid.

1. Cor. 2.

sanctus expetendus est, promerendus est & deinceps preceptorum fide atque obseruatione retinendus.

DIUI HILARII PICTAVO- rum Episcopi, de Trinitate.

LIBER III.

10m. 10.

FFERT plerisque obscuritatem sermo Domini, cum dicit: Ego in patre & pater in me: & non immerito. Natura enim intelligentiæ humanæ rationem dicti istius non capit: videtur namque non posse effici, vt quod in altero sit, æquè id ipsum extra alterum sit. Et cum necesse sit ea de quibus agitur non solitaria sibi esse, numerum tamen suum in quo sint conseruantia, nõ posse se inuicem continere, vt qui aliquid aliud intra se habeat atque ita maneat, manensque semper exterior, ei vicissim quem intra se habeat, maneat æque semper interior. Hæc quidem sensus hominum non conseruitur, nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit: sed quod inintelligibile est homini, Deo esse possibile est. Hoc non ita à me dictum sit, vt ad rationem dicti ea tantum sufficiat autoritas, quòd à Deo dictum sit. Cognoscendum itaque atque intelligendum est quid sit illud: Ego in patre & pater in me, si tamen comprehendere hoc ita vt est valebimus: vt quod natura rerum pati non posse existimatur, id diuinæ veritatis ratio conseruat. Atque vt facilius intelligentiam difficillimæ istius quæstionis conseruari possimus, prius patrem & filium secundum diuinarum scripturarum doctrinam cognosci à nobis oportet, vt de cognitis ac familiaribus absolutior sermo sit. A eternis patris, vt in libro anteriore tractauimus, locum, tempora, speciem, & quicquid illud humano sensu concipi potest, excedit. Ipse extra omnia, in omnibusque, capiens vniuersa, & capiendus à nemine, non accessu decessiue mutabilis, sed inuisibilis, incomprehensibilis, plenus, perfectus, æternus, nõ aliunde quod est sumens, sed ad id quod ita manet sibi ipse sufficiens.

Colof. 2.

Hic ergo ingenitus ante omne tempus ex se filium genuit, non ex aliqua subiacente materia, quia per filium omnia: non ex nihilo, quia ex se filium: non vt partem, quia nihil in Deo demutabile aut vacuum est: non partem sui vel diuisam, vel discissam, vel extensam, quia & impassibilis & incorporeus Deus est: hæc autem passionis & carnis sunt, & secundum Apostolum in Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed incomprehensibiliter, inenarrabiliter ante omne tempus & secula vnigenitum ex his quæ ingenta in se erant, procreauit: omne quod Deus est per charitatem atque virtutem natiuitati eius impartiens, ac sic ab ingenito, perfecto æternoque patre, vnigenitus & perfectus & æternus est filius. Ea autem quæ eius sunt secundum corpus quod assumpsit, bonitatis eius ad salutem nostram voluntas est. Inuisibilis enim & incorporeus & incomprehensibilis, vt pote ab eo genitus, tantum in se & materia & humilitatis recepit, quantum in nobis erat virtutis ad intelligendum se & sentiendum & contuendum: imbecillitati nostræ potius obtemperans, quam de his in quibus erat ipse deficiens.

Quomodo filius à patre & in patre.

Igitur perfecti patris perfectus filius, & ingeniti Dei vnigenita progenies, qui ab eo qui habet omnia, accepit omnia, Deus à Deo, spiritus à spiritu, lumen

à lumine, confidenter ait: Pater in me & ego in patre. Quia vt spiritus pater, ita & filius spiritus: vt Deus pater, ita & filius Deus: vt lumen pater, ita & filius lumen. Ex his ergo quæ in patre sunt, ea in quibus est filius, id est, ex toto patre totus filius natus est, non aliunde, quia nihil ante quàm filius: nõ ex nihilo, quia ex Deo filius: non in parte, quia plenitudo Deitatis in filio: neque in aliquibus, quia in omnibus: sed vt voluit qui potuit, vt sit qui genuit: quod in patre est, hoc & in filio est: quod in ingenito, hoc & in vnigenito est: alter ab altero, & vterque vnus: non duo vnus, sed alius in alio, quia non aliud in vtroque, pater in filio, quia ex eo filius: filius in patre, quia non aliunde quod filius, vnigenitus in ingenito, quia ab ingenito vnigenitus. Ita in vnigenito, quia vt omnia in ingenito patre perfecta sunt, ita omnia in filio vnigenite perfecta sunt. Hæc in patre & filio vnitas, hæc virtus, hæc charitas, hæc fides, hæc spes, hæc veritas, via, vita. Non calumniari de virtutibus suis Deo, nec per secretum ac potestatem natiuitatis obtrectare filio. Patri ingenito nihil comparare, vnigenitum ab eo, nec tempore, nec virtute discernere, Deum filium, quia ex Deo est, confiteri. Sunt istiusmodi in Deo potestates, quarum cum ratio intelligentiæ nostræ incomprehensibilis sit, fides tamen per veritatem efficientiæ in absoluto est.

Nec hoc in spiritualibus tantum, sed etiam in corporalibus deprehendimus, non ad natiuitatis exemplum, sed admirationem facti intelligibilis ostensum. Nuptiarum die vinum in Chana Galilææ ex aqua factum est, nunquid conseruitur aut sermo noster, aut sensus, quibus modis natura demutata sit, vt aquæ simplicitas defecerit, & vini sapor natus sit? Nõ permixtio fuit, sed creatio, & creatio non à se cæpta, sed ex alio in aliud existens, non per transfusionem potioris obtinetur quod infirmius est, sed aboletur quod erat, & quod non erat cæpit. Sponsus tristis est, familia turbatur, solennitas nuptialis conuiuuij periclitatur. Iesus rogatus non exurgit aut instat, sed quiescentis eius hoc opus est. A qua hydriis infunditur, vinum calicibus hauritur, infundentis scientiæ sensus non conuenit haurientis. Qui infuderunt, hauriri aquam existimant, qui hauriunt, vinum infusum arbitrantur, tempus quod in medio est non sufficit, vt in liquoris natura & nascatur & pereat. Ratio facti & visum frustratur & sensum, virtus tamen Dei in his quæ sunt gesta sentitur. Sed & de quinque panibus non dissimilis facti admiratio est, incrementis eorum quinque millium virorum & innumerabilium mulierum ac puerorum famæ vincitur, fugit oculos sensus nostri, operis intelligentia. Quinque panes offeruntur & franguntur, subrepunt præfringentium manibus quedam fragmentorum procreationes, non imminuitur vnde præfringitur, & tamen semper præfringentis manum fragmenta occupant, fallunt momenta visum, dum plenam fragmentis manum sequeris, alteram sine damno portionis suæ contueris, inter hæc fragmentorum cumulus augetur. Præfringentes in ministerio sunt, edentes in negotio sunt, esurientes saturi sunt, duodecim copiosos replent reliquæ.

Diuina virtus ex miraculis ad similitudinem diuine generationis.

Matth. 14.

Non sensus, non visus profectum tam inconspicibilis operationis assequitur, est quod non erat, videtur quod non intelligitur, solum superest vt Deus omnia posse credatur. Non habent itaque diuina adulationem, nec subest Deo ad placendum fallendumque simulatio. Hæc filij Dei opera non de iactantiæ studio sunt

sunt profecta: neque enim ille cui innumerabilia milia milium angelorum seruiunt, adularus est homini. quid enim eorum quæ nostra sunt indigebat, per quæ sunt vniuersa quæ nostra sunt? An honorem à nobis exposulabat, nunc à somno stupidis, nunc de luxu nocturni vigilatarum fessis, nunc post rixas & cædes diuini malè conscis, nunc post conuiuia ebriis, quem archangelus & dominatus, principatus & potestates sine somno, sine occupatione, sine crimine æternis & indefessis in cælo vocibus laudant: & laudant, quia ipse inuisibilis Dei imago omnes per se creauerit, seculum fecerit, cælum firmauerit, altra distinxerit, terram fundauerit, abyssos demerferit, ipse deinceps homo natus sit, mortem vicerit, portas inferni fregerit, cohæredem sibi plebem acquisiuerit, carnem in æternitatis gloriam ex corruptione transtulerit.

Nihil ergo iste eguit à nobis, vt hæc eum apud nos inenarrabilia, & inintelligibilia opera tanquam egenæ laudis ornarent: sed prouidens Deus nequitia & stultitia humanæ errorem, & sciens eouque infidelitatem prurpuitram esse, vt sibi de Dei rebus iudicium præsumeret, audaciam nostram earum, de quibus ambigeretur, ferum vicit exemplis.

Conseruationes huiusmodi.

Sunt enim plures seculi prudentes, quorum prudentia Deo stulticia est: qui cum audiunt Deum ex Deo, verum à vero, perfectum à perfecto, vnum ab vno natum esse, tanquam impossibilia nobis prædicantibus contradicunt, quibusdam sententiarum collectionibus inhæretes, cum dicunt: Nasci nihil potuit ab vno, quia omnis natiuitas est ex duobus: iam si ab vno natus hic filius est, partem eiusdem qui genuit accepit: & si pars est, neuter ergo perfectus est, deest enim ei vnde decessit: nec plenitudo in eo erit, qui ex portione constituitur: neuter ergo perfectus est, cum plenitudinem suam & qui genuit amittat, nec qui natus est conseruat. Hanc mundi sapientiam etiam per prophetam prouidens Deus ita damnat dicens: Perdam sapientiam sapientium, & intellectum prudentium reprobo. Item in Apostolo: Vbi sapiens, vbi conseruator huius seculi? nõne stultam fecit Deus prudentiam huius mundi? Nam quia in sapientia Dei nõ cognouit mundus per prudentiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes: quoniam Græci sapientiam quærunt, & Iudæi signa petunt, nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiæ: iis autem qui sunt vocati Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, fortius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Curam ergo humani generis habens Dei filius, primam vt sibi crederetur, homo factus est, vt testis diuinarum rerum nobis esset ex nostris: perque infirmitatem carnis Deum patrem nobis infirmis & carnalibus prædicaret, voluntatem in eo Dei patris efficiens, vt dicit: Non vni voluntatem meam facerè, sed voluntatem eius qui me misit.

1. Cor. 1.

10m. 5.

Ibid. 17.

Non quòd nolit & ille quòd faciat: sed obedientiam suam sub effectu patris volutatis ostendit, volens ipse voluntatem patris explere. Erat autem hæc efficiendæ voluntatis voluntas, cuius ipse testis est dicens: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti illi, det ei vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

Ego te clarificauit super terram opere consummato, quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi.

Verbis breuibus & paucis omne opus officij sui & dispensationis exposuit, nihilominus fidei veritatem aduersum omnem inspirationem diabolicæ fraudulentiæ communiens. Curramus ergo per singulas sermonis sui virtutes.

Ait: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Non diem, non tempus, sed horam venisse dicit. In hora diei portio est. Et quæ hæc erit hora? nempe illa de qua in tempore passionis discipulos conseruans, locutus est: Ecce venit hora, vt filius hominis clarificetur. Hæc ergo hora est in qua se à patre clarificari orat, vt patrem ipse clarificet.

10m. 12.

Sed quid est quod clarificari se clarificaturus expectat, & honorem redditurus exposulat, & hoc eget quod rursus impartiat? Et hic occurrant sophistæ mundi & sapientes Græciæ, & syllogismis suis veritatem irretiant. Quo modo & vnde & quid causæ sit quærant: & cum hæserint, audiant: Quia stulta mundi elegit Deus. Ergo per stultitiam nostram intelligamus hæc inintelligibilia sapientibus mundi. Dixerat Dominus: Pater, venit hora: horam passionis offenderat, nam hæc sub momento eo loquebatur. Deinde adiecit: Clarifica filium tuum. Sed quo modo clarificandus erat filius? namque natus ex virgine, à cunis atque infantia vsque ad consummatum venerat virum: per somnum, famem, sitim, lassitudinem, lachrymas hominem egerat, etiamnum conseruandus, flagellandus, crucifigendus. Quid ergo? nobis solum hominem in Christo hæc erant contestatura? Sed non eon fundimur cruce, non flagellis prædamnamur, nõ spuis sordidamur. Clarificat pater filium. Quo modo tandem? suffigitur cruce.

1. Cor. 1.

Deinde quid sequitur? sol non occidit, sed refugit. Sed quid refugisse dico? non receptus in mabe passionem est, sed de cursu operis defecit, & interitum suum Christi sensum eo reliqua mundi elementa senserunt: & ne huic facinoræ illæ cælestes operationes interessent, intercessionis huius necessitate quadam sui abolitione caruerunt. Sed terra quid fecit? ad onus Domini in ligno pendens intremuit, eum qui moriturus erat intra se contestata non capere. Nunquid & portionem suam rupes & saxa concedunt? sed rupta dissiunt, & naturam suam perdant, cælumque ex se arcem incontinentem condendi corporis conseruentur. Quid ad hæc proclamant quoque centurio cohortis, & crucis custos? Verè Dei filius erat iste.

Elementa

Christi sensum

Matth. 27.

Creatura intercessione huius placuli liberatur, firmitatem & virtutem saxa non retinent. Qui cruci affixerant, verè Dei filium conseruentur. Prædicationi consentit effectus. Dominus dixerat: Clarifica filium tuum. Non solum nomine contestatus est esse se filium, sed & proprietate qua dicitur tuum. Multi enim rios filij Dei, sed non talis hic filius est. Hic enim & verus & proprius est filius, origine, non adoptione: veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione. Ergo post clarificationem eius, veritatis confessio cõsecuta est: nam verum Dei filium centurio conseruitur, ne quis credentium ambigeret, quod vnus persequentium non negasset. Sed fortè ea clarificatione creditur eguisse filium quam orabat, & infirmus reperitur, dum clarificationem potioris expectat. Et quis

Christus peculiaris modo filij Dei dicitur.

Quomodo
filius clari-
ficat patrem
& vicem
suam ab eo
clarificatur
Ioan. 14.

patrem non potiorē confitebitur; ut ingenuum à genito, ut patrem à filio, ut eum qui miserit ab eo qui missus sit, ut volentem ab ipso qui obediat? & ipse nobis erit testis: Pater maior me est.

Hæc ita ut sunt, intelligenda sunt: sed cauendum est, ne apud imperitos gloriam filij honor patris infirmet: nec infirmari se patitur hæc ipsa clarificatio postulata. ad id enim quod dictum est: Pater clarifica filium tuum, sequitur & illud: Ut filius tuus clarificet te. Non ergo infirmus est filius, vicem clarificationis ipse cum clarificandus sit, redditurus. Sed si non infirmus, quid postulabat? Nemo enim nisi hoc quo eget postulat. Aut nunquid infirmus est & pater? Aut eorum quæ habet ita profusus est, ut ei clarificatio sit reddenda per filium? Sed neque hic eguit, neque ille desiderat, & tamen alteri alter impertit. Ergo expositulatio clarificationis danda, vicissimque reddenda, nec patri quicquam adimit, nec infirmat filium, sed eandem diuinitatis ostendit in utroque virtutem, cui & clarificari se filius à patre orat, & clarificationem pater non dedignetur à filio: sed hæc in patre & filio virtutis unitatem, per vicissitudinem danda & referenda clarificationis ostendunt. Sed clarificatio hæc quæ sit, & ex quibus sit, noscendum est. Non opinor demutabilis Deus est, neque in æternitatem cadit aut vicium, aut emendatio, aut profectus, aut damnium: sed quod est, semper est. Hoc enim Deo est peculiare, quod semper est: habere aliquando in natura non poterit ut non sit. Quo modo ergo clarificabitur quod suo non eget, neque à se deficit, neque quicquam sit quod in se recipiat, neque amiserit ut resumatur? Hæc remus, moramur. Sed intelligentiæ nostræ infirmitatem Euangelista non deserit, qui quam clarificationem patri filius esset redditurus ostendit dicens: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti illi, det ei vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Clarificatur ergo per filium pater, in eo quod sit à nobis per filium intelligendus. Claritas autem hæc erat, quod ab eo filius potestatem omnis carnis acceperat. Caro enim factus ipse, vitæ æternitatem erat caducus & corporis & mortalibus redditurus.

Vitæ autem nostræ æternitas non operationis erat, sed virtutis effectus: cum æternitatis gloriam non iam molitio noua, sed sola Dei esset cognitio sumptura. Ergo non claritas Deo additur: neque enim decesserat ut adderetur, sed per filium clarificatur apud nos imperitos, refugas, sordidos, sine spe mortuos, sine lege tenebrosos: & clarificatur per id quod ab eo filius potestatem omnis carnis acceperat, vitam ei æternam daturus. Per hæc igitur filij opera clarificatur pater. Itaque cum omnia filius acceperat, clarificatus à patre est: & contra clarificatur pater, cum sunt vniuersa per filium. Et claritas accepta sic redditur, ut quod claritatis in filio est, id totum claritatis patris sit: quia à patre accepit omnia, quia honor famulantis in honore mittentis est, ut honor gignentis in honore nascentis est. Sed in quo tandem æternitas vitæ est, ait ipse: Ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quæ hic difficultatum quæstiones sunt, & quæ pugna verborum? Vita est, verum Deum nosse. Sed nudum hoc non facit vitam. Quid ergo connectitur? Et quem misisti Iesum Christum. Debitus patri à filio honor redditur, cum dicit: Te solum verum Deum. Non tamen se filius à

Dei veritate fecerit cum adiungit: Et quem misisti Iesum Christum. Non habet interuallum confessio credentium, quia in utroque spes vitæ est. Nec Deus verus ab eo deficit, qui in coniunctione succedit. Cum ergo dicitur, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, sub hac significatione, id est, mittentis & missi, non patris & filij veritas & diuinitas sub aliqua aut significationis aut dilationis diuersitate discernitur, sed ad gignentis & geniti confessionem fides religionis instruitur. Ergo absolute patre filius clarificat in eo quod sequitur: Ego te clarificauit super terram opere consummato, quod dedisti mihi ut faciam. Laus patris omnis à filio est: quia in quibus laudabitur filius, laus erit patris. Consummat enim omnia quæ pater voluit. Dei filius homo nascitur, sed Dei in partu virginis virtus est. Dei filius homo cernitur, sed Deus in operibus hominis existit. Dei filius crucifigitur, sed in cruce hominis mortem Deus vincit. Christus Dei filius moritur, sed omnis caro viuificatur in Christo. Dei filius in inferis est, sed homo refertur ad cælum. In quantum hæc laudabuntur in Christo, tanto plus laudis ex quo Christus Deus est consequetur. His igitur modis patris filium clarificat super terram. Rursumque filius ignorantiam gentium & stulticiam seculi, per virtutum suarum opera eum ex quo est ipse clarificat. Et hæc quidem clarificationis vicissitudo non pertinet ad diuinitatis profectum, sed ad honorem eum qui ex cognitione ignorantium suscipiebatur. Quo enim pater non abundabat, ex quo sunt omnia? Vel quid filio deerat, in quo complacuerat omnem plenitudinem diuinitatis habitare? Ergo clarificatur pater in terra, quia opus eius quod mandauit efficiatur.

Videamus quid filius à patre clarificationis expectet, & absolutum est. Nam in continentibus est: Ego te clarificauit super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam: & nunc clarifica me tu pater apud te ipsum eam claritate quæ habui, prius quam mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus. Operibus ergo filij clarificatur est pater: dum Deus esse intelligitur, dum Dei vniuersi patris manifestatur, dum ad salutem nostram filium suum etiam ex virgine natum esse hominem voluit. In quo explentur ea omnia in passione, quæ de partu virginis cæpta sunt. Itaque quia Dei filius ex omni qua est parte perfectus, & ante omne tempus in diuinitatis plenitudine natus, nunc à carnis suæ origine homo consummabatur ad mortem: clarificari se apud Deum postulat, sicut patrem ipse clarificabat in terris, quia cum Dei virtutes ignorantibus seculo clarificabantur in carne. Nunc autem quid est quod apud patrem clarificationis profectum expectat? Nempe hoc quod habuit apud eum, prius quam mundus esset. Habuit plenitudinem diuinitatis, atque habet. Nanque Dei filius est: sed qui erat Dei filius, & hominis acceperat esse filius. Erat enim verbum caro factum: non amiserat quod erat, sed acceperat esse quod non erat.

Non de suo destiterat, sed quod nostrum est acceperat: profectum ei quod accepit, eius claritatis expositulat, unde non destitit. Ergo quia filius est verbum, & verbum caro factum, & Deus verbum, & hoc in principio apud Deum, & verbum ante constitutionem mundi filius: filius nunc caro factus orabat, ut hoc patri caro inciperet esse quod verbum, ut id quod de tempore erat, gloriam eius, quæ sine tempore est, claritatis acciperet, ut in Dei virtutem & spiritum

spiritus incorruptionem transformata carnis corruptio absorberetur. Hæc itaque oratio ad Deum est, ad patrem confessio filij est, hæc carnis deprecatio est: in qua eum iudicij die compunctum, & de cruce recognitum vniuersi videbunt, in qua præfiguratus in morte est, in qua eleuatus ad cælos est, in qua Deo assedit à dextris, in qua visus à Paulo est, in qua honorificatus ab Stephano est.

Manifestatio itaque nomine patris hominibus, hoc postulat. Sed quo nomine? Nunquid nomine Dei ignorabatur? Hoc Moyses de rubo audiuit, hoc Genesis in exordio creati orbis nunciauit, hoc lex exposuit, hoc prophetæ prætulerunt, hoc homines in his mundi operibus senserunt, hoc gentes etiam mentiendo veneratæ sunt. Non ergo ignorabatur Dei nomen, sed Deus planè ignorabatur: Nam Deum nemo noscit, nisi confiteatur & patrem, patrem vniuersi filij, & filium non de portione, aut dilatione, aut remissione: sed ex eo natum inenarrabiliter, incomprehensibiliter, ut filium à patre plenitudinem diuinitatis, ex qua, & in qua natus est obtinentem, verum & infinitum & perfectum Deum: hæc enim Dei est plenitudo. Nam si horum aliquid deerit, iam non erit plenitudo, quam in eo habitare complacuit. Hoc à filio Dei predicatur, hoc ignorantibus manifestatur: sic clarificatur per filium pater, cum pater filij per filium talis agnoscat.

Volens itaque filius huius natiuitatis suæ fidem factorum suorum nobis posuit exemplum, ut per inenarrabilem gestorum suorum efficientiam de virtute natiuitatis inenarrabilis doceremur: cum aqua sit vinum, cum quinque panes saturatis quinque milibus virorum, excepto sexu & ætate reliqua, replent fragmentis cophinos duodecim. Res cernitur, & nescitur: fit, & non intelligitur: ratio non apprehenditur, effectus ingeritur. Stultum est autem, calumniam in eo inquisitionis intendere, in quo comprehendi id unde queritur, per naturam suam non potest. Ut enim inenarrabilis est pater in eo quod ingenuus est, ita enarrari filius in eo quod vniuersus est, non potest, quia ingenuus est imago, qui genitus est. Tum enim sensu atque verbis imaginem apprehendamus necesse est, cum eum cuius imago est, consequemur. Sed inuisibilibus persequimur, & incomprehensibilia tentamus, quibus intelligentia ad conspicabiles res & corporeas coartatur. Non erubescimus stulticiam? non nosmetipsos irreligiositatis arguimus, Dei arcanis, Dei virtutibus calumniantes? Quomodo filius, & unde filius, & quo damno, patris, vel ex qua sit portione natus, inquirimus. Hæreas in exemplo operationum, ut crederes Deum efficere posse, quorum intelligere efficientiam non possis. Quæris quomodo secundum spiritum natus sit filius: ego te de corporeis rebus interrogo.

Quæro quomodo natus ex virgine sit. An detrimentum sui caro perfectam ex se carnem generans perpessa sit. Et certè non suscepit quod ædidit, sed caro carnem sine elementorum nostrorum pudore proeuit, & perfectum ipsa de suis non imminuta genuit. Et quidem fas esset, non impossibile in Deo opinari, quod per virtutem eius possibile fuisse in homine cognoscimus. Sed te, quisquis es, inuestigabilia secretantem, & diuinorum secretorum atque virtutum grauem arbitrum consulo, ut mihi imperito, & tantum de omnibus Deo ut sunt ab eo dicta credenti, ra-

tionem saltem facti istius afferas. Dominum audio, & quia his credo quæ scripta sunt, scio iam post resurrectionem frequenter videndum se in corpore præbuisse multis non credentibus: certè & Thomæ, non nisi contrectatis eius vulneribus credidit, sicut ait: Nisi videro in manibus eius figuram clauorum, & mittero digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Dominus ad omnem se intelligentiæ nostræ irbecillitatem accommodans, & dubitationi infidelium satisfactorius, arcanum inuisibilis virtutis operatur: facti ratione quisquis eris cælestium rerum scrutator, expone. Erant discipuli inclusi, & secretò post passionem Domini congregati considerant. Dominus Thomæ fidem propositis conditionibus confirmaturus afflitit, palpandi corporis & contrectandi vulneris obtulit facultatem: & utique qui compunctus recognoscendus sit, necesse est ut corpus in quo est compunctus attulerit. Quæro ergo per quas clausæ domus partes sese corporeus intulerit. Diligenter enim Euangelista expressit dicens: Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum suorum. An constructa parietum penetrans, & solidam lignorum naturam impenetrabilem transcurrit? Stetit nanque corporeus, non simulatus aux fallax. Sequantur ergo oculi mentis tuæ penetrantis ingressum, & cum eo clausam domum intelligentiæ tuæ visus introeat. Integra sunt omnia & obserata: sed ecce assistit medius, cui per virtutem suam vniuersa sunt perua. Inuisibilibus calumniaris, ego à te visibilibus exposco rationem. Nihil cedit ex solido, neque per naturam suam aliquid tanquam lapsu insensibili ligna & lapides admittit. Corpus Domini à sese non deficit, ut sese resumatur ex nihilo, & unde qui assistit in medio est? Cedit ad hæc & sensus & sermo, & extra rationem humanam est veritas facti. Idcirco ergo ut de natiuitate Domini fallimur, ita & de ingressu Domini mentiamur. Dicamus factum non fuisse, quia intelligentiam facti non apprehedimus: & cessante sensu nostro, facti ipsius cesset effectus. Sed mendacium nostrum facti ipsius fides vincit. Assistit Dominus clausa domo in medio discipulorum: & filius est natus ex patre. Noli negare quod steterit, quia per intelligentiæ infirmitatem, consistens non consequaris introitum. Noli nescire, quod ab ingenito & perfecto Deo patre vniuersus perfectus filius Dei natus sit: quia sensum & sermonem humanæ naturæ, virtus generationis excedat. Et omnia quidem insuper mundi opera adesse nobis in testimonium possent, ne ambigere de Dei rebus atque virtutibus fas crederemus. Sed in ipsam veritatem infidelitas nostra procurrat, & violenti in excidium Dei potestatis irrumpimus. Si liceret & corpora & manus in cælum leuarem, solem astraque cætera atui curfus suis limitibus perturbarem, permisceremus discessus oceanis & accessus: fluuenta etiam fontium inhiberemus, & naturas fluminum refrenarem: concuteremus fundamenta terræ, & toto in hæc opera Dei parricidio desæuirem. Sed bene, quod nos intra hanc modestiæ necessitatem natura corporum detinet. Certè non fallimus, quid si liceret effemus acturi. Nanque quia non possumus, prophana voluntatis audacia naturam veritatis conuellimus, & bellum dictis Dei comparamus. Filius dixit: Pater manifestaui nomen tuum hominibus. Quid ad hæc calumniam? quid æstuamus? patrem tu negas? Atqui hoc maxi-

quia & demutabilis erit, si immutationi per diuisionē fiat obnoxius, & imperfectus efficietur, perfectionis suae in portionē alteram decedente substantia. Nec non in eo se eleganter doctrinā propheticae, sed & euangelicae atque apostolicae posse existimant contrariare, vt filij natiuitatem intra tempora praedicent. Cum enim vitiose à nobis asserant dici filium semper fuisse, necesse est vt excludendo quod semper fuerit, natiuitatem eius confiteantur ex tempore. Si enim non semper fuit, erit tempus quo non fuit. Et si est tempus quo non fuit, erit ante eum tempus: quia qui non semper est, esse cepit ex tempore. Qui autem caret tempore, non potest eo carere quod semper est. Responde se autem id quod semper filius fuerit, ob eam causam affirmant, ne per id quod semper fuit, sine natiuitate esse credatur: tanquam per id quod semper fuisse dicitur, innascibilis praedicetur.

O stultos atque impios metus, & irreligiosam de Deo solitudinem. Hae quae in homouisionis significatione, & in eo quod semper filius esse dicitur arguuntur, ecclesia abominatur, respuit, damnat. Nouit enim vnum Deum, ex quo omnia. Nouit & vnum Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia. Vnum ex quo, & vnum per quem. Ab vno vniuersorum originem, Per vnum cunctorum creationem. In vno, ex quo, auctoritatem innascibilitatis intelligit. In vno, per quem, potestatem nihil differentem ab auctore veneratur. Cum ex quo & per quem, ad id quod creatur, in his quae creata sunt communis auctoritas sit nouit in spiritu Deum spiritum impassibilem & indefecabilem. Didicit enim à Domino, spiritui carnem & ossa non esse, ne forte cadere in eum corporalium passionum detrimenta credantur. Nouit vnum innascibilem Deum: nouit & vnum vnigenitum Dei filium.

Confitetur patrem aeternum, & ab origine liberum confitetur & filij originem ab aeterno. Non ipsum ab initio, sed ab initiabili. Non per seipsum, sed ab eo qui à nemine semper est, natus ab aeterno, natiuitatem videlicet ex paterna aeternitate sumentem. Carcet ergo fides nostra haereticae prauitatis opinione. Aedita tanque est sensus nostri professio, licet nondum sit ratio professionis exposita. Tamen ne quid in homouisionis à patribus nuncupati enunciatione, & in ea quod semper fuerit confessione suspicionis relinquatur, ista memorata sunt: quibus & subsistere filium in substantia qua genitus ex patre est cognosceretur: & patri de substantia qua manebat, per filij natiuitatem nihil esse decerptum. Et homouisioni patri filium non de commemoratis superius vitiis causisque à sanctis & doctrinam Dei callentibus viris esse memoratum, ne quis forte existimaret adimi per vnam natiuitatem vnigeniti filij, quod patri homouisionis diceretur: sed vt suscepti huius vtriusque verbi necessitatem, & contra debacchates tunc haeticos ad maximam fidei securitatem, vsurpati rationem intelligamus: respondendum esse existimo haeticorum peruersitati, & omnes eorum stultas ac mortiferas institutiones Euangelicis atque apostolicis testimoniis coarguendas. Videntur enim sibi de singulis quae asserunt praestare rationem, quia singulis assertionibus suis quaedam ex diuinis voluminibus testimonia subdiderunt: quae corrupto intelligentiae sensu solis tantum ignorantibus blandiantur, speciem veritatis secundum prauitatem interpretantium praestatura. Conantur enim sola Dei

A patris diuinitate celebrata filio auferre quod Deo est, quia scriptum est: Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Et id ipsum ad legis doctorem interrogatē, quod praecipuum maximum esset in lege, Dominus dicens: Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deo vnus est. Et rursum Paulo ita praedicante: Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominum.

Tum quod solus innascibilis, & quod solus verus sit, quia Esaias dixerit: Benedicent te solum Deum verum. Quodque id ipsum contestatus sit Dominus in Euangelis dicens: Haec est autem vita aeterna vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Tum quod solus sapiens sit, ne quid sapientiae filio relinquatur, secundum Apostoli dictū: Ei autem qui potens est confirmare vos secundum Euangelium meum, & praedicationem Iesu Christi, secundum reuelationem sacramenti temporibus secularibus taciti: manifestati autem nunc per scripturas propheticas secundum praecipuum aeterni Dei, in obedientiam fidei in omnes gentes, cogniti soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, amen. Tum quod solus bonus, ne quid sit bonitatis in filio, quia per eum dictum sit. Nemo bonus nisi vnus Deus. Tum quod solus & potens sit, quia Paulus dixerit: Quem temporibus suis ostendit nobis beatus & solus potens, rex regum, & Dominus dominantium. Tum quod hunc nouerint in conuertibilem & indemutabilem, quia per prophetam dixerit: Ego sum Dominus Deus vester, & nō demutor. Et Iacobus Apostolus dixerit: Apud quem non est demutatio. Hunc iustum iudicem, quia scriptum est: Deus iustus iudex: fortis & patiens. Hunc cuncta procurantem, quia Dominus dixerit cum ei de auiibus sermo esset: Et pater vester caelestis paciscit illas. Et rursum: Nōne duo passeres asse uenunt, & vnus ex illis non cadit super terram sine patris vestri voluntate? Sed & capilli capitis vestri numerati sunt. Hunc omnia prouidentem, sicut beata Susanna dicit: Deus aeternus, absconditorum cognitor, sciens omnia ante generationem eorum. Hunc etiam inconceptibilem secundum quod dictum est: Caelum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. quā domum aedificabit mihi, aut quis locus requiescentis meae? Hae enim fecit manus mea, & sunt omnia haec mea. Hunc quoque capientem omnia Paulo testante: Quoniam in ipso viuimus & mouemur & sumus. Et Psalmographo dicente: Quod abibo à spiritu tuo, & à facie tua, quod fugiam? Si ascēdero in caelum, tu illic es: si descēdero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas meas ante lucem, & habitauero in postremis maris: etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Hunc quoque incorporeum, quia dictum est: Spiritus enim Deus est, & adorantes eum, in spiritu & veritate adorare oportet. Hunc immortalem & inuisibilem, Paulo dicente: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre potest. Et secundum Euangelium: Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Hunc quoque solum manentem, quia dictum est: Ego sum qui sum. Et rursum: Sic dices filiis Israel: Misit me ad vos is qui est. Et per Hieremiam: Qui es domine. Atque haec quis non intelligat plena fraudis esse & plena fallaciae? Quae quanquam sint subtiliter confusa atque permixta, tamen absolute artificialiosam

Testimoniū quod deprauat pro se vertici.

Deute. 6.

1. Tim. 2.

Ioan. 17.

Rom. 16.

1. Tim. 6.

Matth. 3. Iac. 1.

Psal. 7.

Matth. 6. Ibid. 10.

Dan. 13.

Esai. 66.

Act. 17.

Psal. 138.

Ioan. 4.

1. Tim. 6.

Ioan. 1.

Exod. 3.

tificiosam maliciae atque stultitiae calliditatem & inperitiam testantur. Inter caetera enim addiderunt, solum se patrem innascibilem cognouisse: tanquam hinc quicquam possit ambigere, cum ex quo ille genitus sit, per quem omnia sunt, id quod ipse est à nemine consecutum. Ipso enim quod pater dicitur, eius quem genuit autor ostenditur: id habens nomen, quod neque profectum ex alio intelligatur, & ex quo is qui genitus est substituisse doceatur. Igitur id quod Deo patri proprium est, proprium ei ac secretum relinquamus: confidentes in eo aeternae virtutis innascibilem potestatem.

Nemini autē dubium esse existimo, ob eam causam in confessione Dei patris quaedam eius tanquam peculiaria & priuata memorari: ne praeter ipsum eorum quicquam particeps relinquatur. Dum enim dicunt, solum verum Deum, solum iustum, solum sapientem, solum inuisibilem, solum bonum, solum potentem, solum immortalitatem habentem: in eo quod solus haec sit, à communione eorum secundum hos filius separatur. Soli enim, vt aiunt, propria non participantur ab altero: quae si in patre solo, non etiam in filio esse existimabuntur, necesse est vt filius Deus & falsus & insipiens, & secundum conspicabiles materias corporeus & maleuolus & infirmus, & extra immortalitatem credatur esse, qui ab his omnibus, cum in his pater solus sit, excipitur.

Dicturi autem de absolutissima maiestate & de plenissima diuinitate vnigeniti Dei filij, nō existimamus quenquam arbitratum, omnem hunc sermonem, quo vsuri erimus, ad Dei patris contumeliam pertinere, quasi ex eius dignitate decedat, si quid eorum referatur ad filium: cum potius honor filij dignitas sit paterna, & gloriosus auctor sit, ex quo is qui tali gloria sit dignus exiterit. Nihil enim nisi natum habet filius, & geniti honoris admiratio in honore generantis est. Cessat ergo opinio contumeliae: cum quicquid in esse filio maiestatis docebitur, id ad amplificandam potestatem eius, qui istiusmodi genuerit, redundabit. Consequens autem est, vt cognitis iam iis, quae ad deformationem filij de patre confessi sunt, id ipsum illud quod de filio professi sunt audiatur. Responduri enim singulis eorum propositionibus, & diuinorum doctorum testimoniis irreligiosam eorum doctrinam proditurus, debemus ad illa quae de patre dicta sunt, ea quae deinceps de filio Dei sunt commemorata subiungere: vt confessione ea quae de patre & filio est, inter se comparata, vnus atque idem à nobis in absoluendis singulis propositionibus ordo teneatur.

Memorant namque filium Dei neque ex aliqua subsistente materia genitum esse, quia per eum creata omnia sunt: neque ex Deo esse, quia decedere ex Deo nihil possit: sed esse ex iis, quae non erant, id est, creaturam, Dei perfectam, veruntamen non similem caeteris creaturis. Esse autem creaturam, quia scriptum sit: Dominus creauit me initium viarum suarum. Esse autē facturam per factam, sed nō similem caeteris facturis. Facturam autē per id quod Paulus ad Hebraeos dixerit: Tanto melior factus angelis, quanto excellentius ab his possidet nomen. Et rursum: Vnde fratres facti vocationis caelestis participes cognoscite Apostolum & principem sacerdotum confessionis nostrae Iesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit eum. Ad infirmandam verō filij & virtutem & potestatem & diuinitatem, eo maxime vtuntur, quod dixerit: Pater maior me est. Idcirco autem non esse eum vnum ex omnibus creaturis con-

Pror. 8. Hebr. 1. Ibid. 3.

Ioan. 4. Ibid. 1.

cedunt, quia scriptum est: Omnia per eum facta sunt.

Concludunt ergo omnem irreligiositatis suae doctrinam istiusmodi verbis, dicentes: Nouimus vnum Deum, solum infectū, solum sapientem, solum sempiternū solum sine initio, solum verum, solum immensum, solum immortalitatem habentem, solum optimum, solum potentem, omnium creatorem, ordinatorem & dispositorem, inconvertibilem, incommutabilem, iustum & optimum legis & prophetarum & noui testamenti: hunc Deum genuisse filium vnigenitum ante omnia secula, per quem & seculum & omnia fecit: natum autem non putatiuē, sed verē obsecutum voluntati suae: immutabilem & inconvertibilem, creaturam Dei perfectam, sed non sicuti vnam de creaturis: facturam, sed non sicuti caetera factura. Nec vt Valentinius prolatione patris natum commentatus est. Nec sicut Manichaeus partem vnus substantiae patris natum exposuit. Nec sicut Sabellius, qui vnionem inducit, ipsum dixit filium quem & patrem. Nec sicut Hierachas lucernam inducit de lucerna, vel lampadem in duas partes: Nec eum qui fuit ante, postmodum natum, vel supercreatum in filium: sicuti & tu ipse beatissime papa, media in ecclesia & in confellu fratrum frequenter eos qui talia introducunt, renuisti. Sed sicut diximus voluntate Dei ante tempora & secula creatum, & viuere & esse accipiens à patre, & glorians cum subsistente patre. Neque enim pater dans ei omnium hereditatem fraudauit semetipsum, ab his, quae non facta habentur ab ipso: fons est autem omnium.

Quapropter tres substantiae sunt, pater & filius & spiritus sanctus. Et quidem Deus pater causa est omnium, omnino sine initio solitarius: filius autem sine tempore aeditus est à patre, & ante secula creatus & fundatus. Non erat antequam nasceretur: sed sine tempore ante omnia natus, solus à solo patre subsistit. Nec enim est aeternus, aut coaeternus, aut simul non factus cum patre, nec simul cum patre habet esse, sicuti quidam dicunt, aut aliqui duo non nata principia introducentes, sed sicut vnio est principium omnium, sic & Deus ante omnia est. Propter quod & ante filium est, sicut & à te didicimus papa media in ecclesia praedicante. Secundum quod itaque à Deo esse habet, & gloriari & viuere, & omnia ei sunt tradita: secundum hoc principium eius est Deus. Principatur autem ei utpote Deus eius, cum sit ante ipsum. Si enim quod ex ipso & quod ex vtero exiuit & venit, & quod ex patre, velut partem eius vnus substantiae, & quasi prolationem extendens intelligitur: compositus erit pater & diuisibilis & mutabilis & conuertibilis, etiam corpus secundum illos, & quantum in ipsis est, consequentia corpori sustinens sine corpore Deus.

Hic eorum error est, haec mortifera institutio: ad cuius confirmationem corrupto intelligentiae sensu, diuinorum doctorum testimonia vsurpant, & de his sub occasione humanae ignorantiae mentiuntur.

Nemini autem dubium esse oportet, ad diuinarum rerum cognitionem diuinis vtendum esse doctrinis. Neque enim scientiam caelestium per semet humana imbecillitas consequetur, neque inuisibilium intelligentiam ipse sibi corporalium sensus assumet. Non enim vel id quod creatum in nobis atque carnale est, vel id quod in vsum vitae nostrae ex Deo datum est, suomet iudicio naturam creatoris sui optusque discernet. Non subeunt ingenia nostra in caelestem

Tres substantiae, spiritus sanctus. Et quidem Deus pater causa est omnium, omnino sine initio solitarius: filius autem sine tempore aeditus est à patre, & ante secula creatus & fundatus. Non erat antequam nasceretur: sed sine tempore ante omnia natus, solus à solo patre subsistit. Nec enim est aeternus, aut coaeternus, aut simul non factus cum patre, nec simul cum patre habet esse, sicuti quidam dicunt, aut aliqui duo non nata principia introducentes, sed sicut vnio est principium omnium, sic & Deus ante omnia est. Propter quod & ante filium est, sicut & à te didicimus papa media in ecclesia praedicante. Secundum quod itaque à Deo esse habet, & gloriari & viuere, & omnia ei sunt tradita: secundum hoc principium eius est Deus. Principatur autem ei utpote Deus eius, cum sit ante ipsum. Si enim quod ex ipso & quod ex vtero exiuit & venit, & quod ex patre, velut partem eius vnus substantiae, & quasi prolationem extendens intelligitur: compositus erit pater & diuisibilis & mutabilis & conuertibilis, etiam corpus secundum illos, & quantum in ipsis est, consequentia corpori sustinens sine corpore Deus.

Hic eorum error est, haec mortifera institutio: ad cuius confirmationem corrupto intelligentiae sensu, diuinorum doctorum testimonia vsurpant, & de his sub occasione humanae ignorantiae mentiuntur. Nemini autem dubium esse oportet, ad diuinarum rerum cognitionem diuinis vtendum esse doctrinis. Neque enim scientiam caelestium per semet humana imbecillitas consequetur, neque inuisibilium intelligentiam ipse sibi corporalium sensus assumet. Non enim vel id quod creatum in nobis atque carnale est, vel id quod in vsum vitae nostrae ex Deo datum est, suomet iudicio naturam creatoris sui optusque discernet. Non subeunt ingenia nostra in caelestem

Hic eorum error est, haec mortifera institutio: ad cuius confirmationem corrupto intelligentiae sensu, diuinorum doctorum testimonia vsurpant, & de his sub occasione humanae ignorantiae mentiuntur. Nemini autem dubium esse oportet, ad diuinarum rerum cognitionem diuinis vtendum esse doctrinis. Neque enim scientiam caelestium per semet humana imbecillitas consequetur, neque inuisibilium intelligentiam ipse sibi corporalium sensus assumet. Non enim vel id quod creatum in nobis atque carnale est, vel id quod in vsum vitae nostrae ex Deo datum est, suomet iudicio naturam creatoris sui optusque discernet. Non subeunt ingenia nostra in caelestem

quia & demutabilis erit, si imminutioni per diuisionē fiat obnoxius, & imperfectus efficietur, perfectionis suae in portionē alteram decedente substantia. Nec non in eo se eleganter doctrinā prophetica, sed & euangelicā atque apostolica posse existimant contrariare, vt filij natiuitatem intra tempora praedicent. Cum enim vitiose à nobis asserant dici filium semper fuisse, necesse est vt excludendo quod semper fuerit, natiuitatem eius confiteantur ex tempore. Si enim non semper fuit, erit tempus quo non fuit. Et si est tempus quo non fuit, erit ante eum tempus: quia qui non semper est, esse coepit ex tempore. Qui autem caret tempore, non potest eo carere quod semper est. Responde se autem id quod semper filius fuerit, ob eam causam affirmant, ne per id quod semper fuit, sine natiuitate esse credatur: tanquam per id quod semper fuisse dicitur, innascibilis praedicetur.

O stultos atque impios metus, & irreligiosam de Deo solitudinem. Hæc quæ in homouij significatione, & in eo quod semper filius esse dicitur arguuntur, ecclesia abominatur, respuit, damnat. Nouit enim vnum Deum, ex quo omnia. Nouit & vnum Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia. Vnum ex quo, & vnum per quem. Ab vno vniuersorum originem, Per vnum cunctorum creationem, In vno, ex quo, auctoritatem innascibilitatis intelligit, In vno, per quem, potestatem nihil differentem ab auctore veneratur. Cum ex quo & per quem, ad id quod creatur, in his quæ creata sunt communis auctoritas sit nouit in spiritu Deum spiritum impassibilem & indefecabilem. Didicit enim à Domino, spiritui carnem & ossa non esse, ne fortè cadere in eum corporalium passionum detrimenta credantur. Nouit vnum innascibilem Deum: nouit & vnum vnigenitum Dei filium.

Confitetur patrem æternum, & ab origine liberum confitetur & filij originem ab æterno. Non ipsum ab initio, sed ab initiabili. Non per seipsum, sed ab eo qui à nemine semper est, natum ab æterno, natiuitatem videlicet ex paterna æternitate fumentem. Caret ergo fides nostra hæreticæ prauitatis opinione. Aedita nanque est sensus nostri professio, licet nondum sit ratio professionis exposita. Tamen ne quid in homouij à patribus nuncupati enunciatione, & in ea quod semper fuerit confessione suspicionis relinqueretur, ista memorata sunt: quibus & subsistere filium in substantia qua genitus ex patre est cognosceretur: & patri de substantia qua manebat, per filij natiuitatem nihil esse decerptum. Et homouisioni patri filium non de commemoratis superius vitiis causisque à sanctis & doctrinam Dei callentibus viris esse memoratum, ne quis fortè existimaret adimi per vsam natiuitatem vnigeniti filij, quod patri homouisioni diceretur: sed vt suscepti huius vtriusque verbi necessitatem, & contra debacchates tunc hæreticos ad maximam fidei securitatem, vsurpati rationem intelligamus: respondendum esse existimo hæreticorum peruersitati, & omnes eorum stultas ac mortiferas institutiones Euangelicis atque apostolicis testimoniis coarguendas. Videntur enim sibi de singulis quæ asserunt præstare rationem, quia singulis assertionibus suis quædam ex diuinis voluminibus testimonia subdiderunt: quæ corrupto intelligentiæ sensu solis tantum ignorantibus blandiantur, speciem veritatis secundum prauitatem interpretantium præstatura. Conantur enim sola Dei

patris diuinitate celebrata filio auferre quod Deus est, quia scriptum est: Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Et id ipsum ad legis doctorem interrogat, quod præceptum maximum esset in lege, Dominus vnus dicens: Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Et rursum Paulo ita prædicante: Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominum.

Tum quod solus innascibilis, & quod solus verus sit, quia Esaias dixerit: Benedicent te solum Deum verum. Quodque id ipsum contestatus sit Dominus in Euangelis dicens: Hæc est autem vita æterna vt cognoscat te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Tum quod solus sapiens sit, ne quid sapientiæ filio relinquatur, secundum Apostoli dictum: Ei autem qui potens est confirmare vos secundum Euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem sacramenti temporibus secularibus taciti: manifestati autem nunc per scripturas propheticas secundum præceptum æterni Dei, in obedientiam fidei in omnes gentes, cogniti soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, amen. Tum quod solus bonus, ne quid sit bonitatis in filio, quia per eum dictum sit. Nemo bonus nisi vnus Deus. Tum quod solus & potens sit, quia Paulus dixerit: Quem temporibus suis ostendet nobis beatus & solus potens, rex regum, & Dominus dominantium. Tum quod hunc nouerint inconuertibilem & indemutabilem, quia per prophetam dixerit: Ego sum Dominus Deus vester, & nõ demutor. Et Iacobus Apostolus dixerit: Apud quem non est demutatio. Hunc iustum iudicem, quia scriptum est: Deus iustus iudex: fortis & patiens. Hunc cuncta procurantem, quia Dominus dixerit cum ei de auitibus sermo esset: Et pater vester cælestis pacit illas. Et rursum: Nõne duo passeres assè uenunt, & vnus ex illis non cadit super terram sine patris vestri voluntate? Sed & capilli capitis vestri numerati sunt. Hunc omnia prouidentem, sicut beata Susanna dicit: Deus æternus, absconditorum cognitor, sciens omnia ante generationem eorum. Hunc etiam inconceptibilem secundum quod dictum est: Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. quæ domum ædificabitis mihi, aut quis locus requietionis meæ? Hæc enim fecit manus mea, & sunt omnia hæc mea. Hunc quoque capientem omnia Paulo testante: Quoniam in ipso viuimus & mouemur & sumus. Et Psalmographo dicente: Quod abibo à spiritu tuo, & à facie tua, quod fugiam? Si ascēdero in cælum, tu illic es: si descēdero ad infernum, ades. Si sumptero pennas meas ante lucem, & habitauero in postremis maris: etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Hunc quoque incorporeum, quia dictum est: Spiritus enim Deus est, & adorantes eum, in spiritu & veritate adorare oportet. Hunc immortalem & inuisibilem, Paulo dicente: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem vnigenitum vidit, nec videre potest. Et secundum Euangelium: Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Hunc quoque solum manentem, quia dictum est: Ego sum qui sum. Et rursum: Sic dices filiis Israel: Misit me ad vos is qui est. Et per Hieremiam: Qui es domine. Atque hæc quis non intelligat plena fraudis esse & plena fallaciæ? Quæ quamquam sint subtiliter confusa atque permixta, tamen absolute artificialiosam

Testimoniū quod deprauatē hæretici.
Deute. 6.
1. Tim. 2.
Ioan. 17.
Rom. 16.
1. Tim. 6.
Matth. 3.
Iac. 1.
Psal. 7.
Matth. 6.
Ibid. 10.
Dan. 13.
Esai. 66.
Act. 17.
Psal. 138.
Ioan. 4.
1. Tim. 6.
Ioan. 1.
Exod. 3.

tificiosam maliciæ atque stultitiæ calliditatem & inepitiam testantur. Inter cætera enim addiderunt, solum se patrem innascibilem cogno uisse: tanquam hinc quicquam possit ambigere, cum ex quo ille genitus sit, per quem omnia sunt, id quod ipse est à nemine consecutum. Ipso enim quod pater dicitur, eius quem genuit autor ostenditur: id habens nomen, quod neque profectum ex alio intelligatur, & ex quo is qui genitus est substituisse doceatur. Igitur id quod Deo patri proprium est, proprium ei ac secretum relinquamus: cōfiteutes in eo æternæ virtutis innascibilem potestatem.

Nemini autē dubium esse existimo, ob eam causam in confessione Dei patris quedam eius tanquam peculiaria & priuata memorari: ne præter ipsum eorum quicquam particeps relinquatur. Dum enim dicunt, solum verum Deum, solum iustum, solum sapientem, solum inuisibilem, solum bonum, solum potentem, solum immortalitatem habentem: in eo quod solus hæc sit, à communione eorum secundum hos filius separatur. Soli enim, vt aiunt, propria non participantur ab altero: quæ si in patre solo, non etiam in filio esse existimabuntur, necesse est vt filius Deus & falsus & insipiens, & secundum conspicabiles materias corporeus & maleuolus & infirmus, & extra immortalitatem credatur esse, qui ab his omnibus, cum in his pater solus sit, excipitur.

Dicturi autem de absolutissima maiestate & de plenissima diuinitate vnigeniti Dei filij, nõ existimamus quencquam arbitratum, omnem hunc sermonem, quo vsuri erimus, ad Dei patris contumeliam pertinere, quasi ex eius dignitate decedat, si quid eorum referatur ad filium: cum potius honor filij dignitas sit paterna, & gloriosus autor sit, ex quo is qui tali gloria sit dignus exuerit. Nihil enim nisi natum habet filius, & geniti honoris admiratio in honore generantis est. Cessat ergo opinio contumeliæ: cum quicquid in esse filio maiestatis docebitur, id ad amplificandam potestatem eius, qui istiusmodi genuerit, redundabit. Cōsequens autem est, vt cognitis iam iis, quæ ad deformationem filij de patre confessi sunt, id ipsum illud quod de filio professi sunt audiatur. R. Responsuri enim singulis eorum propositionibus, & diuinorum dictorum testimoniis irreligiosam eorum doctrinam prodituri, debemus ad illa quæ de patre dicta sunt, ea quæ deinceps de filio Dei sint commemorata subiungere: vt confessione ea quæ de patre & filio est, inter se comparata, vnus atque idem à nobis in absoluedis singulis propositionibus ordo teneatur.

Memorant namque filium Dei neque ex aliqua subiacente materia genitum esse, quia per eum creata omnia sunt: neque ex Deo esse, quia decedere ex Deo nihil possit: sed esse ex iis, quæ non erant, id est, creaturam, Dei perfectam, veruntamen non similem cæteris creaturis. Esse autem creaturam, quia scriptum sit: Dñs creauit me initium viarum suarum. Esse autē facturam perfectam, sed nõ similem cæteris facturis. Facturam autē per id quod Paulus ad Hebræos dixerit: Tanto melior factus angelis, quanto excellentius ab his possidet nomen. Et rursum: Vnde fratres facti uocationis cælestis participes cognoscite Apostolum & principem sacerdotum confessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit eum. Ad infirmam verò filij & virtutem & potestatem & diuinitatem, eo maxime vtuntur, quod dixerit: Pater maior me est. Idcirco autem non esse eum vnum ex omnibus creaturis con-

Pros. 8.
Hebr. 1.
Ibid. 3.
Ioan. 4.
Ibid. 1.

cedunt, quia scriptum est: Omnia per eum facta sunt.

Concludunt ergo omnem irreligiositatis suæ doctrinam istiusmodi verbis, dicentes: Nonimus vnum Deum, solum in seculo, solum sapientem, solum sempiternum solum sine initio, solum verum, solum inmensum, solum immortalitatem habentem, solum optimum, solum potentem, omnium creatorem, ordinatorum & dispositorem, inconuertibilem, incommutabilem, iustum & optimum legis & prophetarum & noui testamenti: hunc Deum genuisse filium vnigenitum ante omnia secula, per quem & seculum & omnia fecit: natum autem non putatiuè, sed verè obsecutum voluntati suæ: immutabilem & inconuertibilem, creaturam Dei perfectam, sed non sicuti vnā de creaturis: facturam, sed non sicuti cæteræ facturæ. Nec vt Valentinus prolatione patris natum commentatus est. Nec sicut Manichæus partem vnus substantiæ patris natum exposuit. Nec sicut Sabellius, qui vnionem inducit, ipsum dixit filium quem & patrem. Nec sicut Hierachas lucernam ipudicit de lucerna, vel lampadem in duas partes: Nec eum qui fuit antè, postmodum natum, vel supercreatum in filium: sicuti & tu ipse beatissime papa, media in ecclesia & in confessa fratrum frequenter eos qui talia introducunt, renuisti. Sed sicut diximus voluntate Dei antè tempora & secula creatum, & viuere & esse accipiens à patre, & gloriari cum subsistente patre. Neque enim pater dans ei omnium hæreditatem fraudauit semetipsum ab his, quæ non facta habentur ab ipso: fons est autem omnium.

Quapropter tres substantiæ sunt, pater & filius & spiritus sanctus. Et quidem Deus pater causa est omnium, omnino sine initio, solitarius: filius autem sine tempore æditus est à patre, & ante secula creatus & fundatus. Non erat antèquam nasceretur: sed sine tempore ante omnia natus, solus à solo patre subsistit. Nec enim est æternus, aut coæternus, aut simul non factus cum patre, nec simul cum patre habet esse, sicuti quidam dicunt, aut aliqui duo non nata principia introducentes, sed sicut vnio est principium omnium, sic & Deus ante omnia est. Propter quod & ante filium est, sicut & te didicimus papa media in ecclesia prædicante. Secundum quod itaque à Deo esse habet, & gloriari & viuere, & omnia ei sunt tradita: secundum hoc principium eius est Deus. Principatur autem ei utpote Deus eius, cum sit ante ipsum. Si enim quod ex ipso & quod ex vtero exiit & venit, & quod ex patre, velut partem eius vnus substantiæ, & quasi prolationem extendens intelligitur; compositus erit pater & diuisibilis & mutabilis & conuertibilis, etiam corpus secundum illos, & quantum in ipso est, consequentia corpori sustinens sine corpore Deus.

Hic eorum error est, hæc mortifera institutio: ad cuius confirmationem corrupto intelligentiæ sensu, diuinorum dictorum testimonia vsurpant, & de his sub occasione humanæ ignorantie mentiuntur. Nemini autem dubium esse oportet, ad diuinarum rerum cognitionem diuinis vtendum esse doctrinis. Neque enim scientiam cælestium per semet humana imbecillitas consequetur, neque inuisibilem intelligentiam ipse sibi corporalium sensus assumet. Non enim vel id quod creatum in nobis atque carnale est, vel id quod in vsum vitæ nostræ ex Deo datum est, suomet iudicio naturam creatoris sui opusque discernet. Non subeunt ingenia nostra in cælestem

Exemplum blasphemie eorum qui creaturam esse Dei filium dicunt.
Valentinus Manichæus Sabellius.
Hierachas.

Tres substantiæ, pater, filius, & spiritus sanctus.

scientiam, neque incomprehensibilem virtutem sensu aliquo infirmitas nostra concipiet. Ipsi de se Deo credendum est, & iis quæ cognitioni nostræ de se tribuit obsequendum. Aut enim more gentilium denegandus est, si testimonia eius improbantur: aut si, ut est, Deus creditur, non potest aliter de Deo quam ut ipse est de se testatus, intelligi. Cessent itaque propriæ hominum opiniones, neque se ultra Diuinam constitutionem humana iudicia extendant. Sequamur ergo aduersus irreligiosas & impias de Deo institutiones, ipsas illas diuinorum dictorum auctoritates, & vnumquodque eorum ipso, de quo queritur, auctore tractabimus, non ad fallendam & malè imbuendam audientium imperitiam, quasdam verborum enunciationes subtractis eorum causis coaptantes. Intelligentia enim dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.

Verum omnia æditis simul & dicendi causis & dictorum virtutibus prosequemur. Igitur singula secundum propositionis ordinem retractantur. Nam hoc eorum principale est: Nouimus, inquit, vnum solum Deum, Moysè dicente: Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est: Sed nunquid hinc quisquam fuit ausus ambigere, aut vnquam aliter à quòquam eorum prædicatum esse qui Deum crederent cognitum est, nisi vnum Deum esse, ex quo omnia, vnam virtutem innascibilem, & vnam hanc esse sine initio potestatem? Sed non per id quod Deus vnus est, Dei filio accidit negari posse, quod Deus est. Moysès nanque, vel potius Deus per Moysen, populo & in Aegypto & in deserto idolis & deorum (ut putabatur) religionibus occupato, hoc constituit principale mandatum, ut vnus Deum crederet, & verè merito constituit. Vnus est enim Deus, ex quo omnia. Sed videamus an idem Moysès eum quoque per quem omnia sunt, Deum esse confessus sit. Non enim patri admittitur quod Deus vnus est, quia & filius Deus sit. Est enim Deus ex Deo, vnus ex vno: ob id vnus Deus, quia ex se Deus. Contra verò, non minus per id filius Deus, quia pater deus vnus sit. Est enim vnigenitus filius Dei, non innascibilis, ut patri adimat quod Deus vnus sit, neque aliud ipse quam Deus, quia ex Deo natus est: de quo quantis ambigi non oporteat, quin nascendo ex Deo deus sit, per quod fidei nostræ Deus vnus est, tamen videamus an Moysès qui ad Israel dixerat: Dominus Deus tuus vnus est, Dei filium Deum prædicarit: Vti enim nos ad confitendam Domini nostri Iesu Christi diuinitatem testimonio illius oportebit: cuius auctoritate hæretici vnum tantum Deum confitentes, filio putant negandum esse quod Deus est. Igitur cum absoluta hæc de Deo & perfecta confessio sit, secundum Apostolum ita loqui: Vnus Deus pater ex quo omnia: & vnus Dominus noster Iesu Christus, per quem omnia: videamus originem mundi, quid de ea Moysès loquatur. Ait nanque: Et dixit Deus, fiat firmamentum in medio aquæ, & sit diuidens inter aquam & aquam, & factum est sic, & fecit Deus firmamentum, & diuisit Deus per medium aquæ. Habes ergo Deum ex quo, habes Deum per quem: aut si id negabis, necesse est id quod factum est, per quem factum sit doceas: aut certè naturam ipsam creatorum Deo obedientem esse demòstres, quæ ad id quod dictum est, Fiat firmamentum, se ipsam Dei verbo iussa firmauerit. Sed hæc diuinæ scripturæ ratio non recipit. Omnia enim, secundum Prophetam, facta ex ni-

Deute. 6.

I. Cor. 8.

Gene. 1.

hilo sunt: nec natura aliqua manens demutata in aliud est, sed id quod non erat creatum est, & absolutum est. Per quem? Audi Euangelistam: Omnia per ipsum facta sunt.

Si queris per quem, audias eundem Euangelistam dicentem: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt. Quod si negare voles à patre dictum videri, Fiat firmamentum, audias rursum prophetam dicentem: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.

Quod ergo dictum est, Fiat firmamentum, in eo quod pater sit locutus ostenditur. Quod autem adicitur: Et factum est sic: & quod fecisse Deus dicitur: in eo persona efficiens est intelligenda qui faciat. Dixit enim & facta sunt. nõ vti que solum voluit & fecit, mandauit & creata sunt. non vti que quia cõplacitū ei est extiterit, ut mediatoris officium inter se & ea quæ essent creanda cessaret. Dicit ergo fieri Deo ex quo omnia sunt, & fecit Deus per quem omnia sunt: Eodè paritè; nõ mine, & in dicentis significatione & in efficiens operatione confessio est. Si autem loqui audebis, non de filio dici, Et fecit Deus, vbi erit quod dictum est.

Omnia per ipsum facta sunt? Et illud Apostolicum: Vnus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia? Et illud: Ipse dixit & facta sunt? Quod si impudentiam tuam hæc diuinitus dicta conuincant, non admittitur Dei filio quod Deus sit, per id quod dictum est: Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est: eum ab eo ipso qui hæc est locutus, in ipsa constitutione mundi Deus fuerit prædicatus & filius. Sed videamus in quem professus hæc distinctio iubentis Dei, & facientis Dei agatur. Nam tametsi sensus communis intelligentiæ non recipiat, ut in eo quod dicitur est, iussit & facta sunt, solitarii atque idem significatus esse credatur, tamen ne quid ambigi possit, oportet ea quæ mundi creationem consecuta sunt, explicari. Cum igitur perfectò mundo eius incolæ for-

mandus esset, talis de eo sermo est: Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et rursum: Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum. Quæro nunc, solumne sibi Deum locutum existimatis; an verò sermonem hunc eius intelligas non sibi, sed ad alterum extitisse? Si solum fuisse dicis, eius ipsius voce argueris dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Deus enim per legislatorem secundum intelligentiam nostram locutus est: verbis videlicet quibus vti ipse nos voluit, cognitionem eorum nobis quæ gestit impertiens. Significatio namque Dei filio per quem facta sunt omnia, in eo quod dictum est: Et dixit Deus, Fiat firmamentum: rursum ita dictum est: Et fecit Deus firmamentum. Ne tamen hic quidam inanis ac superfluus sermo existimaretur, si sibi ipsi dixisset ut fieret, & rursum ipse fecisset (Quid enim tam alienum ab eo qui solus esset, ut sibi faciendum diceret, cum voluntate tantum opus esset ut fieret?) absolutius voluit intelligi significationem hanc non ad se tantum esse referendam, dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sustulit singularis intelligentiam professione consortij. Consortium autem esse aliquod solitario ipsi sibi non potest.

Neque rursum recipit solitarij solitudo, faciamus: neque quisquam alieno à se, nostram, loquitur. Vterque sermo, & faciamus & nostram, ut solitarii eundem-

Ioan. 1.

Psal. 148.

Gene. 1.

Gene. 1.

Ibid.

que non patitur, ita neque diuersum à se alienumque significat. Aut quæro, si cum audias solitarii, vtrum non ipsum eundemque esse existimes: aut cum audias non ipsum, neque eundem, an ne quod solitarii tantum sit intelligas? In solitario ergo solitarii, in non eodem verò neque ipso, non solitarii reperitur. Solitario ergo conuenit, faciam & meam: non solitario verò, faciamus & nostram. Cum itaque legimus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, quia sermo vterque, ut non solitarii tantum, ita neque differetem esse significat, nobis quoque nec solitarii tantum, nec diuersus est considerendus: cognita per id quod nostram imaginem dicit, non etiam imagines nostras, vnus in vtroque proprietate nature. Non sufficientem solam verborum attulisse rationem, nisi dictorum intelligentiã etiã rerũ operatio cõsequatur scriptũ enĩ ita est: Et fecit deo hominẽ ad imaginẽ dei fecit eũ. Quæro si solitario atque ipsi ad eundẽ fuit sermo, quid hic sentiedum existimes? Video enim nunc tripartitam significationem: & facientis, & facti, & exempli. Qui factus est, homo est: Deus autem fecit, & quem fecit ad imaginem Dei fecit. Si de solitario Genesis esset locuta, dixisset vti que: Et fecit ad imaginem suam. Sed sacramentum Euangelicum annuncians, non duos deos, sed Deum & Deum elocuta est: eum hominem per Deum effectum ad imaginem Dei dicit. Atque ita Deus, ad communem sibi cum Deo imaginem atque eandem similitudinem hominem reperitur operari: ut nec solitudinis intelligentiam significatio efficiens admittat, nec diuinitatis diuersitatẽ, ad eandem imaginem ac similitudinem constituta patiatur operatio. Et quanquam superfluum post hæc existimetur vltra aliquid afferre, quia in diuinis rebus non frequentius dicta, sed tantum dicta sufficiunt: tamen quid de hoc eodem dictum sit cognosci oportet. Non enim diuinorum dictorum, sed intelligentiæ nostræ à nobis ratio præstanda est. Deus ad Noe inter multa mandata ita loquitur: Qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine eius effundetur anima eius, quia ad imaginem dei fecit hominem. Etiam hic distinguitur exemplum, opus & operans. Deus testatur se ad imaginem Dei hominem fecisse. Cum faciendus homo est, quia neque de se, neque ad se loquebatur, dixit ad imaginem nostrã. Cum autem factus homo est, fecit Deus hominem ad imaginem Dei. Non ignorauit vti que verbi proprietatem, si sibi ipse loqueretur, ut diceret: Feci eodem dictum meam. Dixerat enim iam ad demonstrandam naturæ vnitatem, Faciamus ad nostram. Neque rursum cõfundit de solitario ac non solitario intelligentiam, cum hominem Deus faciens, ad imaginem Dei fecerit. Quod si Deum patrem solitarii sibi hæc locutum fuisse affirmare voles, tantum concedi tibi possit, ut vnus secum velut cum altero sit locutus, credaturque in eo, quod ad imaginem Dei fecit hominem, ita voluisse intelligi, tanquam ad imaginem meam feci hominem: primum ipse testimonio tuo redargueris. Dixisti enim, Ex patre omnia, sed per filium omnia. Nanque per id quod dictum est: Faciamus hominem, ex eo origo est, ex quo capit & sermo. In eo verò quod Deus ad imaginem dei fecit hominem, significatur etiam is per quem consummatur operatio. Tum deinde nequid tibi hinc liceat mētiri, sapientia quam tu ipse Christum confessus es, contrahit dicens, Cum certos ponebat fontes sub cœlo, cum fortia faciebat fundamēta terræ, eram apud illum cuncta componens. Ego eram ad quam gaudebat, quoti-

Gene. 1.

Gene. 1.

Aliud testimonium quod filius Deus.

Gene 9.

die autem lætabar in conspectu eius in omni tempore, cum lætaretur orbe perfectò, & lætatur in filiis hominum. Conclusa est omnis occasio, & coarctatur ad veri confessionem vniuersus error. Adest Deo genita ante secula sapientia. Neque solum adest, sed etiam componit. Est ergo componens apud ipsum. Intelligence compositionis vel dispositionis officium. Pater enim in eo quod loquitur efficit, filius in eo quod operatur, quæ fieri sunt dicta, componit. Personarum autem ita facta discretio est, ut opus referatur ad vtrumque. Nam in eo quod dicitur, Faciamus, & iussio exequatur & factum. In eo verò quod scribitur, Eram apud illam componens, non solitarii se sibi esse in operatione significat. Lætatur autem eum quem sibi significat aggaudere lætanti. Quotidie autem lætabar in conspectu eius in omni tempore, quando lætatur orbe perfectò, & lætatur in filiis hominum. Causam lætitiæ suæ sapientia docuit, lætatur autem ob lætitiã patris in perfectione mundi, & in filiis hominum lætantis. Scriptum est enim: Et vidit Deus quia bona sunt, Placere patri opera sua gaudet, per se ex præcepto eius effecta. Gaudium enim suum hic esse proficitur, quod in consummato orbe & in filiis hominum pater lætus existeret. Et in filiis hominum ob id, quia iam in vno Adam omne humani generis exordium contisset. Non ergo in fabricatione mundi solitarii pater sibi loquitur, sapientia sua secum & cooperante & consummata cooperatione gaudente. Non ignoramus autem multa & maxima ad absolutionem horum dictorum esse reliqua, sed dilata nobis potius quam dissimulata habeantur. Plenior namque eorum tractatus propositionibus cæteris referatur. Nunc enim tantum ad id respondetur, quod in expositione fidei suæ, vel potius perfidia: ab impiis dictum est, vnum tantum Deum à Moysè prædicatum: & verè ita prædicatum meminimus, quia vnus Deus est ex quo omnia. Sed non propterea ignorandum esse, quia filius Deus: cum idem Moysès Deum & Deum toto operis sui corpore sit professus. Igitur videndum est, quomodo & lectio & legissatio Deum & Deum pari confessionis ordine prædicet. Post multa namque Dei ad Abraham allocutiones, cum aduersum Agar Sara commoueretur, conceptui anciliæ domina sterili inuidens, cumque discisset à conspectu eius, ita de ea Scriptura loquitur: Et dixit angelus Domini ad Agar: Redi ad dominam tuam, & humilia te sub manibus eius. Et dixit ei angelus Domini: Multiplicans multiplicabo semen tuum, & non dinumerabitur à multitudine. Et rursum: Et vocauit nomen Domini, qui loquebatur secum, Tu Deus qui aspexisti me. Angelus Deus loquitur. Duplex autem in Angelo Dei significatio est: ipse qui est, & ille cuius est. Et loquitur non res secundum nomen officij sui, ait enim: Multiplicans multiplicabo semen tuum, & non dinumerabitur à multitudine. Ministerium Angeli potestas multiplicandarum gentium excedit. Sed quid tandem de eo qui Dei Angelus, quæ soli Deo propria sunt loquebatur, scriptura testata est: Et vocauit nomen Domini qui loquebatur secum, Tu Deus qui aspexisti me. Primum Angelus Dei, secundò dominus. Vocauit enim nomen domini qui loquebatur secum, dehinc tertio Deus: Tu enim Deus qui aspexisti me. Qui Angelus Dei dictus est, idem Dominus deus est. Est autem secundà Prophetam filius Dei magni consortij angelus: vti personarum distinctio absoluta esset. An-

Proter. 3.

Gene. 1.

Gene. 21.

Filius est angelus Dei & Deus.

Genes. 17.

Magni consilij angelus.

Erant tres viri specie similes, sed Abraham conspexit tribus unum adoratur, & Dominum visum mentis & oculis fidei deum in ter alios agnouit.

Genes. 18. Ibid.

Genes. 19. Ibid. 21.

Ibid.

angelus Dei est nuncupatus. Qui enim est Deus ex Deo, ipse est & Angelus Dei. Vt verò honor debitus redderetur, & Dominus & Deus est predicatus: & hic quidem primum angelus Dei, deinde idem postea & Dominus & Deus. Ad Abraham verò tantum Deus. Tota enim iam personarum discretione præmissa, ne solitarij error subesset, absolutum & verum eius nomen edicitur. Scriptum nanque est: Et dixit Deus ad Abraham: Ecce Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Isaac. & statuum testamentum meum ad illum in testamentum æternum & femini eius post illum. De Ismael autem hæc: Ecce exaudiui te, & benedixi eum, & amplificabo eum valde. Duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentem magnam. Nunquid ambigitur, quin qui angelus Dei dictus est, idem rursus dicatur & Deus? Pariterque de Ismael sermo est, & nunc & dudum multiplicandus ab eodẽ est. Et ne fortè non idem qui esset locutus ad Agar, nunc loqui crederetur, eiusdem personæ significationem diuinus sermo testatur, dicens: Et benedixi eum, & amplificabo eum. Benedictio ex præterito est, iam enim ad Agar sermo fuerat: amplificatio verò in futurum. Nunc enim primum ad Abraham de Ismael Deus loquitur: ad Agar verò angelus Dei locutus est. Deus igitur est, qui & angelus Dei est: quia & qui angelus Dei est, Deus est ex Deo natus. Dei autem angelus ob id dictus, quia magni consilij est angelus. Deus verò idem postea demonstratus est: ne qui Deus est, esse angelus crederetur. Sequatur sermo ordinem rerum. Angelus Dei ad Agar locutus est, idem ad Abraham Deus loquitur. Ex eodem ad vtrumque fit sermo. Benedictur Ismael, & in gentem magnam amplificandus esse promittitur. Scriptura & per Abraham, Deum esse qui loqueretur, ostendit. Abraham quoque Isaac filium promittitur. Dehinc postea assistunt viri tres. Abraham conspexit tribus unum adoratur, & Dominum conspexit. Scriptura assistit viros tres edidit: sed Patriarcha non ignorat qui & adorandus sit & confitendus. Indiscreta assistentium species est, sed ille Dominum suum fidei oculis & visu mentis agnouit. Dehinc sequitur. Et dixit ei: Reuertens veniam ad te, ad hoc tempus in futurum, & habebit filium Sara vxor tua. Et post hæc dixit ei Dominus: Num celabo ego Abraham puero meo quæ facturus sum? Et rursus: Dixit autem Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorræ impletus est, & peccata eorum magna valde. Et rursus post alium multum sermonem, quem breuitatis studio prætermittimus, cum de iustis vnà cum iniustis perdedis Abraham esset sollicitus, ait: Nequaquam qui iudicas terram, facies hoc iudicium, vt perdas iustum cum impiis. Et dixit Dominus: Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in ciuitate, remittam omni loco propter illos iustos. Et rursus cõsummat sermone ad Loth fratrem Abraham, scriptura dicit: Et Dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & igne à Domino de cælo. Et rursus: Et Dominus visitauit Saram, sicut dixit, & fecit Deus Sara sicut locutus est, & concepit & peperit Sara Abraham filium in senectute sua & in tempore, sicut locutus est illi Dominus. Et dehinc expulsa de Abraham domo cum filio suo ancilla, & in deserto ob aquæ inopiam interitum pueri timente, eadem scriptura ait: Et ecce exaudiuit Dominus Deus vocem pueri ubi erat, & vocauit angelus Dei Agar de cælo, & dixit ei: Quid est Agar? Noli timere, exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo est. Surge & accipe

verum, & tenet manum eius, in gentem enim magnam faciam eum. Quæ perfidia cæcitas est, quæ increduli cordis obtusio est, quæ irreligiositatis temeritas, aut ignorare hæc, aut non ignorata negligere? Certè ita commemorata dicta sunt, ne intelligentiã veritatis error & aliquis aut obscuritas impediret. Quæ si non posse ignorari docem, impietatis esse crimine necesse est quod negatur. Angelus Dei loqui ad Agar cœpit, Ismaelẽ in gentem magnam adauertur, eique innumerabilem gentis progeniem præstaturus. Confessio audientis & Dominum eum esse & Deum edocet. Sermonis enim exordium ab angelo Dei cœpit, sed in confessione dei constitit. Ita qui sub mysterio magni consilij nunciandi dei angelus est, & ipse natura & nomine deus est. Nomen enim naturæ, non nomini natura componitur. Isdem etiam de rebus ad Abraham deus loquitur, benedictum iam Ismaelem docet, & multiplicandũ esse eundem in gentem: Benedixit, inquit, ei. Non itaque demutauit personæ suæ significationem. Se enim iam benedixisse demonstrat. Scriptura certè sacramenti ordinem & verè prædicationis modum ab angelo dei incipiens, & postea isdem de rebus eundem loquentem Deum confessã seruauit. Procedit autem plenius doctrinæ profectu sermo diuinus. Deus isic ad Abraham loquitur, parituram Saram pollicetur. Post hæc viri tres sedenti assistunt, vnum adoratur, & dominum constitetur: idemque & adoratur & confessus ab illo, tempore eodem in futurum rediturum se promittit, & Sara filium futurum. Deus ad Abraham locutus est. Idem postea de rebus ipsis eundem vir ab eo visus alloquitur: Demutatio tantum fit nomenclaturæ, nihil tamen de confessione decessit. Virum enim licet conspexit, Abraham tamen deum adorauit: sacramentum scilicet futuræ corporacionis agnosces. Nec tamen tantæ fidei testimonio caruit, Domino in Euangelio dicente: Abraham pater vester letabatur, vt videret diem meum, & vidit & gauisus est. Vir ergo conspexit rediturum se tempore eodem pollicetur. Contuere spõsionis effectum, memento tamen virum esse qui spondeat. Quid ergo Scriptura dicit? Et Dominus visitauit Saram. Vir ergo iste dominus est, efficiens quod spondit. Quid autem sequitur? Et fecit deus Sara sicut locutus est. Vir in loquendo nuncupatus, dominus in visitatione significatus, deus prædicatur in factu. Locutũ certè virum non ignoras, qui Abraham & visus est & locutus. Deum quomodo ignorabis, scriptura eadem quæ virum dixerat, deum confitente? Ipsa enim dixit: Et concepit & peperit Sara Abraham filium in senectute sua in tempore, sicut locutus est illi dominus. Sed vir venturum se locutus est. Virum crede tantum, nisi qui venit & deus & dominus est. Causam cõpara. Vir certè ob id venit, vt Sara & concipiat & pariat. Fidem discere. Dominus & deus ob hoc venit, vt Sara & conciperet & pareret. In potestate dei vir locutus est, in effectu dei deus præstitit. Ita se deum & loquendo & faciendo significat. Viris deinde conspexit tribus, duo abeunt: sed qui residet, & dominus & deus est. Neque solum dominus & deus est, sed & iudex est. Stans enim ante dominum Abraham dixit: Nullo modo tu facies hoc verbum, occidere iustum cum impio, & erit iustus sicut impius. Nequaquam, qui iudicas omnem terram, facies hoc iudicium. Toto igitur sermone suo Abraham fidem, ob quam iustificatus est, docet: Dominum suum ex tribus agnitum, & solum adoratum, & deum confessus est & iudicem. Ac ne fortè existimes in vnus confessione,

Qui sub mysterio magni consilij nunciandi dei angelus est, ipse natura & nomine deus est.

Abraham conspiciens virum futurum corporacionis sacramentum nouit.

Ioan. 8.

Genes. 21.

Genes. 18.

Ex tribus conspexit duo angeli & vnus deus & dominus.

Genes. 19.

Ibid. 18.

Ioan. 5.

Genes. 35.

Angelus ad Agar loquens deus fuit.

fione, trium omnium virorum, qui simul videbantur, A honorem contineri, contuere quid cõspicit duobus, qui discesserant, Loth dixerit: Et vidit Loth, & surrexit obuiam illis, & adorauit in faciem in terra, & dixit: Ecce Domini, diuertite in domum pueri vestri. Hic pluralem retinuit significationem simplex visõ angelorum, illic singularem honorem patriarchæ fides cõfiteatur. Hic diuinæ Scripturæ historia duos de tribus angelos fuisse significat, illic Dominum & Deum prædicat. Ait enim: Et dixit Dominus ad Abraham: Quare risit Sara, dicens: Ego verè paritura sum? ego autem quæ iam senui. Nunquid impossibile est à Domino verbum? in tempore hoc reuertar ad te in futurum, & erit Sara filius. Tenet ergo Scripturam ordinem veritatis: neque pluralem significationem in eo qui & Deus & Dominus agnoscebatur admittes, neque angelis duobus honorem, qui Deo tantum fuerat delatus, imperpetuus. Loth quidem sulphur & ignem pluit à Domino: in eo est? Dominus à Domino, ita non discreuit naturæ nomine, quos significatione distinxerat. Legimus nanque in Euangelio: Pater non iudicat quanquam, sed omne iudicium dedit filio. Dedit ergo Dominus, quod Dominus accepit à Domino: sed qui accepisti in Domino & Domino iudicis cognitionem, cognominis eiusdem in Deo & Deo cognosce consortium. Iacob discendens ob metum fratris sui somnians viderat scalam fundatam in terra & contingentem cælum, & per eam, ascendentes & descendentes angelos Dei: & Dominum incubentem super eam sibi que omnes benedictiones quas Abraham & Isaac dederat imperpetuum. Ad hunc postea talis Dei sermo est: Dixit autem Deus ad Iacob: Surges ascende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo qui apparuit tibi cum fugeres à facie fratris tui. Deus honorem Deo postulat, & postulat cum alterius significatione personæ: Qui, inquit, apparuit tibi cum fugeres, ne qua personæ eiusdem confusio nasceretur. Deus ergo est qui loquitur, Deus & de quo loquitur: honoris confessio naturæ nomine non discernit, quos significatione subsistentes esse distinguit. Et huic quidem loco quædam meminimus, ad pleniorẽ abolutionem necessaria. Sed secundum propositionis ordinem, repositionis quoque ordo retinendus est. Itaque quæ ei reliqua sunt, in libro altero suo loco exequemur. Tatum hoc nunc in Deo qui honorem Deo postulat, demonstrandum fuit, angelũ Dei qui cum Agar locutus, & Deum esse & Dominum, cum isdem de rebus ad isdem de rebus ad Abraham locutus ipse sit: & virum qui Abraham visus est, & Deum esse & Dominum. Angelos autem duos & cum Domino visos, & ab eo ad Loth missos, nihil aliud à propheta nisi angelos predicatos: Non solum autem ad Abraham in viro Deus affuit, sed etiam ad Iacob in homine Deus venit. Neque solum venit, sed luctatus ostenditur. Neque tantummodo luctatus, sed etiam aduersus eum cum quo luctabatur, infirmus. Nunc de luctu & sacramento neque est in tempore, neque in materia aliud tractare. Deus certè est, quia Iacob aduersus Deum inualuit, & Israel Deum vidit. Videamus autem an etiam alibi præterquam ad Agar hic Angelus Dei Deus esse sit cognitus. Cognitus planè est. Neque solum Deus, sed etiam Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Iacob repertus.

Angelus enim Domini Moyse de rubo apparuit, Dominus de rubo loquitur, vocem cuius intelligendam existimas, vtrum eius qui visus est, an aliius alterius? Hic mædacio locus nullus est. Ait enim Scriptura: Apparuit autem illi angelus Domini in flama ignis de rubo. Et rursus: Vocauit eum Dominus de rubo: Moyse Moyse. Et respõdit: Quid est? Et dixit Dominus: Ne accesseris huic, solue calcimæturam de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Et dixit: Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob. Qui apparuit in rubo, de rubo loquitur, & visionis locus vnus & vocis est, neque alius quàm qui est visus, auditur. Qui angelus Dei est cum videtur, idem rursus cum auditur est Dominus, ipse verò qui auditur, Dominus Deus est. Deinde Abraham, Isaac & Iacob Deus esse cognoscitur. Cum angelus Dei dicitur, non proprius sibi ac solitarius esse monstratur: Etenim Dei angelus cum Dominus & Deus nuncupatur, in honore naturæ suæ & nomine prædicatur. Habes ergo angelũ qui de rubo apparuit, & Dominũ & Deum. Percurre adhuc Moyse testimonia, & intellige an occasione aliquam prædicandi Deum & Dominum negligat. Tenes nepe ex dictis eius: Audi Israel, Dominus Deus tuus est. Tene nunc diuinæ illius cantionis dicta. Ait namque: Videte videte, quoniam ego sum Dominus, & non est Deus præter me. Et cum omnis sermo ei ex persona Dei vsque ad finem cationis fuisset, ait: Lætamini cœli simul cum eo, & adorent eum omnes filij Dei. Lætamini gætes cum plebe eius, & honorificent eum omnes angeli Dei. Honorificandus est à Dei angelis Deus, dicens: Quoniam ego sum Dominus, & non est Deus præter me. Est enim vnigenitus Deus: neque consortem vnigeniti nomen admittit, sicut non recipit innascibilis, in eo tantum quod est innascibilis, participem. Est ergo vnus ab vno. Neque præter innascibilem Deum Deus innascibilis alius est. Neque præter vnum vnigenitum Deum vnigenitus Deus quisquam est. Vterque itaque vnus & solus est, proprietate videlicet in vno quoque & innascibilitatis & originis. Ac sic vterque Deus vnus est: cum inter vnum & vnũ, id est, ex vno vnum, diuinitatis æternæ non sit secunda natura. Adorandus est ergo à filiis Dei, & honorificandus ab angelis Dei. Ita & honor & veneratio Deo à Dei filiis & angelis postulatur. Significationem honorandi & eorum per quos est honorandus intellige, scilicet per angelos & filios Dei, Deus. Ac ne fortè honorem Dei non naturalis existimes postulari, & arbitreris hoc in loco Moyse de honorado Deo patre sensisse, cum tamen pater sit honorandus in filio, tamẽ benedictionem quam sub eodem sermone ad Ioseph disponit, aduerte. Ait enim: Et quæ accepta sunt ei qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph & verticem. Adorandus ergo à Dei filiis Deus est, sed Deus qui & filius Dei est. Honorificandus autem à Dei angelis Deus est, sed Deus qui Dei angelus est. Qui de rubo apparuit Dei angelus Deus, & quæ ei complacita sunt, Ioseph cum benediceretur optantur. Non ideo non Deũ, quia angelus Dei est, neque rursus angelus Dei non idcirco, quia Deus est: sed significata personarum intelligentiã, & distinctio innascibilitatis natuitalisque sensu ac manifestata sacramentorum cœlestium dispensatione, non solitariũ Deum docuit opinandum, cum angelum & filium Dei Deum, & Dei angeli & filij adorabunt. Et hæc quidem de Moyse libri responsa à nobis sint, vel potius Moyse ipse responderit: quia eo hæretici autem

Idem angelus Domini & Deus. Exod. 3.

Deut. 6. Ibid. 32.

Alime loco ex cantico Moyse: Quoniam ego sum Dominus, & non est Deus præter me.

Deut. 33.

Angelus Dei filius Dei Deus.

re vsi, per vnus Dei confessionem putant persuaderi posse, ne Deus esse Dei filius prædicetur, contra autoris sui testimonium impij, quando ille vnum Deum confitens, non desisterit de Dei filio docere quod Deus est. Sed consequens est multiplices de eodem Prophetarum sententias profere. Tenes dictum: Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Atque vtinam rectè teneres. Sed secundum sensum tuum dicti prophetici quæro rationem. Ait enim in Psalmis: Vnxit te Deus Deus tuus. Discernat legentis intelligentia vnum & vngentem. Distingue te & tuus: ad quem & de quo sit sermo, demonstra. Superioribus enim dictis confessionis ordo subiectus est. Dixerat namque: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis tuæ virga regni tui, dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. nunc quoque his adiecit: Propterea vnxit te Deus Deus tuus. Deus ergo regni æterni ob meritum dilectæ iustitiæ & perosæ iniquitatis, à Deo suo, vnctus est. Nunquid intelligentiam nostram aliquam saltem nominum interualla confundunt? Nam discretio tantum personæ in te & tuus posita est, in nullo tamen naturæ distincta confessione. Tuus enim relatum est ad autorem: te verò ad eius qui ex autore est, significationem. Est enim Deus ex Deo, Propheta eodem ordine cõfite: vnxit te Deus Deus tuus. Non est autem ante innascibilem Deum Deus vnus, ipso dicente: Estote mihi testes, & ego testis, dicit Dominus Deus, & puer meus quem elegi, vt sciatis & credatis & intelligatis, quoniam ego sum, & ante me non est alius Deus, & post me non erit. Eius igitur qui sine natiuitate est, demonstrata est dignitas, & eius qui ex innascibili est, honor conferuatus est: Vnxit te Deus Deus tuus. Id enim quod ait tuus, ad natiuitatem refertur, cæterum non perimit naturam. Et idcirco Deus eius est, quia ex Deo natus in Deum est. Non tamen ex Deo natus in Deum est, quia ex Deo natus in Deum est. Vnxit enim te Deus Deus tuus, designata videlicet & autoris sui & ex eo geniti significatione, vno eodemque dicto vtrumque illum in naturæ eiusdem & dignitatis nuncupatione constituit. Verum ne fortè ex eo arripi impiæ assertionis possit occasio, quod dictum est: Quoniam ego sum, & ante me non est Deus alius, & post me non erit: itaque per id non & filius Deus sit, quia post Dominum, ante quem Deus nullus sit, nullus quoque postea Deus futurus sit, totius ob id dicti ratio tractanda est. Deus ipse sermonis sui testis est, sed & puer eius electus vnà cum eo testis est, Deum ante se non esse, neque post se futurum. Sufficiens quidem sibi ipse testis est: sed testimonio de se suo testimonium pueri, quæ elegit, admiscuit. Vnum ergo duorum testimonium est nullum ante se Deum esse, ex eo enim omnia sunt: neque post se Deum futurum, non vti que ex se non fuisse. Erat enim iam puer in testimonio patris hæc loquens. Puer in tribu ex qua gigni habebat electus. Id ipsum ita in Euangelis demonstrat: Ecce puer meus quem elegi dilectus meus: in quo complacuit anima mea. Non est ergo ante me alius Deus, & post me non erit. Æternæ videlicet & indemutabilis virtutis infinitatem in eo, quod antea & postea Deus præter se sit nullus ostendens: puer tamen suo vt in testimonio suo, ita & in nomine collocato. Et hoc ipsum præceptum est ex persona ipsius discere. Ait enim ad Osæ Prophetam: Non apponam adhuc vt miserear domui Israel, sed enim aduersans aduersabor illis: filiorum autem Iuda miserebor, & saluos faciâ illos in Domino Deo ipsorum. Ergo absolute pater Deum si-

Psalm. 44.

Esai. 43.

Idcirco Deus eius est, quia ex Deo natus in Deum est.

Matth. 22.

Osæ 1. Saluos faciâ illos in Domino Deo ipsorum.

lium nuncupat, in quo & elegit nos ante tempora secularia. Ipsorum idcirco ait, quia Deus innascibilis à nullo est, nõque filio in hæreditatem à Deo patre donamur. Legimus namque: Posce à me, & dabo tibi gentes in hereditatem tuam. Deo enim ex quo omnia sunt, Deus nullus est, qui sine initio æternus est. Filio autem Deus pater est, ex eo enim Deus natus est: Nobis autem & Deus pater est, & filius Deus est: pater de filio confitente, quod Deus noster sit: filio de patre docente, quod Deus nobis sit. Deo tamen filio à patre, id est, ipso innascibilis virtutis suæ nomine nuncupato. Et hæc quidem ad Osæ: Per Esaiam autem quàm absoluta Dei patris de Dominio nostro Iesu Christo professio est? Ait namque: Quoniam sic dicit Dominus Deus sanctus Israel, qui fecit quæ ventura sunt: Interrogate me de filiis vestris & de filiabus, & de operibus manuum mearum mandate mihi: Ego feci terram & hominem super eam, ego omnibus sideribus præcepi: ego suscitavi regem cum iusticia, & omnes viæ eius rectæ. Hic edificabit ciuitatem meam, & captiuitatē plebis meæ cõuerter. Non cum prætib, neque cum muneribus, dicit Dominus Sabaoth. Laborauit Ægyptus & mercatus Æthiopum & Sabain, viri excelsi ad eum transfibunt, & tui erunt serui, & post te sequentur alligati in vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur: quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te. Tu enim es Deus, & nesciebamus. Deus Israel saluator, erubescet & pudebunt omnes qui aduersantur ei, & ibunt cum cõfusione. Est ne adhuc aliquis temeritati locus? an vlla relicta est ignorantis occasio: nisi id tantum reliquum sit, vti pietas professã se prodatur? Deus ex quo omnia sunt, qui omnia mandato fecit, facti opera sibi assumens, non vti que efficienda, nisi dixisset vt fierent, testatur regem per se excitatum iustum, & edificantem sibi Domino ciuitatem, & plebis captiuitatem auertentem, non cum præmio, neque cum muneribus, gratia enim omnes saluamur. Deinde ita loquitur, cum post laborem Ægypti, id est, seculi captiuitatem, & mercatus Æthiopum & Sabain, viri excelsi ad eum transfibunt. Et qui tandem existimandus labor Ægypti, & mercatus Æthiopum & Sabain? Recordemur Orientis Magos adorantes Dominum, & munerantes, & laborem veniendi vsque in Bethleem Iudæ, tanti itineris metiamur. In principum enim totius Ægypti labore, seculi labor demonstratus est. Magis namque diuinæ virtutis operationes falsæ rerum specie mentientibus, potissimum impiæ religionis honor à seculo omni deferabatur. Iisdem Magis ex mercatu Æthiopum & Sabain, auri, & thuris, & myrrhæ munera deferentibus: quod quidem id ipsum & alius Propheta præmonuit, dicens: In cõspectu eius procident Æthiopes, & inimici eius limum lingēt. Reges Tharsis munera offerent, reges Arabum & Sabain munera adducēt, & dabitur ei de auro Arabiæ. In Magis itaque & muneribus labor Ægypti, & mercatus Æthiopum & Sabain ostenditur, scilicet mundi error Magis adorantibus, & electa gentium munera adorato ab his Domino oblata. Excelsi autem viri, qui ad eum transfuri sunt, atque eum vncti sequentur: qui tandem isti sint, non in obscuro est. Respice ad Euangelia, Petrus Dominum suum sequuturus, præcingitur. Intuere Apostolos. Seruus Christi Paulus in vinculis gloriatur, & videamus an vnctus Christi Iesu, ea quæ Deus de filio suo Deo fuerat loquutus, impleuerit. Precabuntur, inquit, quoniam in te est Deus. Dictum itaque ab Apostolo,

Psalm. 2.

Esai. 43.

Quonia in te est Deus, & non est Deus præter te.

Psalm. 72.

1. Cor. 8.

Rom. 9.

Proprium Dei filio. Proprium Deo patri.

Baruch. 3.

postolo, recognosce & recognitum intellige: Deus in Christo erat mundum reconcilians sibi. Dehinc sequitur: Et non est Deus præter te. Quibus continuo idem Apostolus ait: Vnus est enim Dominus noster Iesus Christus, per quæ omnia. Et nullus præter eum videtur alius esse, qui vnus est. Tertio quoque ait: Tu es Deus, & nesciebamus. Sed ex persecutore factus doctor ecclesiæ, dixit: Quorum patres, ex quibus Christus, qui est super omnia Deus. Hi igitur vncti hæc prædicarunt: excelsi videlicet, & in duo decim thronis iudicaturi duodecim tribus Israel, & dominum suum doctrinæ & passionis suæ martyrio secuturi. Deus ergo in Deo est, & in quo est Deus, Deus est. Et quomodo non est Deus præter te, cum in eodem Deus sit? V. supras, ô hæretice, ad confessionem solitarij Dei patris, Non est Deus præter me. Quomodo ex prædicatione Dei patris dicentis, Non est Deus præter te, dictum interpretaberis, si per id quod dictum est, Non est Deus præter me, affirmare cõtendis, ne Dei filius Deus sit? Et cui ergo Deus dixerit, non est Deus præter te? Subiicere enim hic tibi personam solitarij non licebit. Dominus enim dixit regi, quem excitauit ex persona virorem excelso ad adorandum & deprecantium, quonia in te est Deus. Solitarij res ista non recipit. In te enim presentem, veluti ad quem sit sermo, significat. Quod autem sequitur, In te est Deus, non solum eum qui præsens est, sed etiam eum qui manet in præsentia demonstrat: habitantem ab eo in quo habitat discernens, personæ tantum distinctione, non generis. Deus enim in eo est: & in quo est Deus, Deus est. Nõ enim Deus in diuersa atque aliene à se naturæ habitaculo est, sed in suo atque ex se genito manet Deus in Deo, quia Deus ex Deo est. Tu es enim Deus, & nesciebamus, Deus Israel saluator. Negantem te Deum in Deo, sequens sermo confutat. Ait enim: Erubescet & pudebit omnes qui aduersantur ei, & ibunt cum cõfusione. Decretum hoc in impietate tuam, Dei est. Aduersaris enim Christo, de quo te professio paternæ vocis obiurgat. Deus est enim, quem esse tu Deum negas. Denegas verò sub specie honoris Dei, dicentis: Non est alius Deus præter me. Sed cõfundere & erubescere, non eget delato à te honore innascibilis Deus, gloriam hanc à te solitudinis suæ non postulat: non desiderat hanc opinionis tuæ intelligentiam, vt ob hoc quod dixerit, Non est Deus præter me, eum quæ ex se genuit Deum abneges. Ac ne sibi hoc ad diuinitatē filij destruendam peculiare deferres, vnigeniti sui gloriam honore perfectæ diuinitatis impleuit, dicens: Et non est Deus præter te. Quid ex æquata discriminas? quid comparata discernis? Proprium Dei filio est, ne præter eum Deus sit. Proprium Deo patri est, ne absque eo Deus quisquam sit. Verbis Dei de Deo vttere. Confitere ita, & præcare regem, quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te. Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel saluator. Caret contumelia honoris officium, neque offensionem habet confessionis exemplum, maximè cum aduersatio eius plena confusionis sit & pudoris. Immorare Dei verbis, confitere De vocibus, & fuge confusionis denunciationem. Deum enim Dei filium abnegando, non tam Deum solitario gloriæ honore veneraris, quàm patrem filij in honoratione contemnis. Honoris fidem innascibili Deo confitere, quod præter eum Deus nullus sit. Vnigenito Deo predica, quod absque eo Deus non sit. Audi enim præter Moysen & Esaiam, tum tertio id ipsum quoque, & Hieremiam docentem,

cum dicit: Hic Deus noster est, & non deputabitur alter ad eum. Qui inuenit omnem viam discipline, & dedit eum Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc super terram visus est, & inter homines conuersatus est. Dixerat enim iam superius: Et homo est, & quis cognosceret eum? Habes ergo Deum in terra visum, & inter homines conuersatum: & requiro quomodo intelligendum existimes, Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris: cum Hieremias Deum prædicet, qui & visus in terris est, & inter homines cõuersatus est? Pater certe non nisi filio visibilis est. Quis ergo iste est, qui & visus est, & conuersatus inter homines? Deus certe noster est, & inuisibilis in homine, & cõtractibilis Deus. Et Prophetam loquentem intellige. Non deputabitur alter ad eum. Si quæris quomodo audi quæ sequitur: ne per id non & patri proprium esse existimes, quod dictum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Hæc enim sibi cohærent: Non deputabitur alter ad eum, qui inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hoc super terram visus est, & inter homines cõuersatus est. Vnus est enim mediator Dei & hominum, Deus & homo: & in legislatione, & in coporis assumptione mediator. Alius igitur ad eum non deputatur. Vnus est enim hic in Deo ex Deo natus, per quem creata sunt omnia in cælo & in terra, per quem tempora & secula facta sunt. Totum enim quicquid est, ex eius operatione subsistit. Hic ergo vnus est disponens ad Abraham, loquens ad Moysen, testans ad Israel, manens in prophetis, per virginem natus ex Spiritu sancto, aduersantes nobis inimicisque virtutes ligno passionis affigens, mortem in inferno perimens, spei nostræ fidem resurrectione cõfirmans, corruptionem carnis humanæ gloriæ corporis sui perimens. Ad hunc ergo non deputabitur alius. Solum enim hæc vnigenito Deo propria sunt, & vnus hic in hanc peculiarem virtutum suarum beatitudinē natus ex Deo est: non alter ad eum Deus deputatur. Non enim ex alia substantia, sed ex Deo Deus est. Nihil in eo itaque noui, nihil extraneum, nihil reces est. Cùm enim audit Israel, quod sibi Deus vnus sit, & filio Dei Deo non alter Deus deputetur, vt Deus sit: absolute pater Deus, & filius Deus vnum sunt, non vnione personæ, sed substantiæ vnitate: quia filio Dei Deo deputari ad alterum Deum non sinit Propheta dicens, quod Deus vnus est.

Quomodo Deus super terram visus.

Quomodo intelligitur illud: Non deputabitur alter ad eum.

Per virginem natus ex Spiritu sancto.

DE DIVI HILARII PICTAVONUM Episcopi, de Trinitate.

LIBER V.

RESPONDENTES impijs & vesanis hereticorum institutionibus superioribus libris, non ignoramus in eam nos contradicendi necessitatem deductos fuisse, vt non minus periculi audientibus responsio nostra quàm silentium commoueret. Cùm enim vnum Deum prophetiæ assertio infidelitatis ingereret, & rursum vnum Deum religio negare fides sana non posset: tractari de eo non sine ancipitis periculi conscientia potuit, quod non minus impiè confirmaretur quàm negaretur. Equidem humani sensus opinione ineptum, & rationis alienum esse hoc fortè existimabitur, vt quod irreligiosum est negare, id ipsum irreligiosum sit con-

C ij

continens silentium. Iam enim & in superiori libro modum constituta praedicationis excessimus, quando impie dictum vnum Deum ab haereticis arguentes, & Deum atque Deum à Moyse praedicatum docentes, ad vnius Dei veram & religiosam confessionem pia, quamvis inconsiderata, festinatione descendimus: nunc quoque alterius quaestionis negotio immorantes, non tenuimus ordinem constitutum, & dū de Deo vero Dei filio loquimur, vsque ad confessionē Dei veri in patre & filio seruētis spiritus ardore prorupimus. Sed tractatui suo fidei nostrae veritas referretur: quae cum inchoata sit ad securitatem legentis, tractanda tamen atque absolunda plenius est ad desperationem contradicentis. Non affert itaque demutationem naturae nomen officij: qui enim angelus Dei est, Deus est. Non sit planē Deus verus, si non res Dei & loquutus fuerit, & gesserit. In gentem enim magnā Ismahel adauget, & nomini eius multiplicationē gentium pollicetur, & quaero si hoc angeli opus est? Sin verō potestas Dei est, quid naturae auferat veritatem, cui veritatis non adimis potestatem? Tene itaque virtus naturae veritatis fidem: & idem dispensationis suae salutaria mundo sacramenta, qui Deus verus est, nescit aliquando non esse Deus verus. Et primū quaero, quid significationis habeat Deus, & non Deus verus? Non enim verbi huius apprehendo rationem si dicatur mihi, ignis est, sed non est verus ignis: aut aqua est, sed non est vera aqua: & quaero, in quo eiusdem generis veritas à generis eiusdem veritate differat? Quod enim ignis est, non potest esse ne verus sit: nec natura manens eo potest carere quod vera est. Perime aquae, quod aqua est, & per id poteris abolere ne vera sit: ceterum si aqua maneat, etiam in eo necesse est persistat vt vera sit: potest ita demum natura perire, si nō sit: verum non potest non vera esse, si maneat. Aut Deus verus est filius Dei, vt Deus sit: aut si non est verus Deus, nō potest id etiam esse quod Deus est: quia si natura non sit, non naturae competit nomen: si autem naturae in eo nomen est, non potest ab eo veritas abesse naturae. Sed fortē in eo cum angelus Dei Deus dicitur, adoptionis nomen indulgetur, & sit in eo nuncupatio Dei potius quam veritas. Si parum naturam in se Dei, tum cum angelus Dei dicitur edocuit, in inferioris adhuc ab angelo naturae nomine intellige, an ex se Dei praestiterit veritatem: namque ad Abraham homo loquutus est, sed Abraham Deū adorauit. Et o pestifer haereticus, Deum Abraham confessus est, quem tu deum denegas. Quas promissas Abraham benedictiones impie expectas? Non est tibi ille, vt est, gentium pater: neque in familiam feminis sui per benedictiones fidei suae renatus euadis. Non de lapidibus Abraham filius excitaris, sed natio viperarum confessionis tuae hostis existis. Non es Israel Dei, non es Abraham successio, non iustificatus ex fide es: non enim Deo credidisti. Per eam namque fidem iustificatus est, & constitutus est Abraham pater gentium: per quam Deum cui crediderat adorauit. Adorauit etenim beatus ille & fidelis patriarcha Deum: & accipe quam Deum verum, cui, vt ipse de se ait, non impossibile est omne verbum. Aut nunquid nō soli Deo possibile est omne verbum? Aut cui possibile est omne verbum, quaero quid desit de Deo vero: & rogo, quis est Deus hic Sodomae & Gomorrae euerfor? Pluit enim Dominus à Domino. Nunquid non verus Dominus à Domino? Vel quid praeter significationē per-

Verum esse non separatur ab esse.

Obiectio.

Luc. 1. Gen. 19.

sonae in Domino ac Domino coaptabis? Et momento quod quem solum verum Deum nosti, hunc eundem solum iustum iudicem sis professus. Et intellige, quod Dominus qui pluit à Domino, non occidens iustum cum impio, omnem iudicans terram, & Deus & iudex est iustus, & pluit à Domino. Et inter haec, quem solum iustum iudicem dixeris quaero. A Domino enim Dominus pluit, & hunc iustum iudicem non negabis, qui pluit à Domino. Abraham enim dixit, pater gentium, non vtique infidelium: Nullo modo facies hoc verbum vt occidas iustum cum impio, & erit iustus tanquam impius. Nullo modo qui iudicas terram, facies hoc iudicium. Hunc ergo Deum iustum iudicem, necesse est & verum Deum esse. Tuo te impie teneo mendacio. Nondum ex Euangeliis Deum iudicem profero, lex mihi iudicem Deū loquuta est. Adime filio quod iudex est, vt auferas quod Deus verus est. Eum enim solum verum Deum, quem solum iudicem iustum professus es: & quē iustum iudicem doces, hunc non potes secundum te verum Deum negare. Qui iudex est, Dominus est, potens ad omne verbum est, benedictionum aeternarum sponsor est, priorū in priorumque iudex est, Abraham Deus est, ab eo adoratus est. Ementire saltem aliquid per hanc impiam & stultam verbi tui impudentiā, vnde non verus est. Nō perimunt naturae veritatem caelestis misericordiae sacramenta, sed nec sanctorum fidem species quae ad fidei visionē coaptantur, elidunt. Sacramenta enim legis mysterium dispensationis Euangelicae praefigurat: vt patriarcha videat & credat, quod Apostolus cōtēpletur & praedicet. Namque cum lex vmbra sit futurorū, veritate corporis vmbrae species expressit. Et Deus in homine & videtur, & creditur, & adoratur, qui secundum plenitudinē temporis esset in homine gignendus. Nāque ad visum species praefigurat veritatis assumitur. Visus est autem tum tantum Deus in homine, nō natus est: mox etiam hoc quod est visus, & natus est. Ad veritatem verō nascendi familiaritas proficit assumptae ad contemplandum formae. Illic homo per Deum secundum naturae nostrae infirmitatem videndum assumitur, hic pro naturae nostrae infirmitate nascitur quod erat visum. Accipit vmbra corpus, & species veritate, & visio naturam. Non tamen Deus à se demutatur, cum in homine nobis aut conspicitur, aut nascitur, familiari inter se proprietate & naturalitate & visus: vt quod natum est, visum sit, & quod visum est nasceretur. Et quia nondum nobis collationis Euangelicae ac propheticae locus est institutus, interim ex lege ordinem prosequamur, probaturi postea ex Euangeliis, verum Dei filium natum in hominem fuisse: nunc visum interim patriarchis in specie hominis, Dei filium, Deum verum doceamus ex lege. Nāque cum Abraham homo visus est, & Deus adoratur, & iudex praedicatur. Et cum pluit Dominus à Domino: non ambigitur quin quod pluit Dominus à Domino, ad significationem patris & filij loquatur. Neque rursum existimandum est, quod patriarcha nescierit, quin Deum verum adoraret, quem Deum intelligens adorabat. Habet autem non exiguam perfidia impietas ad intelligentiam verē fidei difficultatem. Angustum enim irreligiositatis sensum religiosae doctrinae institutio non adit: ex quo fit, vt quae ad sacramentum salutis humanae Deus in hominem nascendo gessit, mēs irreligiosa non capiat, dum opus salutis non suae non intelligit esse veritate: & contēplando partū natiuitati, infantiae infirmitatē, pueritiae profectū, iuuentutis aetatem,

Ibid. 18.

Filius inde ostenditur ex lege.

Abraham vidit, credit, & adorauit Deū in homine.

aetate, corporis passiones, & passionū crucē, & crucis mortē, per haec nō sentiunt Deū verū, cū haec in se ad naturā genuerit, quae sibi non erat in veritate naturae, ita vt naturae nō amitteret veritatē, neq; homo factus Deus esse desineret, cum qui Deus est, homo esse cepisset: non intelligēs nō nisi ex veri Dei virtute esse, vt quod nō esset, esset: nec tamē quod esset, esse desineret: cum naturae infirmā assumptio non esset, nisi ex potētis virtute naturae: quae cum in eo quod esset maneret, posset tamē esse quod non erat. O haeretica imprudentia, & stulta mundi sapiētia: opprobriū Christi non intelligēs Dei esse virtutē, & stultitiā fidei nō sentiens Dei esse sapiētiam. Deus ergo idcirco tibi Christus non est, quia qui erat nascitur: quia qui indemutabilis est, crescit aetate: quia impassibilis patitur, quia viuens moritur, quia mortuus viuuit, quia omnia in eo contra naturam sunt? Rogo hoc quid aliud est, quam omnipotentem esse, quod Deus est? Nondum vos o sacra & veneranda Euangelia cōtingo, vt vobis Christus Iesus in his passionibus Deus sit. Ex lege enim estis, & oportet eam docere, quod per assumptam infirmitatem non amittat Deus esse, qui Deus est. Sacramentum enim fidei vestrae, mysteriorum suorum virtute testata est. Adesto nunc mecum fidei tuae spiritu aduersus venenata infidelitatis sibila, sancte & beate patriarcha Iacob: & in lucta hominis inuale-

Gen. 32.

Deum videre voluit homo infirmus, autem quam esset homo natus.

Gen. 35.

turam vnum atque idem nomen est? Deus visus est, Deus de viso Deo loquitur. Non potest Deus nisi per Deum intelligi, sicut nec honorem à nobis Deus nisi per Deum accipit. Namque honorandus esse non intelligitur, nisi iste docuerit honorandum: nec Deus scietur, nisi hic Deus scitus sit. Habet ergo dispensatio sacramentorum suorum ordinem. Dei honorem per Deū docemur. Teneat natura suum nomen. Non aliud vtique quam Deus est: & inter patris & filij naturae vnius nomen vnum. Quaero quomodo Deus filius à se possit degenerare, ne verus sit? Nō est de Deo humanis iudiciis sentiendum: Neque enim nobis ea natura est, vt se in caelestem cognitionem suis viribus effectuat. A Deo discendum est, quid de Deo intelligendum sit: quia non nisi se autore cognoscitur. Adit licet secularis doctrinae elaborata institutio, adit vitā innocentia: haec quidem proficiunt ad cōscientiae gratulationē, non tamē cognitionem Dei consequuntur. Moyses in reginae filii adoptatus & omnibus Aegyptiorū doctrinis eruditus, nō vtique ex naturae affectu Hebraei iniuriā morte Aegyptij vltus esset, Deū tamē paternarū benedictionum nesciebat. Namq; ob metū caedis prodite Aegyptum derelinquens, cum in terra Madian pastor ouium esset, ignē in rubo sine cōcrematione rubi contuēs, Deum audiuit, & nomen interrogauit, & naturam cognouit. Neque enim haec de Deo nisi per Deum cognita esse potuissent. Loquendū ergo non aliter de Deo est, quam vt ipse ad intelligentiam nostram de se locutus est. Angelus Dei est, qui in igne de rubo apparuit: & de rubo in igne Deū loquit. Ex rubo lo-

Deus nō intelligitur nisi per Deū.

quod dicitur Deus filius, quia angelus Dei Deus est. Sed fortē non verus est. qui est annūquid non verus est Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob? Horum enim angelus de rubo lo-

Dei patris ratione ostia subintroduces occasionē, loquitur ad Moysen scij.

Exod. 19.

Ibid. 24.

Cōcluse au-
toris.

Deut. 6.

idcirco Deus nō est, quia vt audires & videres per in-
firmatē hominis est locutus? Moyses montē adiit, di-
uino & celestium sacramentorum cognitionē qua-
draginta dierū ac noctium tēpore adeptus est. Omnia
secundū speciem ostensā sibi in monte veritatis insti-
tuit. Per familiaritātē loquentis ad se Dei, gloriam cla-
ritatis inconspicibilis sumpsit: & corruptiuam vultus
sui speciē lux intolerabilis vicinā maiestatis impleuit.
Deum testatur, de Deo loquitur. Ad hunc adorandū
cum lētia gentium angelos Dei aduocat. Huius pla-
citas benedictiones Ioseph vertici imprecat. Et
post hęc solo concessio ei nomine, audet quisquā ne-
gare quod verus est? Nunc quia omni hoc sermone
nostro demonstratū existimamus, nullā interpolatā in-
telligentiā rationē fuisse, vt Deus verus & Deus falsus
in sensum humanę mentis incidere, cum Deum &
Deum, Dominum & Dominū lex locuta sit: neque in
nominibus naturę significatā diuersitatem fuisse,
ne non secundū nomen naturę & natura nominis pos-
set intelligi, cum virtus Dei, potestas Dei, res Dei, no-
men Dei in eo esset, quē Deū lex prędicabat: quē se-
cundū sacramentū Euangelici distributionem ad per-
sonę significationē demonstraret, & in creando mun-
do obedientē dicitis Dei Deū, & in figurando homine
& in iudicandis Sodomitis iudicem Dominum à Do-
mino, & in largiendis benedictionibus & in decernē-
dis mysteriis legis angelū Dei Deum: vt ad salutarem
confessionem in patre Deo & in filio Deo Deus sem-
per ostensus, naturę veritatem ipso naturę nomine e-
doceret, cum lex Deum vtrunque significans, ambi-
guitatem non relinqueret veritatis: tempus iam nunc
est, vt quod piē religiosequē lex docuit, nō impiē fur-
to hęreticę stultitię prędicari sinamus, quę Dei filiū
Deū negatura sic cępit: Audi Israël, Dominus Deus
tuus vnus est. Et quia impietas eius periclitaretur in
nomine, cum Deum & Deum lex esset locuta, vt na-
turam nominis per autoritatem dicitis prophetici nega-
ret, adiecit: Benedicent te Deum verum: vt per id vnū
Deum locuta lex esset, essetque in filio Deo Dei no-
men potius quā veritas, vno tantum vero Deo intel-
ligendo. Et fortē contradicere nos dicitis tuis o stul-
te arbitraris, vt negemus vnum Deum verum. Non
planē negamus secundū te cōfitendo. Hęc enim fides
nostra, hęc cōscientia, hic sermo est. Sed intelligimus
Deum vnum, & eundem Deum verum: nec confessio
nostra periclitatur in nomine, quę in natura filij vnū
& verum Deum prędicat. Disce confessionis tuę in-
telligentiā, & vnū ac verum Deum cognosce, vt vnū
ac verum Deum piē prędices. Rapis enim ad impieta-
tem tuam religionis nostrę confessionem, & quod est
negas, dum quod est non negas. Sic stulta mundi sa-
pientia fallis, vt veritatem perimas specie veritatis. V-
num verum Deum confiteris, vt vnum verum Deum
deneges. Professio enim tua sic putatur pia, quo magis
impia est: sic vera, quo falsa est. Sic à te vnus & verus
Deus prędicatur, vt non sit: negas enim Dei filium
Deum verum, cum tamen Deum non neges: Deum
tantum non natura confitendo, sed nomine. Si natiui-
tas eius nominis potius est quā veritatis, potes aufer-
re nomini veritatē. Si autē verē Deus natus est, quāro
quomodo possit nō verus esse quod natus est? Aut ne-
gasse ne sit: aut si est, quomodo quod est nō erit, cum
quod est, non possit esse vt non sit? Ac de natiuitatē
quidem mox erit sermo: interim tamen de veritate na-
turę Dei impietatem mendacij tui prophetica pro-

phete conuincam, ita tamen vt vnum & verum
Deum prędicari à nobis, neque Sabellij hęresis ipsūm
patrem sibi & filium professā pręsumat, neque tu ve-
ritatem de filio Dei vnum tantum verum Deum prę-
dicans mentiatis. Nihil sanē in se habet sapientię im-
pietas: & Dei timor, qui sapientię initium est, vbi de-
est, aufert secum omne exordium prudentię. Ad in-
firmam enim Dei veri in filio fidem propheticus
sermo profertur, quo dicitur est: Et benedicent te
Deum verum. Primū hęc impietatis stultitia fuit,
vt quę superius dicta sunt aut non intelligerentur, aut
intellecta cum essent tacerēt. Tum deinde ad quam
se fraudem syllabę adiectione, quę in libris non ex-
tat, instruxit, stultitię suę in eo vñ mendacio: tan-
quam dicitis tuis eo vsque adhibenda fides esset, vt re-
quirendam esse ipsam dīctorum propheticoꝝ aucto-
ritatem non putaret. Non enim ita scriptum est:
Benedicent te Deum verum: sed, Benedicent Deum
verum. Nam non exiguum ambiguitatis momentum
est inter, te Deū verum, & Deū verum. Personę enim
alterius videtur esse pronomen, vbi te est: ceterū
vbi pronominis syllaba non erit, vbi ad autorem di-
cti refertur & nomen. Et vt absoluta intelligendę ve-
ritatis ratio sit, ipsa illa ex solido prophetę dicta sub-
dentur. Propterea sic dicit Dominus: Ecce qui ser-
uiunt mihi bibent, vos verō sitietis: ecce qui ser-
uiunt mihi exultabunt in lētia, vos autem clamabitis
propter dolorem cordis vestri, & à contritione spiri-
tus vlulabitis. Relinquetis ergo vos nomen vestrum
in lētia electis meis, vos autem interficiet Dominus.
Seruientibus verō mihi vocabitur nomen nouum,
quod benedicetur super terram, & benedicent Deum
verum: & qui iurant super terram, iurabunt in Deum
verum. Nunquam non ex causa est, cum consuetudo
prędicationis exceditur, & rationem nouitatis ratio
veritatis inducit. Cum enim antea tantā de Deo pro-
phetię extitissent, & ad Dei dignitatem ac naturam
demonstrandam simplex & solum Dei nomen com-
memoratum fuisset: querendum est, qua ratione nunc
per Esaiam benedicendum Deum verum, & iurandū
super terram in Deum verū prophetię spiritus prelo-
quatur. Et primū noscendum est, sermonem hunc res
futuri temporis nunciare: & quāro an Deus verus nō
sit, qui tum secundū opinionem Iudæorū & benedi-
cebatur & iurabatur. Iudæi nāque sacramētum myste-
rii Dei nesciētes, & per hoc Dei filiū ignorātes, Deum
tantum non & patrem venerabantur. Nam vti que ve-
nerantes patrem, venerarentur & filiū. Hi ergo Deum
benedicebant & iurabant per eum. Sed propheta be-
nedicendum Deum verum testatur. Verum Deum
idcirco pronuncians, quia per mysterium assumpti
corporis non ab omnibus esset in eo Dei veritas intel-
ligenda. Et opus fuit veri confirmatione, vbi falsi pro-
ruptura esset assertio. Et singulas dīctorum eorundem
sententias recensemus. Propterea sic dicit Dominus:
Ecce qui seruiunt mihi manducabunt, vos verō esu-
rietis: ecce qui seruiunt mihi bibent, vos verō sitietis.
Cognosce sub eodem dīcto vtriusque temporis signi-
ficationem, vt sacramentū assequaris etatis. Qui enim
seruiunt manducabunt. Religionem scilicet pręsentē
futuris premiis muneratur: ita vt pręsentium impie-
tatem futurę sitis ac famis pœna cōficiat. Deinde ad-
iecit: Ecce qui seruiunt mihi exultabunt in lētia,
vos autem clamabitis propter dolorem cordis vestri,
& à contritione spiritus vlulabitis. Secundum superio-
rem

Ex proph-
tis ostendit
filium esse
verum Deū

Scriptis est,
Benedicent
Deum verū
& nō te ve-
rum Deum.

Ratio quart
pphetę pra-
dixerit non
solum Deū,
sed Deū ve-
rum benedi-
cendum.

Alterius
loci testimo-
nium.
Isa. 65.

Deut. 32.

Apostolus
interpres
prophetę.
Rom. 10.
Isa. 62.

Qui sub no-
mine Israel
intelligun-
tur.

Nom: Chri-
stianum est
nomen no-
uum.

rem sensum etiā nunc futuri & pręsentis temporis
demonstratio est, vt qui seruiunt exultaturi sint in lē-
tia: qui verō non seruiunt, in clamore atque vlulatu
per dolorem cordis & contritionem spiritus mansuri
sint. Deinde subiicit: Relinquetis enim vos nomen
vestrum in lētia electis meis, vos autem interficiet
Dominus. Sermo ad carnalem Israel est cum futuri
temporis significatione: cui exprobratur quod no-
men suum electis Dei relicturus sit. Quāro quod hoc
nomen sit. Nempe Israel, ad quem tum erat sermo.
Dehinc interrogo qui sit hodie Israel. Equidem te-
statur Apostolus: Qui spiritu, non litera: qui in regu-
la Christi procedentes, Israel Dei sunt. Tum prę-
terea cum superius dicitur sit: Propterea sic dicit Do-
minus, intelligendum est cur ita hoc consequatur:
Vos autem interficiet Dominus. Deinde post hęc
quid sibi velit hic sermo: Seruientibus verō mihi vo-
cabitur nomen nouum, quod benedicetur super ter-
ram. Nunquid ambigitur in eo quod dicitur est, Pro-
pterea sic dicit Dominus: Et in eo quod sequitur: Vos
autem interficiet Dominus, id demonstratum fuisse,
vt qui loqueretur, & qui interficiendus esset, non alius
intelligeretur esse quā Dominus, qui & post sibi ser-
uientes nouo esset nomine muneraturus, & non igno-
raretur & in prophetis locutus esse, & piorum atque
impiorum iudex futurus? Mysterium itaque sermo
reliquis euangelici sacramenti, ne quid in Domino
dicente, & in Domino interficiēte ambigi possit, ex-
plicuit: Seruientibus autem mihi vocabitur nomen
nouum, quod benedicetur super terrā. Omnis hic fu-
turi temporis sermo est. Et quod est hoc nouum no-
men religionis, quod benedicetur super terram? Si à
seculis Christiani vocabuli antea beatitudo vnquam
fuit, nunc nomen nouum non est. Si verō hoc sanctifi-
catur pietas nostra in Deum, nouum nomen est. Hęc
profectō professionis nouitas celestij benedictionū
merces super terram est. Iam verō totius fidei nostrę
conscientiam sequens sermo confirmat dicens: Et be-
nedicent Deum verum, & qui iurant super terram iur-
abunt in Deū verum. Certē si cum benedicēt Deum
verum, quorum in Dei seruitutē nouum nomen est,
tum deinde qui iurandus erit Deus, Deus verus est: an
ne ambigetur quis iuretur, quis benedicatur, per quē
nouum ipsius seruitutis benedictūque nomen sit?
Consistit inecū aduersus impiam tuam hęreticę prę-
dicationem, absoluta sermonis ecclēsiastici fides, noui
per te Christe nominis, & per seruitutis possessionem
benedicti & te super terram nūcupationis, te verum
Deum iurans. Omnis enim os credentium te Christe
Deum loquitur. Omnis credētium fides te Deum iur-
at, Deū verum esse te confidens, Deum verū esse te
prędicans, Deum verum esse te conscia. Quinquam
igitur omnis hic propheticus sermo nullam reliquerit
difficultatem, quin Deum significasse intelligatur, &
cui per nouum nomen seruiatur, & per quē eiusdem
nominis in terris benedicta sit nouitas, & qui benedi-
catur Deus verus, & qui iuretur Deus verus, quę om-
nia secundū temporū plenitudinē ecclēsię fides pia
in Deum Christum religionē profertur: & ita se in eo
propheticus sermo coaptauit, vt significationē perso-
nę alterius adiectione pronominis non nouaret. Si e-
nim addidisset, te Deum verum, referri ad alterum di-
centis sermo potuisset: sed cum ait, Deum verū, signi-
ficationis intelligentiā penes loquētem reliquit. Et
quāquam quem pręsens sermo significat, non ambi-
gitur, tamen cōnexa superius dicta cuius professio ista

fit intelligenda, demonstrant. Ait enim: Palam apparui
non introgantibus me, & inuentus sum non querenti-
bus me: Dixi ecce adsum gentibus, quę non inuoca-
uerunt nomen meum. Extendi manus meas tota die
ad populum diffidentē & contradicentem. Anne im-
pia futurię prędicationis falsitas in obscuro est, &
Deus verus ignorabitur, qui hęc loquitur? Rogo quis
apparuit non interrogatibus, & quis inuentus non que-
rentibus? Et quis gentium est, quę non inuocauerunt
antea nomen eius? Et quis de tota manus ad diffiden-
tem & cōtradicentem populū extendit? Confer cum
his sacrum illud & diuinum Deuteronomij cęticum,
in quo super non deos Deus exacerbatus, super non
gentem & gentem stultam, in zelum incitat infideles:
& intellige quis manifestus sit ignorantibus, & quis
proprius vsurpatur alienis, & quis manus suas ante dif-
fidentem contradicentēque populū cōfigens cruci
chirographum edicti anterioris expandit. Hic nam-
que Propheta spiritu dixit per continētam sibi in or-
dinē connexūque sermonem: Seruiētib; verō mi-
hi vocabitur nomen nouum, quod benedicetur super
terram, & benedicent Deum verum: & qui iurant su-
per terram, iurabunt in Deum verum. Hęc si stultitia
atque impietas hęretica ad fallendum ignorātes sim-
pliciorēsq; dicta esse ex persona Dei patris mētierur,
ne in Deum filiū dicitis huius intelligentiā fuscipi possit:
audiat mendacij sui reatum, ab Apostolo & doctore
gentium, omnia hęc ad sacramentum passionis domi-
nica & euangelicę fidei tempora prędicante, tunc
cum infidelitatem Israclis aduentum Domini in car-
ne non intelligentis exprobrat. Ait enim ita: Omnis e-
nim qui inuocauerit nomen Domini, saluus
erit. Quomodo ergo inuocabunt eum in quem non
crediderunt? Quomodo autem credent ei quem non
audierunt? Quomodo autem audient sine prędican-
te? Quomodo autem prędicabunt nisi mittantur?
Sicut scriptum est: Quam speciosi sunt pedes eorum
qui annunciant pacem, qui annunciant bona. Sed
non omnes obediunt Euangelio. Esaias enim dicit:
Domine quis credit auditui nostro? Itaque fides ex
auditū, auditus autem per verbum Dei. Sed dico,
nunquid non audierunt? Imō in omnem terram exiit
sonus eorū, & ad terminos orbis terrę verba eorum.
Sed dico, Nunquid Israel non sciuit? Primus Moyses
dixit: Ego incitabo vos in non gentem, in gentem in-
sensatam exacerbabo vos. Esaias autem audet & dicit:
Apparui iis qui me non querebāt, inuentus sum iis qui
me non interrogabant. Ad Israel autē quid dicit? To-
ta die extendi manus meas ad populū non audientem,
& cetera. Quis cęli circulos, incertum incorporeus
an corporeus ingressus, fidelior Paulo dīctorū prophe-
ticorum interpres extitisti? Quis inenarranda cęle-
stium mysteriorū audiens sacramenta & tacens, ma-
iore hęc fiducia reuelatā tibi à Deo sciētię prędica-
sti? Quis ad plenitudinem Dominicę passionis cruci
referendus, antea in paradysum raptus euadēs, melius
de diuinis scripturis electionis vāse docuisti hęc ne-
sciens dicta gestaque esse à Deo vero, & ad intelli-
gentiam Dei veri à vero eius & electo Apostolo prę-
dicata? Nisi fortē Apostolus dicitis prophetis non
ex prophetię spiritus vsurpatis, temerarius alieni ser-
monis interpres est. Omnia quidem per reuelatio-
nem Iesu Christi Apostolus didicit, sed Esaię dicta
ex dicitis Esaię ipsius nouit: in exordio enim sermonis
eius in quo Deus verus à seruientibus sibi benedicen-
dus atque iurandus est, hęc prophetę oratio legitur

Isa. 64.

Ioan. 1.

Cum ostendimus quod si quis sit verus Deus, re linguatur probandum, quod non sit alius Deus a patre.

A seculo non audiuimus, nec oculi nostri viderunt Deum præter te, & opera tua quæ facis expectantibus misericordiam tuam. Loquitur Esaias, præter hunc se neminem Deum vidisse. Vidit enim gloriam Dei, cuius prædicauerat mysterium incorporationis ex virgine. Hoc si tu hæretice ignoras quod in ea gloria vni-genitum Deum viderit, audi Ioannem Euangelistam dicentem: Hæc autem dixit Esaias quando vidit honorem eius, & locutus est de eo. Hinc Apostolicis, hinc Euangelicis, hinc Prophetis dictis impie hæretice cõcluderis. Esaias enim Deum vidit, & cum scriptum sit, Deum nemo vidit vnquam, nisi vni-genitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit: Deum tamen propheta vidit, & gloriam eius vsque ad inuidiam prophetice dignitatis aspexit. Nam in iudicium mortis ob hanc causam à Iudæis actus est. Deum itaque nemini visum, vni-genitus filius qui in sinu patris est enarrauit. Aut dissolue vni-geniti enarrationem, aut Deum crede qui visus est, qui apparuit non intelligentibus se, & palam factus est genti non inuocanti se, & expandit manus ante populum contradicentem. Ita tamen vt seruientibus sibi nomen nouum vocetur, & in terris verus Deus benedicatur atque iuratur. Propheta loquitur, Euangelium testatur, Apostolus interpretatur, ecclesia confitetur verum Deum esse, qui visus sit, cum tamen Deum patrem visum nemo fateatur. & eod hæretici furoris prorupit infania, vt dicitur se simulat, denegaret. Negat enim nouo confessionis impietate consilio, & arte subdola fidem dum mentitur eludit. Cum enim confessio vno Deo eodemque vero & solo iusto, solo sapiente, solo indemutabili, solo immortalis, solo potente subicitur & filius in diuersitate substantiæ, non ex Deo natus in Deum, sed per creationem susceptus in filium, non naturæ habens nomen, sed adoptionis sortitus appellationem; necesse est vt his omnibus simul careat filius, quæ ad priuilegium solitariæ in patre maiestatis sunt prædicata. Nescit hæretica peruersitas vnum Deum verum nosse & confiteri, & extra impietatis sensum confessionis huius est & fides & intelligentia. Prius confitendus est pater & filius, vt vnus verus Deus possit intelligi. Et cognitis sacramentis salutis humanæ, quæ in nobis per regenerationis virtutem in patre & filio consumantur ad vitam, legis & prophetarum sunt mysteria consequenda. Vnum Deum verum non apprehendit, ignara euangelicæ & apostolicæ prædicationis impietas. Cuius quamuis intelligentiam vsque ad absolutissimam veræ pietatis professionem, ex ipsis eorum doctrinis præstabilimus, vt indiuisus atque inseparabilis non ex persona sed ex natura subsistens, ex patre vni-genitus intelligatur, & per id vnus sit Deus quia ex natura Dei Deus sit: tamen ex prophetis dictis perfectæ huius vnitatis fides est astruenda, & hinc euangelicæ domus sunt ponenda fundamenta, vt per eandem naturam diuinitatis vnus vnus Deus per id intelligatur, quo in Deum alterum Deus vni-genitus non refertur. Tenuimus enim omni hoc sermonis nostri libello eum ordinem, vt in quibus superiori libro Deum filium docueramus, in ipsis nunc Deum verum ostenderemus. Et vt spero ea dictorum omnium absolutio fuit, vt Deus verus intelligeretur qui Deus esse non negabatur. Reliquis autem nunc omnibus sermo ad id proficiet, vt qui Deus verus esse intelligitur, non in Deum alterum deputetur: & quod in alterum non proficiet, id vnum intelligatur. Vnum autem illud, non subsistentem naturam perinat in fi-

lio, sed in Deo, & Deo naturam Dei confertur vnus. Veritatis ratio postulat ab eo initium intelligentiæ istius sumi, per quem manifestari seculo Deus conceptus est. Moyses namque, cuius ore hæc de se vnigenitus Deus professus est, ait: Videte, videte, quoniam ego sum Deus, & non est Deus præter me. Ac ne forte dicti huius veritatem hæretici impietas ad patrem innascibilem Deum referat, & ipsa dicti ratio & Apostolus autor occurrit: qui ex persona vni-geniti Dei sicut superius docuimus, intelligendi totius huius sermonis interpres est. Et hoc quod dictum est: Latamini gentes cum plebe eius, proprium eius esse demonstrat: ubi subiciens ad fidem dicit: Et erit radix Iesse, & qui surget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Demonstrato igitur per Moysen eo qui dixerat: Non est Deus præter me, in eo quod ait: Latamini gentes simul cum eo: & Apostolo id ipsum in Dominum nostrum IESVM CHRISTVM vni-genitum Deum intelligente, in quo secundum carnem ex radice Iesse surgente rege gentium spes est, ipsa nunc dicti ratio tractanda est: vt quia dictum non ambigitur, quatenus dictum sit possit intelligi. Verum & absolutum & perfectum fidei nostræ sacramentum est, Deum ex Deo, & Deum in Deo confiteri: non corporalibus modis, sed diuinis virtutibus, nec naturæ in naturam transfusione, sed mysterio & potestate naturæ: Non enim per defectiõnem aut protensionem aut per deriuationem ex Deo Deus est, sed ex virtute naturæ in naturâ eandem natiuitate subsistit. Res ipsas planius consequens liber euangelicorum atque apostolicorum dictorum interpres loquitur. Sed interim ex lege & prophetis hoc quod & loquimur & credimus est docendum. Natiuitas igitur Dei non potest non eam ex qua profecta est, tenere naturâ. Neque enim aliud quàm Deus subsistit, quod non aliunde quàm ex Deo Deus subsistit. Eandem autem naturam inde ita, non vt natus sit ipse qui genuit, (nam quomodo erit ipse, cum genitus sit?) sed vt in his ipsis subsistat ille qui genitus est, in quibus totus est ipse qui genuit. Quia nõ ex alia genitus, neque aliud quàm Deus est, quia non est aliud quod genitus est. Et per hoc non refertur ad aliud, quod in vno subsistit ex vno. Neque nouum in se est, quod viuunt ex viuo: neque abest ex se, quod viuunt genuit viuum. Ac sic in generatione filij & naturam suam, vt ita dixerim, sequitur incorporalis atque indemutabilis Deus, incorporalem atque indemutabilem Deum gignens: nec naturam suam deserit ex incorporali atque indemutabili Deo, incorporalis & indemutabilis Dei perfecta natiuitas, per hoc vtique subsistentis ex Deo Dei sacramentum. Hæc ita vni-genitus Deus per sanctum Moysen testatur: Videte videte, quoniam ego sum Dominus, & non est Deus præter me. Non est enim natura diuinitatis alia, vt præter eam alius Deus sit. Nam cum ipse Deus sit, tamen etiam per naturæ virtutem in eo Deus est: & per id quod ipse Deus, & in eo Deus est, non est Deus præter eum: cum non extet aliunde quod Deus est, & in eo Deus sit, habens in se & quod ipse est, & ex quo ipse subsistit. Confirmat autem fidei nostræ veram & salutarem professionem, idem atque vnus in plurimis spiritus prophetiæ, per successiones & interualla temporum non demutans religiosæ doctrinæ prædicationem. Vt enim per Moysen ex persona vni-geniti Dei dicta plenior ad intelligentiam confirmarentur profectu, rursum sermone Dei patris ex persona virorum excellorum idem

Deut. 32.

Rom. 15.

Ibid.

Isa. 11.

Quomodo Deus de Deo ex lege & prophetis.

Rom. 7.

idem prophetiæ spiritus per Esaiam loquitur: Quonia in te est Deus, & non est Deus præter te: Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel saluator. Inferat se in hanc & naturæ & nominis inseparabilem professionem hæreticæ impietatis desperatus furor: & hæc si potest, dictis ac rebus vnita, rabido verborum suæ ore cõterpat. In Deo Deus est, & præter eum Deus non est. Dissoluat eum qui inest; ab eo in quod est: & sacramenti huius intelligentiam diuidat generum varietate. Nam in eo quod ait: In te est Deus, naturæ Dei patris, in Deo filio docuit veritatem: eum in eo Deus intelligitur esse qui Deus est. In eo vero quod subiecit: Et præter te non est Deus: ostendit præter eum Deum non esse, quia in se Deus inest. Hoc vero quod tertium est, Tu es Deus, & nesciebamus, humanæ intelligentiæ piam & fidelem testatur professionem: quæ cogniti natiuitatis mysterijs, & nominis ad Ioseph per angelum nunciato cõfiteretur. Tamen enim es Deus & nesciebamus, Deus Israel saluatori subsistentem in eo Dei naturam intelligens, cum Deo Deus inest, nec præter eum qui est Deus quisquam Deus alius sit, quia ipse Deus, & in eo Deus, alterius nobis cuiusquam Dei non relinquat errorem. Et hæc quidem Esaias, indiuiduam atque inseparabilem patris & filij diuinitatem testatus, ita prophetauit. Hieremias vero non dispari prophetiæ virtute, indifferetè à Deo patre naturæ vni-genitum esse Deum ita docuit dicens: Hic Deus noster est; & non deputabitur alter ad eum, qui intuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilectis suis. Post hæc super terram visus est, & inter homines conuersatus est. Quid alium Deum in filio Dei Deo hæretice supponis? Dissolue vnum Deum verum intelligere & confiteri. Non alius Deus ad Christum deputatur vt Deus sit. Deus est ex natura, ex natiuitate, ex Deo. Quod enim Deus est, ex Deo est: non etiam Deus alius est. Alius enim ad eum non deputatur, quia nõ est in eo alia præterquam quæ Dei est veritas. Quid verum & nõ verum, quid degenerem & nobilem, quid diuersum & indiuersum sub vnus Dei eminentia religione componis? Deus est pater, Deus est & filius: in Deo Deus est, & præter eum Deus non est, nõ alter ad eum deputatur vt Deus sit: In his ergo si vnus magis quàm solitarium Deum intelligis, ecclesiæ religionem profiteberis: quæ patrem in filio confitetur. Sin vero vnum Deum ad solitarij significationem, sacramenti cœlestis ignarus obtendis: extra cognitionem Dei es, Deum in Deo esse non confitens.

ADIUI HILARII PICTAVO rum Episcopi, de Trinitate.

LIBER VI.

NON sum nescius difficillimo me asperri-moq; tempore scribere hæc aduersum veranam impiorum hæresim, Dei filij creaturam esse affirmantem, aggressum fuisse: multis iam per omnes ferme Romani imperij prouincias ecclesiis morbo pestifera huius prædicationis infectis, & velut ad piæ fidei huius malè usurpatæ persuasionem longo doctrinè vsu, & eminenti nomine veræ religionis imbutis: non ignorans difficile esse

ad emendationis profectum voluntatem, quam in erroris sui studio per plurimorum assensum autoritas publica iam sententiæ cõfinitet. Grauis enim & periculosa est error in plurimis; & multorum lapsus, etiam si se intelligat, tamen exurgendi pudore auctoritatem sibi præsumit, ex numero habens hoc impudentiæ, vt quod errat, prudentiam velit existimari: & quod cum multis errat, intelligentiam esse asserat veritatis, dum minus erroris esse existimatur in multis. Ac mihi quidem præter studij mei atque officij necessitatem; quia hoc ecclesiæ episcopis prædicationis Euangelicæ debeo ministerium: tamen eo propensior cura ad scribendum fuit, quo magis plures periculosos infidelis intelligentiæ detinebantur, veritatis gaudium consecrans ex salute multorum; si cognitis sacramentis perfectæ in Deum fidei impia humanæ stultitiæ instituta desererent, & se Deo redderent, hæreticis repudiatis: atque à cibo mortis, quò in laqueum aues solent illici, in volatim se liberæ securitatis erigerent: sequerenturque Christum ducem, Prophetas nuncios, Apostolos præuios, fidem consummatam, & salutem in patris & filij confessione perfectam. Et cum dictum meminissent ore Domini: Qui nõ honorificat filium, nõ honorificat patrem qui misit illum: ad honorificandum patrem per honorem filij se referrent. Emergit enim pestifera & letalis populis proxima lues, quæ ingenti grassata contagio ruina miserandæ mortis inuexit. Non enim tantum aut confidentium in chaos cum populis suis repens vrbium vastitas, aut frequentes bellorum & funeris mortes, aut immedicata agritudinis populosa contagia desauerunt: in quantum ad exitum generis humani hæresis hæc funesta grassata est. Deo enim cui omnia in mortuis viuunt, hoc solum perit quod sibi deperit. Nam iudicaturus ipse de omnibus, & pro maiestatis suæ misericordia poenæ meritum ignoranti moderaturus erroris: negantes se non iam iudicabit vt que, sed negabit. Negat enim, negat furens hæresis sacramentum veræ fidei, ad impietatis suæ doctrinam religionis via principis: cum infidelitatis suæ expositionem, vt in superioribus libris continetur, ita cepit: Nouimus enim vnum Deum solum, infectum, solum sempiternum, solum sine initio, solum verum, solum immortalitatem habentem, solum optimum, solum potentem. Ad id enim usurpatum proficit piæ confessionis exordium quo ait, vnum Deum, & solum infectum, & solum sine initio: vt per hæc quæ religio se verbis ostentarentur, cætera impie subderentur. Nam post multa alia quæ de filio pari quoque simulatæ religionis professione protulerat, subiecit: Creaturam Dei perfectam, sed non sicuti vnum de creaturis: facturam, sed sed non sicuti cæteras facturas. Et post multa alia quibus veritatis interiectis confessionibus, huius hæreticæ impietatis obumbraretur intentio, vt subsistere eum de non extentibus arguere interpretationis subtilitate defenderet, ait: Et ante secula creatus & fundatus, non erat antequam nasceretur. Postremo quasi rebus iam omnibus validissimè ad impietatis professionem communitis, ne vel filius vel Deus intelligeretur, adiecit: Si enim quod ex ipso, & quod ex vtero, & quod ex patre exiit & venit, velut partem eius vnus substantiæ, & quasi prolationem extendens intelligitur: compositus erit pater & diuisibilis & conuertibilis & corporeus secundum illos, & quantum in ipsis est, consequentia corporis sustinens, sine corpore Deus. Et quia nobis ex integro aduersum hæc im-

Quare error multorum est periculosus.

Ioan. 3.

Commemoratio sententiæ Ariariorum, seu fides Ariariorum circa Trinitatem.

piissimæ doctrinæ expositionem Evangelicus nunc erit sermo, consequens existimauimus in quarto iam libro licet omnem æditionem huius hæreseos conscriptam, nunc quoque huic sexto inferere: vt recens lectio & responsionis ad singula collatio subiecta, per Evangelicas atque Apostolicas institutiones inuitis licet & contradicentibus sensum veritatis eliciat. Dicunt ergo: Nouimus vnum Deum, solum infectum, solum sempiternum, solum sine initio, solum verum, solum immortalitatem habentem, solum optimum, solum potentem, omnium creatorem, ordinatorem & dispositorem, inconvertibilem, immutabilem, iustum & optimum, legis & prophetarum & noui testamenti: hunc Deum genuisse filium vnigenitum ante omnia secula, per quem & seculum & omnia fecit. Natum autem non putatiue, sed verè obsecutum voluntati suæ, immutabilem & inconvertibilem, creaturam Dei perfectam, sed non sicuti vnum de creaturis: facturam, sed non sicuti cæteras facturas. Nec vt Valentinus prolotione natum patris commentatus est. Nec sicut Manichæus partem vnus substantiæ patris natum exposuit. Nec sicut Sabellius qui vnionem diuidens, ipsum dixit filium quem & patrem. Sed nec sicut Hierachas lucernam dixit de lucerna, vel lampadem in duas partes. Nec eum qui fuit antè, postmodum natum vel supercreatum in filium, sicuti & tu ipse beatissime Papa media in ecclesia & in confesso frequenter eos, qui talia introducunt, renuisti. Sed sicuti diximus, voluntate Dei ante tempora & secula creatum, & viuere & esse accipiens à patre, & glorians cum subsistente patre. Neque enim pater dans ei omniū hæreditatem fraudauit semetipsum ab his, quæ non facta ab ipso habentur: fons est autem omniū. Quapropter tres substantiæ sunt, pater & filius & spiritus sanctus. Et quidem causa est omnium deus pater, omnino sine initio solitarius. Filius autem sine tempore æditus à patre, & ante secula creatus & fundatus non erat antequam nasceretur: nec sine tempore ante omnia natus, solus à solo patre subsistit. Nec enim est æternus aut coæternus, aut simul non factus cū patre fuit semper, sed simul cum patre habet esse, sicut quidam dicunt. Aut aliqui, duo non nata principia introducentes, sed sicut vno est principium omnium, sic & deus ante omnia est: Propter quod & ante filium est, sicut & à te didicimus papa media in ecclesia prædicante. Secundum quod itaque à Deo esse habet, & gloriari & viuere, & omnia ei sunt tradita: secundū hoc, principium eius est Deus. Principatur autè ei vt pote deus ei, cum sit ante ipsum. Si enim quod ex ipso, & quod ex vtero, & quod ex patre exiit & venit, velut partem eius vnus substantiæ, & quasi prolotionem extendus intelligitur: compositus erit pater & diuisibilis & conuertibilis & mutabilis, & corporeus secundum illos, & quantum in ipsis est, consequentia corporis sustinens sine corpore Deus. Quis non in his sentiat lubricos serpentinæ viæ flexus, vel tortuosi spiritus nodos vipereos non intelligat: quibus venenati oris principalis potestas collectio infixi corporis orbe concluditur? Sed extensis omnibus atque absolutis totum occultati capitis virus patebit. Ingerunt enim nobis primum nomina veritatis, vt virus salustatis introeat. Bonum in ore est, vt de corde malū subeat. Et inter hæc nusquam audio ab his Deum Dei filium dici: nusquam inuenio filium ita prædicatū esse, quod filius sit. Nomen filij ingeritur, vt natura taceatur. Natura admittitur, vt nomen sit alienum. Hæreses cæteræ præten-

Valentinus
Manichæus
Sabellius.
Hierachas.

duntur, vt de se hæresis mentiatur. Vnus solus Deus, & solus verus ingeritur: nè verum ac proprium Dei filio relinquatur esse quod Deus est. Quanquam igitur superioribus libellis de Deo & Deo, & Deo vero ac deo vero, & in deo vero patre, & in deo vero filio, vno vero deo intelligendo secundum naturæ vnitatem, non secundum personæ vnionem ex legis & Prophetarum prædicationibus docuerimus: tamè perfecta fidei huius absolutio ex Euangelicis atque Apostolicis est præstanda doctrinis, vt verus Dei filius deus non alienæ à patre diuersæque naturæ, sed eiusdem esse diuinitatis per veritatem natiuitatis existens possit intelligi. Nec sanè quanquam tam amentem posse esse existimo, qui Dei qui de se professiones aut cognitatas non intelligat, aut intellectas à se nolit intelligi, aut emendandas putet humanæ opinionis prudentia. Sed antequam res ipsas salutarium sacramentorum loqui incipiamus, ne in aliquo sibi æditis hæreticorum nominibus, hæresis professio blandiatur, demonstrandum est omne huius argutæ maliciæ velamen: vt per quod se virus latens contegit, per id ipsum, proditum sit & reuelatum, & ad blandientis veneni intelligentiam publicæ conscientiæ sensus introeat. Volentes igitur hæretici Dei filium non ex deo esse, neque de natura & in natura dei ex Deo Deum natum, cum iam superius commemorassent vnum deum solum verum, neque adiecissent, & patrem, vt vnus veritatis esse patrem & filium exclusiua proprietate natiuitatis negarent, dixerunt: Nec vt Valentinus prolotione natum patris commentatus est: vt sub specie hæreseos Valentinianæ, nomine prolotionis improbat, natiuitatem dei ex Deo improbarent. Valentinus enim ridicula quædam & fœda commentans, cum præter principem Deum familiam deorum & numerosas æternitatum potestates introduxisset, tunc prolatum dominū nostrum Iesum Christum mysterio occultæ voluntatis asseruit. Hanc ergo inanem prolotionem temerarij ac stulti autoris furore quæsitam, Euangelica atque Apostolica ecclesiæ fides nescit. Ignorat enim Valentinus bythones & silentium & ter denos æonas. Nescit enim aliud quam vnum deum patrem, ex quo omnia sunt, & vnum dominum nostrum Iesum per quem omnia, natū ex deo Deum. Sed quia ex deo deus, neque per natiuitatem suam deo ademit esse quod deus est, neque ipse in natiuitate non deus est: & quod deus est, non cœpit esse, sed natus ex deo deus est: & quod nascitur, id ipsum secundum humanæ naturæ sensum videtur esse prolatum, ita vt prolatio ipsa natiuitas esse existimetur: idcirco tentatum est per Valentinianæ hæresim prolotionis nomen excludi, ne natiuitatis veritas permaneret, quia prolotionis intelligentia, opinione terrena non multū esset à natura terrenæ natiuitatis aliena. Naturæ humanæ tarda ac difficilis ad res diuinas intelligentia exigit, de his que semel dicta à nobis sunt, frequentius admoneri, ne satisfacere sacramentis diuinæ virtutis, humanæ comparationis exempla credentur: sed tantum ad inuendum spiritaliter de celestibus sensum, speciem terreni generis afferri, vt per hunc naturæ nostræ gradum ad intelligentiam diuinæ magnificentiæ proueamur. Non est autem secundum humanarum natiuitatum prolotiones, Dei natiuitas existimanda. Vbi enim vnus ex vno est, & deus natus ex deo est, assert tantum significacionis intelligentiam terrena natiuitas: cæterum non satisfacit comparationis exemplo origo nascentium, quæ habet in se & coitum & conceptum & tēpus & partum, cum Deus ex deo natus nihil aliud intelligendus sit esse

Valentinus
commenta
circa diuinitatis.

Bythones.
Æones.
Leget etiam
de hæres.
et discet
Valentinus
fabulas.

Semel dicta sunt
pe repetenda
propter
nostram infirmitatem

esse quàm natus. Et quidem de diuinæ natiuitatis, secundum fidem Evangelicam atque Apostolicam, veritate suo loco tractabimus: interim tamen hæreticæ artis ingenium ostendi debuit, quæ ad veritatem natiuitatis abolendam, prolotionis nomen extingueret. Tenet verò etiam in cæteris eiusdem artis suæ malignam fraudulentiam dicens: Nec sicut Manichæus partem vnus substantiæ patris natum exposuit. Negata superius prolatio est, vt natiuitas negaretur: nunc quoque sub Manichæi nomine negando vnus substantiæ infertur & portio, ne Deus ex Deo esse credatur. Manichæus autem abrupti in improbanda lege ac prophetis furoris, & diaboli, quantum in se est, professus assertor, & solius sui nescius cultor, id quod in virgine fuit, portionem vnus substantiæ prædicauit: & id filium voluit intelligi, quod ex Dei substantia parte aliqua deductum apparuerit in carne. Vt igitur vnigeniti filij natiuitas, & vnus substantiæ nomen tolleretur, portio vnus substantiæ in natiuitate filij prætenditur: vt quia prophane ea, quæ ex portione vnus substantiæ natiuitas asserta est, prædicatur, primum natiuitas ipsa non esset, quæ in Manichæo esset ex portione professionem damnata: tum deinde nomen ac fides vnus substantiæ tolleretur, quia apud hæreticos ex portione competeret, & per id non ex Deo Deus esset, quod in eo diuinæ naturæ proprietates non inesset. Quid vāsanus sollicitudines ementita religionis specie impius furor simulat? Manichæum secundum hæreticæ insaniam prædicatores, piæ ecclesiæ fides damnat. Nescit enim in filio portionem, sed scit Deum totum ex Deo toto, scit ex vno vnum, non defectum, sed natum: scit natiuitatem Dei nec diminutionem esse gignentis, nec infirmitatem esse nascentis. Si ex se scit, infer calumniam temeritati vsurpatæ scientiæ: si verò de domino suo didicit, natiuitatis suæ natiuitatem permittit nascenti. Hæc enim ita ei à Deo vnigenito comperta sunt, quod & pater & filius vnus sunt, quod plenitudo Deitatis in filio est: per quod & portionem vnus substantiæ addit ad filium, & per natiuitatis veritatem, veræ diuinitatis proprietatem veneratur in filio. Sed seposita pleniore singularum responsionum absolute per reliqua curramus, namque id sequitur: Nec sicut Sabellius, qui vnionem diuidens, ipsum dixit filium quem & patrem. Ignorat Euangelica atque Apostolica sacramenta, sic credens Sabellius: sed non hoc ab hæreticis in hæretico simpliciter damnatur. Volentes enim nihil inter patrem & filium esse vnum, diuisæ à Sabellio vnionis crimen exprobrant: cuius vnionis diuisio non natiuitatem intulit, sed eundem diuisi in virgine. Nobis autem in confesso natiuitas est, & vnionem detestantes, vnitatem diuinitatis tenemus scilicet, vt Deus ex Deo vnus sit in genere naturæ, dum quod per natiuitatis veritatem ex Deo in Deum extitit, non aliunde quàm ex Deo esse substituit. Quod autem non aliunde quàm ex Deo manet, maneat necesse est in eā veritate quæ Deus est: ac per hoc vnum sunt, cum qui ex Deo deus est, neque aliud ipse est, neque aliunde quod Deus est. Idcirco autem vnionis in Sabellio impietas prætenditur, vt ecclesiæ fidei vnitatis religio auferatur. Persequar deinde & cætera hæretici ingenij artificia, ne forte suspiciosius magis quàm veris sollicitudinibus, maleuolus interpres alienæ simplicitatis existimer: ostensus totius professio conclusionem, in quem se exitum præmissio tam subdoli sermonis instruxerit. Sed enim sequitur: Sed nec sicut Hierachas lucernam de

Manichæus
quæ cum
filij natiuitate.

Sabellij sententia.

Hierachas opinio seu fides.

lucerna, vel lampadem in duas partes: nec qui fuit antè, postmodum natum, vel supercreatum in filio. Hierachas nesciens vnigeniti natiuitatem, nec Evangelicorum sacramentorum virtutem adeptus, vnus lucernæ duo lumina prædicauit, vt lychnorum bipertita diuisio substantiam patris & filij æmularetur, quæ ex vnus vasculi vnguine accenderetur in lumen, tanquam esset substantia exterior, vt oleum in lucerna cōtinens luminis vtriusque naturam, vel certè vt lampas papyro eodem intexta, vtroque capite luceret, essetque media materies, lumen ex se vtrumque protendens. Hæc stultitiæ humanæ error inuexit, dum quod sapiunt, ex se potius quàm Deo sapiunt. Sed quia verè fidei professio est, ita Deum ex Deo natum vt lumen ex lumine, quod sine detrimento suo naturam suam præstat ex se, vt det quod habet, & quod dederit habeat, nascaturque quod sit, cum nō aliud quàm quod est natum sit, & natiuitas acceperit quod erat, nec ademerit quod accipit, sitque vtrumque vnum, dum ex eo quod est nascitur, & quod nascitur, neque aliunde, neque aliud est. Est enim lumen ex lumine. Vt ergo fidei huius intelligentia auerteretur, Hierachas lampas vel lucerna ad crimen cōfiteñdi ex lumine luminis obiecta est: ne dici religiosè existimetur, quod impiè dictum, & nunc & antè damnatum est. Absiste absiste inanissime timor hæreticorum, nec patrocinium ecclesiastica fidei falsa sollicitæ assertionis opinione mentire. Nihil corporale secundum nos, nihil inane in Dei rebus est: Quod Deus est, Deus totum est: Nihil in eo, nisi virtus, nisi vita, nisi lux, nisi beatitudo, nisi spiritus est. Materias hebetes natura illā non recipit, neque ex diuersis cōstat vt maneat. Deus vt est Deus, quod est permanet, & permanens Deus Deum genuit. Non continentur vt lampas & lampas, aut lychnus & lychnus exteriore natura. Vnigeniti ex Deo Dei natiuitas, non series est, sed progenies: nō tractus est, sed ex lumine luminis natura: Vnitas est, non ex connexionem porrectio. Iam verò in eo quanta hæreticæ astutiæ & quàm callida professio fuit: nec qui fuit antè, postmodum natum vel supercreatum in filio. Deus qui ex Deo natus est, non vti que natus ex nihilo est, neque de non extantibus natus est, sed natiuitatis suæ viuentem habuit naturam. Nec idem Deus qui erat, sed Deus ex Deo qui erat natus est. Et natiuitas habuit originis suæ in ipsa sua natiuitate naturam. Si ex nostro loquimur, insolentes sumus: sin verò ad loquendum edoctos nos per dominum docerimus, natiuitas Dei secundum doctrinam Dei est consistenda. Hanc igitur in patre & filio naturæ vnitatem, & hoc viuentis natiuitatis inenarrabile sacramentum excludere hæreticus furor tentans ait: Nec eum qui fuit antè, postmodum natum, nec supercreatum in filio. Quis enim tam vāsanus erit, vt defecisse à se patrem putet, vt idem qui fuerat, postea nasceretur vel super crearetur in filium, & esset abolitio Dei, vt succederet de abolitione natiuitas, cum natiuitas manentem testetur autorem? Vel quis tam demens est, vt substituisse filium nisi ex natiuitate fateatur? Quis porro tam vācor, qui non extitisse Deum ex eo quod Deus nascitur, audeat prædicare? Non enim qui manebat Deus, sed ex manente Deo Deus natus est, tenens in se naturam gignentis in natiuitate naturæ. Natiuitas autem Dei, quæ ex Deo in deum extitit, non quæ non erant tenet, sed quæ in Deo manebant & inueniunt, obtinuit veritate nascendi. Non ergo qui non erat natus est, sed ex his atque in his quæ Dei

erant, Deus natus extitit. Omnis igitur hic superior hæreticæ fraudulentæ sermo, hanc viam impissimæ doctrinæ suæ præparavit: vt vnigenitum Deum negatura tanquam ratione veritatis antè præmissa, ex nihilo potius quàm ex Deo natum prædicaret, natiuitatè eius ad creationis referens de non extantibus voluntatem. Denique post multa ad id tanquam præparato sibi aditu prorupit dicens: Filius autem sine tempore editus & ante secula creatus & fundatus, non fuit antequam nasceretur. Temperauit se, quantum putat hæreticus sermo, & ad impietatis confirmationem, & ad calumniæ, si quæstio intenderetur, exculationem dicens: Non erat antequam nasceretur: vt in eo quod non fuit antequam nasceretur, naturam ei subsistentis originis denegaret: & corpisset esse de nihilo, cui ante natiuitatem suam existens non daretur autoritas. cum porrò si irreligiosè hoc dictum existimaretur, adesset ei prompta defensio, quia nasci qui erat non potuit, neque qui antea esset, nascendi causam per quem esset, habuisset: cum natiuitas ad id proficiat, vt subsistat esse qui nascitur. O stulte atque impie hæretice, quis natiuitatem expectet in eo, qui sine natiuitate subsistat? Aut quomodo qui est, nasci existimandus est, cum natiuitas nascendi natura sit? Sed subdolè ad denegandam ex Deo patre vnigeniti Dei natiuitatem contendens, per id quod non fuit antequam nasceretur, euadere voluisti, quòd Deus ex quo Dei filius natus est, erat, maneretque Dei natura, ex qua Deus filius natiuitate subsistit. Si igitur ex Deo natus est, manentis naturæ consistenda natiuitas est: non vt Deus qui erat nasceretur, sed vt ex Deo qui erat, Dei natiuitas intelligeretur. Sed irreligiosus astutus suos calor hæreticus non continet, & per id quod ait: Non erat antequam nasceretur, id laborans, vt de non extantibus nasceretur, id est, non à Deo patre in Deum filium vera & perfecta natiuitate natus esset, in ipsa totius expositionis conclusione ad vltimum & prophanissimum irreligiosi furoris sui prorupit ardorem dicens: Si enim quòd ex ipso, & quòd ex vtero, & quòd ex patre exiui & veni, velut partem vnius eius substantiæ, & quasi prolationem extendens intelligitur: compositus erit pater, & diuisibilis & corporeus secundum illos, & quantum in ipsis est, consequentia corporis sustinens, sine corpore Deus. Grauis & multæ difficultatis labor esset, veritatem religionis aduersus falsitatis impietatem tueri: si quantum audet impietas, in tantam consuleret prudentia. Sed bene quòd irreligiositatis voluntas ex inopia prudentiæ est. Et idcirco cum facilis sit aduersum stultitiam responsio, emendatio tamen difficilis stultorum est: per quam primum & ratio intelligentiæ non quaeritur, & deinceps ab intelligente intumata non capitur. Sed si quos timor Dei & intelligentiæ ignorantia, non impietatis voluntas, per stultitiæ sensum detinuerit in errore spe: ro quòd ad emendationem proclines sint, cum impietatis stultitiam absolute veritatis sit demonstratio proditura. Dixistis, & stulti, quin & hodie idem dicitis, nescientes in Deum sapere. Si enim quòd ex ipso, & quòd ex vtero, & quòd ex patre exiui & veni: quaero à te, hoc totum dictum à Deo, an ne non dictum sit? Dictum vtique est: & necesse est, cum à Deo de se dictum sit, non aliter intelligendum esse quàm dictum est. De dictis suo loco demonstratis singulorum quorumque virtutibus tractabimus. Interim, tamen vniuersumque intelligentiam consulo, quid existimet in eo quòd dictum sit, ex ipso. Vtrumne ex

A altero intelligendum sit, an ne ex nullo, an verò ipse ille credendus sit? Ex altero non est, quia ex ipso est, id est, ne aliunde præter quàm ex Deo Deus sit. Ex nihilo non est, quia ex ipso est. Demonstratur enim natura, vnde natiuitas est. Ipse non est: quia vbi ex ipso est, natiuitas filij refertur ex patre. Deinde cum significatur ex vtero, interrogo an credi possit esse natus ex nihilo, cum natiuitatis veritas per corporaliū efficientiarum nomina reuelatur. Non enim membris corporalibus consistens Deus, cum generationem filij commemoraret ait: Ex vtero ante luciferum genui te. Sed inenarrabilem illam vnigeniti ex se filij natiuitatem ex diuinitatis suæ veritate confirmans, ad intelligentiæ fidem loquutus est: vt de diuinis suis rebus secundum humanam naturam humanæ naturæ sensum ad fidei scientiam erudiret: vt cum ait: ex vtero, non ex nihilo creatio subsistisse, sed ex se vnigeniti sui naturalis doceretur natiuitas.

Postremò quòd dixit: Ex patre exiui, & veni, vtrum ambiguitatem reliquerit, quin intelligeretur non aliunde quàm ex patre esse quòd Deus est? Ex patre enim exiens, neque aliam natiuitatis habuit naturam, neque nullam: sed eum sibi testatur autorem, ex quo se proficitur exisse. De his autem demonstrandis atque intelligendis posterior mihi sermo est. Interim tamen hæc videamus, qua hominis fiducia intelligenda de Deo inhibentur: quæ quòd à Deo de se dicta sint, non regantur. O grauissimum humanæ stultitiæ atque insipientiæ dedecus, professionis suæ de se Deum non modò arguere non credendo, sed emendando damnare: & illud ineffabile in eo naturæ suæ virtutisque secretum, humanis contaminare & impugnare doctrinis, & hæc audere loqui: Si, inquit, ex Deo est filius, demutabilis & corporeus Deus est: qui ex se protulerit vel extenderit, quòd sibi esset in filium, Quid sollicitus es, ne demutabilis Deus sit? Nos natiuitatem confitemur, non vnigenitum prædicamus ex Deo docti: tu, ne natiuitas maneat, ne vnigenitus Deus in Ecclesiâ fide sit, naturam indemutabilis Dei, quæ nec extendi nec protendi possit, opponis. Affert tibi insensibilis error, etiam ex rebus mundi quarundam naturarum, quæ gignuntur, exemplum: ne natiuitatem protensionem existimares, ne nascentium naturas detrimenta crederes esse gignentium, vt etiam multa sine corporali admixtione ex viuentibus in viuentes animas gignerentur, nisi nefas esset Deo de se testanti non credidisse: & vltimi furoris vana iudicaretur, adimere autoritatem ad fidem, cui venerationem profiteris ad vitam. Si enim non nisi per eum vita est, quomodo non per eum fides vitæ est? Fides autem vitæ quomodo in eo est, qui sibi de se testis infidelis habeatur? Vt superas enim impissimè hæretice natiuitatem filij ad creationis voluntatem, vt non ex Deo natus sit, sed volente eo qui creauit, ex creatione subsistit. Et tecum idcirco non Deus est, quia manente Deo, vno non tenet filius originis suæ in natiuitate naturam, sed in substantiam alteram conditus ipse tanquam vnigenitus, conditionibus & facturis cæteris præstantior sit: substitutus tamè, vt creationis indultæ sibi habeat substitutionem, non Dei attulerit ex generatione naturam & natū dicas, quòd substituit ex nihilo. Filium autè idcirco nuncupes, non quia ex Deo natus est, sed quia per Deum creatus est: quia & homines religiosos, appellatione huius nominis dignos à Deo habitos memneris. Tū porrò ei nō alia cōditione dei nomē indulgeas, quàm ea quæ dictū sit: Ego dixi dii estis, & filij altissimi

Psal. 109.

Ioan. 16.

Paterus adificationi ecclesie subiectus est.

tissimi omnes, vt vtatur dignatione in vocabulo nuncupantis, non naturæ in nomine veritate. Sitque tecum filius ex adoptione, Deus ex nuncupatione, vnigenitus ex priuilegio, primogenitus ex ordine, totus creatio, ex nullo Deus: quia generatio eius non naturalis ex Deo natiuitas sit, sed substantiæ creatura. Ac primum orata à te impatientissimi doloris mei venia, loqui me apud te omnipotens Deus pater & me terram ac cinerem charitatis tamen tuæ religione deuinctum, liberū in hæc verba permitte. Ego infelix nihil antea fui, & vitæ sensus expers, sine mei intelligentia eo quòd sum earebam: sed misericordia tua ad viuendum mihi causa est, & non ambigo, quin tu bonus bonum mihi statueris esse quòd natus sum. Neque enim qui mei non egesset, ad mali me originem incoasset. Sed cum me in vitam animatum rationis quoque intelligentem præstitisses, ad cognitionem me tuī sacris, vt arbitror, per seruos tuos Moysen & Prophetas voluminibus erudisti, ex quibus te non in solitudine tua veneranda prodidisti. Cognoui tecum illic Deum non alterum in natura, sed in sacramento substantiæ tuæ vnum. Cognoui in te in Deo Deum, non ex permixtione confusum, sed ex virtute naturæ: dum quòd tu Deus es, in eo qui ex te est, inesses. Non vt idē tu esses & inesses: sed inesse te in eo qui ex te esset, perfectæ natiuitatis veritas edoceret. Hoc mihi rursum Euangelicæ atque Apostolicæ voces loquuntur, & ex ipso sacro vnigeniti tui ore condita in libris verba testatur. Filium tuum ex te ingenito Deo vnigenitum Deum & hominem ex virgine ad mysterium salutis meæ natum, in quo te generationis ex te veritas contineret, & quem in te manentis ex te natiuitatis natura retineret. In quod me oro profundum desperati reditus demersisti? Hæc enim ego ita didici, ita credidi, & ita confirmatæ mentis fide teneo: ne aut possim credere aliter, aut velim. Quid me miserum de te sefellisti, & in felicem carnem atque animam alienæ à te cognitionis doctrina perdidisti? Decepit me post rubri maris diuisionem gloria descendens de monte Moysi, & omnia tecum arcanorum cœlestium secreta cernenti. Huic ego de te verbis tuis credidi. Predidit me repertus secundum cor tuum Dauid, & dignus Salomon diuinæ sapientiæ munere, & viso Domino Sabaoth Esaias prædicans, & ante conformationem sanctificatus in vtero Hieremias, eradicandam & plantandam gentium prophetes, & mysterij resurrectionis Ezechiel testis, & vir desideriorum Daniel temporum conscius, & Prophetarum consecratus chorus, & omne prædicationis Euangelicæ sacramentum electus ex publicano Matthæus in Apostolum, & ex familiaritate Domini, reuelatione cœlestium mysteriorum dignus Ioannes, & post sacramenti confessionem beatus Simon ædificationi ecclesie subiacens, & clauis regni cœlestis accipiens, & reliqui omnes spiritu sancto prædicantes, & ex persequutore Apostolus vas electionis tuæ Paulus, in profundo maris viuens, in celo tertio homo, in paradiso ante martyrium, in martyrio perfectæ fidei cōsummata libatio. Ab his ergo quæ teneo edoctus sum, his immedicabiliter imbutus sum. Et ignosce omnipotens Deus, quia in his nec emendari possum, & cōmori possum. Tardè mihi hos impissimos, quantum ego arbitror, doctores ætas nunc huius seculi protulit. Serò hos habuit fides mea quam tu erudisti magistros. Inauditis ego omnibus his in te ita credidi, per te ita renatus sum, & exinde tuus ita sum. Omnipotentem te scio, nec consciæ tibi tantum atque ipsi vnigenito

tuo natiuitatis inenarrandæ expecto rationem. Impossibile enim tibi nihil est, & genitum à te filium omnipotentis tuæ virtute non ambigo. Ambigens enim, iam omnipotentem te negabo. Bonum te etiam ex natiuitate mea didici, atque ob id non intuidum te bonorum tuorum in vnigeniti tui natiuitate esse confido. Credo enim, quòd quæ tua sunt eius sint: & quæ eius sunt, tua sint. Sapientem te mihi etiam ipsa mundi creatio prodidit. Sapientiam te tuam non dissimilem genuisse ex te, mihi conscius sum. Verus & vnus mihi Deus es, sed non aliud in eo qui ex te Deus est credam inesse quàm tu es. Et in eo me iudica, si crimen mihi est: nimium me per filium quòd tuum, & Legi Prophetis & Apostolis credidisse. Sed cesset sermo temerarius, & ex his in quæ demonstrandæ stultitiæ hæreticæ necessitate proruperat, in reddendæ potius rationis mysterium decedat: vt si qui adhuc salui esse possunt, ad fidem teneant Euangelicæ doctrinæ atque Apostolicæ iter, ac verum Dei filium non ex adoptione, sed ex natura intelligant. Hunc enim responsionis nostræ esse ordinem conuenit, vt primum Dei filium esse doceamus, vt natura in eo diuinitatis per quòd filius est, absoluta sit: Id enim maximè hæresis, de qua nunc agitur, elaborat, ne Dominus noster Iesus Christus verè Dei filius, Deus verus sit. Verè Dei filium vnigenitum Deum Dominum nostrum Iesum Christum esse ac doceri, multis modis cognitum est: dum de eo testatur pater, dum de se ipse proficitur, dum Apostoli prædicant, dum religiosi credunt, dum demones confitentur, dum Iudæi negant, dum gentes in passione cognoscunt. Neque enim ex communiōne nuncupationis est, quòd de proprietatis fide dicitur. Et cum omnia quæ Christus Dominus aut egit, aut docuit, vltra omnia eorum sint, qui filij nuncupantur: & in his omnibus quæ præcipua Christi sunt, hoc vel potissimum doceatur esse, quòd Dei filius est: non est in eo filij ex generali familiaritate cognomen. Non contamino veritatis fidem, vt hoc verbis meis altruam. Loquatur, vt sæpe solitus est, de vnigenito suo pater, ne sub consummandi baptismi sacramento Iesus Christus ignorabilis possit esse per corpus: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Rogo in quo veritas deperit, & in quo infirma fides professionis est? Non annunciat per angelum de spiritu sancto, partus ex virgine. Non index Magis stella, nec adorati in cunis honor, nec baptizandi sub Baptista professione virtus, satis esse ad demonstrationem maiestatis existimantur? Pater de cælo loquitur, & ita loquitur: Hic est filius meus. Quid sibi vult non cognominum, sed pronominum fides? Cognomina enim nominibus adduntur: pronomina verò obtinent in se nominum virtutem. Proprietatis autem significatio est, vbi & hic est, dictum esse audiatur, & meus est. Et intellige quæ sit veritas & ratio dicatorum. Legeas: Filios genui & exaltaui: sed non legeras, filios meos. Genuerat enim eos sibi per diuisionem gentium, & plebem hæreditatis in filios. Negitur per communionem adoptiue hæreditatis cognomentum filij vnigenito Deo adderetur, naturæ veritas per significationem proprietatis ostensa est. Assignetur sanè hoc communionis in Christo nomen, vt filius sit, si de quoquam dictum reperitur: Hic est filius meus. Sin verò proprium ac singulare ei est, Hic est filius meus, quid calumniam Deo patri profellæ de filio proprietatis afferimus? An ne

Al. quàm quod tuum est.

Matth. 3.

Pronomina proprietate dicunt.

Isai. 1.

tibi in eo quod dicitur, hic est, non hoc significare videtur: alios quidem cognominatos ab eo in filios, sed hic filius meus est? Donauit adoptionis plurimis nomen, sed iste mihi filius est. Ne quæras alium, ne non hunc esse credas. Hunc ego tanquam indice digito, ac verbi significatione contingo: quia dico, & meus est, & hic est, & filius est. Quid post hæc intelligētia poterit esse, ne non esse credatur? Et hæc quidem paternæ vocis significatio eō fuit, ne qui ad implendam omnem iustitiam baptizandus esset, quid esset, ignoraretur: sed vt qui ad sacramentum salutis nostræ homo cernebatur, Dei voce nosceretur Dei filius. Et quia in fidei huius confessione credentium vita esset, non enim lia eternitatis vita est, nisi vt Iesum Christum vnigenitum Deum sciamus esse Dei filium, vox è cœlis rursum ab Apostolis iteratè huius significationis auditur: vt id firmius crederetur ad vitam, quod non credidisse mors esset. Namque cum Dominus in montem iestatis suæ habitu constitisset, Moyse atque Helia assistentibus, & ad visionis ac vocis fidem tribus columnis ecclesiarum testibus assumptis, hæc vox de cœlo paterna est: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui, hunc audite. Non ad confirmationem honoris claritas conspecta satis fuerat, voce designatur: Hic filius meus est. Apostoli gloriam Dei non ferunt, & mortales oculi hebetantur ad visum: & confternata ad metum Petri & Iacobi & Ioannis fides concidit. Adest autem autoritatis paternæ professio, & filius hic per proprietatem significationis ostenditur, Neque solum veritas filij per hoc quod & hic, & meus est, intimatur, sed additur: Hunc audite. Testimonium quidem patris è cœlo est, sed testimonium filij confirmatur in terra: nam audiendus ostenditur. Et quamquam ambiguitas per professionem paternam non relinquatur, tamen & filij de se professio credenda decernitur, & eo vsque veritas in eo filij docetur, vt paternæ vocis confirmatio audiendi à nobis filij profuset obsequelam. Igitur quia paternæ voluntatis hæc vox est, vt filius audiatur: audiamus filium de se quid sit ipse, profitentem. Neminem autem tam alienum à communi sensu existimo esse, vt cum in omnibus Euangeliorum libris ex professione filij assumptionem corporeæ humilitatis intelligat, cum ait: Pater clarifica me. Et rursum frequentissimè: Videbitis filium hominis. Et illud: Pater maior me est. Sed & hoc: Nunc anima mea turbata est valde. Vel etiam hoc: Deus Deus meus, quare dereliquisti me? & multa alia istiusmodi, de quibus suo ordine erit sermo: tamen in hac tam assidua humilitatis contestatione insolentia eum arguat, quod sibi patrem Deum dicat, cum ait: Omnis autem plantatio quam non plātauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Vel illud: Domum patris mei domum fecistis negotiationis. Et vbicumque semper patrem sibi Deum nominat, temerariæ præsumptionis potius sit, quam confidentis naturæ, quæ conscia natiuitatis suæ teneat veritatis nomen in patre. Humilitatis igitur professio frequēs non habet hoc insolentia vitium, vt sibi aliena vendicet, & non sua defendat & propriè Deo cœquanda præsumat. Nec pari temeritate qua patrem nuncupat, se quoque filium profiteatur dicens: Nec enim misit Deus filiū suum in hunc mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluus fiat mundus per eum. Vel iterū: Tu credis in filium Dei? Quid nunc agimus, concedentes tantum Iesū Christo nomen adoptionis, per quod & in patre sibi Deo nuncu-

Matth. 17.

Ioan. 17.

Matth. 26.

Ioan. 14.

Matth. 27.

Matth. 13.

Ibid. 21.

Ioan. 3.

Ibid. 9.

pando temerariæ eum arguimus præsumptionis? Paterna de cœlo vox est: Hunc audite. Audio: Pater gratias ago tibi. Audio: Dicitis quia blasphemauit, quoniam dixi, filius Dei sum. Si non credo nominibus, si naturam vocabuli non intelligo, quid credendum & intelligendum sit quæro. Non mihi relinquatur alia suspicio. Autoritas de cœlo paterna est: Hic est filius meus. Professio filij de se est: Domus patris mei, & pater meus: Professio nominis salus est, cum interrogatio fidem postulat dicens: Tu credis in filium Dei? Proprietatis nomina sequuntur, vbi meus est. Tibi quæro hæretic, vnde alia præsumptio sit. Adimis patri fidem, filio professionem, nominibus naturam: vni verbis Dei assens, ne sint quod enunciant. Impietatis tuæ sola impudentia est, vt mentium de se Deum arguas. Quamquam igitur sola simplex confessio naturæ nomine ostendat, vt de quo dictum est, Hic est filius meus, & ad quæ dictum est, pater meus, hoc finit quod nuncupantur: tamen ne aut adoptionis nomen in filio sit aut honoris in patre, videamus quæ proprietates per filium ad filij nomē adiectæ sint. Ait: Omnia mihi tradita sunt à patre, & nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quisquam nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ad id quod dictum est. Hic est filius meus, & pater meus, vtrum ne sibi cōuenit. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quisquam nouit nisi filius? Non enim nisi per mutuum testificationem cognosci, vel per patrem filius, vel per filium pater potuit. Vox è cœlis est, sermo etiam filij est. Tā ignorabilis est filius, quam & pater. Omnia ei tradita sunt, & in omnibus nihil intelligitur exceptum. Si potestas exæquata est, si secretum cognitionis æquale est, si natura in nominibus est: quæro quomodo quod vocantur non sunt, quorum & vis in potestate, & difficultas in cognitione non differt? Non fallit itaque in vocabulis Deus, nec se aut pater mentitur, aut filius: & accipe quæ in his fides nominum sit. Ait enim: Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam, ea ipsa opera quæ facio, testimonium perhibent de me, quoniam pater misit me: & qui misit me pater, ipse testificatus est de me. Vnigenitus Deus, non nominis tantum testimonio, sed etiam virtutis docet se esse filium. Opera enim eius quæ facit, testatur à patre se missum. Quæro quam rem opera testantur. Missum namque esse, & filij obedientia, & paterna autoritas, docetur in misso: dum alterius opera esse non possunt quæ faciunt, nisi eius qui missus à patre sit. Sed opera non sufficiunt incredulis ad testimonium, quod se pater miserit. Sequitur nanque. Et qui misit me pater, ipse testificatus est de me: neque vocem eius audistis, neque figuram eius vidistis. Quæro quod testimonium patris de eo fuerit. Reuolue Euangelica volumina, & totum eorum opus recense. Da testimonium patris, præterquam quod auditum est: Hic est filius meus dilectus, in quo complacui. & Tu es filius meus. Hoc Ioannes, licet non ignarus, audiuit, tamen ad doctrinam nostram paternæ vocis testimoniū mittitur: nec hoc sufficit. Ioannes quidè dignus in deserto hac voce sed & apostoli nō fuerūt huius testimonij autoritate priuati. Eadē de cœlo ad eos vox adest, sed accipiūt plus Ioāne. Ioānes enī iā ab vtero prophetas, nō eguit hac voce: Hunc audite. Audiā planè: nec quenquā præter hunc audiā, nisi eum qui audierit vt doceret. Si nullū aliud patris de filio testimoniū extat in libris, quam quod hic filius suus sit: testimonij huius veritas est, vt opera ipsa patris quæ gerit, veritatē testimonij huius affirmet. Quid

Matth. 17.

Ioan. 11.

Ibid. 10.

Proprietates ad filij nomen adiecta. Luc. 10.

Ioan. 5.

Matth. 3.

Matth. 17.

Quid infertur hodie calumnia, vt adoptio nominis sit, vt mendax Deus sit, vt nomina inania sint? Testatus est pater de filio: operibus suis filius testimonio se patris exæquat: Cur non videatur esse in eo quod est filij veritas, quæ & dicitur & probatur? Non est per Deum patrem filij nomen in Christo, ex adoptione bonitatis: neque sanctitate meruit hoc nomen, sicut plures post confessionem fidei Dei filij sunt. Proprietatis enim in his significatio nulla est: nominis namque tantum quod Deo dignum est, indulta dignatio est. Aliud est, hic est, & hic meus est, & hunc audite: in hoc veritas est, natura est, fides est. Nec sanè quicquid de se minus filius hac paternæ vocis proprietate testatur. Vt enim in eo quod ait pater: Hic est filius meus, nature demonstratio est, & in eo quod subiicit: Hunc audite, sacramenti & fidei, ob quam de cœlis venit, auditio est, cum eum ad salutarem cōfessionis doctrinam admonemur audire: ita in eo filius & natiuitatis veritatem docuit & aduentus, dicens: Neque me scitis, neque vnde sum nostis. Nec enim à me veni, sed verax est qui me misit, quem vos nescitis, sed ego noui eum, quoniam ab eo sum, & ipse me misit. Patrem nō nouit, & frequēs hinc professio filij est. Idcirco autem soli sibi esse cognitum dicit, quia ab eo sit. Quæro autem vtrum id quod ab eo est, opus in eo creationis an naturam generationis ostendat. Si opus in eo creationis est: vniuersa quoque quæ creantur, à Deo sunt. Et quomodo pater non vniuersa nouerunt, cum filius eum idcirco quia ab eo est, non nesciat? Quod si creatus potius quam natus videbitur in eo quod à Deo est, cum à Deo cuncta sint, quomodo non cum cæteris patrem, quæ ab eo sunt ignorat? Sin verò idcirco ei quia ab eo sit, eum nosse sit proprium: quomodo non hoc ei quod ab eo est, erit proprium? Scilicet vt verus filius ex natura Dei sit, cum idcirco Deum solus nouerit, quia solus ab eo sit. Habes igitur proprietatem cognitionis de proprietate generationis: & quod ab eo est, non creaturæ in eo virtutem: nam omnia à Deo per virtutem creationis existunt: sed natiuitatis veritatem, per quam solus patrem nouit, cum cætera eum quæ ab eo sunt ignorent. Tamen ne forte id quod ab eo est, aduentus sui tempus hæresis inuaderet, continuò subiicit: Quoniam ab eo sum, & ipse me misit. Tenuit ordinem Euangelici sacramenti, naturam se professus & missum: vt & quis esset, & vnde esset, secundum superiorem sententiam nosceretur. Neque enim id ipsum est, Ab eo sum, & ipse me misit: sicut non idem est, Neque me scitis, neque vnde sum nostis. Nunquid non omnis homo in carne licet natus secundum sensum communis opinionis ex Deo est? Et quomodo negat ab his vel seipsum, vel vnde ipse sit sciri: nisi id vnde est, ad naturam suam referret autorem, qui idcirco ignorabilis esset, quia ipse esse Dei filius ignoraretur. Discute infelix stultitia quid illud sit. Neque me scitis, neque vnde sum nostis. Omnia vti que ex nihilo, & vsque ad eò ex nihilo, vt etiam vnigenitum Deum ex nihilo substituisse sis ausa mentiri. Quid ergo est quod impij & Christum nesciunt, & vnde sit nesciunt? Nam id quod vnde sit ignoratur: naturam ex qua est, dum vnde sit nescitur, ostendit. Ignorari enim vnde sit non potest, quicquid subsistit ex nihilo, quia hoc ipsum quod non ignoratur ex nihilo, ignorantem eius vnde sit non habet. Non ex se est autem ille qui venit, sed qui misit illum verax est, quem impij nesciunt. Iam ergo ille qui misit, ipse est qui missus ignorabatur. Ab eo ergo qui misit est, ille qui mis-

In Christo est significatio proprietas filij, sed non in aliis filiis Dei dicitur.

Ioan. 7.

Proprietates cognitionis arguit proprietatem generationis.

Ioan. 1.

sus est. Ab eo est, vnde esse nescitur: & ob hoc qui sit ipse nescitur, dum ignoratur à quo sit. Nō nouit Christum, qui vnde Christus sit nescit: nec filium confitetur, qui negat natum: nec natum intelligit, qui putabit ex nihilo. Ex nihilo autem vsque ad eò non est, vt impij vnde sit nesciant. Nesciunt planè, nesciunt qui naturam nomini adimunt, quia nescientes non amant scire: & audiunt filium scientiæ huius ignorantem impiis exprobrantem, tum cum sibi patrem Deum Iudæi dicerent. Ait enim: Si Deus pater vester esset, diligeretis vti que me, ego enim à Deo exiui & veni: nec enim à me veni, sed ille me misit. Religiosi nominis assumptionem Dei filius in his, qui se Dei filios confitentibus patrem sibi Deum dicerent, non improbauit: sed temerariam Iudæorum vsurpationem patrem sibi Deum præsumendum, per id quod se non diligerent, obiurgat. Si Deus pater vester esset, diligeretis vti que me, ego enim ex Deo exiui. Omnibus quibus per fidem Deus pater est: per eam fidem pater est, qua Iesum Christum Dei filium confitemur: Confiteri autem filium secundum generale sanctorum nomen, quid habet fidei, vt dicamus, vnus ex filiis est? Sed nunquid & ceteri in hac creaturæ sue infirmitate non filij sunt? In quo ergo filium Dei Iesum Christum fides confessio præcellit, cum ei secundum illos, filij non natura, sed nomen sit? Sed Christum perfidia ista non diligit, nec hæc impia professio piè sibi assumit Deum patrem: quia si sibi pater Deus esset, Christum ob id diligeret, quia exisset à Deo. Exisse ex Deo, quid sit requireo. Quid exire non vti que dici potest, id ipsum ex Deo exire, quod & venisse, nam vtrumque significat: Quoniam à Deo exiui & veni. Et ostendens quid esset à Deo exiui, & quid esset, & veni continuò subiicit: Nec enim à me veni, sed ille me misit. Non à se sibi esse originem docuit, cum ait: Nec enim à me veni. Et rursum se ex Deo exisse, & ab eo missum esse testatur. Sed cum ab iis qui sibi Deum patrem dicerent, idcirco se diligendum ait, quia ex Deo exisset, causam dilectionis ex causa docuit esse nascendi. Exisse enim ad incorporalis natiuitatis reuoluit nomen: quia religio profitendi sibi patrem Deum, ex dilectione Christi, qui ex eo genitus est, sit merenda. Nam cum ait: Qui me odit, & patrem meum odit: meum cum ait, cōmunionem nominis per significationem proprietatis excludit. Cæterum profitentem sibi patrem Deum, & se non diligentem, in paterni nominis vsurpatione condemnat, quia qui se odit, oderit & patrem: nec in Deum patrem sit religiosus, qui non diligit filium: cum diligendi filij non alia causa sit, quam quod ex Deo sit. Ex Deo igitur filius est, non aduentu, sed natiuitate: & dilectio in patrem hinc erit omnis, si filius ex eo esse credatur. Testatur hoc Dominus dicens: Non dicam vobis, quoniam ego rogabo patrem pro vobis. Ipse enim pater amat vos, quoniam vos me amatis, & creditis quoniam ego à Deo exiui, & à patre veni in hunc mundum. Caret apud patrem intercessionis necessitate perfecta de filio fides, quæ quod à Deo exierit credat atque amet, & per se ipsa iam & audiri meretur & amari, natū ex Deo filium missumque confessā. Natiuitas itaque eius & aduentus ostenditur, cum absolutissima significatæ proprietatis veritate. A Deo, ait, exiui, ne in eo alia quam natiuitatis natura esse existimaretur: cum exire à Deo, id est, ex natiuitate subsistere, quid aliud quam Deus possit? Et à patre, inquit, veni in hunc mundum. Vt exitio illa à Deo natiuitas significata esse intelligeretur ex patre à patre se in hunc mundum

Ioan. 8.

Quid exire ex Deo.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

A patre venire & ex Deo exire, non sunt idem.

Joan. 16.

Apostoli facti sunt celorum ob confessione divinitatis Christi.

dum professus est venisse. Alterum itaque in dispensatione, alterum in natura est. Nec patitur exitionem aduentum existimari, cum post exitionem a Deo, aduentum commemoret a patre. A patre enim venisse & ex Deo exisse, non est significationis eiusdem: & quantum inter est nasci & adesse, tantum a se uterque sermo discernitur: cum aliud sit a Deo in substantia natiuitatis exisse, aliud sit a patre in hunc mundum ad consummanda salutis nostrae sacramenta venisse. Et quidem secundum proposita a nobis responsionis ordinem opportunissimum hic nobis locus est: ut tertio nunc doceamus filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum ab Apostolis traditum, non ex nuncupatione, sed ex natura, neque ex adoptione, sed ex natiuitate. Quoniam enim plures & maxime adhuc vniuersi genti de se Dei extent professiones, quibus generationis suae veritatem sine leui saltem ementienda licet calumniarum occasione testetur: tamen quia neque legitimum onerandum est sensus coarctatus ad copiam dictis, & cum iam nonnulla de proprietate natiuitatis ostensa sint, caetera omnia aliis erunt quaestionibus referenda. Nunc vero quia hic sermonis nostri ordo institutus est, ut post patris contestationem, post filij professionem, fidem quoque Apostolorum de vero & secundum natiuitatem consistendo Dei filio doceremus: videndum est, an in eo quod ait Dominus, Ex Deo exiui, aliud in eo aliquid potius quam naturam intellexit natiuitatis. Post multas namque verborum obscuritates, quibus in parabolis locutus esset, quoniam iam antea Christum sciebant annunciatum a Moyse & Prophetis, confessum quoque a Nathanaele & Dei filium & regem Israel, obiurgato etiam Philippo cum de patre requireret, cur per operum virtutem patrem in se, & se in patre esse nesciret, cumque se a patre missum frequentibus dictis ante docuisset: tamen cum profertem eum audissent se a Deo exisse, haec eorum responsio fuit. Connexus enim hic sibi sermo est. Dicunt ei discipuli eius: Nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis: nunc ergo scimus quia nosti omnia, & non habes necesse ut aliquis te interroget. In hoc credimus quia a Deo existi. Quae rogo haec verbi huius admiratio est, quod se exisse a Deo professus sit? Tanta & tam Deo propria, vos o sancti & beati viri ob fidei vestrae meritum clauis regni caelorum sortiti, & ligandi atque soluendi in caelo & in terra ius adepti, gesta esse per Dominum nostrum Iesum Christum Dei filium videratis: & ad id quod a Deo exisse se dixit, nunc primum vos veri intelligentiam assecutos protestamini? Videratis utique nuptiales aquas, & eadem nuptiale vinum, & naturam in naturam vel demutationem, vel profectum, vel creationem. Quinque etiam panes ad cibum sanctae multitudinis freratis, & satiatis omnibus in plenitudine duodecim copiosorum fragmenta panum crederant, & naturae paruitas famem pellens profecerat in eandem copiam naturae. Resurrexerunt manus aridas conplexeratis, & in vocem mutorum linguas solitas, & incursum claudorum pedes alacres, & coecorum oculos cernentes, & mortuorum vitas reuertentes, scelerens Lazarus conlitterat ad vocem, & e sepulchro vocatus nullo interuallo vocis & vitae, cito fuerat egressus: & adhuc odorem mortis in sensum narium spiritu agente ipse iam viuus adsisterat: Taceo de caeteris magnarum virtutum & diuinarum operationibus. Nunc ergo primum intelligitis quis sit hic missus a caelis, postquam audistis: De patre exiui? Et hoc vobis primum

iam sine prouerbio dictum est, & per naturae virtutem intelligitis verum esse quod a Deo exiuit: cum voluntatum vestrarum cogitationes. tacitas intuetur, cum de nonnullis tanquam ignarus interrogat, cum omnium cognitor est? Per haec enim omnia quae virtute ac natura Dei agit, a Deo exisse credendus est. Non hic sancti Apostoli a Deo exisse, id est, a Deo missum esse intellexerunt. Nam omni superiori sermone confidentem missum se esse frequenter audierant: sed audientes a Deo exisse, naturam in eo Dei ex operibus cernentes, naturae veritatem per id quod a Deo exiit recognoscunt, cum dicunt: Nunc ergo scimus, quia nostri omnia, & non habes necesse, ut aliquis te interroget. In hoc credimus quod a Deo existi. Per id enim credunt quod a Deo exiit, per quod ea quae Dei sunt potest, atque agit. Non enim naturam Dei a patre venisse, sed a Deo exisse consummat. Denique hoc quod nunc primum audiunt, confirmatur ad fidem. Nam cum Dominus utrumque dixisset: Ego a Deo exiui, & a patre veni in hunc mundum: nihil admirationis in eo habuerunt, quod frequenter audierant, & a patre veni in hunc mundum. Responsio autem eorum, fidem & intelligentiam huius dicti contestata est: Ego a Deo exiui. Nam ad id tantum responsum est cum dicunt: In hoc credimus quia a Deo existi. Neque addunt, & a patre venisti in hunc mundum: & cum alterum in professione, alterum in silentio est, professionis causam dicti nouitas exegit: profecti autem contestationem intelligentiam veritatis elicit. Sciebant quidem eum omnia ut Deum posse, sed nondum rationem natiuitatis acceperant: & qui sciebant a Deo missum, exisse tamen a Deo nesciebant. Inenarrabilem illam & perfectam filij natiuitatem per virtutem dicti istius intelligentes: nunc secum sine prouerbis profecturum locutum. Non enim per consuetudinem humani partus Deus ex Deo nascitur, neque per elementa originis nostrae ut homo ex homine propellitur. Integra illa & perfecta & incontaminata natiuitas est, cuius a Deo exitio potius quam partus est. Est enim vnus ex vno: non est portio, non est defectio, non est diminutio, non deriuatio, non protensio, non passio, sed viuens natura: ex viuente natiuitas est, & Deus ex Deo exiens est, non creatura in Dei nomen electa: non ut esset ceptus ex nihilo, sed exiit a manente: & exiisse significationem habet natiuitatis, non habet inchoationis. Non enim idem est substantiam cepisse, & Deum exiisse de Deo. Et natiuitatis huius scientia licet non subiecta verbis sit, cum inenarrabilis sit: habet tamen in doctrina filij fidei securitatem, a Deo se manifestantis exisse. Non est Euangelica & apostolica fides, filium Dei nomine potius quam natura credidisse. Si enim adoptionis haec nuncupatio est, & non idcirco filius est, quia exierit a Deo: quare vnde beatus Simon bariona est confessus: Tu es Christus filius Dei viui. An ne cum omnibus potestas sit per sacramentum regenerationis in filios Dei nasci? si secundum hanc nuncupationem filius Dei Christus est: interrogo quid illud sit quod Petro non caro neque sanguis reuelauit, sed pater qui in caelis est. Generalis professio quid habet meritum? aut quae reuelationis est gloria in publica conscientia? Si ex adoptione filius est, vnde haec in Petro beata confessio est, hoc filio deferente quod est commune sanctorum? Ultra humanam autem intelligentiam se fides Apostolica protendit. Audierat utique frequenter: Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me mi-

Primo Deum nouerant, sed ratione natiuitatis non acceperant.

Matth. 17.

Luc. 9.

Matth. 11. Luc. 10.

Matth. 17.

Super confessionis petri est ecclesiae edificatio.

Fides ecclesiae fundamentum habet clauis regni caelorum, & soluit & ligat. Martyr testis.

Joan. 21.

fit. Missum ergo iam non ignorabat: & quem missum iam non ignorabat, audierat profitementem. Omnia militi tradita sunt a patre. Et nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius. Quid istud est quod nunc Petro pater reuelat, quod beate confessionis gloriam sumit? Nunquid patris & filij nomen nesciebat? Atqui frequenter audierat. Sed loquitur quod vox humana nondum protulerat: Tu es Christus filius Dei viui. Nam tamen in corpore manens Dei filium se esset professus, tamen Apostolica fides nunc primum in naturam diuinitatis agnouit. Neque enim Petro tantum ex confesso honore laus reddita est, sed ex agnitione mysterij: quia non Christum solum, sed Christum Dei filium esse confessus est. Nam utique ad confessionem honoris suffecerat dixisse: Tu es Christus. Sed inane fuerat, Christum ab eo confessum fuisse: nisi Dei filium confiteretur. In eo enim quod ait: Tu es, virtutem & proprietatem naturalis veritatis explicauit. Et pater dicendo. Hic est filius meus, Petro reuelauit ut diceret: Tu es filius Dei. Quia in eo quod dicitur: Hic est, reuelantis indicium est. In eo vero quod respondetur: Tu es, contentis agnitio est. Super hanc igitur confessionem petri ecclesiae edificatio est. Sed sensus carnis & sanguinis, confessionis huius intelligentiam non reuelat. Hoc est diuinae reuelationis sacramentum, Christum, Dei filium non solum nuncupare, sed etiam credere. Aut nunquid nuncupatio potius quam natura Petro reuelata est? si nuncupationem hanc a Domino frequenter audierat, se esse Dei filium confitente. In quo ergo reuelationis, est gloria? natura scilicet non nominis, cum frequentata nominis professio iam fuisset. Haec fides, ecclesiae fundamentum est: per hanc fidem infirmas aduersus eam sunt portae inferi. Haec fides regni caelestis, habet clauis. Haec fides quae in terris soluerit aut ligauerit, & ligata sunt in caelis & soluta. Haec fides paternae reuelationis est munus: Christum non creaturam nouit ex nihilo mentiri, sed secundum proprietatis naturam Dei filium confiteri. O miseram stultitiam furor impius, non intelligens beate senectutis fideique martyrem, & martyrem Petrum, pro quo pater rogatus est, ne fides eius in tentatione deficeret: qui iterata a se dilectionis in Deum postulata professione, tentari se adhuc tamquam ambiguum & incertum tercia interrogatione congenuit. Per id quoque a Domino post tertiam tentationis infirmitate, Pasce oues meas, ter meruit audire: qui in cunctorum Apostolorum silentio, Dei filium reuelatione patris intelligens, ultra humanae infirmitatis modum, supereminentem beatae fidei suae confessione gloriam promeruit. In quam nunc interpretanda vocis suae deducimus necessitatem? Ille confessus est Christum filium Dei. At mihi, tu hodie noui apostolatus mendax sacerdotium ingeris Christi ex nihilo creaturam. Quomodo affers dictis gloriosis? filium Dei confessus, ob hoc beatus est. Haec reuelatio patris est, hoc ecclesiae fundamentum est: haec securitas aeternitatis est, hinc regni caelorum habet clauem, hinc terrena eius iudicia caelestia sunt. Sacramentum occultatum a saeculis per reuelationem didicit: fidem locutus est, naturam enunciauit, Dei filium confessus est. Hoc qui creaturam Dei potius confitens negat, prius est ut neget Petri apostolatum, fidem, beatitudinem, sacerdotium, martyrium: & post haec se alienum a Christo esse intelligat, quia Petrus eum filium Dei confessus haec meruit. Anne o miser quisquis hodie es haereticus, beatorem Petrum futurum fuisse existimas, si dixisset: Tu

es Christus perfecta Dei creatura, & supereminens facturis omnibus factura, & qui ex nihilo ceptus esse, & per bonitatem Dei qui bonus solus est, nomen filij adoptione meruisti, & quia non ex Deo natus est? Et quare a te quid audieris fuerit haec dicens, qui audita passione respondens: Propicius tibi Dominus, non erit istud, audierit sibi dici: Vade retrorsum post me satanas, scandalum mihi es? Nec Petro tamen humana ignorantia proficit ad crimen. Non enim ei pater adhuc omne passionis mysterium reuelauerat. Sed fides parua sententiam damnationis excepit. Cur igitur non hanc confessionis fidem pater Petro reuelauit, creaturam scilicet & adoptionem? Inuidit credo hic Petro Deus, ut in tempora posteriora dissimulans, haec nunc vobis nouis praedicatoribus referuaret. Sit sane fides alia, si aliae clauis regni caelorum sunt. Sit fides alia, si ecclesia alia est futura, aduersum quam portae inferi non praeualebunt. Sit fides alia, si erit alius apostolatus, ligata & soluta per se in terra, ligans in caelo que soluens. Sit fides alia, si Christus filius Dei alius praeter quam qui est, praedicatorum. Sin vero haec sola fides confessio Christum Dei filium, omnium beatitudinum gloriam meruit in Petro: necesse est ut ea quae creaturam potius ex nihilo confitebitur, clauis regni caelorum non adepta, & extra fidem ac virtutem apostolicam constituta, nec ecclesia sit vlla, nec Christus. Proferamus itaque omnes Apostolicae fidei professiones, in quibus Dei filium confitentes non adoptionis in eo nomen, sed naturae proprietatem constituentur: neque creationis in eo ignobilitate, sed natiuitatis gloriae protestantur. Loquatur Ioannes sic vique ad aduentum Domini manens, & sub sacramento diuinae voluntatis relictus deputatus, dum non mori dicitur & manere. Loquatur ergo sua, ut solet, voce. Deum vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Naturae fides non satis explicata videbatur ex nomine filij, nisi proprietatis extrinsecus virtus per exceptionis significantiam adderetur. Praeter filium enim vnigenitum cognominans, suspicionem penitus adoptionis excuit: cum veritatem nominis, vnigeniti naturae praestaret. Nondum quare quid sit, qui est in sinu patris, habet interrogatio ista suum ordinem: quare quid significatio ista vnigeniti sibi postulet, & videamus an hoc sit, quod tu esse profiteris, id est, creaturam Dei perfectam, ut perfecta pertineat ad vnigenitum, creatura vero referatur ad filium. Sed Deum vnigenitum filium Ioannes dixit, non creaturam perfectam: Non enim ignorauit haec blasphemiae nomina, dicens: Qui est in sinu patris. Et a Domino suo audiens: Sic enim dilexit mundum Deus, ut filium suum vnigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Deus mundum diligens, hoc dilectionis suae in eum testimonium protulit, ut vnigenitum filium suum daret. Si dilectionis hinc fides est, creaturam creaturis praestitisse, & pro mundo id quod mundi est dedisse, & ad ea quae ex nihilo sunt substituta redimenda, eum qui ex nihilo substituit praebuisse: non facit magni meriti fidem vilis & spernenda iactura. Preciosa autem sunt quae commendant charitatem, & ingenia ingentibus aestimantur. Deus diligens mundum filium non adoptiuum, sed suum, sed vnigenitum dedit. Hic proprietatis est, natiuitas est, veritas est: non creatio est, non adoptio est, non falsitas est. Hinc dilectionis & charitatis fides est, mundi salutis & filium & suum & vnigenitum praestitisse. Praeternito omnes de filio nuncupationes. Non est damnosa dissimulatio,

Matth. 4.

Joan. 1.

Ibid. 3.

Ioan. 20.

Necesse est credere christum esse filium Dei.

I. Ioan. 2.

Ibidem.

ubi de copia est electio. Rei profectus semper ex causa est, & omne opus manifestam habet suscepti negocii necessitatem. Scribens utique Euangelista, scribendi afferre debuit rationem, ut videamus quam ostenderit dicens: Hæc autem scripta sunt, ut credatis quoniam Iesus est Christus filius Dei. Scribendi igitur euangelij non aliam pertulit causam, quam ut omnes crederent Iesum esse Christum filium Dei. Si sufficit ad salutem Christum credere, cur adiecit filium Dei? Si verò Christum credere ea demum fides est, non Christum tantummodo, sed Christum filium Dei credidisse: non est nomen filij in Christo vniuerso Deo ex adoptionis consuetudine, quod proprium est ad salutem. Si ergo salus in confessione nominis est, quæro cur in nomine veritas nõ sit? quod si in nomine veritas est: qua autoritate creatio esse dicitur, cum non creationis confessio salutem sit praestatura, sed filij? Hæc igitur salus vera est, hoc perfectæ fidei meritum, Iesum Christum filium Dei credidisse.

Non enim est in nobis dilectio ad Deum patrem, nisi per filij fidem. Et audiamus eum per epistolam loquentem: Omnis qui diligit patrem, diligit eum qui ex eo natus est. Quid est rogo ex eo nasci? Nunquid id ipsum est, quod per eum creari? Aut cur Euangelista mentitur, ut ex eo natum dicat, quem per eum creati potius hæreticus doceat? Et audiamus omnes quis sit hic doctor. Dicitur namque est: hic est antichristus, qui negat patrem & filium. Quid ais tu asseritor creaturæ, & de non extantibus Christi nouis conditor? Si professionem tenes, profitentis nomen recognosce. An cum creatorem & creaturam patrem & filium prædicabis: per assimilatas nominum voces excludere te posse credis, ne esse antichristus intelligaris? Si in fide tua per naturam pater est, & per naturam filius est: maledicus ego sum, & opprobrium in te alieni referens nominis. Sin verò simulata omnia sunt, & potius nuncupata quam propria, fidei tuæ ab Apostolo discere cognomen: & audi quæ sit crediti filij fides, sequitur enim: Qui negat filium, nec habet patrem: qui confitetur filium, & filium habet & patrem. Negans filium, caret patre. Confitens filium atque habens, habet & patrem. Quæro hic, quid adoptiua nomina loci habeant. Nunquid non naturæ res ista omnis est? & quam naturæ res sit accipe. Ait enim idem: Quia sciimus quod filius Dei venit, & concarnatus est propter nos, & passus est, & resurgens à mortuis assumpsit nos, & dedit nobis intellectum optimum, ut intelligamus verum, & simus in vero filio Iesu Christo, hic est verus Deus, & vita æterna & resurrectio nostra. O infelix intelligentia, & spiritu Dei carens, & in antichristi spiritum ac nomen proficiens, & nesciens ad sacramentum salutis nostræ Dei filium venisse: ac per hoc indignam optimæ huius intelligentiæ sensu, creaturæ potius adoptiuum nomen quam verum filium Dei Iesum Christum esse confessa. Quibusnam hoc arcanorum mysteriorum secretis edocta es? vel quis hodie nouus huius scientiæ tuæ autor est? An se credet tibi hoc per familiaritatem amoris recumbenti inpectus suum Dominus ostendit? aut solus ad crucem sequens inter cætera suscipiendæ tibi in matrem Mariæ præcepta hæc quoque; in illa specialis in te amoris contestatione didicisti? vel ad sepulchrum prior quoque Petro currens adeptus es? vel intra concessus angelorum & signatorum libræ insolubiles nexu, & signorum cælestium multiformes potestates, & nouarum atque incomprehensibilium cætionum hymnos

sempiternos, tam pia tibi hæc per agnum ducere reticulata doctrina est, ne pater pater sit, ne filius filius sit, ne natura sit, ne veritas veritas sit? Hæc enim apud te omnia demutantur in falsa. Apostolus concessa sibi optima intelligentia verum Dei filium dicit: tu affirmas creationem, tu prædicas adoptionem, tu negas natiuitatem. Et cum hic verus Dei filius nobis sit, & vita æterna & resurrectio, nec vita æterna est ei, nec resurrectio, cui ille non verus est. Et hæc quidem Ioannes discipulus à Domino dilectus. Sed nihil ab his dissimile ex persecutore Apostolus & vas electionis prædicauit. Quis enim sermo eius non sub filij confessione est? Quæ epistola non de sacramento veritatis B filius cepta est? in quo nomine nõ proprietatis significatio est? Cum enim dicit: Reconciliati sumus Deo per mortem filij sui. Et rursum: Deus filium suum misit in similitudine carnis peccati. Et rursum: Fidelis Deus per quem vocati estis in communionem filij eius: quid hic hæreticorum furto loci relictum est? Filius suus est, filius eius sit: non adeptio eius est, non creatura eius est. Nomen naturam loquitur, veritatem proprietatem enunciat, fidem confessio testatur. Non intelligo quid addi possit ad naturam filij, quam quod filius eius est, qui esse pater creditur. Non incerta & infirma ille, qui electionis est vas, locutus est: Nec magister gentium, & Apostolus Christi ambiguarum doctrinæ suæ errorem reliquit. Scit qui sint adoptionis filij, & qui hoc esse ac nuncupari per fidem meriti sunt. Ait nanque: Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater. Fidei nostræ per sacramentum regenerationis hoc nomen est, & professio nostra nobis præstat adoptionem: filios enim Dei, opera secundum spiritum Dei gesta conuincunt, & clamatur à nobis potius abba pater, quam ex naturæ proprietate, quia extra naturæ proprietatem est vocis officium, & dici atque esse non idem est. At verò quæ de filio Dei Apostoli fides sit, intelligamus. Nam cum omnem quem habuit ad ecclesiæ doctrinam sermonem, nunquam patrem sine filij confessione loqueretur: tamen ut veritatem nominis huius quanta posset humani sermonis significatione monstraret, ait: Quid ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? qui proprio filio non pepercit, sed tradidit eum pro nobis. Nunquidnam etiã nunc adoptionis in eo erit nuncupatio, in quo proprietatis est nomen? Apostolus enim volens charitatè erga nos Dei ostendere, ut magnificentia Dei dilectionis ex comparationis genere nosceretur, non pepercit se Deum proprio filio suo docuit. Neque utique pro adoptandis adoptiuo, neque pro creatis creaturæ, sed pro alienis suo, pro conuincendis proprio. Quære virtutem dicti, ut magnitudinem charitatis intelligas. Quid sit proprium expende, ne ignores veritatè. Nunc enim Apostolus proprium ait filium, cum in multis vel suum, vel eius sepe dixisset. Et quauis multi codices per translatorum simplicem intelligentiam, in hoc loco pro proprio filio, suo filio, conscriptum habeant: tamen Græcitas, qua lingua Apostolus est locutus, proprium nunc magis quam suum nuncupat. Et licet communis intelligentiæ sensu nõ satis inter proprium & suum differat, verum Apostolus cum in cæteris dictis suum commemorasset filium, quod est Græcè: τὸν υἱόν, tamen in hoc loco secundum quod ait, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, qui proprio filio non pepercit, naturæ veritatem significanter expressit: ut qui

Rom. 8. I. Cor. 1.

Rom. 8.

Ibidem.

Matth. 3. Ioan. 4. Matth. 16.

Ioan. 11.

Ioan. 4.

ut qui superius filios plures per spiritu adoptionis demonstrasset, nunc vniuersum Deum filium proprietatis ostenderet. Non est humanus hic error: neque in negando Dei filio vitium est ignorantia, ubi ignorari non licet quod negatur. Creatura ex nihilo subsistens, Dei filius dicitur. Hoc si nec pater locutus est, nec filius testatus est, nec Apostolus prædicauit: tamen audere eloqui, hoc est Christum non ignorare tantummodo, sed odisse. Cum enim pater de filio suo dicat: Hic est, & filius de se dicat: Qui tecum loquitur, ipse est & Petrus confiteatur: Tu es, & Ioannes testetur: Hic verus est, & Paulus nõ desinat prædicare de proprio: non intelligo aliud quam negandi esse odium, ubi imperitiam error non excusatur in crimine. Loquitur hæc interim, loquitur planè per aduentus sui prophetas ac præuos, ipse ille, qui postea erit in antichristo locuturus, salutarem fidei confessionem his tentantibus nouis inquietans, ut primum conscientia nostræ, qua ita credimus, intelligentiam filij naturis non habear, deinde ipsum illud quod adoptiuum erit, reliquum nomen excludat. Nam cum quibus creatura est Christus, necesse est vt cum his antichristus ipse sit Christus, quia & filij proprietatem creatura nõ habeat, & Dei se ille filium mentiatur: & per hoc à quibus hic Dei filius iam negatur, ab his tunc Christus ille credatur. Quas oro spes inanis furor expetis? & qui salutis tuæ fiducia creaturam esse Christum potius quam filium blasphemò ore cõtendis? Oportuerat te ex euangelij nosse ac tenere fidei huius sacramentum. Nam cum Dominus posset omnia, tamè in vno quoque eorum qui orabant operationis suæ effectum, meritum voluit esse confessionis. Neque enim ei virtutè, qui Dei virtus est, confessio orantis addebat: sed fidei erat præmiti, hoc mereri. Nãque cum Martham rogantem pro Lazaro interrogaret, an eos qui in se credidissent, mori non crederet in æternum, at illa conscientia suæ fidem elocuta est dicens: Vtiquè Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei, qui in hunc mundum venisti. Confessio hæc æternitas est, & fides ista nõ moritur. Martha deprecans fratris sui vitam, interrogata an ita crederet, credit ita. Quam rogo vel à quo vitam expectat hoc denegans, cum sola sit vita sic credere? Magnum est enim huius fidei sacramentum, & perfectæ confessionis istius beatitudo est, & cæco à natiuitate Dominus visum indulerat, & naturæ damnum naturæ Dominus exemerat: & quia cæcus hic ad gloria Dei natus fuerat, vt in Christi opere Dei opus posset intelligi, non expectata ab eo fuit fides confessionis. Sed qui in receptis oculis autorem sibi tanti muneris nesciebat: meruit hoc postea, vt fidem disceret. Non enim cæcitatè depulso vitæ æternitate a ferebat. Ob quod Dominus iam sanum, & de synagoga ciecum interrogat dicens: Tu credis in filium Dei? Ne damnum sibi putaret esse, se carere synagoga, cui immortalitatem fides hæc confessa redhiberet. Et cum ille incertus etiam nunc respondisset: Quis est Domine, vt credam in eum? Ignoracionem eius, quæ post oculorũ recuperacionem tantæ fidei intelligentia munerabatur, nolens manere, ita ait: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Nunquid ab hoc sicut à cæteris Dominus, qui orabant sanitates, confessionem fidei ad salutem merendam poposuit? Non utique. Nam hæc iam ad cæcum videntè locutus est, sed ob id tantum, vt responderet ille: Credo Domine. Quia responsionis fides non cæcitatè sanitatem esset a natura, sed vitam. Et virtutem dicti huius diligenter retractemus. Interrogat Domi-

nus: Tu credis in filium Dei? Si utiq; sola Christi qualiscunq; confessio, fidei esset consummatio, dictum fuisset: Tu credis in Christum? Sed quia hæreticis penè omnibus hoc nomen in ore esset futurum, vt Christum confiterentur, & filium tamen negaret: id quod Christo proprium est ad fidem poseitur, id est, vt credatur in Dei filium. Credidisse autè in Dei filium quid proficit, si credatur in creaturam: cum à nobis fides in Christo nõ creaturæ Dei, sed filij Dei postuletur. Anne huius nominis proprietatem dæmones nescierunt? Dignum enim est hæreticos non iam Apostolicis doctrinis, sed dæmonum clamore cõtinci. Clamat enim & sæpè clamant: Quid mihi & tibi est Iesu filii Dei altissimi? Inuitis veritas elicit confessionem, & naturæ potestatem testatur dolor obediendi. Virtute vincuntur, cum possessa diu corpora deserunt: honorem reddunt, dum naturam cõstentur. Dei se inter hæc filium Christum, & opere testatur & nomine. Vnde tibi inter istas consentientium dæmonũ voces õ hæretica, præsumit nomen creaturæ & indulgentia adoptionis? Quid sit Christus ab his saltè qui nesciunt discere, vt impietatem tuam ipsa illa ignorantium necessaria professio arguat. Nãque cum Iudæi Christum corporeu nescierunt, scierunt tamè eum qui Christus esset, esse filium Dei: cum falsis aduersus eum testibus sine vlla veritatis assertione vtarentur, sacerdos eum ita interrogat: Tu es Christus filius Dei benedicti? Sacramentum nescientes, naturam tamen nõ ignorant. Neque interrogant an Christus filius Dei sit, sed an hic sit Christus filius Dei. Error in homine est, non in Dei filio. Nam non quod Christus Dei filius sit ambigitur: atque ita dum interrogatur an hic sit, tamen quod Christus sit Dei filius non negatur. Et qua tandem rogo tu istud fide denegas, quod ne ipsi quidem negant qui nesciunt? Cùm enim perfecta sciencia sit, Christum Dei filium ante secula manentè, etiam ex virgine natu nõsse: ipsi quoque qui de Maria natum nesciunt, Dei tamen filium esse non nesciunt. Et vide in quod te negando filium Dei, Iudaicæ impietatis confortium miscuisti. Quam enim illi damnationis in eum causam detulerint testantur, dicentes: Et secundum legem debet mori, quoniam filium Dei se fecit. Anne non hoc etiam impiæ tuæ vocis opprobrium est, cum se filium Dei dicat, quem tu asseris creaturam? Ille Dei confitendo se filium, reus mortis ab his iudicatur: tu eum Dei filium negando, quæro quid iudices? Professio enim eius ita Iudæis vt tibi displicet. Interrogo an diuersæ ab eis sententiæ maneat, à quibus non diuersus sis voluntate. Eadem enim filium Dei cum esse impietate tu negas. Illi tamen eo crimine minore quod nesciunt, nesciunt enim de Maria Christum, sed Christum Dei filium esse nõ ambigunt. Tu qui Christum nõ potes nescire de Maria, Christum tamen Dei filium esse nõ prædicas. Illis in eo quod nesciunt, potest adhuc in tuto salus esse si credant: tibi iam omnia clausa sunt ad salutem, qui negas quod ignorare iam non potes. Non enim ignoras esse filium Dei: vtq; adeo vt adoptionis nomen indulgeas, vt creaturam conuincendam filium mentiaris. Naturam autem, quantum in te est, auferens, auferes quoque si tibi liceret & nomen: sed quia id nõ licet, naturam nominis non relinquis: in quo filius dicitur, verus Dei filius sit. Habueras in confessione eorum, quibus defauente vento & turbato mari, in verbi iussu erat restituta tranquillitas: vt & tu verum Dei filium confitereris, & eorum voce vtereris: Verè filius Dei est. Sed te seuiens spiritus in naufragium vi-

Luc. 8.

Mar. 14.

Ioan. 19.

Matth. 14.

tæ rapit, & mentis tuæ motibus tanquã fluctuoso mari incumbens procella dominatur. Si tibi hæc nauigantium ex eo incerta fides videbitur, quia existimabitur esse Apostolorum: mihi tamen & si minus præstet admirationis, plus tamen affert autoritatis. Veruntamen etiam gentium in eo fidem fume: audi enim inter sacras crucis custodias Romanæ cohortis edomitum ad fidem militem. Loquitur namque cõspectis tantæ virtutis operibus centurio: Verè Dei filius erat iste. Hoc post emissum spiritum, discissum templi velum, & mota terra, & scilla saxa, & sepulcra patentia, & mortui resurgentes testantur, & homo gentilis perfidiæ confitetur: virtutis naturam agnoscit in gestis, naturæ veritatem profitemur in nomine. Tanta ratio veritatis, & tanta vis fidei est, vt vincat voluntatem veri necessitas, & Christum Dominum gloriæ æternæ, verè Dei filium esse, nec qui crucifixerat denegaret.

Matth. 27.

ADIVI HILARII PICTAVO-
rum Episcopi, de Trinitate.

LIBER VII.

SEPTIMVS hic nobis aduersum nouæ hærescos vāsanam temeritatem liber scribitur: cæteris quidem anterioribus numero posterior, sed ad perfectæ fidei sacramentum intelligendum aut primus aut maximus: in quo nõ ignoramus quã difficile aut arduum iter doctrinæ euangelicæ scādamus. A quo quamuis conscientie infirmitatis nostræ trepidatione reuocemur, tamen fidei æstu incitati, & hæreticorum furore commoti, & periculo ignorantium perturbati, qui loqui nõ audemus, silere non possumus: vt riusque discriminis metui subditi, ne destitutæ veritatis rea in nobis sit aut taciturnitas aut prædicatio. Incredibilibus etenim se corrupti ingenij artibus heretica subtilitas circumegit: primum vt fingeret religionem, deinde vt omnium simplicium aurium securitatem verbis falleret, tum præterea vt se prudentiæ seculi coaptaret, postremò vt veritatis intelligentiam per speciem editæ rationis auerteret. Nam protestata Deum vnum, mentita pietatem est: professa rursus Dei filium, audientes fessellit in nomine. Dicens etiam non fuisse antequam nasceretur, mundi sapientia satisfecit. Indemutabilem quoque & incorporeum Deum confitens, natiuitatem Dei ex Deo, per demonstrationem subdola rationis excludit: nostris aduersum nos vsã doctrinis, & ecclesiæ fide contra ecclesiæ fidem pugnans, grauissimo aduersus nos vel responsionis vel silentij periculo comparato, dum per ea quæ non negantur, ea prædicat quæ negantur. Et quidem cæteris superioribus libris admonitos à nobis legentes meminimus, vt totius blasphemie editionem pertractantes, animaduertent nihil aliud laborari, quàm vt Dominus noster Iesus Christus neque Dei filius, neque Deus esse credatur, dum ei concessis tantum ex quadam adoptione nominibus, & Dei natura negatur & filij: cum & indemutabilis atque incorporeus Deus, sicuti & est, idcirco affirmetur, ne filius natus ex Deo sit: & Deus pater ob id tantum in confessione Deus vnus sit, ne in fide nostra Deo Christus sit: quia nec natiuitatis intelligentiam natura incorporalis admittat, & Dei ex Deo fidem vnus tantum nobis Deus in confessione dissoluat. Sed superioribus iam libellis fallacem eorum hanc atque inutiles prædicationem ex lege ac prophetis docentes, eam respõ-

sonis formam tenuimus, quæ in Deo ex Deo prædicato, & vno ac verò Deo professo, neque in vnus veri vnione desideret, neque ad fidem Dei alterius excederet: dum neque solitariis nobis Deus in confessione, neque duo sunt, & inter hæc vnum, neque negando neque confitendo, fidei cõseruata perfectio est, dum & quod vnum sunt refertur ad vtrumque, & vterque non vnus est. Hoc igitur perfectæ fidei indissolubile sacramentum, euangelicis ac apostolicis doctrinis absolutum, nõ aliud primum quàm Dei filium veræ natiuitatis subsistentem naturã, cognitioni audientium debuit intimare: neque aliunde, neque ex nihilo, sed ex Deo filium esse manifestare. Quod quia secundum ea quæ anteriori libro edita sunt, ambigi nõ potest, quin cessante adoptionis nomine, verus filius ex natiuitatis veritate sit: eam nunc quoque ex euangelicis proferimus, vt qui filius verus est, verus quoque Deus esse noscatur. Quia neque verus filius erit, nisi verus & Deus est: neque verus Deus, nisi verus & filius est. Nihil humanæ naturæ grauius est periculi conscientia. Nam ea quæ aut ignorata aut repentina sunt, habent quidem miserabilem securitatem, sed non habent metum futuri: quia non ignaro accidentium, anxietas ipsa, pena patiendi est. Non ego nunc nauem è portu soluo naufragij ignarus, neque iter in eo insectos nesciens latronibus saltus, nec Libyæ arenas incertus scorpiones vbique & aspides & basiliscos adesse transcurro. Nihil sollicitudini meæ, nihil conscientie vacat: sub specula enim omnium hæreticorum ad occasionem singulorum verborum in os meum pedentium loquor, & omnis sermonis mei iter aut angustias præruptum, aut foueis incisum, aut laqueis prætentum est. Iam quod arduum aut difficile sit minus conqueror: nõ meis enim, sed Apostolicis scando gradibus. Mihi verò aut in angustias decidere, aut desossa incidere, aut plagis illaqueari, semper in periculo, semper in metu est. Prædicatur enim secundum legem & prophetas & Apostolos vnum Deum, adest mihi Sabellius: totum me sub verbi huius professione, tanquam desideratum cibum morsu sæuissimo transuorans. Negantem me rursus contra Sabellium vnum Deum, & confitentem verum Deum Dei filium, expectat noua hæresis: vt à me duos deos arguat prædicari. Natum quoque Dei filium ex Maria dicturo, Hebion, qui est Photinus, affilit: autoritatem mendacij sui ex professione veritatis sumpturus. De cæteris taceo, qui ab omnibus extra ecclesiam esse non ignorantur. Hoc verò damnatum & abiectum licet frequenter, sed internũ hodie adhuc malum est. Impiè multos ad vnus Dei professionem Galatia nutriuit. Malè in totum penè orbem quos negat deos duos Alexandria protulit. Pestiferè natum Iesum Christum ex Maria Pannonia defendit. Ecclesia inter hæc periclitatur veritatem non tenere per vera: dum ea ei ad irreligiositatem ingeruntur, quibus religio confirmatur & perit. Non enim vnum Deum piè possumus prædicare, si solum: quia non erit Dei filius in solitarij fide. At verò Dei filium, sicut est, Deum prædicantes, periclitamur fidem Dei vnus non tenere: & eiusdem periculi res est vnum Deum negare, cuius est & solitarij confiteri. Et hæc quidem mundi stulta non sentiunt: dum his neq; in non solo significari vnus videtur, neque in vno non solus intelligi. Sed eam, vt spero, ecclesiæ doctrinæ suæ lucem etiam imprudentiæ seculi inuehit, vt licet fidei sacramentum non suscipiat, tamen aduersus hæreticos veritatem sacramenti à nobis intelligat prædicari. Magna

Ecclesiæ proprium.

Hæreticorum dissentio fidei confirmat.

Confutatio Sabellij.

Ioan. 14.

Sabellius.

Hebion. Photinus.

Galatia. Alexandria. Pannonia.

Ioan. 14.

Quomodo Sabellius & Ariani dissentium.

gna enim vis est veritatis, quæ cum per se intelligi non possit, per ea tamè ipsa quæ ei aduersantur elucet: vt in natura sua immobilis manens, firmitatem naturæ suæ quotidie dum attentatur acquirit. Hoc enim ecclesiæ proprium est, vt tum vincat, cum læditur, tum intelligatur cum arguitur, tum obtineat cum deseritur: omnes quidem illa secum atque intra se vellet manere, nec ex tranquillissimis finibus suis aliquos abijcere aut perdere, dum indigni fiunt tantæ matris habitaculo. Sed discedentibus ex ea hæreticis vel abiectis, quantum amittit occasionis largiendæ ex se salutis, tantum assequitur ad fidem expetendæ de se beatitudinis. Cognosci enim hoc ex ipsis hæreticorum studiis promptissimũ est. Namque cum à Domino ecclesiæ instituta, & ab apostolis confirmata, vna omnium sit, ex qua se diuersarum impietatum furens error absciderit: nec negari possit ex vitio malæ intelligentiæ, fidei extitisse dissidium, dum quod legitur sensui potius cõpatur, quã lectioni sensus obtemperat: tamen dum sibi partes singulæ aduersantur, non solum suis, sed etiam aduersantur est intelligenda doctrinis, vt dum aduersus vnam eam omnes sunt, impijssimum tamen errorem omnium per id quod sola est atque vna confutet. Hæretici igitur omnes contra ecclesiam veniunt: sed dum hæretici omnes se inuicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt. Victoria enim eorum, ecclesiæ triumphus ex omnibus est: dum in eo hæresis contra alteram pugnat, quod in hæresi altera ecclesiæ fides datur. Nihil enim est quod hæreticis commune est: & inter hæc fidem nostrã dum sibi aduersantur, affirmant. Vnum Deum Sabellius prædicat filij natiuitate sublata: dum naturæ virtutè, quæ operata in homine est, Dei esse non ambigit. Sacramentum etenim filij ignorato, per gestorum admirationem fidem veræ generationis amittit. Et dũ audit: Qui me videt, videt & patrem, indifferet & indissimilis in patre & filio naturæ impiè arripuit vnionẽ, non intelligens, naturæ vnitatem sub natiuitatis significatione monstrari: cũ per id quod in filio pater videtur, cõfirmatio diuinitatis sit, nõ natiuitatis abolitio. Cognitio itaque alterius in altero est, quia nõ differt alter ab altero natura: Et in quo nihil differtur, in eo differens cõtemplatio est de proprietate naturæ. Nec sanã ambigi potest, quin ex se speciem Dei formæ, qui in forma Dei manebat, ostederet. Succedit quoque ad huius præter opinionis stultum furorem hoc dictum Domini: Ego & pater vnum sumus. Naturæ enim indissimilis vnitas, irreligiose ad vnionis profectio errorè: & rationem dicit, vt vnus solus intellecta nõ tenuit. Nõ enim solitarij, significat, Ego & pater vnum sumus. Nam coniunctio ea quæ significat, & patre, intelligentiam non admittit vnus: & illud sumus, nõ patitur singularè. Hoc verò quod vnũ sumus, non natiuitatè admittit, sed naturã nõ discernit in genere: dũ neque vnũ diuersitatis est, atque summus, vnus est. Cõpinge huius furori præsentium hæreticorum furorè, vt aduersus Sabellium sibi adfuit. Legisse se asserunt: Pater maior me est. Et nihil vel ex natiuitatis sacramento, vel ex mysterio euacuati à se Dei, & assumptæ carnis intelligentes, naturæ faciunt diminutionem professionè maioris. Cõtendunt enim aduersus Sabellium, filium esse eo vsque, vt & minor patre sit, & honorem præteritum reposcat, & mori timeat, & mortuus sit: contra verò ille, naturam Dei defendit in gestis. Et: cum vnũ Deum nouella hæc nunc hæresis nõ negabit, ne filium Deum credat: Sabellius tamen Deum vnũ, ne filius omnino extet, in professione retinebit. Hic filium operantẽ ingeret, hic Deum

in operibus esse contendet. Hic vnum dicit, hic vnum Deum negabit. Sabellius se ita tuebitur dicens: Opera quæ gesta sunt, præter quàm Dei natura non efficit. Peccatorum remissio, curatio infirmitatũ, claudorũ curfus, cæcorũ visus, mortuorũ vita à Deo solo est. Non alia natura quã quæ sui cõscia est, diceret: Ego & pater vnũ sumus. Quid me in substantiã alterã rapis? quid in Deum aliũ sollicitas? Gesta quæ propriè Dei sunt, Deus vnus hæc gessit. Clamabunt verò cõtra hæc, dissimilẽ Deo patri filium prædicantes nõ minus ore vipereo. Sacramentum salutis tuæ nescis. Credendus est filius, per quẽ secula facta sunt, per quẽ formatus est homo, qui per angelos legem dedit, qui de Maria natus est, qui missus à patre est, qui crucifixus, mortuus & sepultus est, qui de mortuis resurgens in dextris Dei est, qui viuorum iudex est & mortuorũ. In hunc renascendũ est, hic cõsuetus est, huius regnum est promerendum. Vterque hostis ecclesiæ, res ecclesiæ agit: dum Sabellius Deum ex natura in operibus prædicat, hi verò ex sacramento fidei filium Dei cõfitentur. Iam verò qua fidei nostræ victoria, Hebion, qui Photinus est, aut vincit aut vincitur: dũ Sabellium arguit, cur hominẽ negat filium Dei, dũ ab Ariomanitis cõfutat, cur in homine nesciat Dei filium. Aduersus Sabellium Euangelia sibi ex filio Mariæ defendit: Arius ei Euangelia per solũ filium Mariæ non relinquit. Aduersum hunc qui filium negat, homo ab eo vsurpatur in filium. Ad hoc ei qui ante secula filium nesciat, filius Dei solũ negatur ex homine. Vincat vt volũt, quia se inuicẽ vincendõ vincuntur: dum & hi qui nũc sunt, de natura Dei cõfutantur, & Sabellius de sacramento filij refellitur, & Photinus natũ ante secula Dei filium, vel ignorare arguitur, vel negare. Sed inter hæc ecclesiæ fides euangelicis atque apostolicis fundata doctrinis, & aduersum Sabellium tenet filij professionẽ, & aduersus Arium Dei naturã, & aduersus Photinũ seculi creatorẽ. Et hoc verius, quod hæc ab his inuicẽ nõ denegantur. Naturã enim Dei in operibus Sabellius prædicat, sed operantem filium nescit. Hi verò filium nuncupant, sed veritatem in eo naturæ Dei nõ confitentur. Hominẽ autẽ Photinus vsurpat, sed in vsurpato sibi homine natiuitatè Dei ante secula ignorat. Itaque dũ vnusquisque defendit aut damnat: veritatè fidei nostræ hæc ipsa prout sunt, religiosè & defendentes & damnates ostendunt. Hæc igitur à me demonstranda paucis fuerunt, nõ copiosè studio, sed ratione cautela: primum vt hæreticorum incerta esse omnia & erratica noscerentur, tum quoniam sibi pro nobis in uicem dissiderent: tum deinde, ne me horũ qui nunc sunt blasphemis professionibus obtinentem, & Deum patre ac filium Dei Deum prædicantem: deinde vt vnus nominis atque naturæ indissimili genere diuinitatis, patrem & filium esse profitentẽ quisquã aut in dũm deorum, aut contra in vnici ac solitarij Dei teneret errore: quando neque vnio prædicato Deo patre & Deo filio reperiretur, neque sub indidreca natura demonstratione deorum diuersitas conueniret. Nunc quia negantibus Dei filium à Deo ex natiuitatis veritate subsistentem, libro superiore secundum euangelia responsum est: demonstrandum est eum, qui verè ex natura filius Dei est, verè quoque per naturã Deum esse, ita tamen, vt neque ad singularè neque ad alterum Deum fides nostra deperat: cũ neque vnũ Deum sit sic prædicatura quasi solũ, neque quasi non vnũ sit cõfessura, ne solũ. Deum igitur Dominum nostrũ Iesum Christum his modis nouimus, nomine, natiuitate, natura, potestate, professione: sed de nomine nihil puto

Ioan. 10.

Photinus ab utroque dissentit.

Quæ vera sit fides.

Opiniones prædictorũ hæreticorũ de Christo.

Christus est Deus nominis, naturae, potestate, & professione.
Ioan. 1.
Exod. 9.
Psal. 8.

ambiguitatis remanuisse. Legimus enim: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quid calumniae est, cur non sit quod nuncupatur? Aut nunquid nomen non naturae significatio est? Et quia contradictio omnis ex causa est, nunc hic negandi Dei quæro causam. Simplex namque nuncupatio est, & caret offendiculo adiectionis alienæ. Verbum enim quod caro factum est, nihil aliud quam Deus est. Non est hic deputata aut assumpta nuncupationis relicta suspicio: ut ei quod Deus est, non ex natura sit nomen, Respice ad cæteras aut deputatius, aut assumptius appellationes. Ad Moysen dictum est: Dedit te Deum Pharaoni. Sed nunquid non adiecta nominis causa est cum dicitur, Deum Pharaoni? Aut nunquid Dei naturam ei intulit, & non potius in eum qui metueret terrorem, cum dracones magicos draco Moysi mox virga manes, deuorat? cum cynomyiam quam immiserat abigit? cum grandinem potestate qua euocauerat auertit? cum locustas ea virtute qua inuexerat repulit? cum in operationibus eius Magi: confitentur digitum Dei esse? Sic Moyses Pharaoni Deus datus est, dum timetur, dum oratur, dum punit, dum medetur. Et aliud est Deum dari, aliud est Deum esse. In Pharaonem enim Deus datus est: cæterum non ei est & natura, & nomen, ut Deus sit. Memini quoque & alterius nuncupationis, ubi dicitur: Ego dixi, dii estis. Sed in eo indulti nominis significatio est. Et ubi refertur, ego dixi, loquentis est potius sermo, quam rei nomen intelligentiam rei affert: cæterum voluit appellationis ex alio est. Et ubi se nuncupationis autor ostendit, ubi per sermonem autoris est nuncupatio, non naturale nomen in genere. At verò hic verbum Deus est: res existit in verbo, verbi res enunciatur in nomine. Verbi enim appellatio in Dei filio de sacramento natiuitatis est, sicuti sapientia & virtus est nomen: quæ cum in Dei filium cum substantia veræ natiuitatis extiterint, Deo tamē vt sua propria, quamuis ex Deo in Deum sint nata, non desunt. Non enim, sicut frequenter dictum à nobis est, diuisionis in filio, sed natiuitatis sacramentum prædicamus. Nec separatio fuit imperfecta, sed progenies perfecta: quia natiuitas non habet detrimentum generandi, cum profectum teneat nascendi. Et idcirco earum rerum vnigenito Deo aptata cognomina sunt, quæ cum eum subsistentē ex natiuitate consumment, tamen patri non desint ex indemutabilis virtute naturæ. Vnigenitus enim Deus & verbum est, sed innascibilis pater nunquam omnino sine verbo est. Non quod prolatio vocis natura sit filij, sed ex Deo Deus, cum veritate natiuitatis subsistens: vt à patre proprius, & per naturam indifferentiam inseparabilis doceretur, significatus in verbo est. Sicut Christus sapientia & virtus est Dei, non ille vt intelligi solet internæ potestatis, aut sensus efficax motus: sed natura tenens per natiuitatem substantiæ veritatem, his internarum rerum significata nominibus est. Non enim id quod nascendo subsistit, potest id ipsum videri esse quod vnicique semper internum est. Sed ex æterno Deo patre vnigenitus filius in subsistentē Deū natus, vt non alienus esse à natura paternæ diuinitatis posset intelligi: per hæc proprietatum nomina subsistens ostensus est, quibus ex quo sublitterat, non carebat. Deus igitur qui est, non est aliud quam Deus. Nam cum audio: Et Deus erat verbum, non dictum solum audio verbum, sed demonstratum intelligo esse quod est: quia non sicuti superius in Moyse Deo, & in cognominatis dijs per appellationem nomen adiectum

fit. Hic autem res significata substantiæ est, cum dicitur: Deus erat. Esse enim non est accidens nomen, sed subsistens veritas: & manens causa, & naturalis generis proprietas. Et videamus an hæc Euangelistæ prædicationem, Apostoli Thomæ confessio consequatur, cum ait: Dominus meus, & Deus meus. Deus igitur suus est, quem Deum confitetur: & certè dictum non ignorabat à Domino: Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est. Et quomodo apostolica fides principalis immemor est facta mandati, vt Deum Christum confiteretur, cum in vnus Dei esset confessione viuendum? Sed apostolus totius sacramenti fidem per virtutem resurrectionis intelligens, cum frequenter audisset: Ego & pater vnus sumus, & Omnia quæ patris sunt, mea sunt, & Ego in patre, & pater in me: iam sine fidei periculo naturæ nomen confessus est. Quia ab vnus Dei patris professione religio non exideret Deum confessa Dei filium, cum in filio Dei non nisi paternæ naturæ veritas crederetur: neque sub alterius Dei impia confessione fides naturæ periclitaretur vnus, quia non alterius Dei naturam perfecta Dei natiuitas attulisset. Veritatem igitur Euangelici sacramenti Thomas intelligens, Dominum suum, & Deū suum esse confessus est. Non hic honoris est nomen, sed naturæ confessio est: rebus enim ipsis atque virtutibus Deum credidit. Et Dominus professionis huius religionem, non honoris esse docuit, sed fidei, dicens: Quia vidisti me, credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. Videns enim Thomas credidit, sed quid credidit queris? Et quid aliud credidit quam professus est: Dominus me & Deus me? Resurrexisset enim per se ex mortuis in vitam, nisi natura Dei non potuisset: & creditæ religionis fides hoc est professus, quod Deus est. Anne ergo nomen Dei non naturæ res existimabitur, cum professio nominis fidem naturæ creditæ sit sequuta? Nam vtique religiosus filius, & qui non voluntatem suam, sed eius qui se miserat, faceret: & qui non honorem suum, sed eius à quo venerat, quæretet, honorem huius in se nominis recusasset, ne quod ipse vnus prædicauerat, soluere: sed veræ & apostolicæ fidei mysterium confirmans, & naturæ in se paternæ nomen agnosceret, beatos esse docuit, qui cum se resurgentem à mortuis non vidissent, Deum tamen per resurrectionis intelligentiam credidissent. Nomen igitur naturæ, fidei nostræ non deserit professionem. Nomen enim quod rem vnā quamque significat, rem quoque eiusdem generis ostendit. Et iam non res duæ sunt, sed res generis eiusdem est. Filius namque Dei Deus est, hoc enim significatur ex nomine. Non duos deos connumerat nomen vnus, quia vnus atque indifferentis naturæ vnus Deus nomen est. Cui enim & pater Deus est, & filius Deus est, & proprium naturæ diuinæ nomen in vtroque sit: vterque vnus sunt. Quia cum subsistat filius ex natiuitate, naturæ vnitatem conseruat in nomine, nec ad professionem duum deorum natiuitas filij credentium fidem cogit, quæ patrem & filium vt vnus naturæ, ita vnus profitetur & nominis. Est itaque Deo filio nomē ex natiuitate. Hic enim nobis secundus ad demonstrationem gradus est, vt Deus sit ex natiuitate. Quamquam mihi adhuc de proprietate nominis superfit apostolica autoritas, sed interim Euangelicum placet tractare sermonem. Et primum quæro, quam natiuitas filij naturæ nouitatem potuerit inferre, ne Deus sit? Intelligentiæ istud humanæ sensus excludit, vt aliquid à natura originis suæ nascendo diuersum sit: nisi fortè quid ex naturarum diuersitate

diuersitate conceptum nouum aliquid in se, & quod ita sit generis vtriusque, quod neutrum sit veniat ad vitam, quod in pecoribus ac bestijs vñatur est: sed ea ipsa nouitas non inest, nisi ex cognatis proprietatibus sub diuersitate naturæ & diuersitate eorum natiuitas non inultit, sed accepit, dum id tenet, quod ex vtroque sibi vnus est. Et cum hæc in his corporalibus causis & passionibus ita sint, quis rogo furor est, natiuitatem vnigeniti Dei ad degenerem ex Deo referre naturam, cum natiuitas non nisi ex proprietate naturæ sit? & iam natiuitas non erit, si proprietates naturæ in natiuitate non inerit. Hinc ille, omnis ætus & furor est, vt in filio Dei non natiuitas sit, sed creatio: vt non naturæ suæ originem subsistens teneat, sed alienam à Deo de non-exstantibus sumat. Quia secundum quod ait: Quod de carne nascitur, caro est, & quod de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est: non ambiguum sit nascendi diuersum atque alienum aliquid ab eo, ex quo natum sit, non inesse. Natiuitas igitur Dei Deum perficit, vt Deus noui conceptus intelligatur esse, sed natus: quia & conceptum esse potest non idipsum esse quod nasci, dum omne conceptum aut ex nihilo in aliquid existit, aut ex alio in aliud proficit, & definit: vt ex terra aurum, vt ex aquis animantia, vt ex inanibus viuientia, vt ex solidis liquida, vt ex frigidis feruentia, vt ex albis punicea. Dei autem filius neque ex nihilo Deus cepit esse, sed natus est: neque aliud aliquid fuit ante quam Deus esset. Atque ita qui in Deum natus est, nec cepit quod Deus est, nec quod Deus est proficit. Tenet itaque natiuitas eam ex qua subsistit naturam, & filius Dei non aliud quam quod Deus est subsistit. Aut quisquis hinc ambigit, dicat à Iudæis intelligentiam naturæ, vel potius agnoscat ab Euangelio veritatem natiuitatis, in quo scriptum est: Propter hoc magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & quod proprium sibi patrem dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Non nunc, vt in cæteris solet, Iudæorum sermo ab his dictis refertur, expositio potius hæc Euangelistæ est, causam demonstrantis cur Dominum interficere Iudæi vellent. Cesset ergo per impietatem blasphemantium vitiosa intelligentiæ excusatio: cum per apostoli autoritatem sub significatione natiuitatis, proprietates naturalis ostensa sit. Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. An ne naturalis natiuitas non est, ubi per nomen patris proprii, naturæ æqualitas demonstratur? Non enim ambigitur quin æqualitas nihil differat.

Quis porro dubitabit, quin indifferentem naturam natiuitas consequatur? Hinc enim est sola illa, quæ verè possit esse æqualitas, quia naturæ æqualitatem sola possit præstare natiuitas. Æqualitas verò nunquam ibi esse creditur, ubi vnus est: nec tamen illic reperietur, vt differat. Ita similitudinis æqualitas nec solitudinem habet, nec diuersitatem: quia omnis æqualitas nec diuersa, nec sola sit: Quamquam igitur huius intelligentiæ nostræ iudicia, cum humani sensus opinione communia sint, vt & natiuitas naturæ habeat æqualitatem, & ubi æqualitas est, neque alienum à se aliquid possit esse, nec solum: tamen ex ipsis dictis Dominicis huius quoque sermonis nostri fides affirmanda est, ne temeritas contradicendi, sub libertate diuersæ in nominibus intelligentiæ, audeat professionibus diuini de se testimonij contraire: Respondebit enim Dominus: Non potest filius à se facere quicquid, nisi quod viderit patrem facientem: quæcunque enim ille facit, eadem & filius facit similiter. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, & maiora horum opera demonstrabit ei, vt vos admiremini. Sicut enim pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificet filium sicut honorificat patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Propositionis quidem ordo id exigebat, vt singula quæquæ genera singularum quarumquæ causarum pertractarentur: vt quia Deum esse Dominum nostrum Iesum Christum Dei filium, nomine, natiuitate, natura, potestate, professione docuimus, demonstratio nostra gradus singulos dispositionis propositæ percurreret: sed natiuitatis id natura non patitur, quæ in se & nomen, & naturam, & potestatem, & professionem sola complectitur. Sine his enim natiuitas non erit, quia in se hæc omnia nascendo continet. Hanc igitur tractantes incidimus in eam necessitatem, vt superius commemorata ad ordinem tractatus proprii differre non liceat. Respondens enim Dominus ad Iudæos, quod eum interficere ob hoc magis vellent, quia patrem suum dicens Deum, æqualem se Deo fecisset: omne sacramentum fidei nostræ dum impiis eorum motibus contradicit, exposuit. Dixit enim superius, cum paralytico curato violati sabbati reus, etiam mortis iudicio constitueretur: Pater meus vsque adhuc operatur, & ego operor. Et hinc omnis accendebatur inuidia, quod se Deo exæquasset, paterni nominis usurpatione. Volens itaque & natiuitatem suam confirmare, & naturæ virtutem profiteri, ait: Non potest quicquid à se facere filius, nisi quod viderit patrem facientem. Exordium responsionis, aduerfus Iudæorum impium motum, per quem vsque ad voluntatem inferendæ mortis exagitabantur, aptatum est. Nam ad violati sabbati obiectum sibi reatum dixerat: Pater meus vsque adhuc operatur, & ego operor: vt usurpasse hoc ex autoritate intelligeretur exempli: significans tamen hoc quod ipse ageret, patris esse opus intelligendum, quia ipse in se operaretur operante. Et rursum aduersum eam inuidiam qua se per paternum nomen Deo exæquasset, hæc subdidit: Amen, amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Ne igitur exæquatio illa per nomen naturæque filij fidē natiuitatis auferret, ait filium à se facere nihil posse, nisi quod patrem facientem vidisset. Et vt maneret salutaris in patre & in filio confessionis nostræ ordo, naturam natiuitatis ostendit, quæ potestatem efficiendi non per incrementa indultarum ad vnus quodque opus virium sumeret, sed de cognitione præsumeret: præsumeret autē nō de aliquo operis corporalis exemplo, vt aliquid prius pater faceret, ad quod postea filius facturus esset: sed cum natura Dei in natura Dei subsistisset, id est, ex patre filius natus esset, per virtutis ac naturæ in se paternæ conscientiam, nihil ab se, nisi quod patrem facientem vidisset, filium facere posse testatus est. Et cum vnigenitus Deus paternæ virtutis operationibus operaretur, tantum sibi ad faciendū præsumeret, quantum in conscientia sua esset, inseparabile à se Dei patris, quam per legitimam natiuitatem obtinebat, posse naturam. Non enim corporalibus modis videt, sed visus ei omnis in virtute naturæ est. Denique subiicit: oia enim quæcūq; pater facit, eadē & filius facit similiter. Similiter illud, ad significationem natiuitatis adiecit: oia verò & eadem, ad

ostendendam naturæ veritatem loquutus est. In his enim, quæ, & quæcunque & eadē sunt, nec diuersitas potest esse, nec reliquum. Atque ita in natura eadem est, cui eadem omnia posse naturæ sit. Vbi verò similiter per filium eadem omnia fiunt, similitudo operum solitudinē operantis excludit: vt omnia quæ pater facit, eadem omnia similiter faciat & filius. Hęc est verè natuuitatis intelligentia, & fidei nostræ, quæ ex natura diuinæ vnitatis, vnus indifferensque diuinitatis veritatem in patre & filio confitetur absolutissimum sacramētum, vt eadem faciendo, filius similiter faciat, & similiter faciendo, eadem sint ipsa quæ faciat: quia sub vna hac significatione testentur, & similiter facta natuuitatem & eadem facta naturam. Tenet itaque responsionis Dominicæ ordo eclesiasticæ fidei integrū ordinem, vt nec discernat naturam, & significet natuuitatem. Hoc nanque sequitur: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, & maiora horum opera demonstrat ei, vt vos admiremini. Sicut enim pater suscitatur mortuos, & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. An ne demonstratio operum aliud hic nobis præter quàm natuuitatis fidem ingerit, vt substantentem filium ex substantēte Deo pater credamus? Nisi fortè per ignorationem credendū est vnigenitus Deus doctrina demonstrationis eguisse, sed temeritas impiæ huius existimationis non admittitur. Non enim doceri eget, qui quid docendus sit sciat. Nam postea quàm ait: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: vt ostenderet omnem hanc patris demonstrationem fidei nostræ esse doctrinam, vt scilicet pater nobis in confessione esset & filius: & ne qua hic ignoratio in filio possit intelligi, cui pater opera omnia quæ ipse faceret, demonstraret, continuò ait: Et maiora orum opera demonstrabit ei, vt vos admiremini. Sicut enim pater suscitatur mortuos, & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Demonstratio ergo futuri operis non ignoratur à filio, cui hoc demonstrandum est, vt exemplo paternæ naturæ mortuos viuificet. Ea enim patrem demonstraturum filio dicit, quæ mirètur, & quæ eadem essent illa, mox docuit: Sicut pater suscitatur mortuos, & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Exequata virtus est, per naturæ indissimilis vnitatem. Et demonstratio operum non ignorationis instructio est, sed nostræ fidei, quæ non filio scientiam ignoratorum, sed nobis confessionem natuuitatis inuexit, confirmans eam per id quod sibi omnia essent demonstrata quæ possit. Neque enim non circumspēctum se celestis sermo egit, ne fortè diuersæ naturę significatione sub occasione dicti ambigui subreperet. Demonstrata enim ei potius opera patris esse ait, quàm ad operationem eorum naturam virtutis adiectam: vt demonstratio ipsa natuuitatis esse substantia doceretur, cui per dilectionem patris operum paternorum, quæ per eū effici vellet, esset cognata cognitio. Porrò autem ne per demonstrationis professionem, ignorantis in eo naturæ diuersitas crederetur, ea ipsa quæ profitetur demonstranda, non nescit. Vsq̄ue aded non de exempli autoritate gesturus est, vt viuificet quos vult. Velle enim naturæ libertas est, quæ ad perfectæ virtutis beatitudinem cum arbitrij voluntate subsistat. Ac ne deinceps, quod quos vult viuificat, non natuuitatis in se naturam habere videretur, sed non naturæ potius iure potestatis subsistere, continuò subiicit: Nec enim pater iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit filio. Et in eo quod omne iudiciū datum est,

Quæ sit verè natuuitatis filij intelligentia.

Demonstratio operum ingerit si dem natuuitatis.

Remotio obiectiois.

Velle naturæ libertas est, quæ ad perfectæ virtutis beatitudinem cum arbitrij voluntate subsistat.

& natura & natuuitas demonstratur: quia & omnia habere sola natura possit indifferens, neque natuuitas aliquid possit habere, nisi datum sit. Datum autem omne iudiciū est, quia viuificat quos vult. Neque ademptum patri iudiciū potest videri, cum ipse non iudicet, quia filij iudiciū ex iudicio sit paterno. Ab eo enim datum omne iudiciū est, sed dati iudicij causa non tacita est. Sequitur enim: Sed iudiciū omne dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui cum misit. Quid igitur, oro, derelictum est suspitionis, aut quid relictum est ad impietatem occasionis? Pater non iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit filio. Iudicij autē dati ea causa est, vt filius exæquati honoris ad patrem sit, & inhonorificus filio inhonorificus & patri sit. Et quomodo post hanc intelligitur natuuitatis differre naturam: quam non solum operatio, virtus, honor, sed etiam contumelia negati honoris exæquat? Nihil ergo aliud quàm sacramentum natuuitatis, sermo nunc diuinæ responsionis ostendit. Neque aliter potuit aut debuit filius à patre distingui, quàm vt & natus esset, nec tamen differēs doceretur. Pater igitur vsq̄, modò operatur, & filius operatur. Habes naturæ nomina, cum & pater operatur & filius: intellige & naturam Dei, per quam Deus operatur, operantem. Ac ne fortè duas operationes naturarum dissimilium existimes intelligendas, memento de cæco dictum fuisse: Sed vt manifestarentur opera Dei in eo, me oportet operari opera eius, qui misit me. In eo ergo quod operatur filius, opus patris est: & opus filij, opus Dei est. Et de operibus sermo adhuc sequens est: Interim nunc nil aliud studeo respōsio, quàm vt omne opus referret ad vtrumque. vtrumque enim natura non differt operādo, cum in eo quod vsq̄, adhuc pater operatur, operatur & filius: ne qui Dominus sabbati est, Dominus est enim sabbati filius hominis, impiè operari sabbato crederetur, cuius opus per natuuitatis naturam paterni in se operis esset autoritas. Non confunditur itaque ut aboletur natura, ne sit filius: nec tamen rursum admittitur natura, ne Deo sit. Nec discernatur diuersitate ne vnū sint: neque quod vnū sunt, id potest præstare, ne vterque sit. Et primū filium cognosce, cum dicitur: Non potest filius à se facere quicquā, nisi quod viderit patrem facientē. Habes natuuitatem filij, quæ ab se nihil potest facere, nisi videat. In eo autem quod à se nihil potest, innascibilitatis admittit errorem. Ab se enim non potest posse natuuitas. Quod autem videt conscientia in se naturæ significatur agnitio: & in eo nūc verè Dei cognosce naturam. Quæcunque enim ille facit, eadem & filius facit similiter. Per naturæ autem virtutem, naturæ per id indissimilis in tellige vnitatem: vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, qui misit illū. Ac ne te naturæ vnitas in solitarij vnione contineat, sacramentum in eo fidei discite: Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Conclusa sunt omnia aduersum heretici furoris ingenia. Filius est, quia à se nihil potest: Deus est, quia quæcunque pater fecit, & ipse eadem facit: num sunt, quia exæquatur in honore, & eadē facit, non alia. Nō est pater ipse, quia missus est. Habet igitur hoc sacramēti sola natuuitas, vt complectatur in se & nomen, & naturam, & potestatem, & professionem: quia vniuersa natuuitas non potest, non in ea esse natura, vnde nascitur. Non affert externi generis substantiam, quia ex vno non subsistit alienum. Quod autem alienum à se non est,

lunatē sstiat.

Opus patris, & opus filij, vnum opus Dei est. Ioh. 3. & 9. Luc. 6.

Io. 10. IO.

Ibid.

Io. 10. IO.

Manus patris est manus filij, & contraria.

non est, id vnum est genere naturæ, & quicquid vnum est per natuuitatem, non habet solitudinem: quia & solitudo singularis est, & natuuitatis est vnitas ad vtrumque. Et super hoc afficit sibi diuinæ de se sententię testimonium. Ait enim: Qui sunt ex ouibus meis, vocem meam audiunt, & ego noui eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in sempiternum, nec quisquam rapiet eas de manu mea. Pater quod dedit mihi, maius est omnibus; & nemo poterit rapere de manu patris mei. Et ego & pater vnū sumus. Quis, rogo, intelligentiam nostram stupor hebetis mentis obtundit, vt hæc in sensum nostrum tam absolute dicta non subeant? Aut quis infirmitatē humanā tumor animi insolentis illudit, vt Dei cognitionē ex his adepti, Deum putent non in his intelligendum esse quibus cognitus est? Aut enim alia sunt Euāgelia proferenda quæ doceant: aut si de Deo sola ista docuerunt, quur non ita credimur vt docemur? Quod si ex his tantum sumpta cognitio est, cur non exinde fides sit vnde cognitio? Sed cum fides cognitioni esse aduersa detegitur, iam non cognitionis fides illa, sed criminis est: irreligiosam sibi fidem aduersum religionē confessæ cognitionis assumēs. Vnigenitus igitur Deus naturæ in se suæ conscius, natuuitatis propria inenarrabile sacramētū, ad fidei nostræ confessionē, quanta potest verborum absolute significatione: vt & natus intelligatur, & in Dei natura esse credatur, & cum patre vnum sit, & vnum sit profitendo cum patre, non tamen vt vnus solus tantum, atque ipse pater intellectus, amittat, esse quod filius est. Testatur enim primum naturæ virtutem, cum de ouibus suis ait: Nec quisquam rapiet eas de manu mea. Conscie potestatis hæc vox est: imperturbata virtutis libertatem, per id quod nemo oues de manu sua abripiat, confiteri. At verò vt in natura licet Dei, naturæ tamen ex Deo sit intelligenda natuuitas, subiicit: Pater quod dedit mihi, maius est omnibus. Non occultat ex patre esse se natum: quod enim à patre accepit, maius est omnibus. Et quia accepit, est in eo quod accepit nascendo, non postea tamen ex alio est, dum accepit. Sed qui ex alio accepit, ne aliud quid potius & non in eius intelligeretur natura, à quo accepit exire, ait: Nemo poterit rapere de manu patris mei. De manu sua nemo rapit: quia à patre, quod est omnibus maius, accepit. Quid sibi vult tam diuersa professio, vt rursum de manu patris sui nemo rapiat? Filij manus est, quæ accepit à patre. Patris manus est, quæ dedit filio. Et quomodo quod non rapitur de manu filij, non rapitur de manu patris? Quomodo si quæris, intellige: Ego & pater vnum sumus. Manus filij, manus patris est. Non enim degenerat per natuuitatem natura, ne eadem sit: neque rursum quia eadem est, intelligentiam natuuitatis offendit, quia natuuitas nihil in se admittit alienum. Vt verò per corporalem significationem virtutē possis eiuſdem nosse naturæ, commemorata est filij manus manus patris, quia natura & virtus patris est etiam in filio. Postremò vt per sacramentum natuuitatis veritatem naturæ indifferentis agnosceres, dictum est: Ego & pater vnum sumus: vt quod vnum sunt, nec diuersum, nec solitariū crederetur, non alia in vtroque per natuuitatis & generationis proprietatem existente natura. Manet, quantum intelligi licet, mentium vāsanarum voluntas, cessante licet voluntatis effectu: & malignum animum malevolentie studium absistente mali operis occasione non deserit. Nunc enim hæreticorum furor iam Dominum in cælis se-

dētē quia exemplo Iudæorum in crucem agere non possunt, pari tamen infidelitate hoc eum quod est, denegant: & cum non possint negare quæ dicta sunt, tamen dictis non obediētes, odium impietatis exercent verborum lapides iniiciūt, & si possent, de throno eum suo in crucem retraherent. Et de Iudæis quidem ad dicti huius nouitatem commotis, ita scribitur: Tulerunt igitur lapides Iudæi, vt eum lapidaret. Respondit eis: Multa bona opera ostendi vobis à patre, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt autem ei Iudæi: Pro bono opere non lapidamus te, sed pro blasphemia, & quia tu cum sis homo, facis te Deum. At tu verò heretice, quid agas ac profitearis agnosce, & eorum te intellige esse confortem, quorum in te refers præfidia exemplum. Ad id enim quod dictum est: Ego & pater vnum sumus, Iudæi lapides eleuauerunt, & eorum impius dolor ad sacramentum fidei salutaris impatiens, vsq̄ue ad impetum inferendæ mortis erupit. Quid tu non habendo quem lapides, negando minus efficis? Non differt voluntas, sed voluntatem tuam inefficacem esse celestis thronus efficit. Quanto tu irreligiosior Iudæo? Lapidet ille in corpus eleuat, tu in spiritum: ille in hominem vt putabat, tu in Deum: ille in diuersantem in terris, tu in throno virtutis sedentem: ille in ignoratum, tu in confessum: Ille in moriturum, tu in iudicem seculorū. Ille dicit, cum sis homo: tu dicis, cum sis creatura: vterque autem dicitis: Facis te Deum, hoc commune in eum impij veltri oris opprobrium est. Negas enim Deum ex generatione Dei, negas filium ex natuuitatis veritate. Negas hoc quod ego & pater vnū sumus, confessionem vnus in vtroque atque consimilis esse naturæ. Subiicis substantiæ nouæ, & externæ, & alienæ Deum: vt aut alterius generis Deus sit, aut omnino nec Deus sit, quia non ex Dei natuuitate subsistat. Sed quia ad sacramentum dicti huius commotus es: Ego & pater vnum sumus, vt Iudæo dicente: Cum sis homo, facis te Deum: tu pari impietate, dicas, cum sis creatura facis te Deum. Dicis enim, non es filius ex natuuitate, non es Deus ex veritate. Creatura es præstantior cunctis, sed non es in Deum natus quia ex incorporali Deo non natuuitatem admitto naturæ. Non modò tu & pater non vnum estis: sed nec filius es, nec Deus es. Iudæis quidem Dominus respondit, sed magis ad impietatem tuam omnis hæc apta responsio est. Nōne scriptum est in lege: Quoniam ego dixi, dii estis? Si ergo illos dixit deos, ad quos verbum factum est Dei, & non potest solui scriptura, Quæmpiter sanctificauit & misit in hunc mundum, vos dicitis, quia blasphemauit, quoniam dixi: Filius Dei sum? Si nō facio opera patris, nolite credere mihi: si autem facio, & mihi non vultis credere, operibus credite, vt sciatis & cognoscatis, quoniam pater in me est, & ego in patre. Causam responsionis causa obiectæ ei blasphemie intulit. Id enim ad crimem deputabatur, quod se cum homo esset Deum faceret. Deū autem se facere per id arguebatur quod dixisset: Ego & pater vnum sumus. Demonstraturus itaque hoc, quod ipse & pater vnum essent, ex natuuitatis vsurpatum esse naturam: in eo primum ineptiam ridiculi opprobrij confutat, cur in reatum vocaretur, quod se cum homo esset, Deum faceret. Cum enim lex huius nominis appellationem sanctis hominibus decerneret, & sermo Dei indissolubilis confirmaret hanc imperiti nominis professionem: quomodo hic quem pater sanctificasset, & quem in hunc mundum misisset,

Io. 10. IO.

Ibid.

blasphemus esset, Dei se filium confitendo: cum cognominatos per legem deos, indissolubilis Dei sermo statuisset? Iam ergo non est criminis, quod se Deum cum homo sit, faciat: cum eos qui homines sint, lex deos dixerit. Et si à cæteris hominibus non irreligiosa huius nominis est vsurpatio, ab eo homine quem pater sanctificauit (omnis enim hic de homine respõsio est, quia Dei filius etiam hominis filius est) non impudenter vsurpari videtur, quod Dei se filium dixerit, cum præcellat cæteros, qui cognominare se non religiose deos possunt, per id quod sanctificatus in filium est: beato Paulo scientiam nobis sanctificationis istius intimante, cum ait: Qui antè promisit per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei de semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Cessat ergo blasphemie crimen, quod cum sit homo, Deum se faciat: cum hoc nomen plurimis Dei sermo detulerit, & sanctificatus ac missus à patre, nihil aliud se quàm Dei filium sit professus. Non est relictus, vt arbitror, ambigendi locus, quin de natura natiuitatis dictum sit: Ego & pater vnum sumus. Nam cum Iudæi arguissent illum, quod per hoc dictum, homo ipse cum esset, se se Deum faceret: responsio eius confirmat, quod Dei se filium per id quod, Ego & pater vnum sumus, ostenderit, primum nomine, deinde natura, postremò natiuitate. Nam ego & pater, rerum nomina sunt: vnũ verò, naturæ professio est, quia in eo quod est, vterque non differat: sumus autem, non patitur vnionem: Et vbi quod sumus, vnio non est, vnum eos efficit esse natiuitas: hoc enim totum ex eo est, quod Dei se filium sanctificatus à patre proficitur, & professio Dei filij hoc quod ego & pater vnum sumus cõfirmat, quia natiuitas non aliam possit nisi eam ex qua subsistit, afferre naturã. Consummauit autem totius fidei nostræ sacramentum vnigeniti Dei sermo. Namque cum responsum ad id fuisset, cur se cum homo esset, Deum faceret, vt dictum illud: Ego & pater vnum sumus, absolutæ & perfectæ intelligentiæ ordinem sumeret, hæc consequenter subiecit: Vos dicitis quia blasphemauit, quoniam dixi, Filius Dei sum. Si non facio opera patris, nolite credere mihi: si autem facio, & mihi non vultis credere, operibus credite, vt sciat, & cognoscatis, quoniam pater in me est, & ego in patre. In frenis audaciæ est desperata iam per conscientiam salus, & extra pudorem est professã omnis impietas. Nam iam quisquis nec erubescit stultitiã, vbi perdidit religionem: ei contradicere, amentia potius quàm ignoratio est. Dominus dixerat: Ego & pater vnum sumus. Natiuitatis hoc sacramentum est, vt pater & filius in vnitæte naturæ sint. Et quia naturæ præsumptio vocaretur in crimen, præsumendi ratio docetur ex causã. Ait enim: Si non facio opera patris, nolite credere mihi. Si non opera patris facit, non credendum ei est profitemi Dei esse se filium. Non habet ergo natiuitas nouam externamque naturam, quia per id filius esse credendus est, quod opera patris efficiat. Quid hic adoptio, quid indulgentia nominis loci inuenit, ne ex natura Dei filius sit, cù Dei filius ex naturæ paternæ operibus credendus sit? Non exæquatur ac similis est Deo creatura, neque ei naturæ alienæ potestas comparatur. Sola ei natiuitas filij non improprie per similitudinem creditur æqualis. Nam quicquid extra eum est, cum contumelia ei honorate virtutis æquabitur. Si enim aliquid quod nõ ex ipso est, reperiri potest simile ei, ac virtutis eiusdem:

Rom. I.

Ioan. IO.

Pater et filius sunt nomina veru, sed vnu est natura professio.

Facere opera Dei non potest conuenire creaturæ.

amisit priuilegium Dei sub consortio cõequalis, iam non erit Deus vnus, à quo indifferens sit Deus alius. At verò non habet contumeliam proprietatis æqualitatis, quia suũ est quod sui simile est: & ex se est, quod sibi ad similitudinẽ comparatur: nec extra se est quæ sua sunt potest: & profectus dignitatis est, genuisse potestatem, nec alienasse naturam. Opera patris efficit filius, & per id credi se Dei filium postulat. Non est præsumptio arrogans, quæ probari se non nisi ex his quæ gerat possit. Gerere autem se non sua, sed quæ patris sunt testatur, ne per magnificentiam & gestorum naturæ natiuitas auferatur. Et quia sub sacramento assumpti corporis, & nati ex Maria hominis, Dei filius non intelligebatur, fides nobis intimatur ex gestis cum ait: Si autem facio, & mihi non vultis credere, operibus credite. Credi sibi primum quod Dei filius sit, nisi ex operibus patris quæ ipse efficit, non vult. Quod si facit opera, & per humilitatem corporis fide professionis indignus est, operum fident postulat. Cur enim sacramentum nati hominis, intelligentiam diuinæ natiuitatis impediatur, cù diuina natiuitas omne opus suum, sub mysterio assumpti hominis exequatur? Si igitur homini per opera nõ creditur quod Dei filius sit, credatur operibus quod Dei filij sint: quia negari quod Dei sint, non possunt. Omne enim in se filius Dei habet nascendo, quod Dei est, & idcirco opus filij, opus patris est: quia natiuitas nec extra naturam eam est ex qua emanat, & naturam eam in se habet vnde subsistit. Faciens igitur opera patris, & postulans, vt si sibi non crederetur, vel operibus ipsis crederetur: demonstrare debuit quid esset operibus credendum, nempe quod sequitur: Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt sciat, & cognoscatis, quoniam pater in me, & ego in eo. Hoc est illud: Dei filius sum. hoc est illud: Ego & pater vnum sumus. hæc natiuitatis natura, hoc salutaris fidei sacramentum, non diuidere quod vnum sunt, nec natiuitatis adimere naturã, & ex viuente Deo viuents Dei veritatem confiteri. Non enim ex compositis atque inanimis deus qui vita est, subsistit. Neque qui virtus est, ex infirmioribus continetur: neque qui lux est, ex obscuris coaptatur: neque qui spiritus est, ex disparibus formabilis est. Totũ in eo quod est, vnu est. Vt quod spiritus est, & lux & virtus & vita sit: & quod vita est, & lux & virtus & spiritus sit. Nã qui ait: Ego sum, & non demutor: nõ demutatur ex partibus, nec sit diuersus ex genere. Hęc enim quæ superius significata sunt, nõ ex partibus in eo sunt, sed totũ hoc in eo vnũ & perfectũ omnia Deo viuens est. Viuens igitur Deus, & æterna naturæ viuents potestas est: & quod cù sacramento scientiæ suæ ex eo nascitur, nõ potuit aliud natũ esse quã viuens. Nã cũ ait: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, docuit vitã in se per viuentem patrem inesse. Deinde cũ dicit: Sicut enim pater habet vitã in semetipso, sic & filio dedit vitã habere in semetipso, oĩa viua sua ex viuente testatur est. Quod autẽ ex viuo viuũ natũ est habet natiuitatis profectũ sine nouitate naturæ. Nõ enim nouũ est, quod ex viuo generatur in viuum, quia nec ex nihilo ad natiuitatẽ vita quæ sita est, & vita quæ natiuitatem sumit ex vita, necesse est per naturæ vnitatem, & perfectã atque inenarrandã natiuitatis sacramentum, vt & in viuente viuatur, & in se habeat vitam viuẽtem. Admonuisse nos in exordio sermonis nostri meminimus, humanas comparationes diuinis nõ satisfacere exẽplis: tamen pro patre intelligentiã nostrã sensum formis corporalibus erudiri. Humanæ natiuitatis conscientiam

Ioan. IO.

Matth. 3.

Ioan. 6.

Ibid. 5.

Quomodo homo generatus manet in patre gignente.

Virtus his ad fidei intelligentiã non Dei dignitatem.

Ioan. 3.

conscientiam consulo, vtrum non intra patres maneat origo nascentium. Nam tamen illa inanima ac turpia, quibus nascendi causæ incoantur, in hominem alterum effluant, per naturã tamen virtutem intra se inuicem manent: dum & per datam à se naturam eiusdem originem nascentem sequitur ille qui gignit, & per acceptam natiuitatem cuius virtus & si deriuatur, non tamen aufertur, in gignente se manet ille qui nascitur. Et hoc quidem tantum ad humanã natiuitatis intelligentiam commemoratum à nobis sit, non etiam ad perfectum in vnigenito Deo natiuitatis exemplum: quia naturæ humanæ infirmitas ad disparibus comparatur, & exanimis continetur ex vita: nec statim in eã quod gignitur viuunt, neque totum viuunt ex vita, cum in ea multa sint, quæ sine naturæ suæ sensu cum exereuerint defecuntur. In Deo verò totum quod est, viuunt. Deus enim vita est, & ex vita non potest quicquam esse nisi viuum. Neque ex deriuatione, sed ex virtute natiuitas est. Ac sic dum totum quod est viuunt, & dum totum quod ex eo nascitur, virtus est. habet natiuitatem, non habet demutationem, & imperit profectum, nec amittit naturam: dum & natiuitatem quam dedit, per indiscretã naturæ similitudinem sequitur, & natiuitas eam quæ viuens ex viuente est, naturam nascendo non deserit. Affert autẽ pro parte fidei huius significationem, ignis in se ignem habens, & in igni ignis manens. Nam cum sit in eo splendor luminis, naturæ calor, virtus vrendi, mobilitas ætuanandi, totum tamen ignis est. Et hæc vniuersa, vna natura est. Habet quidem ex infirmitate quod per materiam subsistit ac viuunt, & cum ea per quem vixerat deficit. Sed hoc quod incomparabile Dei est, ex comparationum parte cognoscimus: vt non incredibile in Deo sit, quod pro parte aliqua in terrenis reperitur elementis. Quæro itaque nunc vtrum diuisio ac separatio sit, cum ignis ex igne est. Aut nunquid absconditur natura ne maneat, aut non sequitur natura ne in sit, cum accenso lumine ex lumine per quenquam quasi natiuitatis profectum nature nulla defecio sit, & tamẽ sit lumẽ ex lumine? Aut nunquid hoc nõ manet in eo, quod ex sese sine defecioe subsistit? Aut non hoc inest in eo vnde non recisum est, sed cũ vnitæte substantiæ naturalis exiuit? Et quæro an non vnũ sint, cum lumẽ ex lumine nec diuisione separabile sit, nec genere naturæ? Et hæc, vt dixi, ad intelligentiam fidei tantũ cõparata sint, non etiam ad Dei dignitatẽ: vt nos potius intelligentiã inuisibilitũ ex cõparabilibus sumeremus, non vtique non aliquod naturæ Dei satisficeret cõparationis exẽplum, cum dignum & iustum esset testanti de se Deo credere. Sed quia simpliciorum fidem feror hæreticus turbaret, vt id de Deo credi nõ oporteret quod difficile, nisi per corpoream cõparationem possit intelligi: idcirco secundum illud iam etiam superius memoratum à nobis Domini dictum: Quod de carne nascitur, caro est: quod autem de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est: vile existimauimus hæc pro patre inferere cõparationis exemplã, ne mentiri de professione sua existimaretur, cum diuinæ nobis professionis intelligentiam ex aliquo naturalia creaturarum exempla præstarent. Igitur ex viuente Deo patre viuens Dei filius, & ex Deo Deus, & naturæ inseparabilis atque indissimilis vnitatem & sacramentum natiuitatis ostendens, ait: Ego & pater vnum sumus. Et quia calumnia dicti tanquã insolentis existeret, vt conscientiã potius naturæ demonstraret in dicto, subiecit: Dicitis quia blasphemauit, quoniam dixi: Filius Dei sum,

vnitatẽ naturæ ex natiuitate esse contestans. At verò vt natiuitatis fidẽ professio absoluta firmaret, nec naturæ tamẽ afferret natiuitas professã dissidiũ, hanc totius respõsionis suæ tenuit absolutionẽ: Operibus credite, quoniam pater in me, & ego in patre. Quid hic non naturale ac proprium sub sacramento natiuitatis ostensum est? Insunt sibi inuicem, nondum est nisi ex patre natiuitas, dũ in Deum alterum natura, vel exterior, vel dissimilis non subsistit, dũ Deus ex Deo manens, non est aliunde quod Deus est. Infer duos, si occasio patet, fidei ecclesiæ deos. Aut solitarium Deum, vel falsã saltem ementire ratione: filium si potes, à patre absque natiuitatis tantum confessã veritate discernere. Filius in patre est & in filio pater, non per transfusionem refusionemque mutuam, sed per viuents naturæ perfectã natiuitatẽ. Ita in Deo patre & in filio neque duos connumerabis deos, quia vnum vterque sunt neque singularem prædicabis, quia vterque non vnus est. Nõ habet igitur fides Apostolica duos deos, quia nec duos patres habet, nec duos filios. Confitendo patrem confessã filium est: credens in filium credit & in patrem, quia & nomen patris habet in se filij nomen. Non enim nisi per filium pater est: & significatio filij, demonstratio patris est, quia non nisi ex patre sit filius. In vnus itaque confessione non vnus est: dum & patrem consummat filius, & filij ex patre natiuitas est. Non demutamur autem per natiuitatem naturã, ne secundum similitudinem generis sui eadẽ sit. Eadem autem ita est, vt per natiuitatem & generationem vterque potius vnum confitendus sit esse, non vnus. Duos itaque prædicet deos, qui potest vnũ prædicare sine vno: aut singularem Deum deum docere, qui possit negare vnum vni per naturæ virtutem, & per sacramentum generationis & natiuitatis nõ in esse. Naturam quoque disparẽ diuersamque deputet ad vtrumque, qui nesciat patrem & filium quod vnus sint, prædicatos. Deleant hæretici Euangelicam filij de se professionem: Ego in patre, & pater in me: & Ego & pater vnum sumus: vt possint vel duos deos prædicare vel solum. Non sunt naturarum significationes in naturæ vnus proprietate, nec duos deos Dei ex Deo veritas perficit, nec singularẽ Deum Dei patitur natiuitas, nec non vnum sunt, qui in inuicem sunt. In inuicem autem sunt, cum vnus ex vno est: quia neque vnus vni aliud per generationem quàm quod suum est dedit, neque vnus ab vno aliud per natiuitatem obtinet quàm vnus. Apostolica igitur fides, siue patrem prædicabit, prædicabit Deum vnum, siue filium confitebitur, confitebitur Deum vnum: quia eadem atque indissimilis Dei natura sit in vtroque, quod dũ & pater Deus & filius Deus est, & vnũ sit naturæ nomen vtrisque, vnum vtrumque significat. Nam ex Deo Deus, vel in Deo Deus, nec duos deos perficit, cũ vnus ex vno in naturæ nomine vnus maneat. Nec in solitarium Deum deficit, cum vnus et vnus in significatione non solus sit. Non incertam aut dubiam Dominus tanti sacramenti doctrinã reliquit, nec nos in ambiguitate intelligentiæ deseruit errore. Et audiamus eum omnem fidei huius cognitionem apostolis reuelantem, ait enim: Ego sum via & veritas & vita. nemo venit ad patrem nisi per me. Si scitis me, & patrem mecum scitis: & amodò scietis eum & vidistis eum. Ait illi Philippus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis: Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me Philippe? qui videt me, videt & patrem. quo modo tu dicis, ostende non

Filius in patre est & in filio pater, non per transfusionem refusionemque mutuam, sed per viuents naturæ perfectã natiuitatẽ.

Pater & filius vnum sunt, non vnus.

Ioan. 14.

bis patrem? Non credis mihi, quoniam ego in patre, & pater in me est? Verba que ego loquor vobis, non à me loquor, sed pater qui in me manet, ipse facit opera sua. Credite mihi, quoniam ego in patre, & pater in me est. Sin autem, vel propter opera ipsa credite. Non nos in erratica atque in inuia deducit ille qui via est, neque illud per falsam qui veritas est, neque in mortis relinquit errore qui vita est. Et quia hæc benigna ad salutem nostram dispensationis sue nomina ipse constituit, vt nos tanquam via in veritatem deduceret, & veritas constitueret in vita: cognoscendum est, quod illud obtinendæ vitæ sacramentum esse demonstrarit. Nemo venit ad patrem nisi per me. Iter ad patrem per filium est. Et quæredum est vtrum hoc per doctrinam admonitionem, an per naturam fidem sit: quia videri possumus per doctrinam filij potius ad patrem, quam per confessionem paternam in eo diuinitatis venire. Intelligentiæ igitur sensum in consequentibus requiramus. Non enim fides ex arbitrio nostro, sed ex dictorum est inuenda virtutibus, nam hoc sequitur: Si scitis me, & patrem meum scitis. Homo Iesus Christus cernitur. Et quomodo si ipse cognitus sit, erit cognitus pater, cum naturæ suæ, id est, hominis in eo habitum Apostoli recognoscant: & liber à corporali Deo carne, non in hac corporalis carnis infirmitate noscendus sit? Sed in sacramento assumpti corporis diuinitatis paternam naturam in se Dominus confirmans, hunc ordinem tenuit: Si scitis me, & patrem meum scitis, & amodò scietis eum, & vidistis eum. Tempus visionis separauit à tempore cognitionis. Nam quem cognoscendum ait, eundem iam dixit & visum: vt naturam iam pridem in se conspexit scientiam ex tempore nunc huius reuelationis acciperent. Sed commouit Apostolum Philippum nouitas dictorum. Homo cernitur, Dei se filium confitetur, cognito se cognoscendum patrem fatetur. Patrem visum se viso dicit, & per id cognoscendum esse quia visus sit. Humani istud animi infirmitas non capit, nec fidem sumit tam diuersarum rerum professio, vt qui tunc visus sit nunc cognoscendus sit, cum vidisse cognitio sit, vt si filius cognitus sit, & pater cognitus sit, cum cognitionem filij ipse secundum hominem corporalis & visus & tactus ingesserit: Cognitionem autem ex eo patris, ipsa illa differens ab eo conspecti hominis natura non præstet, & frequenter filius patrem à nemine visum esse testatus sit. Prorupit igitur Apostolica familiaritate & constantia Dominum interrogans Philippus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Non fides nunc periclitatur, sed ignorationis hic error est. Visum enim iam & amodò cognoscendum Dominus patrem dixerat, sed visum esse Apostolus non intellexerat. Denique non visum negauit, sed ostendi sibi rogauit. Neque ostensionem veluti corporalis contemplationis desiderauit, sed demonstrationem intelligendi eius qui visus est, postulauit. Filium enim hominis in habitu viderat, sed quomodo per id patrem viderit, nescit. Nam ad id quod dixerat, Domine ostende nobis patrem, vt ostensio illa intelligendi potius esset demonstratio quam videndi, subiecit: Et sufficit nobis. Non adempta est fides dicto, sed cognoscendi demonstratio est postulata, quæ sufficeret ad fidem dicti: quia per Domini professionem autoritas esset non incerta credendi. Hinc autem ostendendi patris petitio orta est, quia dictum esset visum esse, & per hoc noscendum esse, quia visus sit. Nec impudens erat ostensionem eius, qui visus est,

Quomodo intelligendum: Domine ostende nobis patrem.

postulare. Dominus itaque dictis Phiippi hæc reddidit: Tanto tempore vobiscum sum, & non nouistis me Philippe? Arguit Apostoli in cognoscendo se ignoracionem: quia superius se cognito, patrem quoque cognitum esse dixisset. Sed quid illud est quod queritur se tãto tempore cognitum non fuisse? Scilicet quia se cognito, paternam in se naturam esset intelligenda diuinitas. Cum enim ea quæ gereret propria Deo essent, calcare vndas, iubere ventis, intellecta demutatione vini, incrementoque panum cum gestorum fide gerere, fugare dæmones, morbos depellere, damna corporum rependere, emendare vitia natiuitatis, peccata dimittere, vitam mortuis reddere, & hæc agere carnalem, & Dei se filium inter ista profitentem, hinc querelæ omnis orta conquestio est, quod in sacramento natiuitatis humanæ gessisset hæc. In homine assumpto, Dei non intellecta natura est. Et idcirco arguens, cum hæc tanto tempore gereret, agnitus non fuisset: postulantibus vt sibi patrem ostenderet, ait: Qui me videt, videt & patrem. Non hic ille cõtemplationem corpoream, & visum oculorum carnalium significat, sed eorum de quibus dixerat: Non ne vos dicitis, quoniam adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & aspiciate regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Nec tempus patitur, nec albenitum ad messem regionum significatio permittit, aliquid terrenum hic & corporeum intelligi: sed ad perfectorum fructuum beatitudinem contuendam, intelligentiæ iussit oculos leuare vt nunc, dicens: Qui me videt, videt & patrem. Non enim hoc quod ex parte virginis carnale est, ad cõtemplandam in eo Dei formam & imaginem proficit, neque ad incorporalis Dei naturam videndam assumpti hominis species in exemplo est. Sed agnitus in eo Deus est, si quibus tamen ipse agnitus est, ex virtute naturæ: & intellectus Deus filius id præstat, vt intellectus & pater sit: dum ita imago est, vt non differat genere, sed significet autorem. Imagines autem cæteræ, ex diuersis metallis, aut fucis, aut generibus, aut artibus, reddunt eorum species, quorum sunt imagines instituta. Sed nunquid vt imagines veræ sint, exæquari possunt inanima viuentibus, & vel picta, vel sculpta, vel fusa natiuis? Filius autem patri non secundum hæc imago est: quia viuentis viuens imago est, & ex eo natus non habet naturam diuersitatem, & in nullo diuersus tenet naturam eius in qua nõ diuersus est, potestatem. Quod ergo imago est, eò proficit, vt Deum patrem vnigeniti Dei significet natiuitas. Significet autem, vt forma & imago inuisibilis Dei, & per hoc nõ amittat naturam vnitam similitudinem, quia nec careat virtute naturæ, & hinc illud est: Tanto tempore vobiscum sum, & non nostis me Philippe? qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicitis, ostende nobis patrem? Non credis mihi quia ego in patre, & pater in me est? Non relictus est hominum eloquii de Dei rebus alius præter quam Dei sermo. Omnia reliqua & arcta & conclusa, & impedita sunt & obscura. Si quis aliis verbis demonstrare hoc, quam quibus à Deo dictum est vollet: aut ipse nõ intelligit, aut legentibus non intelligendum relinquit. Dominus dixit cum rogaretur, vt ostenderet patrem: Qui me videt, videt & patrem. Hoc demutare Antichristi est, hoc negare Iudæi est, hoc nescire gentilis est. Sed fortè intelligentiæ sensus in crimine sit: si in fide nostra vitium, si in dictis Dei residit obscuritas. Nam nec solitarii sermo significat, & indifferentè tamen naturam profectio docet. Visum enim in filio patrem,

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Non relictus est hominum eloquii de dei rebus alius præter quam Dei sermo.

trem, nec singularis potest esse, nec disparis: quia per hunc ille visus, neque non vnus sunt in sacramento professione, neque vnus. Et quæro quid significasse in eo Dominus creditur, cum dicit: Qui me videt, videt & patrem? Non tenes vnionem, vbi per coniunctionem ipsam paterni nominis significatur adiectio. Etenim cum dicitur, & patrem, exclusa est singularis atque vnici intelligentia. Et quid reliquum est, nisi vt per naturam vnitam similitudinem, pater per filium visus sit? Et ne hoc incertum nobis ad fidem relinqueretur, Dominus subiecit: Quomodo tu dicitis, ostende nobis patrem? Quæ enim ignorandi patrem aut ostendendi ignorantibus necessitas relinquebatur, cum pater in filio visus esset? Visus autem adeo est ex proprietate naturæ, dum ex indifferentia atque in genere veritatis vnum sunt natus & generans, vt hic Domini sermo sequeretur: Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Inseparabiles esse per naturalem similitudinem, patrem & filium, non possumus alijs verbis docere, nisi filij. Non enim hic per demutationem nominum atque specierum filius, qui via & veritas & vita est, mimis theatralibus ludit: vt in assumpto homine se filium Dei nuncupet, in natura verò Deum patrem, & vnus ac solus personali demutatione se nunc in alio mentiatur. Non itaque ipse solitarius, nunc sibi filius est, nunc se sibi proficitur in patrem, & naturam nomina infert cessante natura. Alia hic verborum simplicitas est: nam & pater pater est, & filius filius est. Sed in his nominibus ac rebus nihil nouum, nihil diuersum, nihilque peregrinum est. Tenet enim naturæ veritas proprietatem, vt quod ex Deo est, Deus sit, & nec demutatio sit natiuitas, nec diuersitas: dum & filius non in natura externam ac dissimilem patri Deo subsistit, nec pater alienum quid à se natiuitati vnigeniti acquirens, sed vniversa potius quæ sua sunt sine damno impertientis indulsit. Atque ita nec natura Dei caret, dum non aliunde quam ex Deo Deus est: nec à Deo differt, dum non aliud ipse quam Deus est: quia & natiuitas Dei consistit in filio, nec per natiuitatem Dei amittit ex se Dei natura quod Deus est. Pater igitur in filio est, & filius in patre, Deus in Deo. Nõ per duplicem conuenientium generum coniunctionem, neque per inuicem capacioris substantiæ naturam: quia per corporalem necessitatem exteriora fieri his quibus continentur, interiora non possunt, sed per natiuitatem viuentis ex viuente natura: dum res non differt, dum naturam Dei non degenerat natiuitas, dum non aliud aliquid quam in Deum ex Deo Deus nascitur: dum nihil in his nouum est, nihil alienum, nihil separabile: dum in patre & filio credere duos Deos impium est: dum patrem & filium singularem Deum prædicare sacrilegum est: dum Deum ex Deo quod in similitudine generis vnum sint negare, blasphemum est. Ac ne dubium hoc atque ambiguum sacramentum fides Euangelica susciperet, huc doctrinæ suæ Dominus ordinem tenuit: Non creditis mihi quoniam ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, non à me loquor, sed pater qui in me manet ipse facit opera sua. Quibus rogo aliis in patre & filio naturæ proprietates demonstrari quam his ipsis verbis potuit & potest, natiuitatis tamen in omnibus significatione prælatam? Cum enim ait: Verba quæ ego loquor vobis, non à me loquor: non exemit personam, neque se filium denegauit, nec naturam in se paternam virtutis abscondit. Nam dum loquitur, ipse, in substantia ma-

Quomodo pater in filio non tenet naturam aliud in alio.

Verba quæ ego loquor vobis, non à me loquor.

niens loquitur: dum autem nõ ab se loquitur, natiuitas in se Dei ex Deo patre restatur, ipse, inseparabilis ab eo atque indissimilis vnitate naturæ: quia quamuis ab eo loquatur, ipse tamè loquitur. Nam qui non à se loquitur, & tamen loquitur, non potest nõ esse dum loquitur: & dum non à se loquitur, ostendit non suum tantum esse quod loquitur. Subiecit enim: Sed pater qui in me manet, ipse facit opera sua. Manere in filio patrem, non est singularis atque vnici: Operari verò per filium patrem, non est differentis aut exteri. Sicuti non vnus est, non ab se loqui quæ loquitur, neque rursum alieni ac separabilis sit, loqui per loquentem: sed hoc eorum sacramentum est, qui vnum sunt, qui vterque non aliud sunt, qui per naturæ proprietatem in se sunt: quorum hæc vnitas est, vt loquens non à se loquatur, neque qui non à se loquitur, non loquatur. Et quia in se patrem & loqui & operari docuerat, perfectæ huius vnitatis fidem statuit, dicens: Sed pater qui in me manet, ipse facit opera sua. Credite mihi quia ego in patre, & pater in me. Sin autem, vel propter opera ipsa credite. Pater operatur in filio, sed & filij opus patris operatur. Ne ergo per virtutis efficientiam, & non per naturam, quæ secundum natiuitatem est, proprietatè, pater in filio & operari crederetur & loqui, ait: Credite mihi quoniam ego in patre, & pater in me est. Quid est istud rogo: Credite mihi? certè ad id refertur quod dictum est: Ostende nobis patrem. Fides confirmatur ex credendi præcepto, & ea fides qua patrem sibi ostendi poposcerat. Non enim suffecerat dixisse: Qui me videt, videt & patrem: nisi intelligentiam nostram eousque protenderet, vt cum patrem nosceremus in filio, filium tamen esse meminissimus in patre: ne transfusio potius alterius in alterum existimaretur, quam per generationem natiuitatemque vnitas eiusdem in vtroque naturæ. Credidi itaque sibi Dominus vult, ne fortè per assumpti hominis dispensationem fidei conscientia periclitaretur. Certè si quid afferat ambiguitatis caro & corpus & passio, vel operibus credatur, Deum in Deo esse, & ex Deo Deum esse, vnum eos esse, dum naturæ virtute vterque in se est, & neuter sine altero est: dum & pater nihil ex suis amittit in filio, filius totum sumit ex patre quod filius est. Non est corporalium naturarum ista conditio, vt insint sibi inuicem: vt subsistentis naturæ habeant perfectam vnitatem, vt manens vnigeniti natiuitas, à paternæ diuinitatis sit inseparabilis veritate. Vnigenito tantum istud Deo proprium est, & in sacramento veræ natiuitatis fides ista est, & spiritualis virtutis hoc opus est, nihil differre & esse & inesse. Inesse autem non aliud in alio, vt corpus in corpore: sed ita esse ac subsistere, vt in subsistente insit: ita verò inesse, vt & ipse subsistat. Nam vterque subsistens, per id non sine alio est, secundum generationem & natiuitatem subsistentis, natura non alia est. Hinc enim illud est: Ego & pater vnum sumus. & Qui me videt, videt & patrem. & Ego in patre, & pater in me. Quia non differt nec degenerat natiuitas, quia vnus in patre & filio diuinitatis sacramentum natiuitatis natura consummat, dum Dei filius non aliud quam Deus est. Et idcirco non in deos duos vnigeniti generatio deputatur: quia in Deum filius Dei nascens, naturam in se Dei se gignentis exhibuit.

Summa con- summatariū virtutū in episcopo sē- cundum Apostolū. Tit. 1.

Bonus pa- stor debet esse bonus et simul doctus.

Tit. 2.

2. Tim. 2.

Sapientia veritas est interdū sa- pere quæ no- lis.

EA TVS apostolus Paulus formam consti- tuendi episcopi fingens, & planè nouum ecclesiæ hominem præceptis suis condens, hanc veluti summam consummatariū in eo virtutum esse docuit dicens: Obtinentem secundum doctrinam fidei verbum, vt potēs sit exhortari ad doctrinam sanam, & contradicentes reuincere. Sūt enim multi non subditi, vaniloqui & seductores. Ita enim quæ propria disciplinæ ac morum sunt, ad sacerdotij meritum vtilia esse significat, si etiam hæc quæ ad docendæ ac tuendæ fidei scientiam necessaria sunt, inter reliqua non deerunt. Quia non statim boni atque vtilis sacerdotis est, aut tantummodo innocenter agere, tantummodo scienter prædicare: cum & innocēs sibi tantum proficiat, nisi doctus sit: & doctus sine doctrinæ sit autoritate, nisi innocens sit. Non enim Apostolicus sermo probitatis honestatisque præceptis hominem tantum seculo conformat ad vitā, neque rursus per doctrinæ scientiam scribam synagogæ instituit ad legem: sed perfectū ecclesiæ principem perfectis maximarum virtutum bonis instruit, vt & vita eius ornetur docendo, & doctrina viuendo. Denique ipsum illum ad quem ei sermo erat, Titum istiusmodi decreto cōsummādę religionis instruxit: In omnibus te ipsum bonorum factorum præbens exemplum, docentem cū veneratione verbum sanum, irreprehensibile, vt aduersarius reueretur, nihil habens turpe aut malum de nobis dicere. Nō ignorauit doctor hic gentium, & ex conscientia loquentis atque habitans in se Christi ecclesiæ electus magister, morbidi eloquij grassatura esse contagia, & aduersum sanitatem verborum fidelium desauturam doctrinæ pestiferæ corruptionem, quæ impiæ intelligentiæ suæ lucem vsque ad ipsam sedem animæ demergens, profundo serperet malo: Ex his enim ait, quorum sermo vt cancer serpit, latenti D semper subrepentię contagio sanitatem peruasæ mētis inficiens: ob quod sani sermonis in episcopo voluit esse doctrinam, fidei conscientiam, & exhortationum scientiam, aduersum impias & mendaces & vāsanas contradicōnes obnitentem. Multi enim sunt qui simulantes fidem non subditi sunt fidei, sibi que fidem ipsi potius cōstituunt, quàm accipiunt, sensu humanæ inanitatē inflati, dum quæ volunt sapiunt, & nolunt sapere quæ vera sunt: cū sapientiæ hæc veritas sit, ea interdum sapere quæ nolis. Sequitur verò hanc voluntatis sapientiam sermo stultitiæ: qua necesse est quod stultè sapitur, stultè & prædicetur. Iam verò stulta prædicatio quantum malum est audientium, E cum seducuntur in sententiam stultitiæ sub opinione sapientiæ? Et idcirco Apostolus hunc de his ordinem tenuit dicens: Sunt enim multi non subditi, vaniloqui, & seductores. Contradicendum itaque est, & impietati insolenti, & insolenti vaniloquæ, & vaniloquio seducenti: & contradicendum per doctrinæ sanitatem, per fidei veritatem, per verborum sinceritatem, vt & sanitas veritatis sit, & veritas sanitatis. Ac mihi quidem ea nunc commemorandæ huius sententiæ Apostolicæ sunt causæ, quia homines mēte peruersi, & professione fallaces, & spe inanes, & sermone viperi, cōtradicens nobis necessitatem imponunt: dum letales doctrinas, & morbidas intelligentias, & corruptas vo-

luntates, simplicitati audientium per speciem religionis insinuat: Id apud eos prætermissa Apostolicæ prædicationis sinceritate agentes, ne pater pater sit, ne filius filius sit, ne Deus Deus sit, ne fides fides sit. Quorum vāsanis mendaciis renitentes vsque eò iam sermonem responsionis nostræ extendimus, vt cū Deū & Deum & verum Deum in vero Deo demonstrafemus ex lege, tum deinde perfectam ac veram vnigeniti Dei natiuitatem ex Euangelicis atque Apostolicis doctrinis ostēderemus: postremò vt verum Deum Dei filium & indifferentis naturæ a patre, eodem prædicationis nostræ cursu doceremus: ita vt nec singularem Deum fides ecclesiæ, nec duos deos profiteretur, cū nec natiuitas Dei solitarium Deum fineret, nec natiuitas perfecta diuersarum naturarum nomina in diis duobus admitteret. Duplex autem nobis in refellendis eorum vaniloquiis cura est, vt primū quæ sunt sancta & perfecta & sana doceamus, neque sermo noster per deflexus quosdam atque anfractus oberrans, ex deuus atque erraticis cuniculis emergens, veritatem potius quærat quàm ostendat: tum deinde vt quæ ab illis inaniam ac fallaciam sententiarum argutiis ad speciem veri blandientis aptantur, ea ipsa conscientiæ omnium ridicula esse & inepta pandamus. Non enim sufficit nobis docuisse quæ pia sunt: nisi piissima ea esse per id intelligantur, dum quæ impia sunt refelluntur. Vt verò bonis & prudētibus viris naturæ ac studij est, totos se ad beatæ spei alicuius obtinendam, vel rem, vel tempus præparare, ne in aliquo minor sit expectatione prociñctus: ita istis hæretico furore amentibus solitudinis maximæ est, toto aduersus piæ fidei veritatem impietatis suæ ingenio laborare, vt aduersus eos qui religiosi sunt, vincat esse irreligiosi, & vltra spem vitæ nostræ, vitæ suæ desperatione potiores sint, & plus impendat cogitationis ad falsā, quàm nos doctrinæ aptamus ad verā. Piis enim fidei nostræ professio- nibus has impiæ perfidiæ suæ contradicōnes elaborauerunt, vt primū requirant, vtrum ne nobis in fide Deus vnus sit: deinde subiiciant, an etiam Christus Deus sit: postremò, an pater maior sit filio: vt cū audierint in professione Deum vnum, vtantur ea ad id, ne Christus Deus sit. Non enim de filio quærent an Deus sit, sed id tantum volunt de Christo interro- gando ne filius sit, vt simplici fidei hominem captan- tes, per vnus eum Dei fidem à Christi Dei confes- sione depellant, dum iam nō vnus Deus sit, si sit Deus confitendus & Christus. Iam verò hic quanta secularis ingenij subtilitate cōtendunt, cū dicunt: Si vnus est, quisquis ille alius videbitur esse, iam non erit. Quod si alius est, iam vnus hic non erit: cū natura non sinat, vt vbi alius est, ibi vnus sit: aut vbi sit vnus, ibi alius sit. Dehinc cū facilitatem credentis atque audietis, arte subdolæ huius assertionis eluserint, tum id tanquā iam faciliore via obtineant, vt Deus Christus ex nomine potius quàm ex natura sit, quia hoc generale in eo nomen in nullo eam quæ vera sola est, vnus Dei fidem destruat, & per hoc pater filio maior sit, quia differente natura, cū non nisi Deus vnus est, maior pater sit proprietate naturæ: sitque hic nuncupatus filius, & creatio ex Dei voluntate subsistens, quia & minor pater sit, & Deus non sit, quia Deus vnus Deum alium esse non patitur. Et qui minor est, necesse est vt naturæ ab eo, qui se est maior, alienæ sit. Et hic quidem quæ ridiculi in eo sunt præscriben- tes Deo, cū afferunt, ex vno nasci nihil posse, quia vniuersarum rerum ex duorum coniunctione natiui- tas est.

Interrogatio- nes hæreticorum cū suis obiectis nibus, quod filius nō est Deus.

Communis sensus dicit quod vnus sunt in natura, quæ eadē nomi- na habent naturarū. Ioan. 10.

Act. 4.

1. Cor. 3.

Ioan. 17.

ras est. Deum autem indemutabilem nullam ex se natiuitatem tribuere posse nascenti: quia nec accessioni id quod non demutatur obnoxium sit, nec solitarij atque vnus natura id in se habeat conditionis, vt generet. Nos autem Euangelicam atque Apostolicā fidem doctrinis spiritualibus assecuti, & beatę eternitatis spēs in patris & filij cōfessione sectantes, demonstratio Dei & Dei ex lege sacramento, neque vnus Dei fidem excedentes, neque non & Deum Christum prædicantes, hunc ex Euangelicis responsionis ordinem sum- psumus, vt veram ex Deo patre natiuitatem vnigeniti Dei doceremus, quia per eam & Deus verus esset, neque à natura vnus Dei veri esset alienus: ac sic neque Deus negari posset, neque ipse alius Deus dici: quia & Deum natiuitas præstat, & natura in eo vnus Dei ex Deo, eum in Deum alterum non separaret. Et quan- quam ad id nos communis intelligentiæ sensus impelleret, ne in natura eadem naturarum nomina conuenirent, & non vnus essent, quibus id quod sunt nō differret in genere: tamen ipsis hoc Domini nunc professio- nibus placuit ostendi, qui cū frequenter fidei ad spei nostræ Deum vnum intinisset, vt sacramentū vnus Dei se quoque Deo professo probatōq; firmaret, dixit: Ego & pater vnus sumus. Si scitis me, scitis & patrem meum. Et qui me videt, videt & patrem. Et pater qui in me manet, ipse facit opera sua. Et credite mihi, quia pater in me, & ego in patre. Sin autē, vel propter opera credite. Natiuitatem suam in nomine patris expressit, cognosci patrem in se cognito docet. Vnitatem naturæ fatetur, cū pater in se visō videtur. Inseparabilem se à patre testatur, cū in manente in se manet pater. Fiduciam conscientiæ tenet, cū his dictis suis credi postulat ex operatione virtutis. Atque ita in hac perfectæ natiuitatis beatissima fide, vicium omne & dūm deorum, & Dei singularis extinguitur: cū qui vnum sunt, non sit vnus, & qui non vnus est, non tamen ab eo qui est, ita ex aliquo differat, vt vterque non vnum sint. Hæc igitur quia hæretici negare nō possunt, quippe cū sint tam absolūtè dicta atque intellecta: tamen stultissimo impie- tatis suæ mendacio negando corrumpunt. Id enim quod ait, Ego & pater vnus sumus, tentant ad vnanimitatis referre consensum, vt voluntatis in his vnitas sit, non naturæ: id est, vt non per id quod idē sunt, sed per id quod idem volūt, vnum sint. Et illud quod est in Actibus apostolorum, huic diffinitioni suæ aptant: Multitudinis autem credentium erat anima vna & cor vnum, vt animarū & cordium diuersitas in cor vnum atque animam vnā per conuenientiam eiusedā voluntatis vnitas sit. Vel illud quod ad Corinthios scribitur: Qui plantat autem & qui rigat, vnum sunt: vt non differente ministerio ad salutem, & in eiusdem sacramenti profectum, voluntatis sit vnitas in duobus. Vel id quod Dominus salutem crediturarum in se gentium à patre postulans, ait: Non pro his rogo tantum, sed & pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi sint in nobis: vt quia homines refundi in Deum non possunt, vel ipsi inuicem in vnum atque in discretum acervum coire, id quod vnum sunt, ex vnitate sit volūtatis, cū & omnes Deo placita agent, & ipsi non dissidentibus inter se animorum motibus coeant: atque ita vnum eos esse non natura efficiat, sed voluntas. Nescit sanè sapere, qui Deum nescit: & cū sapientia Christus sit, necesse est vt extra sapientiam sit, qui Christum aut ignorat,

aut odit: vt isti qui maiestatis Dominum, & regem seculorum, & vnigenitum Deum creaturam dei volunt potius esse quàm filiū: & cū stultè mentiantur, stultius tamen in defensione mendacij sui sapiunt. Dilata enim paululum etiam nunc ea, quæ in Deo patre, & in Deo filio est vnitatis proprietate, ex his ipsis quibus vtuntur refellendi sunt. Namque quorum anima & cor vnum omnium erat, quæro vtrum per fidē Dei vnum erat. Vtique per fidem: per eam enim anima vna & cor vnum omnium erat. Et interrogo, vtrum fides vna, an altera sit? Vna certè, etiam ipso Apostolo autore: vnā fidem sicuti vnum Dominum, & vnum baptisma, & vnā spem, & vnum Deum prædicante. Si ergo per fidem, id est per vnus fidei naturam vnum omnes erant: quomodo non naturalem in his intelligis vnitatem, qui per naturam vnus fidei vnum sunt? Omnes enim renati erant ad innocentiam, ad immortalitatem, ad cognitionem Dei, ad spem fidei. Et non possunt hæc sibi esse diuersa, quia & spes vna est, & Deus vnus est, sicuti & Dominus vnus est, & baptisma regenerationis vnum est. Si hæc assensu potius vnum sunt quàm natura: his quoque qui in hæc renati sunt, vnitatem voluntatis ascribe. Sin verò regenerati in vnus vitæ atque eternitatis naturā sunt, per quod anima eorum & cor vnum est: cessat in his assensus vnitas, qui vnum sunt in eiusdem regenera- tione naturæ. Non nostra loquimur, neque ad illudēdas audientium aures corrupto dīctorum sensu aliqua ex his ementita compingimus: sed sanæ doctrinæ formam tenentes, quæ sincera sunt sapimus & prædicamus. Docet enim Apostolus, ex natura sacramentorum esse hanc fidelium Dei vnitatem ad Galatas scribens: Quorū enim in Christo baptizati estis, Gal. 3. Christum inquitis. nō inest Iudæus neque Græcus, non inest seruus neque liber, non inest masculus neque femina, omnes enim vnum vos estis in Christo Iesu. Quod vnum sunt in tanta gentium, conditionū, sexuum diuersitate: nunquid ex assensu voluntatis est, aut ex sacramenti vnitate, quia his & baptisma sit vnum, & vnum Christum induti omnes sunt? Quid ergo hic animorum concordia faciet, cū per id vnū sint, quod vno Christo per naturam vnus baptisū induantur? Aut cū qui plantat & qui rigat, vnum sint, nunquid non per hoc vnum sunt, quia ipsis in vno baptismo renatis vna vnus regenerantis baptisimi dispensatio sit? Nunquid nō & idem agunt? nunquid non in vno vnum sunt? Itaque qui per rem eandem vnum sunt, natura etiam vnum sunt, non tantum voluntate: quia & ipsi res eadem effecti sunt, & eiusdem rei atque efficientiæ sunt ministri.

Quomodo intelligitur multitudinis credentium erat anima vna.

Gal. 3.

Qui plantat & qui rigat vnum sunt.

Ioan. 10.

vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vni sint, vt & ipsi sint in nobis. Extra Euangelica promissa sicut & ego in te, quisquis extra fidem eorum est, & impiæ intelligentiæ crimine spem simplicem perdidit. Habet enim non tam veniam quàm præmiū ignorare quod credas te.

Ioan. 17.

quia maximum stipendium fidei est, sperare quæ ne-
 scias: at verò vltimæ impietatis furor est, aut intelle-
 cta non credere, aut intelligentiam corrupisse creden-
 di. Sed licet ipsum intelligentiæ suæ sensum impietas
 demutat, non tamen potest intelligentia nõ extare di-
 ctorum. Dominus patrem orat, vt qui in se credituri
 sint, vnum sint, sicut ipse in patre est, & pater in eo est,
 ita omnes in his vnum sint. Quid hic æquanimitatem,
 quid per voluntatis assensum animæ & cordis vnita-
 tem introducis? Fuerat namque in verborum copia &
 proprietate, vt si voluntas vnum esse eos faceret, Do-
 minus ita precaretur: Pater sicut nos vnum volumus,
 ita & illi vnum velint, & vnum per concordiam simus
 omnes. Aut fortè qui verbum est, significationem ver-
 bi ignorauit? & qui veritas est, loqui vera nesciuit? &
 qui sapientia est, in stultiloquio errauit? & qui virtus
 est, in ea fuit infirmitate, ne posset eloqui quæ vellet
 intelligi? Loquutus planè ille est vera & sincera fidei
 Euangelicæ sacramenta. Neque solum loquutus est
 ad significationem: sed etiam ad fidem docuit, ita di-
 cens: Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego
 in te, vt & ipsi vnũ sint in nobis. Pro his primùm pre-
 catio est, de quibus dicitur: Vt omnes vnum sint: tum
 deinde vnitatis profectus exemplo vnitatis ostendi-
 tur, cum ait: Sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi
 vnum sint in nobis: vt sicut pater in filio & filius in pa-
 tre est, ita per huius vnitatis formam, in patre & filio
 vnum omnes essent. Sed quia soli patri & filio ex na-
 tura proprium est vt vnum sint, quia Deus ex Deo, &
 vnigenitus ex innascibili, non potest nisi in originis
 suæ esse natura: ita vt & in substantia natiuitatis suæ
 qui vnigenitus est, existat, neq; aliam ac diuersam di-
 uinitatis natiuitas habeat, quæ ex qua profecta est, ver-
 ritatem: nihil nobis ambiguum Dominus ad fidem re-
 linquens, absolutæ vnitatis huius toto consequenti
 sermone docuit naturam. Id enim sequitur: Vt & mû-
 dus credat, quia tu me misisti. Per id ergo mûdus cre-
 diturus est filiũ à patre missum esse, quod omnes qui
 credituri in eum sunt, vnum in patre & filio erunt: &
 quomodo erunt, mox docemur: Et ego honorẽ quẽ
 dedisti mihi, dedi eis. Et nunc interrogo, vtrũ id ipsum
 fit honor quod voluntas, cum voluntas motus men-
 tis sit: at verò honor naturæ, aut species, aut dignitas.
 Honorem ergo acceptum à patre, filius omnibus qui
 in se credituri sunt dedit, non vtrique voluntatẽ: quæ
 si data esset, non haberet fides præmium, cum fidem
 nobis necessitas affixæ voluntatis inferret. Accepti au-
 tem honoris datio, quod proficeret ostendit: Vt sint
 vnum, sicut & nos vnum sumus. Ob eam ergo causam
 acceptus honor datus est, vt omnes vnũ sint. Iam igitur
 vnum sunt omnes in honore, quia non alius quàm
 qui acceptus est honor datus est: neque ob aliud datus
 est, quàm vt omnes vnum essent. Et cum per honorẽ
 datum filio, & à filio præstitum credentibus, omnes
 vnum sint: quæro quomodo filius diuersi honoris à
 patre sit, cum credẽtes omnes honor filij ad vnitatem
 paterni honoris assumat? Et insolens quidem hic for-
 tẽ humanæ spei erit sermo, sed non erit infidelis: quia
 quamuis hoc sperare temerarium sit, tamen non cre-
 didisse irreligiosum est, vt idem atque vnus nobis &
 spei autor sit & fidei. Et de hoc quidẽ plenius & co-
 piofius suo, vt congruit, loco tractabimus. Interim ta-
 men etiam ex præfenti sermone neque inanis, neque
 temeraria esse hæc spes nostra intelligitur. Per acce-
 ptum igitur & datum honorem vnum omnes sunt.
 Fidem teneo, atque causam vnitatis accipio: sed non-

Ioan. 17.
Ibidem.

Ibidem.

adum apprehendo rationem, quomodo datus honor
 vnum omnes esse perficiat. Sed Dominus nihil fidelis
 conscientiæ incertum relinquens, ipsum illum natu-
 ralis efficientiẽ docuit effectum dicens: Vt sint vnum,
 sicut & nos vnum sumus: ego in his & tu in me, vt sint
 perfecti in vnum. Eos nunc qui inter patrem & filium
 voluntatis ingerunt vnitatem, interrogo vtrumne per
 naturæ veritatem hodie Christus in nobis sit, an per
 concordiam voluntatis? Si enim verè verbum caro fa-
 ctum est, & nos verè verbum carnem cibo Dominico
 sumimus: quomodo non naturaliter manere in nobis
 existimandus est, qui & naturam carnis nostræ iam in-
 separabilem sibi homo natus assumpsit, & naturam
 carnis suæ ad naturam æternitatis sub sacramento no-
 bis communicandæ carnis admiscuit? Ita enim omnes
 vnum sumus: quia & in Christo pater est, & Chri-
 stus in nobis est. Quisquis ergo naturaliter patrem in
 Christo negabit, neget prius non naturaliter vel se in
 Christo, vel Christum sibi inesse, quia in Christo
 pater, & Christus in nobis, vnum in his esse non fa-
 ciunt. Si verè igitur carnem corporis nostri Christus
 assumpsit, & verè homo ille, quia ex Maria natus fuit,
 Christus est, nõsque verè sub mysterio carnem corpo-
 ris sui sumimus, & per hoc vnum erimus, quia pa-
 ter in eo est, & ille in nobis: quomodo voluntatis vni-
 tas asferitur, cum naturalis per sacramentum proprie-
 tas, perfectæ sacramentum sit vnitatis? Non est huma-
 no aut seculi sensu in Dei rebus loquendum, neque
 per violentam atque impudentem prædicationẽ cœ-
 lestium dictorum sanitati alienæ, atque impiæ intel-
 ligentiæ extorquenda peruersitas est. Quæ scripta sunt
 legamus, & quæ legerimus intelligamus, & tunc per-
 fectæ fidei officio fungemur. De naturali enim in no-
 bis Christi veritate quæ dicimus, nisi ab eo discimus,
 stultè atque impiè dicimus. Ipse enim ait: Caro mea
 verè est esca, & sanguis meus verè est potus. Qui edit
 carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me ma-
 net, & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis non
 relictus est ambigendi locus: nunc enim & ipsius Do-
 mini professione & fide nostra verè caro est, & verè
 sanguis est. Et hæc accepta atque hausta id efficiunt,
 vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anne
 hoc veritas non est? Contingat planè his verum non
 esse, qui Christum Iesum verum esse Deum negant.
 Est ergo in nobis ipse per carnẽ, & sumus in eo: dum
 secum hoc quod nos sumus, in Deo est. Quod autem
 in eo per sacramentum communicatæ carnis & sangui-
 nis sumus, ipse testatur dicens: Et hic mundus iam me
 non videt, vos autem me videbitis, quoniam ego vi-
 uo, & vos viuẽtis, quoniam ego in patre meo, & vos
 in me, & ego in vobis. Si voluntatis tantum vnitatem
 intelligi vellet, cur gradum quandam atque ordinem
 consummandæ vnitatis exposuit: nisi vt cum ille in pa-
 tre per naturam diuinitatis esset, nos contra in eo per
 corporalẽ eius natiuitatem, & ille rursum in nobis per
 sacramentorum inesse mysterium crederetur? ac sic
 perfecta per mediatorem vnitatis doceretur, cum nobis
 in se manentibus ipse maneret in patre, & in patre ma-
 nens maneret in nobis, & ita ad vnitatem patris pro-
 ficeremus, cum qui in eo naturaliter secundum nati-
 uitatem inest, nos quoque in eo naturaliter inessemus,
 ipso in nobis naturaliter permanente. Quod autem in
 nobis naturalis hæc vnitatis sit, ipse ita testatus est: Qui
 edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me
 manet, & ego in eo. Non enim quis in eo erit, nisi in
 quo ipse fuerit: eius tantum in se assumptam habens
 carnem

Caro mea
verè est
esca, sanguis
meus verè
est potus.
Ioan. 6.

Ioan. 14.

Ibid. 6.

Quomodo
vniuit
Christi
suis per pa-
trem, &
nos vnum
per eius car-
nem.

Intellectus
huius, vt
et ipsi vnũ
sint in no-
bis.

carnem, qui suam sumpserit. Perfectæ autẽ huius vni-
 tatis sacramentum superius iam docuerat dicens: Sicut
 me misit viuens pater, & ego viuo per patrem: & qui
 manducauerit meam carnem, & ipse viuẽt per me. Vi-
 uit ergo per patrem: & quomodo per patrem viuẽt, eo-
 dem modo nos per carnẽ eius viuẽmus. Omnis enim
 comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur: vt
 id de quo agitur, secundum propositum exemplum
 assequamur. Hæc verò vitæ nostræ causa est, quod
 in nobis carnalibus manentem per carnem Christum
 habemus: victuris nobis per eum, ea conditione qua
 viuẽt ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secũdum
 carnem per eum viuimus, id est, naturam carnis suæ
 adepti: quomodo non naturaliter secũdum spirituam
 in se patrem habeat, cum viuat ipse per patrem? Per
 patrem autem viuẽt, dum natiuitas non alienam ei in-
 tulit diuersamque naturam, dum quod est, & ab eo
 est, nec tamen ab eo per aliquam incidentem naturæ
 dissimilitudinem separatur, dum in se habet patrem
 per natiuitatem in virtute naturæ. Hæc autem idcirco
 à nobis commemorata sunt, quia voluntatis tantum
 inter patrem & filium vnitatem hæretici mentientes,
 vnitatis nostræ ad Deum vtiebantur exemplo, tan-
 quam nobis ad filium & per filium ad patrem obse-
 quio tantum ac voluntate religionis vnitis, nulla per
 sacramentum carnis & sanguinis naturalis communio-
 nis proprietas indulgeretur: cum & per honorem no-
 bis datum Dei filij, & per manentem in nobis car-
 naliter filium, & in eo nobis corporaliter & insepa-
 rabiler vnitis, mysterium veræ ac naturalis vnitatis
 sit prædicandum. Responsum igitur à nobis est stulti-
 tiæ furentium, ad demonstrationem tantum inanis
 mendacij: ne imperitis fallerent vanæ ac ridiculæ al-
 fertionis errore. Cæterum fides Euangelica respon-
 sionis nostræ necessitate non eguit. Vnitatem nostram
 ad Deum Dominus pro nobis precatus est, suam verò
 obtinet ille, & in ea manet. Nec per sacramentum
 dispensationis vnum sunt, sed per naturæ natiuitatem,
 dum nihil in eo ex se Deus eum gignendo degenerat.
 Vnum sunt, dum quæ de manu eius non rapiuntur, nõ
 rapiuntur de manu patris: dum eo cognito pater co-
 gnitus est, dum eo viso pater visus est, dum quæ lo-
 quitur, pater in se manens loquitur, dum in operan-
 te se operatur pater, dum ipse in patre est, & pater in
 eo est. Hoc non præstat creatura, sed natiuitas: non
 efficit voluntas, sed potestas: non loquitur vnanimi-
 tas, sed natura. Quia non est vnum creari & nasci, ne-
 que velle id ipsum est quod & posse, neque concordare
 idem est quod manere. Non negamus igitur vnani-
 mitatem inter patrem & filium, nam hoc solent hæ-
 retici mentiri: vt cum solum concordiam ad vnani-
 mitatem non recipimus, discordes eos à nobis affir-
 mari loquantur. Sed audiant quàm à nobis vnanimi-
 tas non negetur. Vnum sunt pater & filius natura, ho-
 nore, virtute: nec natura eadem potest velle diuersa.
 Et audiant ad hoc naturæ sibi cum patre vnitatem fir-
 lium testantem, ait enim: Cum venerit aduocatus ille
 quem ego mittam vobis à patre, spiritũ veritatis, qui
 à patre meo procedit, ipse testificabitur de me. Ad-
 uocatus veniet, & hunc mittet filius à patre: & spi-
 ritus veritatis est, qui à patre procedit. Excusiat in-
 genij sui aculeos omniẽ hæreticorum schola: & qua-
 rat nunc, quod vel mentiri ab ignorantibus possit, &
 doceat quid sit hoc quod filius mittit à patre. Qui
 mittit, potestatem suam in eo quod mittit, ostendit: sed

Ioan. 15.

quod à patre mittit, quid intelligimus, vtrum acceptum
 ac dimissum aut genitum? Nam horum necesse est v-
 num aliquid significet, quod à patre missus est, &
 missus à patre est eum spiritum veritatis, qui à patre
 procedit. Iam ergo non est acceptio, vbi demonstrata
 processio est: superest vt cõfirmemus in eo sententiam
 nostram, vtrum in hoc consistentis egressionem, an
 geniti processionem existimemus. Neque in hoc nũc
 calumnior libertatẽ intelligentiæ, vtrum ex patre an
 ex filio spiritum paraclæti putent esse. Non enim in
 incerto Dominus reliquit, nam sub ipsẽm dicitis ita
 loquutus est: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed
 non potestis portare illa modo. Cum venerit ille spi-
 ritus veritatis, diriget vos in omni veritate. Non enim
 loquetur à semetipso, sed quæcũque audierit loque-
 tur, & futura annuntiabit vobis. Ille me honorifica-
 bit, quoniam de meo accipiet, & annuntiabit vobis.
 Omnia quæcũque habet, mea sunt, propterea dixi,
 de meo accipiet, & annuntiabit vobis. A filio igitur
 accipit, qui & ab eo mittitur, & à patre procedit: & in-
 terrogo vtrum id ipsum sit à filio accipere, quod à pa-
 tre procedere. Quod si nihil differre creditur inter
 accipere à filio, & à patre procedere: certè id ipsum
 atque vnum esse existimabitur, à filio accipere, quod
 sit accipere à patre. Ipse enim Dominus ait: Quoniam
 de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæ-
 cũque habet pater, mea sunt, propterea dixi, de meo
 accipiet, & annuntiabit vobis. Hoc quod accepit, siue
 potestas est, siue virtus, siue doctrina est, filius à se ac-
 cipiendum esse dixit: & rursum hoc ipsum significat
 accipiendum esse à patre. Cum enim ait: Omnia quæ-
 cũque habet pater, sua esse, & idcirco dixisse se de
 suo accipiendum esse, docet etiam à patre accipiẽda,
 à se tamen accipi: quia omnia quæ patris sunt, sua sunt.
 Non habet hæc vnitatis diuersitatem: nec differt à quo
 acceptum sit, quod datum à patre, datum referatur à
 filio. Nunquid & hic voluntatis vnitatis asferetur? Om-
 nia quæ habet pater, filij sunt: & omnia quæ filij sunt,
 patris sunt. Ipse enim ait: Et mea omnia tua sunt, &
 tua mea. Nondum loci est, vt demonstrẽm, cur ita di-
 xerit, quoniam de meo accipiet: futuri enim tempo-
 ris significatio est vbi accepturus ostenditur: nũc cer-
 tẽ ideo à se accepturum ait, quia omnia patris sua es-
 sent. Dissca naturæ huius, si potes, vnitatem: & aliqua
 dissimilitudinis infer necessitatem, per quam filius non
 sit in vnitatem naturæ. A patre enim procedit spiritus
 veritatis: sed à filio mittitur, & à patre. Omnia quæ
 patris sunt, filij sunt: & idcirco quicquid accipiet, à fi-
 lio accipiet ille mittendus, quia filij sunt vniuersa quæ
 patris sunt. Natura itaque in omnibus tenet suam le-
 gem, & quod vnum ambo sunt, eũsdẽ in vtroque per
 generationem natiuitatẽque diuinitatis significatio
 est: cum id quod accipiet à patre spiritus veritatis, id
 filius dandum à se fateatur. Non permittenda itaque
 ad impiæ intelligentiæ libertatem hæretica peruersi-
 tas est: vt dictum hoc Domini quod quia omnia pa-
 tris sunt, sua sunt, idcirco à se accipiet spiritus veritatis,
 non ad vnitatem confiteatur referendum esse naturæ.
 Loquatur enim ille, qui electionis est vas, & gentium
 prædicator, secũdum veritatis intelligentiam fide Ro-
 manæ plebis antè laudata. Volens enim naturæ vnita-
 tem in patre & filio docere, ita ait: Vos autẽ non estis
 in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus Dei in vobis
 est. Si quis autẽ spiritum Christi non habet, hic nõ est
 eius. Si autẽ Christus in vobis est, corpus quidẽ mor-

Io an. 16.
Quomodo
spiritus
sanctus à
patre pro-
cedit, & à
filio mitti-
tur, & si-
milis.

Rom. 8.

De spiritu Christi, qui idem est etiam spiritus Dei.

Luc. 4. Mat. 12. Ibidem.

In spiritu autem Dei pater Deus significatur.

mortuum est per peccatum, spiritus autem vita est per iustitiam. Si autem spiritus eius, qui suscitavit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Iesum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra propter spiritum suum, qui habitat in vobis. Spirituales omnes sumus, si in nobis est spiritus Dei: sed hic spiritus Dei & spiritus Christi est. Et cum Christi spiritus in nobis est, eius tum spiritus in nobis est, qui Christum suscitavit à mortuis: & qui suscitavit Christum à mortuis, corpora quoque nostra mortalia vivificabit propter habitantem spiritum eius in nobis. Vivificamur ergo propter habitantem in nobis spiritum Christi, per eum qui Christum suscitavit à mortuis. Et cum eius qui suscitavit Christum à mortuis, in nobis est spiritus, & spiritus tum in nobis est Christi: nec tamē non Dei est spiritus, qui in nobis est. Discerne igitur o hæretice, spiritum Christi à spiritu Dei, & excitati à mortuis spiritum Christi, ab spiritu Dei Christum à mortuis excitantis, cum qui inhabitat in nobis spiritus Christi, spiritus Dei sit: & cum spiritus Christi à mortuis excitati, spiritus tamen Dei sit, Christum à mortuis excitantis. Et quæro nunc in spiritu Dei utrumque naturam, an rem naturæ significatam existimes. Nō idem est enim natura, quod naturæ res: sicuti non idem est homo, & quod hominis est, nec idem est ignis, & quod ignis ipsius est: & secundum hoc non idem est Deus, & quod Dei est. Memini enim in spiritu Dei ita filium Dei significari, ut in eo Deus pater demonstratus esse intelligatur, & ad cuius demonstrationem posse significatum Dei spiritum pertinere: neque tantum hoc ex prophetica, sed ex Evangelica autoritate monstrari, cum dicitur: Spiritus Domini super me, propterea vinxit me. Et rursum: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo complacuit animæ meæ, ponam super eum spiritum meum. Et ipso de se Domino testante: Si autem in spiritu Dei ego eicio dæmonia, utique appropriavit in vobis regnum Dei: hæc enim videntur non ambigere vel patrem significare, vel filium, virtutem tamen naturæ manifestantia. Namque idcirco dictum existimo, in utroque spiritu Dei, ne secundum corporales modos ita inesse filium in patre, vel patrem in filio crederemus, scilicet ne loco Deus manens, nusquam alibi extare videretur à se. Homo enim, aut aliquid aliud ei simile, cum alicubi erit, tum alibi nō erit, quia id quod est illic, continetur ubi fuerit: infirma ad id natura eius, ut ubique sit, qui insistent alicubi sit. Deus autem immensa virtutis viues potestas, quæ nusquam non adsit, nec desit usquam, se omnē per sua edocet, & sua non aliud quam se esse significat, ut ubi sua insint, ipse esse intelligatur: non autem corporali modo, cum alicubi sit, non & ubique esse credatur, cum per sua in omnibus esse non desinat, non aliud autem sint quam quod est ipse, quæ sua sunt. Et hæc quidem ad naturæ intelligentiam dicta sunt. In spiritu autem Dei patrem Deum significari, ita existimo intelligi oportere, quod spiritum Domini super se esse Dominum Iesum Christum professus sit, propter quod eum vngat, & mittat ad evangelizandum. Paternæ enim naturæ virtus in eo manifestatur. Naturæ suæ communionem in filio etiam incarnato per sacramentum spiritualis huius vñtionis ostendens, cum post consummati baptismi natiuitatem hæc proprietatis significatio est audita, voce testante de cælo: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Nō enim vel ipse super se esse, vel sibi de cælis adesse vel ipsum se cognominasse sibi filium intelligendus est. Sed omnis hæc fidei nostræ fuit demonstratio: ut

sub perfectæ ac veræ natiuitatis sacramento, vnitatem naturæ paternæ manentis in filio, qui etiam homo esse ceperat, nosceremus. Et patrem quidem in Dei spiritu ita significari repertum est, filium verò hoc modo demonstratum intelligimus cum dicit: Quod si in spiritu Dei ego eicio dæmonia, utique appropriavit in vobis regnum Dei: se scilicet, id est, naturæ suæ potestate dæmones eicere demonstrans, qui non nisi Dei spiritu eicere possint. Est autem & in spiritu Dei spiritus paraclæti significatio, nō solum Prophetica, sed Apostolica veritate, cum dicitur: Sed hoc est quod dictum est per Prophetam: Erit in novissimis diebus dicit Dominus, effundam de spiritu meo in omnem carnem, & prophetabunt filij eorum & filij eorum. Consummatum hoc tunc in Apostolis totum fuisse doceretur, cum missio spiritu sancto omnes linguas gentium sunt loquuti. Hæc autem idcirco sunt demonstrata necessariò, ut in quamcunque se licet partem hæretica falsitas cõtulisset, finibus tamen atque præscripto veritatis evangelicæ concluderetur. Habitat enim in nobis Christus: & habitante Christo, habitat Deus. Et cum habitat in nobis spiritus sanctus, habitat tum in nobis spiritus Christi: non alius tamē spiritus habitat, quam spiritus Dei. Quod si per spiritum sanctum Christus in nobis esse intelligitur, hunc tamen ita spiritum Dei, ut spiritum Christi esse noscendum est. Et cum per naturam Dei natura ipsa habitat in nobis, indifferens natura filij esse credetur à patre, cum spiritus sanctus, qui & spiritus Christi & spiritus Dei est, res naturæ demonstratur vnius. Quæro nunc igitur, quomodo non ex natura vnum sunt. A patre procedit spiritus veritatis, à filio mittitur, & à filio accipit. Sed omnia quæ habet pater, filij sunt: & idcirco qui ab eo accipit, Dei spiritus est, sed idem & spiritus Christi est. Res naturæ filij est, sed eadem res & naturæ patris est. Dei excitantis Christum à mortuis spiritus est, sed idem spiritus Christi est à mortuis excitati. In aliquo differat Christi & Dei natura ne eadem sit: si præstari potest, ut spiritus qui Dei est, non sit & Christi. Sed te hæretice furentem, & spiritu doctrinæ mortiferæ circumactum tenet & coartat Apostolus, Christum nobis fundamentum ponens fidei, dicti huius quoque Dominici non nescius: Si quis diligit me, sermonem meum servabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Per id enim spiritu in nobis Christi manente, Dei spiritum in nobis manere testatus est: nec diuersum à se esse spiritum à mortuis excitati Iesu, & spiritum à mortuis excitantis Iesum. Veniunt enim atque habitant in nobis: & rogo utrum comitatu diuersitatum venient, mansionemque facient, ac vnitatem naturæ? Sed obnititur doctor gentium, non duos spiritus, Dei scilicet & Christi, sed spiritum Christi, qui & spiritus Dei est, inesse credentibus. Non est cohabitatio, sed habitatio est. Sub sacramento tamen cohabitationis habitatio neque duo habitant, neque abito: dum alio diuersus habitator est. Est enim in nobis spiritus Dei, & est in nobis spiritus Christi: & cum spiritus Christi inest, inest spiritus Dei. Ita cum quod Dei est, & Christi est, & cum quod Christi est, & Dei est: nō potest aliud quid diuersum Christum esse quam Deus est. Deus igitur Christus est vnum cum Deo spiritus. Et illud Evangelicū: Ego & pater vnum sumus, docet Apostolus vnitatem esse naturæ, non solitudinem vñionis, scribēs Corinthiis: Propter quod notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquēs, dicit anathema

In spiritu Dei est etiam significatio spiritus paraclæti.

Jo. 14.

Deus est Christus vnum cum Deo spiritus. Probatur Christum Deum, quia

Christi Dei idem est spiritus. 1. Cor. 12.

Ibid.

Act. 1.

thema Iesum. Scissine nunc hæretice, in quo spiritu dicas Christum creaturam? Cum enim in anathematibus sint, qui seruierunt creaturæ potius quam creatori, Christum creaturam confitens, quid sis intellige, qui non ignoras, quin in maledicto sit religio creaturæ, & quid sequatur, aduerte: Nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Sentissine quid tibi desit, Christo negando quod suum est? Si per naturam Dei Christus tibi Dominus est, habes spiritum sanctum: si verò per adoptiuum nomen hic Dominus est, spiritu sancto carens, spiritu erroris animaris: quia nemo nisi in spiritu sancto Dominum Iesum potest dicere. Et tu creaturam eum potius quam Deum dicis? Dominum licet nuncupes, Dominum tamen esse non dicis, quia tibi ex communigenere potius, & familiari nomine, quam ex natura sit Dominus. Sed à Paulo, & Dei, & spiritus in eo disce naturam, sequitur enim: Diuisiones autem donorum sunt, idem autem spiritus est: & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad id quod vtile est. In præfati sermone quadrimoda significatio intelligitur, cum in diuisione donorum idem spiritus est, & in diuisione ministeriorum idem ipse Dominus est, & in diuisione operationum idem Deus est, & in vtilitatis datione manifestatio spiritus est. Atque ut datio vtilitatis in manifestatione spiritus nosceretur, continud subiectum est: Huic quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij autem fides in eodem spiritu, alij donum curationum in eodem spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Et quidem id quod quartum est, diximus, id est, in datione vtilitatis spiritus manifestationum, absolutam habet intelligentiam. Commemoratum est enim, per quas dationum vtilitates hæc esset spiritus manifestatio. In his nanque diuisionum virtutibus non incerta doni huius ostensio est, de quo Dominus ad Apostolos dixerat, præcipiens his, ne ab Hierosolymis discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audistis inquit de ore meo. Quoniam Ioannes baptizauit aqua, vos autem spiritu sancto tingemini, quem & accipietis non post multos hos dies. Et rursum: Sed accipietis virtutem superueniente spiritu sancto in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Promissionem patris quæ de ore eius audita est, expectari iubet. Certè etiam nunc paternæ eius promissionis eloquium est. Per has igitur virtutum efficientias manifestatio spiritus est. Neque enim in occulto est spiritus donum, vbi sermo sapientiæ est, & verba virtutis audiantur: vel vbi diuina cognitionis scientia est, ne periculum modo per ignorantem Dei, vitæ nostræ ignoremus autorem, vel per fidem Dei, ne non credentes Evangelio Dei, extra Euangelium Dei sumus: vel per donum curationum, ut gratiam eius qui hæc tribuit, infirmitatum curatione testamur, vel per operationem virtutum, ut quod agimus, Dei esse virtutis intelligitur: vel per prophetiam, ut per doctrinam intelligentiam intelligitur ex Deo eruditi: vel per discretionem spirituum, ne ignari sumus, sancto an peruerso spiritu quis loquatur: vel per genera linguarum, ut in signum dati spiritus linguarum sermo

donetur: vel in interpretatione linguarum, ne ignorantia fides audientium periclitetur, cum linguam ignorantibus linguæ interpretator absoluar. In his igitur omnibus modis ad vtilitatem vnicuique diuini manifestatio spiritus est: per has scilicet datæ vnicuique vtilitatis administrationes, dono spiritus non latente. Tenuit autem beatus Apostolus Paulus in hoc difficilimo ad humanam intelligentiam celestium sacramentorum mysterio, & absoluta demonstrationem, & sollicitam cautelam, ut per spiritum in spiritu dari hæc diuisionum dona monstraret, ne forte non per Christum, & in Christo omnia crederentur. Non enim id ipsum est per spiritum, & in spiritu dari: quia datio doni quæ obtinebitur in spiritu, hæc tamen indulta per spiritum sit. Consummat autem has dationum diuisiones hoc modo: Hæc autem omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult. Nunc igitur quæro, quis hæc spiritus operetur, diuidens vnicuique prout velit: Vtrum Iesus Christus Deus, an spiritus, per quem & in quo donorum diuisio est. Quod si non id ipsum significatum esse loqui aliquis audebit, cõtradictet Apostolus, cur se vtiōse lector intelligat, ait enim superius: Et diuisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Alius est ergo qui diuidit, & alius est in quo indulta diuisio est. Et intellige operantem hæc omnia semper Deum, ita tamen, ut Christus operetur, ut paterno opere operans filius fungatur. Et si in spiritu sancto Dominum confiteris intellige tripartitæ significationis in Apostolo virtutem, cum in diuisionibus donorum idem spiritus est, & in diuisionibus ministeriorum idem Dominus est, & in diuisionibus operationum idem Deus est. Et rursum, omnia operatur vnus spiritus, vnicuique sicut vult diuidens. Et apprehende, si potes, Dominum in diuisione ministeriorum, & Deum in diuisione operationum, hunc eundem vnum esse spiritum, & hæc inoperantem, & prout vult diuidentem: quia in diuisionibus donorum vnus est spiritus, & idem operatur ac diuidit. Aut si displicet in Deo & in Domino vnus hic eiuſdem per natiuitatis sacramentum, & diuinitatis spiritus: ostende quis spiritus, & in quo spiritu has nobis diuisiones & operetur & diuidat. Sed nihil aliud quam quod fidei nostræ est ostendes, quia Apostolus qui esset intelligendus ostendit dicens: Sicut enim vnum est corpus, membra autem habet multa, omnia autem membra ex vno corpore cum sint multa, vnum est corpus, sic & Christus. Diuisiones ergo charismatum ex vno Domino Iesu Christo qui corpus est omnium, esse significat: quia cum ostendisset Dominum in ministerio, ostendisset etiam Deum in operationibus, vnum tamen hæc omnia spiritum & operari & diuidere demonstrat, membra hæc gratiarum in perfectionem vnius corporis diuidentem: nisi forte non tenuisse rationem vnitatis in eo Apostolum existimas quod dixit: Et diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem autem Deus. Ut quia ministeria ad Dominum retulit, & operationes ad Deum, non vnum atque idipsum in ministeriis atque operationibus videatur intelligi. Accipe quam hæc membra ministeriorum membra operationum sunt, cum ait: Vos estis corpus Christi & membra. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, in quibus est verbum sapientiæ: secundò Prophetas, in quibus est donum scientiæ: tertio magistros, in

1. Cor. 12.

Nota hic multa de spiritu sancto.

2. Cor. 12.

Ibid.

quibus est doctrina fidei : deinde virtutes, in quibus sunt curationes infirmitatum, auxiliorum potestates, gubernationes prophetales, & dona generum linguarum, vel loquendi vel interpretandi. Certè hæc ecclesie & ministeria sunt & operationes in quibus est corpus Christi: & hæc Deus statuit. Aut proficere non per Christum statuta, quia ea Deus statuit: sed audies ipsam dicentem: Vnicuique autè nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et iterum: Qui descendit ipse est, qui & ascendit super omnes cælos, ut adimpleat omnia. & ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autè Prophetas, quosdam autè Euangelizantes, quosdam autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij. Nunquid ministeriorum dona non Christi sunt, cum tamen & inoperantis Dei dona sint? Sed si id usurpauit impietas, ut quia ait:

*Ephes. 4.
Ibidem.*

1. Cor. 8.

Ibidem.

Ephes. 4.

1. Cor. 12.

Ioan. 6.

Idem Dominus & idè Deus, non sint in vnitatem naturæ: adiungam verò huic intelligentiæ tuæ, ut putas, firmiora præsidia. ipse enim Apostolus ait: Sed nobis vnus Deus pater est, ex quo omnia, & nos in ipso. Et vnus Dominus Iesus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et rursum: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui super omnia, & per omnes & in omnibus nobis. Per id enim quod dicitur, vnus Deus & vnus Dominus, Deo tãtùm quasi vni Deo proprium deputari videtur vt Deus sit: cum proprietatis vnitatis consorti non patitur alterius. O planè rara ac difficilia charismatù dona, & verè hac vilitatù datione manifestatio spiritus constituta: & meritò hic diuidendari gratiarum ordo seruatus est, vt principalis esset sermo sapientiæ. Verè enim illud est, Et nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto: quia per hoc sapientiæ verbum Christus Dominus non potest intelligi. Tum deinde sequens esset sermo scientiæ, vt quod sapiamus, scienter loquamur, ita vt sapiamus sapientiæ verbum. Tertium verò donum in fide esset, quia illa principalia & superiora vtilitatè doni nisi Deus crederetur, amitterent: vt nunc in huius maximi & pulcherrimi dicti Apostolici sacramento, hæreticis omnibus nec verbum sapientiæ est, nec sermo scientiæ, nec religionis fides, quia impietas quæ non capit intelligentiam, extra sermonis scientiæ & extra simplicitatè fidei est. Nec enim quisquam quod non sapit, loquitur: nec quod loqui non potest, potest credere. Vnum itaque Deum Apostolus prædicans, & ex lege veniens, atque in Euangelium Christi vocatus, perfectè fidei tenuit confessionem. Et ne aliquam hæreticis occasionem tanquam incauti sermonis simplicitas præstaret, vt natiuitatem filij per vnus Dei prædicationem negaret vnum Deum sub proprietatis significatione confessus est, dicens ita: Vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: vt qui Deus est, & pater crederetur. De hinc quia nudum hoc in vno Deum patrem credere, non proficeret ad salutem, subiicit: Et vnus Dominus noster Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum sinceritatem fidei salutaris in vnus Dei & in vnus Domini prædicatione demonstrans: vt nobis & vnus Deus pater, & vnus Dominus Iesus Christus in fide essent. Non enim dictum ignorabat à Domino: Hæc est enim voluntas patris mei, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habet vitam æternam. Sed fidei ecclesiasticæ ordinem ponens, & fidem nostram in patre & filio statuens, inseparabilis illius atque indissolubilis vnitatis & fidei sacramentum locutus est dicens: Vnus Deus & vnus Dominus. Ac primum extra Apostolicum spiritum vitæ, stulticiam tuam hæretice in-

tellige. Si enim professionem vnus Dei ad id usurpas, ne Deus Christus sit, quia vbi vnus est, solitarius sit intelligendus, & id quod vnus est, proprium ei sit & singulare, qui vnus est: quid de eo profiteberis, quod Iesus Christus vnus est Dominus? Si enim secundum te quod vnus pater Deus est, Christo non reliquit vt Deus sit: necesse est, vt etiam secundum te vnus Dominus Christus Deo nõ relinquat vt Dominus sit: quia quod vnus est, proprium ei velis esse qui vnus est. Si itaque vnum Dominum Christum esse etiam Deum negabis, vnum quoque Deum patrem esse negabis & Dominum: & quid erit in Dei virtute, nisi Dominus est, & in Domini proprietate, nisi Deus est, cum Deum perficiat id esse quod Dominus est, Dominum id constituat esse quod Deus est? Sed sacramentum dicti Domini Apostolus tenens, quod est, Ego & pater vnus sumus: dum vtrunque vnum profitetur, vnum vtrunque significat, non ad solutionem singularis, sed ad spiritus vnitatem: quia vnus Deus pater, & vnus Christus Dominus, cum vterque & Dominus & Deus sit, duos tamen in fide nostra nec deos patitur esse nec dominos. Vnus igitur vterque est, & vnus cum sit, vterque non solus est. Nec loqui sacramentum fidei, nisi apostolica voce poterimus: Vnus est Deus, & vnus est Dominus. Et per id quod vnus est Deus, & vnus est Dominus, in Deo demonstratur Dominus, sicut Deus demonstratur in Domino, vt in vno Deo patre vnum significaret & Dominum. Non tenes vnitatem, vt Deus singularis sit: nec tamen diuidis spiritum, vt vterque non vnum sint. Neque in vno Deo, & in vno Domino discernere poteris potestatem: ne qui Dominus est, non sit & Deus, vel qui Deus est, non sit & Dominus. Cauet enim Apostolus per eloquia nominum duos vel deos prædicare vel dominos: & idcirco vsus est eo genere doctrinæ, vt in vno Domino Christo vnum significaret & Deum, & in vno Deo patre vnum significaret & Dominum. Ne tamen impiam nobis ad perimendam vnitatis Dei natiuitatem inueneret vnitatem, & patrem professus est & Christum. Nisi fortè eouique vltimæ desperationis furor audebit erumpere, vt quia Christum Dominum Apostolus dixerit, nemo aliud eum præter quam Dominum debeat confiteri: & habens Domini proprietatem, non habeat Dei veritatem. Sed non ignorat Paulus Christum Deum, dicens: Quorum Rom. 9. patres & ex quibus Christus, qui est super omnia Deus. Non hic creatura in Deum deputatur: sed creaturam Deus est, qui super omnia Deus est. Quod verò super omnia Deus & inseparabilis sit à patris spiritu, discit etiam de hoc ipso de quo nunc agitur Apostoli dicto. Confessus enim vnum Deum patrem, ex quo omnia sunt, & vnum Dominum Iesum Christum, per quem omnia: quæro quid diuersitatis attulerit dicens: Ex Deo omnia, per Christum omnia? Anne possit separabilis à se natura & spiritus intelligi, ex quo, & per quem omnia? Omnia enim per filium ex nihilo substituerunt: & ad Deum, ex quo omnia: ad filium verò, per quem omnia Apostolus retulerit. Et non inuenio quid differat, cum per vtrunque opus sit virtutis eiusdem. Si enim ad vniuersitatis substantiam proprium ac sufficiens creaturis est quod ex Deo sunt: quid habuit necessitatis memorare, quod quæ ex Deo sunt, per Christum sint, nisi quod vni idemque est per Christum esse, & ex Deo esse? Sed quem admodum Dominum & Deum vtrique eorum, vt mutuum

Quid sit, ex quo omnia & per quem omnia.

Rom. 11.

mutuum esset, ascriptum est: ita ex quo & per quem, relatum ad vtrunque est, & ad demonstrationem vnitatis vtriusque, nec ad intelligentiam singularis. Non pater ad occasionem impietatis pius sermo, & apostolica fides non est extra prædicationis diligentiam. His enim se verborum proprietatibus temperauit, quibus nec duos deos intelligeretur significare, neque vnicum: dum & vnitatem detestatur, nec separat vnitatem. Hoc enim ex quo omnia, & per quem omnia, licet non singulare constitueret in potestate virtutis, non tamen diuersum demonstraret in efficientia potestate, cum ex quo omnia, & per quem omnia, eiusdem naturæ ad id demonstraret autorem: vtrunque autem eiusdem naturæ proprium esse declarat. Nanque post illud diuinitarum sapientiæ & scientiæ Dei protestatum profundum, & inscrutabile iudiciorum confessam intelligentiam, & inuestigabilem viarum demonstratam ignorantem: humanæ tamen fidei vsus officio, hunc honorem inuestigabilem & imperscrutabilem cœlestium sacramentorum profundo reddidit dicens: Quoniam per ipsum, & ex ipso, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Id nunc ad vnus naturæ significationem referens, quod non nisi opus vnus possit esse naturæ. Cum enim specialiter Deo id adscripserit, vt ex eo omnia, & proprium Christo detulerit, vt per eum omnia, & nunc honor Dei sit quod ex ipso, & per ipsum, & in ipso sint omnia: & cum spiritus Dei idem sit & spiritus Christi, vel cum in ministerio Domini & in operatione Dei, spiritus vnus operetur & diuidat, non possunt non vnum esse, quorum propria vnus sunt, cum in eodem Domino filio, & in eodem patre vnus atque idem spiritus in eodem spiritu diuidens, vniuersa perficiat. O dignus ille magnorum & cœlestium arcanorum conscientia, & assumptus secretorum diuinorum electusque particeps, & ea ipsa illiciti eloquij silentio necessario tacens, & verè Apostolus Christi, quali humanæ peruersitatis ingenia absoluti sermonis sui prædicatione conclusit, vnum patrem Deum, & vnum Dominum Iesum Christum confitendo, vt inter hæc nec duos quisquam possit prædicare, neque vnicum: cum tamen qui non vnus est, non in duos proficeret, nec qui duo non sunt, solitarius posset intelligi, & inter hæc profectam Christi natiuitatem pater demonstratus ostenderit. Extendite nunc vibratas sibilis linguas hæreticis serpentes, siue Sabelli, siue Photine, siue qui nunc creaturam esse vniuersum Deum prædicatis. Audiat vnum Deum patrem, quisquis negat filium: quia cum pater non nisi per filium pater sit, filius per id significatur in patre. Qui verò vnitatem naturæ indifferentis filio adimit, cognoscat vnum Dominum Iesum Christum: nisi enim per vnitatem spiritus vnus est Dominus, Deo patri non relinquatur vt Dominus sit. At qui de tempore atque ex carne filium deputat, cognoscat quia per eum omnia, & nos per ipsum: & extra tempora sit, condens omnia intemporalis immensitas. Et interea relegat, quia vna spes vocationis est, & vnum baptisma, & fides vnua. Et post hæc aduersans prædicationi Apostoli ipse anathema constitutus, cum aliter ex sensu suo sapiat, nec vocatus, nec baptizatus esse, nec fidelis: quia in vno Deo patre, & in vno domino Iesu Christo vnus spei atque baptismi fides vna sit. Nec doctrinarum diuersitas, in his se esse, poterit gloriari: quæ vnus & Dei & Domini & spei & baptismi sint & fidei. Vna igitur fi-

des est, patrem in filio & filium in patre per inseparabilis naturæ vnitatem confiteri: non confusam, sed indiscretam: neque permixtam, sed indifferentem: neque cohærentem, sed existentem: neque inconfusam, sed perfectam. Natiuitas est enim, non diuisio: & filius est, non adoptio: & Deus est, non creatio. Neque alterius generis Deus est, sed pater & filius vnum sunt: non enim innouata est natura nascendo, vt ab originis suæ proprietate esset aliena. Tenens hanc itaque manentis in patre filij, & patris in filio fidem, vnum Deum patrem & vnum Dominum Christum sibi esse Apostolus prædicat: cum in Domino Christo & Deus esset, & in Deo patre esset & Dominus, & vnum esset vterque quod Deus est, & vnum esset vterque quod Dominus est, quia imperfectum esset Deo, nisi Dominus sit, & Domino intelligatur deesse, nisi Deus sit. Atque ita cum vterque vnus est, & vnus significatur in vtroque, & non est vterque sine vno, non excedit euangelicam prædicationem Apostolus docens: nec loquens in Paulo Christus diuersus ab his est, quæ corporeus in mundo manens locutus est. Dixerat enim in euangelicam prædicationem Apostolus docens: nec loquens in Paulo Christus diuersus ab his est, quæ corporeus in mundo manens locutus est. Dixerat enim in euangelio Dominus: Operamini escam non quæ interit, sed escam quæ permanet in vitam æternam, quam filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signauit Deus. Dixerunt igitur ad eum: Quid faciemus vt operemur opera Dei? Et dixit illis: Hoc est opus Dei, vt credatis ei quem misit ille. Sacramentum & corporationis & diuinitatis suæ Dominus exponens, fidei quoque nostræ & spei doctrinam locutus est: vt escam non intereuntem, sed permanentem in æternum operemur, vt hanc æternitatis escam dari nobis à filio hominis meminissimus, vt filium hominis signatum à Deo patre sciremus, vt hoc esse opus Dei nosceremus, credere in eum, quem misisset. Et quis est quem pater misit? nepe quem signauit Deus. Et quis est quem significauit Deus? filius vtriusque hominis, escam scilicet præbens vitam æternam. Qui tandem sunt, quibus præbet eam? Illis nempe, qui operabuntur non intereuntem. Atque ita quæ operatio escæ est, eadem operatio Dei est: in eum scilicet credidisse quem misit. Sed hæc loquitur filius hominis. Et quo modo escam vitam æternam filius hominis dabit? Sed sacramentum salutis suæ nescit, qui nescit filium hominis dantem escam in vitam æternam, à Deo patre esse signatum. Hic nunc quæro qui tandè intelligentiæ sensus sit, filium hominis à patre signatum Deo. Ac primum cognosci oportet. Deum non sibi, sed nobis locutum, & in tantum ad intelligentiam nostram eloquij sui temperasse sermonem, quantum cõprehendere ad sentiendum naturæ nostræ possit infirmitas. Naque cum superius à Iudæis increpatum fuisset, cur se æqualè Deo filium se Dei profitendo fecisset, responderet: Omnia se quæ faceret pater, facere, & omne se à patre adeptum esse iudicium, etiam se vt patrem honorandum. Et in his omnibus professus antè, se filium patris, exæquauerat honore, potestate, natura. Dehinc dixerat, vt patrem vitam in se habere, ita eum filio vitam in se habendam dedisse, in quo significauerat nature eius per sacramentum natiuitatis vnitatem. Per id enim quod habet pater, ipsum illud significat habendo, quia non humano modo ex compositis Deus est, vt in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sit ipse qui habeat: sed totum quod est, vita

est. Natura scilicet perfecta & absoluta & infinita, & non ex disparibus constituta, sed vivens ipsa per totum: quæ cum qualis habetur, talis & data est, & si natiuitas eius intelligatur significari cui data est, non tamē diuersitatem generis affert, cum talis data est, qualis & habetur. Post hæc ergo tam multiplicem ac propriam demonstrandæ in se paternæ naturæ significationem, ad Apostolos vsus hoc dicto est: Hunc enim significauit pater Deus. Signaculorum ea natura est, vt omnem impressæ in se speciei explicent formam, & nihil minus ex eo in se habeant vnde signentur: & dum totum accipiunt quod imprimitur, totum ex se præferunt quicquid impressum est. Verum hoc ad diuinæ natiuitatis non proficit exemplū: quia in signaculis & materiis sit, & diuersitas & impressio, per quam mollioribus naturis validiorum generum species imprimuntur. Vnigenitus verò Deus, & per sacramentum salutis nostræ, hominis filius, volens proprietatis nobis paternæ in se significare speciem, signatus se à Deo ait, & hoc ideo, quia vitæ æternæ escam filius hominis esset daturus, vt per hoc potestas in eo dandæ ad æternitatem escæ intelligi possit, quia omnem in se paternæ formæ plenitudinem significantem se Dei contineret, vt quod signasset Deus, non aliud ex se quàm formam Dei signantis afferret. Hæc quidem Dominus ad Iudæos ob infidelitatem suam dicti istius incapaces locutus est. Sed nobis euangelij prædicator proprietatis huius intelligentiam spiritu Christi per se loquentis insinuat dicens: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed se exinaniuit, formam serui accipiens. Quem enim significauerat Deus, aliud præterquam Dei forma esse non potuit. Et ideo quod signatum in Dei forma est, hoc necesse est totum in se coimaginatum habere quod Dei est. Et idcirco Apostolus eum quem signauit Deus, in Dei forma manentem Deum prædicauit. Nam assumpti & conuati in eo corporis sacramentum locutus ait: Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Quod enim in forma Dei erat, per signantem se Deum Deus manebat. Sed quia suscipienda erat forma serui, & obediens esset futurus ad mortem, non sibi rapiens esse se æqualem Deo, ad susceptionem formæ seruilis, per obedientiam exinaniuit. Non exinaniuit autē se ex Dei forma, id est, ex eo quod æqualis Deo erat. Non tamē æqualem se Deo per rapinā existimans, quanuis in forma Dei, & æqualis Deo, per Deū Deus signatus extaret. Hic nunc non quæro vtrum alterius generis Deus est qui in forma Dei Deus maneat, vt secundum cōsignatas cōsignantēque speciem in signaculis cernimus, cum impressum plumbo ferrum, & gemma ceræ, speciem vel concauæ in se imaginis fingat, vel extatis de se exprimat formæ. Sed si quis extiterit tam stultus & vācors, vt putet quod aliud ex se Deus in Deū quàm Deum formet, & qui in forma Dei sit, alius aliquid totus ipse quàm Deus sit post sacramēta hominis assumpti, & per obedientiam consummata vsque ad crucis mortē humilitatis: audiet celestium & terrestrium & infernorum, & omnis linguæ cōfessione, Iesum in gloria Dei patris. In hac igitur gloria, si cum iam forma seruilis fuerit manebit, tunc cum in forma Dei esset quæro quis māsferit. vtrūmne in natura Dei, qui significatur in gloria, Christi spiritus fuerit, cum in gloria Dei patris Christus Iesus, id est homo natus extaret. Tenet in omnibus beatus Apostolus fidei euangelicæ indemutabilē prædicationem: in Dominum nostrum

Hunc enim signauit pater Deus. Ioan. 6.

Qui cum forma Dei esset, etc. Philip. 2.

Objectionis exclusio.

Iesum Christū Deum prædicās, vt neque per alterius generis Deum, in duos deos fides apostolica deperat, neque inseparabilis à patre filius Deus vnici à singularis Dei prædicādi occasionem impiam præbeat. Dicens enim, in forma Dei, & in gloria Dei patris: neque differre docuit, neque non existentē existimari permittit. Nam qui in forma Dei est, neque in alterū Deum proficit, neque etiam ipse non Deus est: quia nec separari potest à Dei forma, cum in ea sit: nec qui in Dei est forma, non Deus est. Sicut qui in Dei gloria est, nō potest aliud esse quàm Deus est: & dum in gloria Dei Deus est, alterius Dei atq; adeo diuersi non habet prædicationē: quia per id quod in gloria Dei est, ex eo in cuius gloria est habet in se naturā quod Deus est. Nō periclitatur per plures prædicationes fides vna, ne vna sit. Euāgelista enim dictum à Domino docuerat, Qui me videt, videt & patrem. Sed nunquid doctor gentium Paulus virtutem dicti dominici aut ignorauit aut tacuit dicens: Qui est imago Dei inuisibilis? Interrogo vtrum visibilis imago est inuisibilis Dei Deus: & vtrū infinitus Deus per formam circūscriptam & imaginem coimaginari possit ad speciem. Imago enim formam necesse est eius reddat, cuius imago est. Qui volunt autem alterius generis filio esse naturam, constituent cuius modi filium imaginem esse inuisibilis Dei velint. Anne corpoream & contēplabilem, & ex locis in loca motu in celsūque circumuagam. Meminerint tamen secundum euangelia & prophetas, & Christum spiritum & Deum spiritum. Qui si circūscribent hunc spiritum formali & corporali modo, non erit inuisibilis Dei imago corporea, nec indefinitæ speciei definita moderatio. Sed neque Dominus incertum reliquit: Qui me videt, videt & patrem. Neque Apostolus tacuit qualis esset, Qui est imago Dei inuisibilis. Dominus enim dixerat: Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere. Hinc videri in se patrem docens, quod opera eius efficeret, vt intellecta naturæ virtus naturam intellectæ virtutis ostenderet, per quod Apostolus hanc imaginem Dei esse significans, ait: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso constituta sunt omnia in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue principatus, siue potestates, siue dominationes, omnia per ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant: & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est initium primogenitus ex mortuis, vt fieret in omnibus ipse primatum tenēs, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per ipsum reconciliari omnia in eum. Per horum igitur operum virtutem imago Dei est. Nam vtique inuisibilium cōditor non est in ea naturæ necessitate, vt inuisibilis Dei imago visibilis sit. Ac ne formæ potius quàm naturæ imago esse intelligeretur, idcirco inuisibilis Dei imago est: natura in eo Dei per naturæ suæ virtutem intelligenda, non inuisibili qualitate. Primogenitus itaque omnis creaturæ est, quia in ipso omnia creata sunt. Et ne quod in ipso omnia creata sunt, non ad ipsum quifquam auderet referre, ait: Omnia per ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnes, & omnia ipsi constant. Omnia itaque ipsi constant, qui ante omnia est, & in quo omnia sunt. Et hæc quidem ad exordia pertinent creaturarum. Cæterum ob dispēlationem corporis nostri ait: Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est initium, primogenitus ex mortuis, vt fieret in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per ipsum omnia

Ioan. 14. Coloss. 1.

Ioan. 10. Coloss. 1.

Quomodo filius imago Dei.

Ibid.

omnia reconciliari in eum. Reddidit Apostolus spiritualibus sacramentum corporationis. Nam qui imago Dei inuisibilis est, ipse est caput corporis ecclesiæ. Et qui primogenitus omnis creaturæ est, idem initium, primogenitus ex mortuis est, vt in omnibus teneat primatum, dum nobis concorporalis est, qui Dei imago est, dum qui primogenitus creaturæ est, idem primogenitus ad æternitatem est: vt cui spiritualia debet, in primogenito creata quod maneat, ei & humana debeant, quod in primogenito ex mortuis renascatur æterna. Ipse est enim initium, qui cum filius sit, imago Dei est. Primogenitus quoque omnis creaturæ est, continens in se vniuersitatis exordium. Et rursum ipse caput corporis ecclesiæ est, & primogenitus ex mortuis, vt in omnibus teneat ipse primatum. Et quia omnia ei constant, in ipso complacita plenitudo consistit, dum in eo per ipsum, & in eum reconciliantur omnia, in quo per ipsum & in ipso omnia sunt creata. Sentisne iam quid sit esse imaginem Dei? Creari vtique omnia in eo & per eum. Cum in eo creantur omnia, intellige etiam eum cuius imago est creatorem in eo omnia. Cum autem quæ in eo creantur per ipsum creantur, in hoc quoque qui imago est naturæ eius cuius imago est, cognosce. Per se enim creat, quæ in ipso creantur, sicuti per ipsum reconciliantur in eo omnia. Cum in eo reconciliantur, paternæ virtutis in eo apprehende naturā reconciliantē sibi in eo omnia. Cum per eum reconciliantur omnia, ipsum patri reconciliantē in se omnia quæ per se reconciliat intellige. ait enim idem Apostolus: Omnia autem à Deo qui reconciliauit nos sibi per Christum & dedit nobis ministerium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Confer cum his omne euangelicæ fidei sacramentum. Qui enim videtur in viso, qui operatur in operatē, qui loquitur in loquentē, idem in reconciliantē reconciliat: & idcirco in eo & per eum reconciliatio est, quia per indifferentem naturam pater in eo manens, mundum sibi ipse per eum & in eo reconciliatum reddebat. Consulens itaque humanæ infirmitati Deus, non incerta verborum nuditate fidem docuit. Nanque cum credendi necessitatem dicti Dominici autoritas sola præstaret, tamen sensum nostrum per intelligentiam editæ rationis instituit: vt id quod dixerat: Ego & pater vnum sumus, per causam ipsam vnitatis expositorē nosceremus. Dicens enim se per loquentem loqui, & per operantem operari, & per iudicantem iudicare, & per visum videri, & per reconciliantem reconciliari, & manere se in eo qui maneret: quæro quo alio ad intelligentiæ nostræ sensum expositionis suæ vt potuerit apertiori sermone, vt vnum esse intelligerentur, quàm isto, quo per natiuitatis veritatem, & naturæ vnitatem, quicquid filius ageret & diceret, id in filio patre & loqueretur & ageret? Non est hoc itaque naturæ à se alienæ per creationem in Deum comparatæ, neque ex portione Dei in Deū natæ: sed perfecta natiuitate in Deum perfectum genitæ diuinitatis, cuius hæc naturalis conscientia fiducia est, vt dicat: Ego in patre, & pater in me. Et rursum: Omnia quæ patris sunt, mea sunt. Nihil enim ei ex Deo deest: quo operante & loquente & viso, Deus & operatus & locutus & visus sit. Non sunt duo in vnus vel operatione, vel sermone, vel visione. Nec solitarius Deus est, qui in operante & loquente & viso Deo Deus & operatus & locutus & visus sit. Hoc ecclesia intelligit, hoc synagoga non credit, hoc philosophia non sapit: vnum ex

2. Cor. 5.

Ioan. 10.

Ioan. 14. Ibid. 16.

Quomodo intelligendi, Omnia que patris sunt, mea sunt.

vno, & totum à toto, Deum & filium, neque per natiuitatē patri ademisse quod totus est, neque hoc ipsum totū non secum nascendo tenuisse. Et quisquis in hac infidelitatis stultitiā detinebitur: aut Iudæorum sectator, aut gentilium est. Vt autem dictum Domini intelligas quod ait: Omnia quæ patris sunt, mea sunt, Apostoli & doctrinam & fidem discere dicentis: Videte ne quis vos seducat per philosophiam & inanem deceptionem secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. De mundo est, & de doctrina hominum sapit, & philosophiæ præda est, quisquis Christū verū Deum nescit, quisquis in eo plenitudinem dignitatis ignorat. Humana mens hoc solum sapit quod intelligit, & mundus hoc tantum quod potest credit: secundum elementorum naturas, id tantum possibile existimans, quod aut videret, aut ageret. Elementa enim mundi ex nihilo subsisterunt: sed Christus non de extantibus manat, nec cœpit ab origine, sed originem ab origine sumpsit æternam. Elementa enim mundi aut in anima sunt, aut in animam profecerunt: sed Christus vita est, ex Deo viuente in viuente Deum natus. Elementa mundi ex Deo sunt instituta, non Deus sunt. Christus ex Deo Deus, hoc totum est ipse quod Deus est. Elementa mundi cum intra sint, non possunt à se extare, ne intra sint. Deum sub sacramentum in se habens Christus in Deo est. Elementa mundi cum ex se sui generis generant ad vitam, per corporales quidem passiones præbent ex se initia nascendi: cæterum non insunt viua ipsa nascentibus. Omnis verò corporaliter plenitudo diuinitatis in Christo est. Et interrogo cuius in eo diuinitatis plenitudo est? Quæ si non patris est, quem mihi Deum alium vnus Dei fallax prædicator imponis, cuius diuinitatis plenitudo habitet in Christo? Si verò patris est, edoce quomodo corporaliter hæc in eo habitet plenitudo. Si enim corporali modo patre in filio claudis, pater in filio habitans non exabit in sese. Si verò quod est potius, corporaliter in eo manens diuinitas, naturæ in eo Dei ex Deo significat vnitatem, dum in eo Deus est, non aut per dignationem, aut per voluntatem, sed per generationem verus & totus corporalis secundum sui plenitudinem manens: dum quod ipse est, id etiam per natiuitatem Dei in Deum natus est, neque diuersum, aut differens aliquid in Deo est, cum id quod est, corporaliter habitet in Christo, & quicquid inhabitat corporaliter, id ipsum secundum diuinitatis est plenitudinem. Quid humana sectaris? quid inanum deceptionum doctrinis inhæres? quid mihi affers vnauinitatem, concordiam, creaturam? Plenitudo diuinitatis in Christo est corporaliter. Tenuit autem etiam in hoc Apostolus fidei suæ legem, vt corporaliter in Christo inhabitare plenitudinem diuinitatis doceret: ne ad vnionem impiam fidei sermo decideret, nec in alterius naturæ intelligentiam furor irreligiosus erumperet. Habitans enim in Christo plenitudo diuinitatis corporaliter nec singularis, nec separabilis est: dū nec se patitur à corporali plenitudine corporalis plenitudo discerni, nec habitans diuinitas, ea ipsa intelligi potest esse diuinitatis habitatio. Atque ita Christus est, vt corporaliter plenitudo diuinitatis in Christo sit: sic verò in Christo sit diuinitatis corporaliter plenitudo, vt in eo inhabitans nihil aliud intelligatur esse quàm Christus. Furare quas voles verborum occasiones, & irreligiosi ingenij aculeos exagita. Emētre fal-

Coloss. 2.

De humana sapientia.

Que sit habitatio in corpore

tem cuius plenitudo diuinitatis in Christo inhabitet corporaliter. Est enim Christus, est & inhabitans in eo diuinitatis corporaliter plenitudo. Et quæ sit si quæras habitatio corporalis: intellige quid sit loqui in loquente, & in viso videri, & in operante operari, & in Deo Deum, & ex toto totum, & ex vno vnum, & ita corporalis diuinitatis plenitudinem recognosce, & & cuius hæc diuinitatis corporaliter inhabitat plenitudo sit, memento Apostolum non tacere dicentem: Ea enim quæ inuisibilia sunt eius à constitutione mundi, quoque eius virtus & diuinitas. Huius itaque diuinitas corporalis in Christo est, non ex parte, sed tota: neque portio est, sed plenitudo: ita corporaliter manens, vt vnum sint: ita vnum sunt, vt à Deo non differat Deus: ita indifferens à Deo Deus, vt perfectum Deum substituerit perfecta natiuitas: ita autem perfecta natiuitas subsistat, quia in Deo ex Deo nato corporaliter diuinitatis inhabitet plenitudo.

EDIVI HILARII PICTAVO rum Episcopi, de Trinitate.

LIBER IX.

Ioan. 10.



RACTANTES superiori libro de indifferenti natura Dei patris & Dei filij, & id quod dictum est: Ego & pater vnum sumus, demòstrantes non ad solitariu Deum proficere, sed ad vnitatem indifferetæ naturæ, secundum generationem diuinitatis, dum neque aliunde quàm ex Deo Deus natus est, & ex Deo Deus non potest non id esse quod Deus est: percursumque & si non omnibus, tamen ad intelligentiam sufficientibus dictorum diuinorum atque apostolicorum testimoniis, quibus inseparabilis natura ac potestas patris ac filij docebatur, vsque ad hunc Apostolicæ fidei locum venimus, quo ait: Videte ne quis vos seducat per philosophiam & inanem deceptionem secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. In quo per corporaliter habitantem in eo diuinitatis plenitudinem, verum & perfectum & paternæ naturæ Deum demonstrari docuimus, ita vt inhabitans plenitudo nec diuersum intelligeretur significare, neque vnicum: cum & in corporalis Dei, corporalis habitatio proprietatem naturalis vnitatis in Deo qui ex Deo substitisset doceret, & habitans in Christo Deus subsistentis Christi natiuitatem, dum eius est habitator ostenderet: per quod impietati eorum satis superque arbitror fuisse responsum, qui id quod à Domino dictum est: Qui me videt, videt & patrem: & pater in me & ego in patre: & Ego & pater vnum sumus: &, Omnia quæ patris sunt, mea sunt, ad vnanimitatem & concordiam voluntatis referrent, vt quia dicti fides maneret, dicti tamen intelligentiam fallacis doctrinæ religio ementita corrumpere: & cum negari non possit voluntatum assensus in his in quibus naturæ vnitatis prædicatur: ad abolendam tamen eam quæ secundum natiuitatem est vnitatem, societas tantum concordie crederetur. Sed beato Apostolo post multa naturalis veritatis non ambigua præconia, corporaliter habitantis diuinitatis plenitudinem in Christo docete, abscessa est omnis impiæ temeritatis assertio, cum naturalem vni-

Coloss. 2.

tatem incorporalis diuinitatis habitatio corporalis efficeret: vt id quod non solus filius est, sed quod in eo manet pater, neque solum manet, sed & operatur & loquitur, sed & videtur. Non sunt nuncupatiua, sed vera, dum habet in se per sacramentum natiuitatis & virtus virtutem, & potestas potestatem, & natura naturam, tenens per natiuitatem ipsa quod suum est, & ex se per imaginem referens quod in se est, dum & imago est auctoris & veritas, quia perfecta natiuitas perfectam imaginem præstat, & plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitans naturalem obtinet veritatem. Et hæc quidem quantitas ita vt in se habeant, quia naturalis ex Deo Deus non potest nisi in ea natiuitatis suæ natura esse qua Deus est, & viuientis naturæ indifferens vnitas, inseparabilis à se est sub viuientis natiuitate naturæ: tamen per fidei euangelicæ salutarem confessionem subreperunt hæretici ad veritatis excidium, vt naturalem filio detrahant vnitatem, dum aliter atque in aliud dicta, aliter in aliud intelligenda componunt. Negantes itaque Dei filium, vtuntur ea autoritate qua dixerat: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus Deus. Vt quia vnum Deum professio eius locuta fit, quicquid illud in Dei nomine erit, non in natura Dei maneat quia Deus vnus est: atque vt id quod ipse Deus dicitur, nuncupatione potius quàm veritate sit, hinc confirmare nituntur, quia dixerit: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum & verum Deum. Et vt extra proprietatem veri Dei sit, id adiiciunt: Non potest filius ab se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Tentant quoque & illud: Pater maior me est. Postremò iam tanquam indissolubili abnegatæ diuinitatis professione subuertisse se fidem ecclesie gloriantur, cum relegunt: De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli in cælis, neque filius, nisi pater solus. Non enim videtur ex æquabilis per natiuitatem esse natura, quæ ignorationis sit necessitate diuersa, & pater sciendo ac filius nesciendo manifestent dissimilitudinem diuinitatis, quia & ignorare Deus nihil debeat, & ignorans non cõparandus sit ad scientem. Sed hæc omnia, nec ratione intelligentes, nec temporibus discernentes, nec sacramentis euangelicis apprehendentes, nec dictorum virtutibus sentientes, stulto atque imperito furore aduersus diuinitatis naturam loquuntur, ad implendas aures ignorantium sola hæc & nuda memoratæ, aut absolutionibus eorum tacitis, aut causis: cum dictorum intelligentia, aut ex præpositis, aut ex consequentibus expectetur. Atque horum quidem superius memoratorum rationem ex ipsis vel euangelicis, vel apostolicis professionibus præstatur, admouendos esse omnes communis fidei existimamus: vt in qua confessione æternitas vitæ est, in eadem sit intelligentia æternitatis. Nescit planè vitam suam, nescit, qui Iesum Christum vt verum Deum, ita & verum hominem ignorat. Et eiusdem periculi res est, Christum Iesum vel spiritum Deum, vel carnem nostri corporis denegare: Omnis ergo, inquit, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cælis. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in cælis. Hæc verbum caro factum loquebatur, & homo Iesus Christus Dominus maiestatis docebat. Mediator ipse in se ad salutem ecclesie constitutus, & illo ipso inter Deum & hominem mediatoris sacramento vtrunque vnus existens, dum ipse ex vnitatis in idipsum naturis, naturæ vtriusque res eadem est, ita tamen

Luc. 18.

Ioan. 17.

Ibid. 5.

Ibid. 10.

Marc. 13.

Dictorum

telligentia

aut ex præ-

positis

aut

consequentibus

expectanda.

Matth. 10.

Vnde occiso hæreticos.

tamen vt neutro careret in vtroque, ne fortè Deus esse homo nascendo desineret, & homo rursum Deus manendo non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, Deum & hominem prædicare, verbum & carnem confiteri: neque Deum nescire quod homo sit, neque carnem ignorare quod verbum sit. Cum autem contra naturam sensus nostri, Deus manens homo nascitur, iam non est contra naturam spei nostræ, vt natus homo Deus maneat: cum potior natura in inferiorem nata, fidem præstet, inferiorem in naturam nasci posse potior, & quidem secundum legem & consuetudinem mundi, & quidem magis spei nostræ quàm diuini sacramenti effectus est. Nanque mundus in his quæ nascuntur habet incrementi virtutem, non habet diminutionis potestatem. Gramen, arbores, fata, pecudes, ipsum quoque participem rationis hominem contueri: semper proficit augmento, nunquam verò diminutione contrahitur, nec sese caret quod excreuit ex sese. Nam tamen aut ætate marcescat, aut morte perimatur, habet quidem aut demutationem in tempore, aut finem in constitutione viuendi: cæterum hoc quod sit non habet in virtute non esse, vt nouum se per imminutionem condat ex eodem, id est, vt ex sese decedat in paruulum. Naturæ ergo nostræ necessitas in augmentum semper mundi lege prouocat, non imprudenter profectum naturæ potioris expectat: cui & incrementum secundum naturam est, & imminutio contra naturam est. Deo itaque proprium fuit esse aliud quàm manebat, nec tamè non esse quod manserat: nasci in hominem Deum, nec tamen Deum esse desinere: cõtrahere se vsque ad conceptum & cunas & infantiam, nec tamen Dei potestate decedere: hoc non sibi, sed nobis est sacramentum: neque assumptio nostra Deo profectus est, sed contumeliæ suæ voluntas, nostra prouectio est: dum nec amitti t ille quod Deus est, & homini acquirit vt Deus sit. Natus igitur vnigenitus Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso prouecturus in Deum hominem, hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit, vt se filium Dei credi doceret, & hominis filium prædicari admoneret: locutus & gerens homo vniuersa quæ Dei sunt, loquens deinde & gerens Deus vniuersa quæ hominis sunt, ita tamen, vt in ipso illo vtriusque generis sermone nunquàm nisi cum significatione & hominis locutus & Dei sit, vno tamen Deo patre semper ostenso, & se in natura vnus Dei per natiuitatis veritatem professus, & tamen se Deo patri & filij honore & hominis conditione subdente, cum & natiuitas omnis se referat ad autorem, & caro se vniuersa secundum Deum profiteatur infirmitatem. Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes hæreticis occasio est, vt quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ diuinæ infirmitatem mentiantur: & quia vnus atque idem est loquens omnia quæ loquitur, de semetipso omnia cum locutam esse contendunt. Nec sanè negamus, totum illum qui eius manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Iesus Christus & homo & Deus est, & neque cum homo, tum primùm Deus, neque cum homo, tum non etiam & Deus, neque post hominem in Deo non totus homo, totus Deus, vnum atque idem necesse est dictorum eius sacramentum esse quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominè à Deo, Dei tum atque hominis discernere sermonem: & cum Deum atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta diiudica. Cum verò ex ho-

mine & Deo rursum totius hominis, totius etiam Dei tempus intelligis, si quid aliud ad demonstrationem eius temporis dictum est, tempori cooptato quæ dicta sunt: vt cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deum totus homo, totus Deus, non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium iam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Iesus Christus manens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ locutus est: non tamen omittens naturæ suæ esse quod Deus est. Nam tamen in partu ac passione ac morte naturæ nostræ rem peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit: dum sibi ipse origo nascendi est, dum pati vult quod eum pati non licet, dum moritur qui viuuit. Et tamen cum hæc Deus per hominem agit, ex se natus & passus & mortuus est. Hæc autem iam ante conditionem mundi sacramenta sunt cœlestium mysteriorum cõstituta, vt vnigenitus Deus homo nasci vellet, mansuro in æternum in Deo homine: vt Deus pati vellet, ne passionibus humanæ infirmitatis diabolus deficiens, legem in nobis peccati Deo infirmitatem nostram assumente retineret: vt Deus mori vellet, ne qua insolens potestas aduersus Deum esset, neque creatæ in se virtutis posset usurpare naturam, cum se immortalis Deus intra legem mortis habuisset. Nascitur itaque Deus assumptioni nostræ, patitur verò innocentiæ, postremò moritur vltioni: dum & homo noster in Deo permanet, & infirmitatum nostrarum passiones Deo sociæ sunt, & spiritualis nequitie ac malitiæ potestates triumpho carnis Deo per carnem moriente subduntur. Huius igitur sacramenti Apostolus cõsciens, & per Dominum ipsum fidei scientiam adeptus, cum non ignoraret incapacem esse eius & mundum, & homines, & philosophiam, ait: Videte ne quis vos seducat per philosophiam, & inanem deceptionem secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Iesum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnium principatus & potestatis. Exposita itaque habitantis corporaliter diuinitatis in eo plenitudine, sacramentum assumptionis nostræ continuò subiecit, dicens: Et estis in eo repleti. Vt enim in eo diuinitatis est plenitudo, ita in eo & nos sumus repleti. Neque sanè ait, estis repleti, sed, in eo estis repleti: quia per fidei spem in vitam æternam regenerati ac regenerandi omnes, nunc in Christi corpore manet, replendis postea ipsis, non iam in eo, sed in ipsis secundum tempus illud, de quo Apostolus ait: Qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, cõforme corpori claritatis suæ. Nunc igitur in eo repleti sumus, id est, per assumptionem carnis eius, in quo diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitat. Et eius spei nostræ non exigua in eo potestas est. Nanque quod repleti in eo sumus, hoc est caput ac principium omnium potestatis, secundum illud: Vt in nomine suo omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Confessio itaque hæc erit, Iesus in gloria Dei patris, & natus in homine Deum iam non in infirmitate corporis nostri manere, sed in Dei gloria. Et hoc lingua omnis confitebitur. Et cum cœlestia & terrestria genu flectent: hoc caput omnium principatus & potestatis

Coloss. 2.

Philip. 2.

Ibid.

est, vt ei vniuersa genu flectendo subiecta fiat, in quo sumus repleti, & qui per habitantem in se corporaliter diuinitatis plenitudinem, in Dei patris gloria sit constitutus. Demonstrato autem & naturæ suæ & assumptionis nostræ sacramento, cum in eo plenitudine diuinitatis manente, nos in eo per id quod homo natus est repleamur: reliquam dispensationem humanæ salutis exequitur dicens: In quo & circumcisi estis circumcissione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcissione Christi, conspulti ei in baptisinate, in quo & conresurrexistis per fidem operationis Dei, qui excitauit eum à mortuis. Circumcidimur, itaque nos non circumcissione carnali, sed circumcissione Christi: id est, in nouum hominem renati.

Coloss. 2.

Duplex circumcissio, carnalis & spiritalis.

Ibid.

Cum enim conspelimur baptisinate eius, mori nos necesse est ex veteri homine, quia regeneratio baptisimi resurrectionis est virtus: & hæc circumcissio Christi est, non expoliari carne præputij, sed totos commorari ei, & per id totos postea ei viuere. In eo enim resurgimus, per eius Dei fidem, qui eum suscitauit à mortuis. Credendus ergo Deus est, cuius operatione Christus excitatus à mortuis est, quia fides ista corresurgit in Christo. Consummatur deinde ita omne hominis assumpti sacramentum: Et vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, viuificauit cum illo, donatis vobis omnibus delictis, delens quod aduersum nos erat chirographum in sententiis, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit à medio affigens illud cruci, exutus carnem, & potestates ostentui esse fecit, triumphatis his in semetipso. Apostolicam fidem seculi homo non capit, & sensus sui dicta alius præterquam ipsius sermo non explicat. Deus Christum à mortuis excitat, & Christum in quo corporaliter diuinitatis plenitudo inhabitat. Sed conuiuificauit nos cum illo, donans nobis peccata, & delens chirographum legis peccati, quod per sententias anteriores contrarium nobis erat, hoc tollens de medio, & cruci affigens, mortis lege carne sese spolians, potestates ostentui reddens, triumphatis his in semetipso. Et de triumphatis potestatibus in semetipso, atque ostentui redditus, deletoque chirographo, viuificatque nobis, iam superius tractauimus. Hoc verò sacramentum, quis vel apprehendet, vel eloquentur? Suscitat Dei operatio Christum à mortuis, & hæc eadem Dei operatio nos viuificat cum Christo, & hæc eadem Dei operatio donat peccata, chirographum delet & affigit cruci. Carnem se exuit, potestates ostentui reddit, ac de his in semetipso triumphat. Habes operationem Dei, Christum à mortuis excitatis: habes & Christum hæc ipsa in se, quæ Deus operatur operantem. Christus enim mortuus est, carne se spolians. Tene ergo Christum hominem à Deo ex mortuis excitatum, tene Deum Christum salutis nostræ operationes cum esset moriturus operantem: vt cum hæc Deus operatur in Christo, operetur licet Deus, spolians se tamen Christus carne, moriturus sit: & cum mortuus est Christus, operas ante mortem Deus, mortuum tamen Christum operatio Dei excitet, cum ipse sit Christus à mortuis excitatus, qui est ante mortem Christus operatus, & idem sit spoliatus se carne moriturus. Iamne apostolicæ fidei sacramentum intelligis? Iamne Christum habes cognitum? Quæro enim à te, quis sit carne se spolians, & quæ sit caro illa spoliata? Duplicem enim intelligentiæ ab Apostolo teneo significationem, spoliatae carnis, scilicet carne spoliantis: & inter hæc Christum audio per operationem Dei à mortuis excitatum.

Et cum sit Christum à mortuis excitans Deus, sitque & Christus excitatus à mortuis: interrogo quis est carne se spolians, & quis est Christum à mortuis excitans, nõsque viuificans cum Christo? Si enim non idem est Christus mortuus, qui est caro spoliata, carnis spoliata nomen ostendit, & rursus naturam eius qui se carne spoliavit, exponit. Eundem enim esse inuenio Deum Christum à mortuis excitatum, qui se carne spoliavit, & rursus spoliata carnem Christum à mortuis esse excitatum: deinde principatus & potestates ostentui reddentem & triumphantem reperio in semetipso. Intelligisne hunc triumphantem potestates in semetipso? Sentisne quod à se non differat caro spoliata, & carne se spolians? In semetipso enim triumphat, id est, in ea qua se carne spoliavit. Vidēsne ita Deum & hominem prædicari: vt mors homini, Deo verò carnis excitatio deputetur? Non tamen vt alius sit qui mortuus est, & alius sit per quem mortuus resurgit. Spoliata enim caro Christus est mortuus: & rursus Christum à mortuis excitans, idem Christus est carne se spolians. Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint vtraque suis gesta naturis, vnum tamen Christum Iesum eum memeto esse, qui vtrunque est. Quanquam enim meminerim frequenter ad Deum patrem per Apostolum referri, Christum à mortuis esse suscitatum, sed non est Apostolus extra Euangelicam fidem dictis suis ipse contrarius, maximè Domino dicente: Propter hoc me pater diligit, quod ego pono animam meam, & iterum recipiam eam. Nemo tollet eam à me, sed ego pono eam à me. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum accipiendi eam. Hoc mandatum accipi à patre. Vel cum postulatum ab eo esset, vt signum ad fidem de se ostenderet, ait de templo corporis sui: Soluite templum hoc, & ego in triduo fu scitabo illud. Cum enim & per accipiendæ animæ potestatem, & per suscitandi templi virtutem ipsum se sibi resurrectionis suæ Deum doceat: totum hoc tamè ad mandati paterni refert auctoritatem. Non contrariè intelligitur Apostolus. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam prædicasse, omnemque operis sui magnificentiam per id ad patris gloriam retulisse: quia quicquid Christus gerit, virtus Dei & sapientia gerit: & quicquid virtus Dei & sapientia gerit, sine dubio Deus gerit, cuius & sapientia est Christus & virtus. Denique nunc per orationem Dei excitatus Christus à mortuis est, quia opera Dei patris ipse natura à Deo non differens operatus est. Et in eo resurrectionis fides est, qui Christum suscitauit à mortuis. Hanc igitur beatus Apostolus geminè in Christo significationis tenuit prædicationem, vt & infirmitatem in eo hominis, & virtutem Dei ac naturam doceret: secundum illud Corinthiis dictum: Nam & si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei, mortem infirmitatis humanæ, vitam verò Dei virtutis ostendens. Et illud ad Romanos: Quod enim mortuum est peccato, mortuum est semel: quod autè viuit, viuit Deo. Sic & vos deputate vosmetipsos mortuos quidem esse peccato, viuere autem Deo in Christo Iesu: mortem peccato, id est, corpori nostro adscribēs, vitam autem Deo, cui est naturale quod viuit. Et per id nos corpori nostro mori oportere, vt Deo viuamus in Christo Iesu, qui peccati nostri corpus assumens, totus iam Deo viuit, naturæ nostræ societate in communionem diuinæ immortalitatis vnita. Hæc igitur demonstranda à me paucis fuerunt, vt vtriusque naturæ personam tractari in Domino

I. Cor. 10.

Ibid. 2.

I. Cor. 13.

Rom. 6.

Obedientia mortis non est in Dei forma.

Domino Iesu Christo meminissimus: quia qui in forma Dei manebat, formam serui accepit, per quam obedienti usque ad mortem fuit. obedientia enim mortis non est in Dei forma, sicuti ite Dei forma inest in forma serui. Per sacramentum autem Euangelicæ dispensationis non alius est in forma serui, quam in forma Dei est, cum tamen serui formam accipere, & in forma Dei manere non idem sit: cumque accipere formam serui nisi per euacuationem suam non potuerit qui manebat in Dei forma, non conueniente sibi formæ vtriusque concursu. Sed non alius atque diuersus est, qui se exinaniuit, & qui formam serui accepit. Accepisse enim non potest eius esse qui non sit, quia eius sit qui subsistat accipere. Ergo euacuatio formæ non est abolitio naturæ, quia qui se euacuat, non caret sese, & qui accipit manet. Et cum ipse sit euacuans & accipiens, habet quidem in eo sacramentum quod se euacuat & accipit: non habet tamen interitum, ne non extet euacuans, & ne non sit accipiens. Itaque euacuatio eò proficit: vt proficiat forma serui, non vt Christus qui in forma Dei erat, Christus ex se non maneat, cum formam serui non nisi Christus acciperit. Qui cum se euacuauerit, vt manens spiritus Christus, idem Christus homo esset in corpore, deminutio habitus & assumptio naturæ, naturam manentis diuinitatis non perimit: quia vnus atque idem Christus sit, & demutans habitum, & assumens. Ostensa itaque sacramentorum dispensatione, per quam hæretici ignorant quosque fallerent, vt ea quæ per assumpti hominis naturam dicta gesta que sunt omnia, infirmitati diuinitatis adscriberent: & formæ Dei deputant, quicquid formæ serui propria aptatum est: nunc ipsis propositionibus eorum respondendum est. Tutò enim iam dictorum singulorum genera diiudicabuntur, cum verbū & carnem, id est Deum & hominem Iesum Christum sola fides sit confiteri. Deum igitur Dominum nostrum Iesum Christum ex eo negandum per naturam hæretici existimant, quia dixerit: Quid me dicis bonum? Nemo bonus est nisi vnus Deus. Omnis responsionum ratio necesse est, vt ex interrogationū causis proficiatur. Ad id enim responditur, vnde quæritur. Et primum requiro à dicti huius calumniatore, vtrumne id arguere Dominum existimet, cur bonus dictus sit, scilicet maluerit malū dici. Id enim significari videtur hoc dicto, Quid me bonū dicis. Non opinor quicquam tam vacors erit, vt malitiæ professionem ei velit adscribere, qui dixerit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue est. Mitem se proficetur & humilem: & irasci creditur, cur bonus dictus sit? Professionum diuersitas dissidet, vt bonitatis suæ testis nomen in se bonitatis accuset. Non ergo irasci intelligitur se bonum dici: & quærendum est, quam aliam de se professionem arguat, qui non credendus est nomen in se bonitatis arguere. Videamus itaque, quid præter bonum interrogans dixerit, ait enim: Magister bone, quid boni faciam? Duas igitur res conuincit, & bonum, & magistrum. Et quia non arguit bonum se dici: hoc necesse est arguat, quod magister bonus dictus sit. Ita autem arguit se magistrum bonum dici, vt fidem interrogat potius, quam vel magistrum in se, vel boni nomen argueret. Iuuenis enim insolens, per obseruantiam legis, & finem legis, qui

Quomodo nemo bonus nisi Deus.

Marc. 10.

Matth. II.

Marc. 10.

Iuuenis Ethiopeus arrogans ex obseruatione maledictorum legis.

Christus est, nesciens, & iustificatum se in operibus existimans, & nõ intelligens venisse eum ad oues perditas domus Israel, & impossibile esse legi per fidem iustificationis saluare credentes: tanquam communionum præceptorum, & in lege scriptorum magistrum interrogat dominum legis, & vngentum Deum. Detestatus itaque Dominus hanc de se irreligiosæ fidei professionem, quod tanquam magister legis interrogaretur: respondit: Quid me dicis bonum? Atque vt significaret quatenus intelligendus & profitendus bonus esset, subiecit: Nemo bonus nisi vnus Deus. Non respuit bonitatis nomen, si sibi hoc tanquam Deo deputaretur. Denique ostendens se magistrum in se boni, per fidem eius, qui tanquam hominem interrogabat, nomen arguere: post iactantiam iuuenis & gloriam legis impleta, ita respondit: Vnum tibi deest, vade, vende quæcunque habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. Non refugit bonitatis de se nomen, qui cælestem thesaurum pollicetur: nec magistrum se non vult videri, qui ducem se perfectæ huius beatitudinis præstat. Terrenæ autem de se opinionis fidem arguit, bonitatem in solo Deo docens esse. Et vt se & Deum & bonum significaret, bonitatis est vsus officij, cælestis thesaurum pandens, & se ad eos præuium tribuens. Ita & quæ sibi tanquam homini tantum deferebantur, detestatur, neque se ab his quæ Deo deputabat, professus alienum officium vnum Deum bonum confitens, ea ipse loqueretur atque ageret, quæ vnus Dei virtutis, bonitatis atque naturæ sunt. Quod igitur non bonitatis nomen in refugerit, sed neque magistrum honorem recusauerit, sed fidem eius qui in se nihil nisi corporeum & carnale sapuisset, arguerit, hinc intelligitur, quod aliter ad Apostolos magistrum se confitentes loquutus est, dicens: Vos me vocatis magistrum & Dominum, & bene dicitis, sum etenim. Et cum alibi dixisset: Ne vocemini magistri, quia magister vester Christus est. Vbi cum fide magister est, ibi ad eum laudat, vt & profiteatur hoc nomen: hic verò boni magistri nomen non recognoscit, vbi nec Dominus intellectus est esse, nec Christus: solum vnum Deum bonum prædicans, non se vti que à Deo secernens, qui & Dominum se professus, & Christi, ducem cælestis thesauri ostendat. Tenet autem hunc semper Dominus fidei ecclesiasticæ modum, vt patrem Deum vnum prædicans à sacramento se Dei non separaret vnus, dum per naturam natiuitatis neque alium se Deum profiteretur esse, neque ipsum: quia eum nec diuersi generis Deum esse natura in eo vnus Dei patitur, neque natiuitas admittit non perfectum ei esse quod filius est. Ita nec separabilis à Deo potest esse, neque ipse est. Per quod ita omnem sermonis sui significationem temperat, vt quicquid Deo patri honoris protestaretur, id modestissima confessione etiam sibi proprium esse demonstraret. Cum enim ait: Credite in Deum, & in me credite: quæro in quo se in natura discreuerit, qui non discreuit in honore? Dicens enim, Et in me credite, cum dixisset, Et in Deum credite: anne per id quod ait: Et in me, non & suam intelligitur significasse naturam? Naturam planè separa, si fidem separas. Si credidisse sine Christo in Deo vita sit, Christum à Dei & nomine & proprietate diuelle. Quod si vitam perficit credere in Christo eos, qui in Deum credunt: verbi virtutem diligens lector expendat: Credite in Deum, & in me credite. Cum enim ait: Credite in Deum, & in me credite, vnus se fidei Dei, & naturæ eius vnuit, cum

Marc. 10.

I. Cor. 10.

Matth. 23.

I. Cor. 14.

mémorato Deo in quem credi oporteret, & in se docuerit esse credendum: Deum se per id docens, cum credendum in eum sit ab his, qui in Deum credant. Occasionem tamen irreligiosæ vnionis exclusit: quia cum & in Deum, & in se credendum professus sit, fidem de se solitarij non reliquit. Quamquam igitur in plurimis, ac penè omnibus dictis sacramenti huius præstiterit absolutionem, ne quando confessus Deum patrem, ab eius de vnitate discerneret, neque se in vnitate ipsius collocans, eundem tamen vnum & solitarij profiteretur: tamen etiam, ex hoc vel maximè intelligitur sacramentum & vnitatis & natiuitatis doceri, cum ait: Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit pater mihi vt perficiam ea, ipsa opera quæ facio, testimonium perhibent de me, quoniam pater me misit, & qui misit me pater, ipse testificatus est de me. Neque vocem eius vnquam audistis, neque figuram eius vidistis, & verbum eius non habetis in vobis manens: quoniam quem misit ille, huic vos non creditis. Patrem testatum esse de filio quemodo verè intelligitur, cum nec ipse visus sit, nec vox eius audita sit? Memini quidem de cælis audiam vocem fuisse, dicentis: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui, hunc audite. Et quomodo vox Dei audita non est, cum paternæ vocis significationem in se vox audita continet? Sed fortè in Hierosolymis manentes non audierant, quia in desertis Ioannes solus audierit. Quærendum est ergo in Hierosolymis quomodo testatur esse pater. Non enim testimonio iam Ioannis vtitur vocem è cælo audientis, sed habet testimonium maius Ioanne, & quod hoc esset, continuò subiecit: Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, ipsa opera quæ facio, testimonium perhibent de me, quoniam pater me misit. Agnosco testimonij autoritatem: neque enim quisquam nisi filius à patre missus hæc ageret. Opus ergo suum testimonium est. Sed quid tandem sequitur? Et qui me misit pater, ipse testificatus est de me. Neque vocem eius vnquam audistis, neque figuram eius vidistis, & verbum eius non habetis in vobis manens. Extra crimen ergo sunt ignorantes testimonium patris, qui in his nunquam auditus ac visus sit, & in his non maneat verbum eius: sed non sunt sub venia incogniti sibi testimonij: quia testimonium de se patris, operum suorum testimonium esse profitetur. Opera igitur de eo testantur quòd à patre sit missus, sed hoc operum testimonium patris est. Et cum operatio filij, patris testimonium sit: eam necesse est operari in Christo naturam intelligendâ esse, per quam testis & pater est. Atque ita Christus operans, & in opere pater testans, ostenduntur inseparabilis secundum natiuitatè esse naturæ, cum Dei de Christo testimonium, ea ipsa Christi esse significetur operatio. Non sunt itaque extra reatum non cogniti sibi testimonij, cum opus Christi testimonium de eo patris sit. Neque in eo quòd testantis vocem non audierint, & figuram non viderint, & verbum eius manens in se non habuerint, idcirco sine testimonij sunt conscientia. Ad id enim refertur quod dictum est: Neque vocem eius audistis, neque figuram eius vidistis, & verbum eius manens non est in vobis. Et cum testatus de eo pater fuisset, vt causa tamen neq; vocis auditæ, neque visæ figuræ, & verbi in his non manentis possit intelligi, continuò subiecit: Quoniam quem misit ille, huic vos non creditis. Se credito, & vocem Dei audiendam, & figuram videndam, & verbum eius in his

Ioan. 5.

Matth. 17.

Ioan. 5.

Ibid.

qui crederent inesse demonstrans, cum per naturæ vnitatem in se pater & loqueretur, & videretur, & haberetur: nunquid non & patrem significat, cum missus ab eo est? Nunquid se per aliquam naturæ differentiam à patre discreuit, cum hinc pater testans de eo, neque auditus neque visus sit, nec intellectus, quia missus à patre sibi non creditum sit? Non se ergo vni-genitus Deus à Deo separat, patrem Deum confitens: sed per significationem patris Deo patre demonstrato, se quoque in Dei honore constituit. Namque in hoc ipso eodemque sermone, in quo operibus suis testari se missum esse à patre docet, & patrem testantem, quod ab eo missus sit, significat, cum dixisset: Et honorem eius qui est solus Deus, non quaeritis: non tamen hoc dictum nudum, & non antea ad vnitatis fidem præparatum reliquit. Superius enim ita ait: Non vultis venire ad me, vt vitam habeatis: honorem ab hominibus non accipio, sed cognoui vos, quoniam dilectionem Dei non habetis in vobis: Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum recipietis. Quomodo potestis vos credere, qui honorem ab hominibus accipitis, & honorem eius qui est solus Deus, non quaeritis? Honorem improbat hominum, quia honor potius quaerendus à Deo est: & infidelium est honorem ab alterutro accipere. Quid enim homo homini honoris impartiet? Cognitum itaque sibi ait, dilectionem Dei in his non esse: & non manentis in his dilectionis Dei hanc docet causam, quia se venientem in nomine patris sui non accipiunt. Quid rogo est, in nomine patris eum venire? Nunquid aliud quam in nomine Dei? Aut nunquid non idcirco in his dilectio Dei non est, quia non susceptus sit in nomine Dei veniens? Aut nunquid in se non & naturam Dei significauerat, dicens: Non vultis venire ad me vt vitam habeatis? Nam & in eodem ipso sermone iam dixerat: Amen amen dico vobis, quoniam venit hora, & nunc est, in qua audient mortui vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Cum in nomine patris venit, neque ipse pater est, nec tamen non in ea est diuinitatis natura qua pater est, quia & filio & Deo proprium est in nomine Dei patris venire. Deinde accipiendus est alius in nomine eodem veniens. Sed hic homo est, à quo sibi honorem hominis sperabunt, & cui honorem reddent vicissim, cum tamen se idem in nomine patris venisse fallat. Et hic quidem antichristum significari non obscurum est, mendacio paterni nominis gloriantem. Et cum hunc honorabunt, atque ab eo honorabuntur (tum enim spiritum erroris accipient) honorem eius qui est solus Deus non quaerent. Anne cum ob hoc dilectionem Dei non habeat, quia venientem se in nomine patris non acceperint, & rursum venientem alium in eodem nomine recipientes, & honorem ab alterutro recipientes, honorem eius qui solus Deus est non requirant, separare se Christus ab honore vnus Dei poterit intelligi, cum idcirco non quaeratur honor solius Dei, quia antichristum suscipiendo non sit ille susceptus? Nam cuius repudiatio honoris solius Dei prætermisio est, in huius honore necesse est honorem solius Dei esse: in cuius si susceptione mansissent, honorem solius Dei quaesissent. Et hic idem ipse sermo testis est nobis, in cuius exordio continetur, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Nunquam enim natura alia exaquantur in honore, nec

Ibid.

Honore eius qui est solus Deus, non quaeritis.

Ioan. 5.

Ibid.

Honor Christi est inseparabilis ab honore Dei. Ioan. XI.

Deut. 6.

Mat. 10.

Mat. 12.

Matth. 25.

nec exæquatis honor separat honorandos: cum sacramento tamen natiuitatis poscitur honoris æqualitas, cum filius ita honorandus vt pater sit. Et cum eius qui solus est Deus, honor non quaeritur, non est extra solius Dei honorem, cuius honor idem atque vnus & Dei est: quia vt non honorificans filium, non honorificat & patrem, ita & solius Dei honorem non quaerens, non quaerit & Christi. Inseparabilis itaque est à Dei honore honor Christi. Et quàm vnus atque idem vtriusque sit, etiam ex eo docet, cum ait nunciata sibi Lazari infirmitate: Infirmitas hæc non est vique ad mortem, sed pro gloria Dei est, vt honorificetur filius Dei per eum. Pro gloria Dei Lazarus moritur, vt filius Dei glorificetur per Lazarum. Nunquid ambigitur, in gloria filij Dei esse gloriam Dei, cum mors Lazari quæ Deo sit gloria, gloriam sit Dei filio paritura? Atque ita & naturalis per natiuitatem vnitas Dei patris in Christo docetur, cum infirmitas Lazari pro Dei gloria est: & sacramentum fidei retinetur, cum per Lazarum glorificandus est Dei filius, Deo perinde Dei filio intelligendo, neque ita Deo intelligendo, vt non etiam Dei filio confitendo, cum glorificandus per Lazarum Deo, Dei sit filius gloriosus. Inseparabilis sacramento diuinæ naturæ est viuentis à viuentem natiuitas, nec demutationem generis accipit filius Dei, ne non in eo paternæ naturæ veritas maneat. Nam & his ipsis significationibus, quibus confessio vno tantum Deo abnegasse in se Dei naturam videtur, sub solius demonstratione: in vnitate se tamen paternæ naturæ vnus Dei fidem non conuellet, locauit. Interrogatus enim à scriba, quod in lege esset principale mandatum, respondit: Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est. & Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis visceribus tuis, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Maius autem horum mandatum non est. Alienasse se à natura & religione vnus Dei existimatur, cum principale mādātū hæc sit professio: Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est. Deinde ne in consequente se quidē mandati religionē constituat, cum ad proximi nos dilectionem lex sicut ad vnus Dei fidem vocaret. Et quidem responsio scribæ non est negligenda, dicentis: Bene dixisti magister in veritate: quod vnus sit Deus, nec est alius præter illum. Ita diligendus ex toto corde, & ex totis virtutibus, & ex tota anima, & diligere proximum tanquam seipsum, hoc maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. Responsio scribæ videtur cum dictis Domini conuenire, vnus Dei charitatem intimâ internâque profitentis, & dilectionem proximi secundum propriam dilectionis veritatem pollicentis, & supra sacrificiorum holocaustomata charitatem in Deum atque in hominem esse intelligentis. Sed quid sequatur videndum est: Videns autem Iesus quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè à regno Dei. Quid sibi vult tam moderatæ respōsionis professio? cum hominem ad cælorum regnum fides ista cōsummet, vnum Deum credere, & eum tota anima, & totis viribus, & toto corde diligere, proximum quoque ita vt seipsum amare, scriba hic non iam in regno Dei sit, sed non longè à regno Dei sit? Alia istud significatione nudum vestientibus, & esurientem alētibus, & sitientem potantibus, & ægrotum visitantibus, & clausum carcere frequentantibus datur: Venite benedicti pa-

tris mei, possidete præparatum vobis regnum à constitutione mundi. Vel illis quibus hæc pauperis spiritus merces est: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Perfectus hic fructus est, & absoluta possessio est, & præparati regni non incerta traditio. Aut nunquid adolefcēs minus aliquid horum confitebatur? Nam exæquata ad amorem suum dilectione proximi, quid de boni operis consummatione non egerat? Intèrdum enim indulgentem officiosumque esse, non perfectæ est charitatis: perfecta autem charitas omne huiuscemodi indulgentiæ implebit officium, cum non reliquerit quod alteri debeat, qui tantum alteri quantum sibi reddat. Sed ignorantia consummati sacramenti detentum scribam, per professionem fidei Dominus collaudans, & non longè eum à Dei regno esse respondens, non tamen cum in ipsa iam beatæ spei possessione constituit. Tendebat enim felici cursu, etsi ignoranti & prælata omnibus dilectione Dei, & charitate proximi suæ ipsius dilectioni exæquata, cum tamen ei ipsi proximi charitati amorem Dei prætulisset, iam non holocaustomatum & sacrificiorum præscriptis continebatur. Non erat longè istud ab Euangelico sacramento. Et cur non longè à Dei regno sit, qui futurus magis in Dei regno sit, ex ipsis dictis Domini intelligendum est. Sequitur enim: Et nemo audebat iam eum interrogare. Et respondens Iesus dixit docens in templo: Quomodo dicunt scribæ Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dicit in spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse Dauid dicit eum Dominum, & vnde est filius eius? Non longè igitur à Dei regno est scriba vnum Deum confitens, qui vltra omnia esset diligendus: sed admonetur sua ipsius professione, cur sacramentum legis ignoret, & Christum Dominum filium Dei nesciat per natiuitatis naturâ in fide vnus Domini confitendum. Et quia per vnus Domini secundum legem professionem, Dei filio vt in vnus Domini sacramento maneret, non relinquit videbatur: scribam admonet, quomodo Christum Dauid filium esse diceret, cum Dauid eum Dominum suum esset professus: nec natura lineret, vt qui tanto patriarchæ esset filius, esset & Dominus. Hoc ideo, vt scriba secundum carnem & partum Mariæ quæ ex Dauid esset, solum eum intelligens, Dominum potius secundum spiritum Dauid meminisset esse, quàm filium. Et id quod dictum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est, à Domini vnus sacramento Christum non separaret, cum tantus Patriarcha & Prophetes eum, qui ex vtero Domini ante luciferum genitus fuisset, Dominum sibi profiteretur: non vtiq; immemor legis, neque ignorans dominum alienum non confitendum, sed eum qui sacramento naturalis natiuitatis ex incorporali Dei vtero substitisset, absque violatæ legis fide Dominum esse intelligendum, cum vnus ex vno per vnus Domini naturam haberet in se naturale quod Dominus est. Quis ergo etiam nunc relictus est ambigendi locus? Dominus ipse præcipuum mandatum legis in vnus Domini confessione ac dilectione docens esse, non suo ad scribam, sed Prophetæ testimonio est vti, esse se Dominum: Dominum se tamen semper per id quod filius Dei est esse significans. Per id enim in sacramento Dei vnus per natiuitatem manet: quia Dei in se naturam Dei natiuitas tenens, in Deum alterum non excedat diuersitate naturæ, & ve-

Ibid. 5.

Marc. 12. Matth. 23.

Deut. 6.

ritas generationis nec patri adimat ne non Deus sit, nec filio non periciat ne non sit & Dominus. Atque ita neque auctoritatem pater amittit, nec naturam filius non tenet, per quod nec Deus pater non Dominus vnus est, neque vnigenitus Deus Dominus separatur ab vno, cum ex vno Domino vnus ipse subsistat in Domino, Dominum vnum esse ita ex lege docens, ut se quoque Dominum, Propheta testante confirmet. Tendat per ceteras impij furoris propositiones fidei Euangelicæ responsio, & his ipsis quibus impugnetur repugnet: & armis excidij sui vincens, vnus spiritus dicta, vnus quoque fidei demostret esse doctrinam. Neque enim alius est Christus, quam qui est prædicatus, Deus scilicet verus, & in Dei vnus veri gloria manens: & sicut se Dominum ex lege dum negare videtur, professus, ita & in Euangelicis verum se Deum dum non confiteri existimatur, ostendens. Hoc enim se dicto eius, ne cum verum Deum esse hæretici constentur, excusant: Hæc est autem vita æterna, ut sciant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

Ioh. 17.

In eo namque quod ait, te solum verum Deum, separare se à veritate Dei per exceptionem solitarij existimatur, cum solus verus Deus nisi se tatum solitarium Deum non patitur intelligi. Et verè istud fides Apostolica non patitur duos veros deos credi, quia naturæ vnus Dei nihil alienum naturæ eiusdem exæquandum sit veritati. Non erit enim in Dei vnus veritate Deus vnus, si extra naturam vnus Dei veri, alterius generis, & non secundum natiuitatem naturalis sibi Deus verus existat. Sed ut in hoc ipso eodem dicto non ambiguit ipse se in vnus Dei veri natura Deum verum professus esse intelligatur, à superioribus huic tamen dicto continuatis atque iunctis professionibus responsionis nostræ sermo descendat: ut per gradus demonstratæ fidei iam in ipso apice veri Dei Christi, libertatis nostræ fiducia conquiescat. Post sacramentum itaque sermonis eius quo dixerat: Qui me videt, videt & patrem: & Non creditis mihi quod ego in patre, & pater in me est: & Verba quæ ego loquor vobis, non à me loquor, sed pater qui in me manet, ipse facit opera sua. Credite mihi quoniam ego in patre, & pater in me est: si autem, vel propter opera ipsa credite. Post multiplicem ergo hunc ingenium mysteriorum sermonem sequitur respondentium discipulorum sermo iste: Nunc ergo scimus quia nosti omnia, & non habes necessitatem ut aliquis te interroget, in hoc credimus quoniam à Deo existi. Virtutibus in eo Dei, naturam quoque Dei intellexerunt: neque enim posse omnia, & cordium cogitationes scire, nisi potius à Deo posset esse, quam nati. In hoc ergo credere se profiterentur, quod à Deo exierit, quia naturæ in eo Dei esset potestas. Intelligentiam autem eorum collaudans Dominus respondit, non utique quod missus esset, sed quod à Deo exisset: profectum natiuitatis ex incorporali Deo sub exitionis significatione tectantium. Nam & ipse natiuitatem suam sub exitionis demonstratione fuerat elocutus, dicens: Vos me amatis, & creditis quoniam à Deo exiui, & à patre veni in hunc mundum. A patre enim in hunc mundum venerat, quia à Deo exierat. Nam ut natiuitatem suam in exitione significasse intelligeretur: subiecit, se à patre venisse. Et cum per id à patre venerit, quia à Deo exierit, exitio eius à Deo absoluta natiuitas est, quam paterni nominis est professio consecrata. Intelligentibus itaque Apostolis hoc exitionis sacramentum, hæc locutus est: Modò creditis: Ecce

Ioh. 14.

veniet hora, & venit, ut dispergatur vnusquisque in sua, & me solum relinquatis, sed non sum solus, quoniam pater mecum est. Ut exitionem illam, non alienationem à Deo patre doceret esse, sed natiuitatem naturam in se Dei patris nocendo retinentem, subiecit, non se solum esse, sed patrem secum esse, virtute utique atque vnitate naturæ: cum secum pater in se manens, esset in loquente se atque operante & operans & loquens. Deinde ut causam totius huius sermonis ostenderet, adiecit: Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In hoc autem seculo tribulationem habebitis, sed anima qui estote, quia vici ego mundum. Locutus ergo ista est, ut pacifici in eo manerent, neque dissensionum studio super fidei disceptationibus dissiderent: cum qui solus relinqueretur, non solus esset, & qui à Deo exisset, eum à quo exisset Deum in se haberet. Deinde in seculo vexati, patietes promissionum eius essent, qui mundum à Deo exeundo, & Deum secum habendo vicisset. Postremò totius mysterij fidem elocutus, eleuatis in cælum oculis, ait: Pater venit hora, honorifica filium tuum, & filius tuus honorificet te. Sicut dedisti illi potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti illi, det ei vitam æternam. Anne tibi infirmus videtur, cum honorificari se rogat? Sit planè infirmus, nisi honorificari se idcirco postulat, ut ipse honorificet honorificantem. De honore autem accipiendo & reddendo, libro alio tractauimus, & eadem retoluere admodum ociosum est. Certè non ambigitur gloriam idcirco posse, ut glorificetur impartiens: sed fortè in eo imbecillus est, quod potestatem omnis carnis accepit. Sit quoque acceptio potestatis imbecilla, nisi potens est illis quos accepit, vitæ tribuere æternitatem: sed in eo ipso quoque quod accipit, naturæ aliqua infirmitas arguitur. Sit planè acceptio infirmitas, nisi Christus ex natiuitate potius quam ex innascibilitate Deus verus est. Quod si acceptio potestatis, sola est significatio natiuitatis, in qua accipit id quod est: non est infirmitati datio deputanda, quæ totum hoc nascentem consummat esse quod Deus. Cum enim innascibilis Deus ad perfectam diuinæ beatitudinis natiuitatem vnigenito Deo autor sit, autorem natiuitatis esse, sacramentum paternum est. Ceterum non habet contumeliam, quæ autoris sui exprimit imaginem: quod enim pater dedit potestatem in hoc filium genuit, quod filius accepit, natiuitatem consummat. Dedit enim potestatem omnis carnis, & ad id dedisse, ut det ei vitam æternam: habet in dâte quod pater est, & in accipiente quod Deus est: cum & in eo significetur pater esse quod dederit, & in eo filius Deus maneat, quod vitæ æternæ dâdæ sumpserit potestatem. Naturali igitur filio Dei & cognita omnis potestas est, quæ cum data sit, non alienata est per id ab autore, quia data est, cum quod est autoris, hoc datum sit: dare scilicet vitam æternam, & corruptionem in incorruptionem mutare. Dedit itaque pater omnia, & accepit filius omnia: Neque ambiguum est, cum dixerit: Omnia quæ patris sunt, mea sunt. Et hic quidem non creationum species, neque elementorum diuersas substitutiones præfens sermo significat: sed beatæ atque absolutæ diuinitatis nobis gloriam pandens, Deum in his ostendit intelligendum esse quæ sua sunt in virtute, in æternitate, in prouidentia, in potestate. Non quod hæc Deus ita habeat, tanquam aliud quid extra ista esse credendus sit: sed quod in his ad aliquantulum sensus nostri opinionem significatus sit ipse qui habeat. Vnigenitus igitur

Ibid.

Exitio Christi à Deo, est eius absolutæ natiuitas.

igitur in his se docens substituisse, quæ patris sunt, cum ex se sumpturum esse sanctum spiritum dixisset, adiecit: Omnia quæ patris sunt, mea sunt, propterea dixi, de meo accipiet. Omnia quæ patris sunt, sua sunt, tradita utique & accepta. Sed data non infirmant diuinitatem, quæ in his eum constituit esse quibus pater est. His igitur nunc gradibus præmissis de se intelligentiæ vnus est, ut cum se à Deo exisse docuisset, secunquæ esse patrem professus esset, seque mundum vicisse testatus esset, & honorandus à patre, patrem esset honoraturus, & accepta potestate id danda vnuerse carni vitæ æternitate esset vnus: tum postremò omnia hæc tali absolute conclusionem: Hæc est autem vita æterna, ut sciant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Vitæ æternæ fidem vel loqui o hæretice discere vel credere, & separa à Deo Christum si potes, à patre filium, à Deo vero super omnia Deum, à solo vno. Vnus enim Dominus est Iesus Christus. Si vita æterna est in Deum solum verum credidisse, sed non sine Christo: separa à solo Deo vero, in confessione solius Dei veri, vita æterna non capitur. Non intelligo quomodo nobis à Deo vero separandus ad fidem sit, qui non sit separabilis ad salutem. Quanquam igitur sciam morosas difficultatum quæstionum absolute legentium desideris graues esse tamen dilata ad modicum totius veritatis demonstratione, indulgeri mihi existimo non sine aliquo fidei profectu, his ipsis dicitur Euangelicis tecum hæretice luctanti. Audis professionem Domini dicentis: Hæc est autem vita æterna, ut scienti solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quæro quid sit quod sensum moueat, ne verus Deus Christus sit. Non enim tibi nunc quid de Christo credere debeas significatio aliqua alia subiecta demostret. Non habes quicquam præter quam Iesum Christum: non filium hominis, ut de se solet dicere: non filium Dei, ut profiteri ei de se visitatum est: non descendente panem viuum de cælis, quod cum multorum scandalo de se frequenter: sed dicens, te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, omne prænominum & cognominum suorum, vel naturalium, vel assumptorum consuetudinem prætermisit: ut cum confitendus solus verus Deus & Christus Iesus æternitatem præstaret, sine dubio in ea Iesus Christus esset significatione, qua Deus est. Sed fortè quod ait, te solum, cõmunionem atque vnitatem suam à Deo separat. Separat sanè: si nõ ad id quod ait, te solum verum Deum continuo subiecit: & quem misisti Iesum Christum. Et sensum audientis interrogo, quid credendus sit Iesus Christus, cum ad id quod pater solus Deus verus credendus sit, credendus & Christus est: Sed solus fortè pater Deus verus, Christo non relinquit ut Deus sit. Non relinquit sanè: si vnus Deus pater Christo ut vnus sit Dominus, non relinquit. Quod si vnus Deus pater Christo non adimit ut vnus sit Dominus, ita solus Deus pater verus Christo Iesu non aufert ut verus Deus sit: cum ad vitæ æternæ meritum hoc proficiat, ut cum credatur solus verus Deus, credatur & Christus.

Ibid.

Quid nunc rogo stultitia tuæ sensu Christo deputas hæretice, cum esse credatur & Christus, qui vitam æternam qui tribuit, qui honorificandus à patre patrem honorificauit, qui mundum vicit, qui solus relinquendus non solus est, sed secum habet patrem, qui à Deo exiuit, atque à patre venit? Quid igitur in tantis Dei virtutibus nato naturæ ac veritatis imparties? Solum enim verum Deum patrem inuoluntate credimus, nisi credamus & quem misisti Iesum Christum. Quid hæretes? quid moraris? quid Christus confitendus sit doce. Nam qui quæ scripta sunt negas, quid restat, nisi ut quæ non scripta sunt credas? O infelix voluntas, veritati obnitens falsitas, cum in fide & confessione veri Dei patris Christus vnus sit, rogo qua fide verus Deus negatus creatura esse dicitur, cum fides nulla sit in solum verum Deum credidisse sine Christo? Sed angustum te hæretice, & diuini spiritus incapacem, celestium dictorum non adit sensus; & vipereo inspiratus errore, Christum verum Deum nescis in fide solus veri Dei ad vitæ æternitatem confitendum. Sed ecclesiæ fides solum verum Deum patrem confessa, confitetur & Christum. Neque verum Christum Deum confitendo, non & solum verum Deum patrem confitetur: neque rursum solum verum Deum patrem confessa, non confitetur & Christum. Per id enim Christum confessa Deum verum est, quod solum verum Deum confessa sit patrem. Ita quod solus pater Deus verus est, Deum verum esse confirmat & Christum. Non enim vnigenitum Deo naturæ demutationem naturalis natiuitas intulit: & qui ex subsistente Deo secundum diuinæ generationis naturam Deus subsistit, ab eo qui solus verus Deus est inseparabilis est veritate naturæ. Tenuit enim natura veritatis suæ ordinem, ut natiuitatis veritatem veritas naturalis inueheret, nec alterius ex se generis Deum Deus vnus efferret. Atque ita sacramentum Dei nec in solitudine, nec in diuersitate consistit: cum neque alter Deus deputetur qui ex Deo cum naturæ suæ proprietate subsisterit, neque in vaione maneat, quem patrem natiuitatis veritas doceat confitendum. Non deseruit igitur natus Deus naturæ suæ proprietatem: & naturali in eo virtute est, cuius in se tenet naturali natiuitate naturam. Nõ enim in eo Deus aut demutatus aut degener, est, cum si quod vitium natiuitas intulisset, ei potius naturæ contumeliam per quam natiuitas subsistebat, inferret, dum quod ex se est desereret esse quod suum est. Arque ita non eum demutatio corrumpebat, qui in substantiam nouam natiuitate subsisteret: sed eum qui natiuitate filij, impotens naturæ suæ tenere constantiam, externum aliquid à se alienumque genuisset. Non est autem, ut sæpe iam comme morauimus, in vnitate Dei patris & Dei filij humanarum vitium opinionem: ut sit vel extensio, vel series, vel flexus, ut aut riuum fons effundat ab origine, aut ramum arbor teneat in caudice, aut calorem ignis emittat in spacium. Hæc enim à se inseparabili protensione manet potius deteta quam sibi insunt: dum & calor in igne est, & in arbore ramus est, & riuus in fonte est. Et hæc ipsa res sola sibi est potius quam res ex se substituta est: quia nõ aliud arbor quam ramus, neque ignis quam calor, neque fons possit esse quam riuus. At verò vnigenitus Deus, ex perfecta atque inenarrabili natiuitate subsistens Deus est, & vera progenies innascibili Dei est, & incorporalis naturæ generatio incorporalis, Deus viuus & verus à viuente vero Deo, & inseparabilis à Deo naturæ Deus, dū subsistens natiuitas nõ alterius naturæ Deum perfecit, neque generatio quæ substantiã proueherebat, substantiæ naturæ demutauit in genere: sed dispensatione assumpta carnis, & per exinanienti se ex Dei forma obedientiæ, naturæ sibi nouitate Christus homo natus intulerat, nõ virtutis naturæque dâno, sed habitus demutatione. Exinanienti se igitur ex Dei forma serui formæ filii acceperat: sed hanc carnis assumptionem, ea cū qua sibi naturalis vnitas erat, patris natura non fenarat: &

novitas temporalis, licet maneret in virtute naturæ, amiserat tamen cum forma Dei, naturæ Dei secundum assumptum hominem natiuitatem. Sed summa dispensationis hæc erat, ut totus nunc filius, homo scilicet & Deus, per indulgentiam paternæ voluntatis, vnitati paternæ naturæ inesset: & qui manebat in virtute naturæ, maneret quoque in genere naturæ. Idem enim homini acquirebatur ut Deus esset. Sed manere in Dei vnitatem assumptus homo nullo modo poterat, nisi per vnitatem Dei in vnitatem Dei naturalem euaderet: ut per hoc quod in natura Dei erat Deus verbum, verbum quoque caro factum rursus in natura Dei inesset, atque ita homo Iesus Christus maneret in gloria Dei patris, si in verbi gloriam caro esset vnitati rediretque tunc in naturæ paternæ etiam secundum hominem vnitatem verbum caro factum, cum gloriam verbi caro assumpta tenuisset. Reddenda igitur apud seipsum patri erat vnitatis sua, ut naturæ suæ natiuitas in se rursus glorificanda resideret, quia dispensationis novitas offensionem vnitatis intulerat: & vnitatis ut perfecta antea fuerat, nulla esse nunc poterat, nisi glorificata apud se fuisset carnis assumptio. Et idcirco tanto antea preparato ad fidei huius intelligentiæ sensu, cum dixisset: Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, subiecit secundum dispensationis suæ obedientiam: Ego te glorificavi super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi ut facerem. Postque ut meritum obedientiæ & sacramentum totius dispensationis intelligeremus, adiecit: Et nunc glorifica me tu pater apud te ipsum, gloria quam habebam antequam seculum esset apud te.

Ioan. 17.

Qui manere Christum in natura Dei denegat, & inseparabilem esse atque indifferentem à solo Deo vero non credit: respondeat quæ huius petitionis sit ratio: Et nunc glorifica me tu pater apud te ipsum. Quid enim causæ est, ut pater eum glorificet apud se ipsum? aut quæ verbi huius significatio est? quæ significatio effectus est? Pater namque non eget gloria, nec se exinaniuerat de forma gloriæ suæ. Quo modo ergo apud se ipsum glorificaturus est filium & ea gloria quam habuit apud eum antemundi constitutionem? Sed apud eum habere quis sensus est? Non enim ait, gloriam quam habebam antequam seculum esset, cum essem apud te: sed, gloriam quam habebam apud te. Esse enim apud te, consistentem significat: habere autem apud te, naturæ sacramentum docet. Glorifica verò apud te, non idem est quod glorifica me. Non enim semetipsum glorificari, tantum ita ut sibi aliquid sit proprium gloriæ rogat: sed apud semetipsum patrem glorificari se ab eo precatur. Ut enim in vnitatem suam maneret, ut manserat, glorificaturus eum apud se pater erat, quia gloriæ suæ vnitatem per obedientiam dispensationis excesserat: scilicet ut in ea natura per glorificationem rursus esset, in qua sacramento erat diuinæ natiuitatis vnitus, essetque patri apud semetipsum glorificatus, ut quod apud eum antea habebat maneret, neque abalienaret ab eo formæ Dei naturam formæ seruili assumptio: sed apud semetipsum glorificaret formam serui, ut maneret Dei forma, quia qui in forma Dei manserat, idem erat in forma serui. Et cum serui forma glorificanda esset in Dei forma, apud eum ipsum glorificanda erat in cuius forma formæ seruili erat habitus honorandus. Non noua verò hæc, neque nunc primum Euangelicis doctrinis consignata, vox Domini est: & hoc ipsum glorificandi filij apud semetip-

sum Dei patris sacramentum pulcherrima illa spei suæ gratulatione testatus est, tunc cum Iuda ad prodicionem exeunte, gaudio consummandæ suæ dispensationis elatus hæc dixit: Nunc honorificatus est filius hominis, & Deus honorificatus est in eo. Si Deus honorificatus est in eo, & Deus honorificauit eum in se, & Deus prout honorificauit eum. Quid limosi corporis graues animæ, & sordente peccatis conscientia fetida: cœnosæque vsque ad iudicium diuinæ de se professionis inflamur? & arbitros nos naturæ cœlestis deputantes, impijs ad Deum calumniam nostræ disputationibus rebellamus? Quanta potuit enim Dominus verborum simplicitate Euangelicam fidem locutus est: & in tantum ad intelligentiam nostram sermones aptauit, in quantum naturæ nostræ ferret in firmitas, non tamen ut quicquam minus dignum naturæ suæ maiestate loqueretur. Et primam quidem dicti sui significationem non ambigam existimo, cum ait: Nunc honorificatus est filius hominis. Gloria enim omnis non verbo, sed carni acquirerebatur: id est, non natiuitati Dei, sed nati hominis dispensationi. Hoc verò quod sequitur quid significet interrogo: Et Deus honorificatus est in eo. Honorificatum enim in eo Deum audio, & quid istud sit secundum intelligentiam tuam hæretice ignoro. Deus in eo honorificatus est, in filio vti que hominis: & quæro an filius hominis idem sit & filius Dei. Et cum non alius sit filius hominis, neque alius filius Dei, verbum enim caro factum est: & cum qui filius Dei est, ipse & hominis sit filius: requiro, quis in hoc filio hominis, qui & filius Dei est, glorificatus sit Deus, quia in filio hominis, qui & filius Dei est, glorificatus Deus est? Videamus quid sit hoc quod tertio subditur: Si Deus glorificatus est in eo, Deus glorificauit eum in se. Quod istud rogo sacramenti mysterium est? Deus in filio hominis glorificato glorificatum Deum glorificat in se. In filio hominis Dei gloria est, & gloria Dei in gloria filij hominis. Deus glorificat eum in se, homo vti que non per se glorificatur. Neque rursus qui in homine glorificatur Deus, licet gloriam accipiat, non tamen aliud ipse quam Deus est. At verò cum glorificato filio hominis, glorificans Deum Deus glorificat in se, inuenio naturæ gloriam in gloriam naturæ naturam glorificantis assumi. Non enim se Deus glorificat: sed glorificatum in homine Deum, glorificat in se.

Quod autem glorificat in se, licet non se glorificet tamen in naturæ suæ gloriam naturam glorificantis assumit. Et cum glorificans Deum Deus, quia glorificatus in homine sit, glorificat in se, eum quem glorificauit in se inesse demonstrat eum glorificat in se. Affer nunc quisquis es heretice, flexuosæ doctrinæ tuæ ineuolubiles quæstiones: quæ cum se nodis suis illigent, in nullo tamen agmine herendi molestiæ continebunt. Filij enim hominis glorificatur, & glorificatur in eo Deus: & Deus glorificatum eum in homine, glorificauit in se. Non enim id ipsum est glorificari filium hominis, quod & glorificari in filio hominis Deum, vel glorificari in se, glorificatum in homine Deum. Loquere hoc secundum impietatis tuæ sensum verbis tuis, quid velis esse glorificari in filio hominis Deum. Vti que aut Christum necesse est esse qui glorificatur in carne, aut patrem qui glorificatur in Christo. Si Christus est: Deus certe Christus est, qui glorificatur in carne. Si pater est, sacramentum vnitatis est, cum pater glorificatur in filio. Aut Christum confitendo, Deum etiam inuitus loqueris: aut patrem & Deum

Deum intelligendo, naturam Dei patris non negabis in Christo: Atque hæc de glorificato filio hominis, & glorificato in eodem Deo, dicta sint. De eo verò quod glorificatum in filio hominis Deum Deus glorificat in se: in quo tandem tibi relictam facultatem exerenda impietatis existimas, ne secundum naturæ veritatem verus Deus Christus sit? Christum enim Deus natum hominem clarificat in se: nunquid extra se est, quod clarificat in se? Reddit enim in se Christo gloriam quam apud se habuit: & cum in forma Dei assumptio formæ seruili assumitur, in se glorificatur glorificatus in homine Deus, qui ante natiuitatis dispensationem in se erat, & per formam sui, & per naturam natiuitatis vnitus. Natiuitas enim non noua neque alienæ naturæ Deum fecerat, sed naturalis filius patri naturali generatione subsisterat. Et cum post natiuitatem hominem glorificatus in homine, in naturæ suæ rursus gloriam clarescit, in se cum Deo clarificat: cum in naturæ paternæ gloriam, ab ea per dispensationem euacuatus assumitur. Concludit autem auidacissimum impietatis tuæ furorem Apostolica fides ne quod licentia liberæ intelligentiæ euageris, cum ait: Omnis lingua confitebitur quia Dominus Iesus in gloria Dei patris. Quem enim in se pater glorificauit, in eius gloria consistendus est. Et qui in patris gloria consistendus, quem in se pater glorificauit, in his sine dubio intelligendus est esse, quibus pater est, cum & in se eum glorificauerit, & in gloria eius sit consistendus. Non enim hic nunc tantummodo in gloria Dei est, sed in gloria Dei patris est. Neque glorificauit gloria exteriore, sed glorificauit gloria in se, in eam cum quæ sua est gloriam resumendo: & in eam gloriam quam apud eum habuit, eum & apud se glorificat & in se. Atque ita inseparabilis à fidei huius coniunctione intelligitur etiam sub hominis humilitate, sic dicens: Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum? cum & sine Christo, solo Deo patre cognito, vita æterna non sit, ut Christum glorificatus in patre sit. Si autem ea demum vita æterna est, solum verum Deum patrem nosse, & quem misisti Iesum Christum: non existimetur planè verus Deus Christus, si vita sit in Deum credidisse sine Christo. Et quod solus Deus pater Deus verus est, non pertineat ad Deum Christum, nisi gloria Christi hominis in solo vero Deo patre est. Si enim in se eum glorificat pater, & solus pater Deus verus est, non extra solum verum Deum Christus est: quia glorificatum in Deum Christum, glorificet pater verus Deus solus in se. Et quod à solo vero glorificatur in se, non alienat à solo vero quia in se solo glorificatur in vero. Sed fortè pie huic fidei nostræ, impiæ perfidiæ tuæ occurat assertio, ut aliena ab intelligentiâ Dei veri sit hæc necessitatis confessio: Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Nisi duplicem responsionem duplex Iudæorum indignatio exigit: sit hæc planè infirmitatis confessio, nihil ab se facere filium posse, nisi quod viderit patrem facientem. Quod si Iudæis & violati sabbati reatum obicientibus, & æqualitatem in Christo Dei per professum sibi Deum patrem non ferentibus, sub eodem dicto ad vtrumque responsum est: putas ne per confessionem responsionis posse dictorum oculi veritatem? Et quantum in alio libello tractatus hic à nobis locus fuerit, tamen quia non modo non obest, sed etiam ad religionem proficit fidem retractari,

Philipp. 2.

Ioan. 17.

Ioan. 5.

eundem ipsum, quia causa postulat, reuoluamus.

Hinc autè primum responsionis necessitas orta est. Et propter hoc persequebantur Iudæi Iesum, & queiebant eum interficere, quoniam hæc faciebat sabbato. Ira itaque eorum vsque ad cupiditatem interficendi eum accendebatur, propter opera sabbato gesta. Sed videamus quid Dominus responderit: Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Quod rogo istud opus patris est, hæretice, demonstra. Per filium enim & in filio omnia sunt, visibilia & inuisibilia. Et tu qui ultra Euangelia sapis, necesse est ut aliquibus arcanorū doctrinis cognitionem paterni operis adeptus, operantè nobis patrem ostendas. Quod si pater operatur in filio secundum quod ipse ait: Verba quæ ego loquor vobis, non ego loquor, sed pater qui in me manet, ipse facit opera sua, vides ne quid hoc sit: Pater meus vsque modò operatur? Hoc enim ideo ait: Ioan. 14. ut paternæ in se naturæ intelligeretur maiestas in sabbati opere potestatis suæ vsa natura. Cum enim in se operante operetur, pater, ipse necesse est patre operante operetur, atque ideo ait: Pater meus vsque modò operatur, ut ipsum illud præfens dictorum atque gestorum per se opus, paternæ in se naturæ existimaretur operatio. Id enim quod vsque modò operatur, vnum atque idem dicti temporisque momentum est, ut non aliud aliquod opus esse patris quam suum hoc quod agit crederetur: cum per id quod vsque modò pater operatur, hæc ipsa esset patris sub eodem tempore sermonis operatio. Ac ne fides intra cognitionem tantum patris relicta à vitæ æternæ spe abesset, continè subiecit: Et ego operor, ut hoc ipsum quod modò operatur pater, operetur & filius. Ac sic perfectam fidem docuit, cum id quod modò est, eiusdem temporis opus sit, & id quod operatur pater & filius, extra singularis sit vniionem. Sed geminatus est audientium dolor, id enim sequitur: Propter hoc magis quærebant eum Iudæi interficere, quod non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum proprium dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et hic rursus admonebo & Euangelistæ iudicio, & communi humani generis sensu filium in paternæ naturæ æqualitate esse. Aequalitatem autem non nisi ex eadem esse natura, quia natiuitas non habet aliunde quod maneat. Et omnis generatio à generante se non sit aliena, dum ad id quod maneat, subsistit ex eodem. Huic igitur duplicatæ indignationi videamus quid Dominus responderit: Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcunque enim ille facit, eadem & filius facit similiter. Nisi dicta propositionis propria sunt, vim dictis præsumptione propria & infidelis intelligentiæ afferimus.

Ioan. 5.

Si autem irarum causis subiecta responsio est: fides potius nostra loquitur quod docetur, quam irreligiosa peruersitas impietatis suæ defendit errorem. Quæramus ergo an de sabbati opere hæc propria responsio sit: Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Ait enim superius: Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Si paternæ in se naturæ autoritate quod gerit, gereute patre agit, qui vsque modò operatur in sabbato: extra crimen operis est filius, in quo paternæ operationis præfertur autoritas. Non enim ad infirmitatem retulit, non potest, sed ad autoritatem. Nam ab se non potest nisi videat: neque enim præstat vidisse virtutem. & cum non præstet visus virtutem naturam non infirmat non

Luce. 10.

posse sine visu: sed autoritatem ostendit ex visu. Id enim quod ait: Nisi videat, conscientiam significat in visu, sicut ad Apostolos ait: Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones quoniam albæ sunt ad messem. Conscientia igitur in se naturæ paternæ quæ in se operatur operante, ne violasse sabbatum Dominus sabbati crederetur, ait: Non potest filius ab se facere quicquam, nisi quod viderit, patrem facientem, vt id quod operatur, ex conscientia naturæ in se operantis ostenderet, cum & se sabbato operante, vsque modo pater operetur in sabbato. Ad alterius vero indignationis dolorem, consequentis dicti retulit causam: Quæcunque enim pater facit, eadem & filius similiter facit. Exprobra infirmitatem Dei filio, adime quoque naturæ æqualitatem: si non quæcunque facit pater, eadem & filius facit similiter: si discrimine aliquod paternæ virtutis atque operationis admittitur, si quod ad æqualitatem virtutis naturæque proprium est, honoris æqualitas non postulatur. Ipsa enim in continuis ait: Vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Discerne æqualitatem in honore non dispari, infirma naturam in eadem operatione virtutis. Quid responsionis causam ad contumeliam diuinitatis inuadis? Ad operationem sabbati respondit, non se quicquam facere posse, nisi quod patrem facientem vidisset. Ad demonstrationem vero æqualitatis, quæcunque pater faceret, facere se professus est. Tene quod ad sabbatum pertinet, ad opprobrium infirmitatis: si non quæcunque facit pater, eadem & filius facit similiter. Si autem sine exceptione quæcunque sunt: in quo tandem infirmitas reperitur, cum nulla quæ pater possit non possit & filius? Aut in quo tandem per intercessionem infirmitatis negatur æqualitas, cum vnus atque idem honor postuletur ad vtrumque? Quod si eadem est virtus operandi, & eadem est religio honorandi: non intelligo in quo tandem naturæ infirmæ contumelia relinquatur, cum eadem sit in patre & in filio & virtutis potestas & honoris æqualitas. Et hæc quidem quæuis cum ipsa rerum absolutione tractata sint, tamen ne quid in eo quod ait Dominus: Non potest filius facere à se quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, ad infirmam naturæ eius impietatem proficiat, potius quam ad demonstrandam paternam in se naturæ conscientiam, per quam ex autoritate operatus in sabbato est: Dicit quoque Dominici ad id pertinentis demonstranda cognitio est, quo ait: Et à me facio nihil, sed vt docuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quoniam ego quæ sunt ei placita facio semper. Sentis ne quid sit, non quicquam posse facere filium, nisi videat patrem facientem? & quo sacramento dictum sit: Et à me facio nihil? Et rursum: Nō reliquit me solum, quoniam ego quæ sunt ei placita, facio semper? Si enim ideo nihil ab se facit, quia in se manet pater: quomodo rursum ideo se solus pater non reliquit, quia quæ sunt ei placita facit. Non concordat secundum sensum tuum hæretice, dictorum diuersitas, vt nihil faciat à se nisi doctus à manente in se patre: & rursum idcirco in se pater maneat, quia quæ ei sunt placita gerit. Si enim nihil ab se facit propter manentem in se patrem: quomodo hinc vt in se pater maneat meritis est, quod ea quæ ei placeat agit? Non enim meritum aliquod est, non ab se gerere quæ quis agat. Et contra, quomodo patri quæ filius agat placita sunt, cum ea ipsa agat manens in filio pater. In

Ioan. 5.

Ibid. 8.

anguusto es impietas, & te tenuissima fidei nostre pietas concludit. Agit aliquid filius, aut non agit? Si non agit, quomodo in his quæ agit placet? Si autem agit, quomodo agit in his quæ ab se non agit? cum & proprium sit egisse quæ placeant, & sine merito sit non ab se egisse quæ gesserit? Sed naturæ cui contradicis, hæc vnitas est, vt ita per se agat, ne à se agat: & ita à se non agat, vt per se agat. Intellige agentem filium, & per eum agentem patrem. Non ab se agit, cum pater in eo manere monstratur. Per se agit, cum secundum filij naturam agit ipse quæ placita sunt. Infirmitas sit nō à se egendo: nisi ad eum ipse agit, vt quæ agit placeant. Non vero sit in vnitate naturæ: si non quæ ipse agit, & in quibus placet, non ab se agit, sed manens in eo ad agendum pater edocet. Ita & manendo docet pater, & filius agendo non ab se agit: & non ab se agens filius, cum quæ placita sunt facit, ipse agit. Ac sic vnitas naturæ retinetur in agendo: dum & ipse operans non operatur ab se, & ipse ab se non operans operatur. Adiunge quoque huic illud quod ad opprobrium infirmitatis vsurpas: Omne quod dat mihi pater, ad me venit, & venientem ad me non repello, quia descendi de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem patris qui me misit. Sed forte sine voluntatis libertate sit filius, vt ei naturæ infirmitas imperet necessitatem. Ideo autem necessitati sit subditus, non voluntati, vt datos sibi venientes à patre non repellat. Sed sacramenti vnitatem in his Dominus significans, dum non repellit sibi datos, dum non suam, sed mittentis se agit voluntatem: post repetitam hanc eandem Iudeis murmurantibus vocem, intelligentiæ nostræ sensum confirmat, dicens: Omnis qui audit à patre & discit, venit ad me, non quod viderit patrem quisquam, nisi qui est à Deo, hic vidit patrem. Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Et quaero primum, vbi auditus sit pater, vbi docuerit audientes. Sed patrem nemo vidit, nisi qui à Deo est. Et quomodo ergo à patre, ad filium venit. Et cum filius auditur & docet, naturæ in eo paternæ proprietates & auditæ & docentis ostenditur: vt hoc quod docet filius & auditur, paternæ doctrinæ intelligatur auditio. Nam cum nemo viderit patrem, & ad filium veniens à patre audiatur atque discat vt veniat: admonemur intelligere quid sit & in loquente filio patrem docere, & in conspecto filio patrem qui à nemine sit visus, audiri, quia naturæ paternæ proprietatem natiuitas filij in se perfecta contineat. Volens igitur vnigenitus Deus autoritatem paternam, salua in se naturæ vnitate testari: & datos sibi à patre non repellit, & voluntatem non suam, sed eius qui se misit efficit. Non quod non velit quæ agit, aut quod non ipse auditur qui docet: sed vt eum qui se mittat, & se qui missus est, sub proprietate naturæ indifferentis ostenderet: cum quæ vult, & agit, & loquitur, ea & voluntatem & opera & dicta patris esse significet. Quod autem sit liberæ voluntatis, non ambiguit ostendit cum ait: Sicut enim pater suscitauit mortuos & viuificauit, sic & filius quos vult viuificat. Cum æqualis in patre & filio & virtutis potestas & honoris dignitas manifestatur, ibi & libertas voluntatis ostenditur: cum autem vnitas demonstratur, ibi paternæ voluntatis significatur affectio. Quæ enim vult pater ea facit filius: facere autem plus est, quam voluntati obedire. Quia obedire voluntati, habet exterioris necessitatem, facere voluntatem, proprium est vnitati, cum factum sit voluntatis. Et cum filius voluntatem

Ioan. 6.

An necessitas sit a filio

Ibid.

Ioan. 14.

Ioan. 5.

Ioan. 14.

Ibid. 6.

Ibid. 17.

Matth. 11.

Ioan. 14.

luntatem patris facit, docet per naturæ indifferentiam, naturalem sibi voluntatem esse cum patre: cum voluntas eius sit, omne quod faciat. Vult planè filius oia quæ pater vult, nec naturalis dissentit voluntas. Namque cum hæc voluntas patris sit quam ostendit dicens: Hæc est enim voluntas patris mei, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & suscitent eum in nouissimo die: audi nunc an filij à patre dissentis sit voluntas, cum ait: Pater quos mihi dedisti, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Non ergo ambigitur filij velle. Nā cum pater velit credentes in filio vitam æternam habere filius vult illic vbi ipse sit esse credentes: nisi forte cohabitare Christo non sit æternitas, aut nō perfecta & beata in se credentibus tribuat Christus, hæc dicens: Nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filij reuelare. An ne non in libertate est voluntatis volens nobis secreta illius paterni tribuere conscientiam, & adeo voluntas ei libera est, vt cognitionem sui atque patris quibus voluerit impartiat? Atque ita inter patrem & filium & natiuitatis & vnitatis demonstrata natura est: cum sic liber in voluntate sit filius, vt quod volens agit, factum paternæ sit voluntatis. Nesciens planè dispensatione fidei, extra intelligentiam sacramentorum est: & doctrinam Euangelij non adeptus, ab ipse Euangelij peregrinatur. Credendus est pater in filio, & filius in patre: per naturæ vnitatem, per virtutis potestatem, per honoris æqualitatem, per natiuitatis generationem. Sed contrarie forte huic nostre professioni est Domini contestatio cum ait: Pater maior me est. Hoc ne hæretice, impietatis tuæ telum est? hæc furoris tui arma sunt? Exciditne tibi ecclesiam duos innascibiles nescire, & duos patres non confiteri? Oblitus es mediatoris dispensationem, & in ea partum, cunas, ætatem, passionem, crucem, mortem? Et renascens non confessus es ex Maria filium Dei natum? Si in his omnibus filius manens ait: Pater maior me est, ignorandum existimas hanc dispensationem salutis tuæ, exinanitionem formæ Dei esse? & patrem naturam naturaliter in se gignentem se habuisse naturam, quæ in forma naturæ se gignentis manens formam naturæ atque infirmitatis corporalis acceperit. Erat enim humanæ naturæ proprietates: sed non Dei forma iam non erat, quia per eius exinanitionem serui erat forma suscepta. Neque enim defecerat natura ne esset, sed in se humilitatem terrenæ natiuitatis, manens sibi Dei natura susceperat, generis sui potestatem in habitu assumptæ humilitatis exercens, & ex Deo Deus natus, in forma serui homo repertus, Deum se virtutibus agens: Neque enim Deus non erat, quem gestis suis docebat: neque homo, in cuius habitu repertus est, non manebat. Et idcirco in hoc eodè superiore sermone, naturæ sibi cum patre vnitatem contestatus dixerat: Qui me videt, videt & patrem: & ego in patre, & pater in me. Quæ vnique differentia non habent ex qualitate naturæ, cum contemplatio filij visum compenset & patrem, & vnus in vno manens, vnum non discernat ab vno. ac ne per contemplationem corporalem referre ex se paternam con-

templationis visum existimaretur, subiecerat: Credite mihi, quoniam ego in patre, & pater in me. Sin autem, vel propter opera credite. Vt cum virtus naturæ res esset, & operatio ipsa virtutis sit potestas, per virtutis potestatem, naturæ in se paternæ vnitas nosceretur: cum in quantum quisque Deum cognouisset in virtute naturæ, in tantum Deum patrem cognosceret in potestate naturæ: Et cum tantus quætuus est pater, filius videndum in se patrem præstaret in gestis: indifferens per id pater in filio nosceretur, per intelligentiā indifferentis pro potestate naturæ. Impletur itaque vnigenitus Deus carnis dispensationem, & acceptæ formæ seruilis sacramentum consummaturus, vnus est demonstrandæ fidei nostræ professione, dicens: Audistis quoniam dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligereis me, gauderetis quoniam vado ad patrem, quia pater maior me est. His itaque quæ ad naturam diuinitatis spectant, explicitis hoc eodem superiore sermone: nunquid professio hæc aufert filio naturæ æqualitatem, quam natiuitas genuina consummat? Aut nunquid vnigenito Deo contumelia est patrem sibi innascibilem Deum esse, cum ex innascibili Deo natiuitas vnigeniti in naturam vnigeniti subsistat? Non enim suæ originis est filius, neque natiuitatem sibi non extans ipse conquisiuit ex nullo, sed ex viuente natura viuens natura extans tenet in se naturæ potestatem, professæ autoritate naturæ, vt & honorem testetur, & gratiam sumptæ natiuitatis in honorem. Et hoc quidem patri debitum reddens, vt obedientiam suam mittentis deputet voluntati, non tamen vt naturæ vnitatem obedientia humilitatis infirmet: factus obediens vsque ad mortem, non tamè post mortem nō super omne nomē est. Sed si forte hinc inæqualis videtur, quia ei post euacuationem formæ Dei donatur hoc nomen: calumnia hæc sacramentum assumptæ humilitatis ignorat. Si enim natiuitas hominis naturam nouam intulit, & humilitas formam demutauit sub assumptione seruilis, nunc donatio nominis, formæ reddidit æqualitatem. Quid enim donatum sit quære. Si enim hoc donatum quod Dei est, naturæ huius donum ignobilitatem diuinæ illi nō inuehit naturæ. Denique hoc nunc quod donatur ei nomē, & si habeat doni sacramentū, non tamè habet in dono nominis nomē alienū. Donatur enim Iesu, vt ei cœlestia & terrestria & inferna genua flectant: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Confessionis ergo huius honor donatur, vt in gloria Dei patris sit confitendus. Cum audis itaque Pater maior me est, scito eum de quo ob meritum obedientiæ dictum est. Et donauit ei nomen quod est super omne nomen, Audi rursum: Ego & pater vnum sumus. Et qui me videt, videt & patrem. Et ego in patre & pater in me. Honorè donatæ confessionis intellige, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Quando igitur illud est, Pater maior me est: nempe sum, cum donatur ei nomē super omne nomē. At contra quado est, Ego & pater vnum sumus? nempe cum omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Si igitur donantis autoritate pater maior est, nunquid per doni confessionem minor filius est? Maior itaque donans est, sed minor iam non est cui vnum esse donatur. Si non hoc donatur Iesu, vt confitendus sit in gloria Dei patris, minor patre est: si autem in ea gloria donatur ei esse quia pater est, habes & in donantis autoritate, quia pater maior est, & in donati confessione, quia vnum sunt. Maior itaque

Ibid.

Philip. 2.

pater filio est, & planè maior, cui tantum donat esse, quantus ipse est: cui innascibilitatis esse imaginem, sacramento natiuitatis impertit, quem ex se in forma sua generat, quem rursùm de forma serui in forma Dei renouat: quem in gloria sua secundum spiritum Christum Deum natum, donat rursùm esse in gloria sua secundum carnem Iesum Christum Deum natum, mortuum. Causam igitur ostendit, quur si eum diligere, gauderent quòd ad patrem vadit, quia pater maior esset. Gaudium hoc vtique ex dilectione docēs esse, quia latetur dilectio Iesum esse in gloria Dei patris confitendum: & gloriæ huius resumendæ meritum continuò subiecit, dicens: Venit enim princeps mundi huius, & in me habet nihil. Nihil in eo princeps mundi huius habat, quia vt homo habitu repletus, extra peccatum carnis manebat, in similitudine carnis peccati de peccato peccatum in carne condemnans. Totum autem hoc ad paterni mandati referens obedientiam, subiecit: Sed vt sciat mundus quoniam ego diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio, surgite eamus hinc. Ad consummandum corporeæ passionis sacramentū, per dilectionē efficiēdi mandati paterni festinat exurgens: corporeæ tamen assumptionis statim mysterium pandens, per quam ei tanquam in vite modò palmitis inessemus, fructum nobis vt palmitibus, nisi ille vitis esset effectus, vtilem non daturis. Atque idcirco manere nos in se per fidem assumpti corporis monet, vt quia verbum caro factum est, naturæ carnis suæ rāquam viti palmitis inessemus: à corporeæ huius humilitatis assumptione formam paternæ maiestatis alienans, tum cū se ad vnitatē palmitū vitem professus, agricolam patrem curiosum huius vitis ostendit, cuius inutiles atque inferaces palmitēs descēdās deputaret arduos, dicens ita: Qui me videt, videt & patrem, & verba quæ ego loquor, non à me loquor, sed pater qui in me manet, ipse facit opera sua. Et credite mihi, quoniam ego in patre, & pater in me est: & vt sacramentum natiuitatis, & mysterium assumpti corporis manifestaret, per continentia dictorum ad id veniēs, ait: Quia pater maior me est. Et cōfestim, vt absoluta dicti ratio subesset, & agricolæ, & vitis, & palmitum subiecit exemplum: assumptionem per id corporeæ humilitatis ostendens. Et hinc causam eundi ad patrem, & dilectionis lætitiā cum ad patrem iret, docens esse oportere, quia pater maior se esset: à quo scilicet esset gloriam resumpturus, apud quē, & in quo esset glorificandus, non nouello honore, sed pristino: neque alieno, sed quē apud eū habuit. Si itaque non ipso glorificandus est, id est: vt sit in gloria Dei patris, contumeliam adscribe naturæ: si verò quòd ab eo glorificatur, autoritas est patrem maiorem in glorificandi autoritate cognosce. Quid dispensationem ad impietatem rapis? Quid sacramentum nostræ salutis inuadis ad mortem? Glorificaturus filiū pater maior est, glorificatus in patre filius minor non est. Aut quomodo minor est, qui in gloria Dei patris est? Aut nunquid pater maior non est? Maior vtique pater est, dum pater est: sed filius dum filius est, minor non est. Natiuitas filij patrem constituit maiorem, minorem verò filium esse natiuitatis natura non patitur. Maior pater est, dum gloriam assumpto homini rogatur vt reddat: filius minor non est, dum gloriam resumit ad patrem. Atque ita & sacramentum natiuitatis, & dispensatio corporationis impletur. Nam & pater dū & pater est, & glorificat nunc filium hominis, maior est: Et pater & filius vnus sunt, dum ex patre na-

Ioh. 14.

tus filius, post assumptionem terreni corporis glorificatur in patre. Nō habet itaque natiuitatis naturæ ignobilitatem: quia in forma Dei est, qui ex Deo nascitur. Et cum differre significatione ipsa existimetur innascibilitas à natiuitate, natiuitas tamen non est extra innascibilitatis naturam: quia non sumpsit aliunde quod subsistit. Nam & si non consecuta sit, vt innascibilis effecta sit: accepit tamen ex innascibili Deo esse, quod Deus est. Fides igitur nostra & si initium natiuitatis non apprehendens, vnigenitum Deum semper profiteatur, quia natura non ferat vt cœpisse eum aliquando confiteatur, cuius natiuitas omne initij tempus excedat, sed quem semper esse & ante tempora confiteatur, natum tamen in temporali infinitate non ambigit, eum tamen ex initiabilis intelligentiæ natiuitate confessā. Sed hoc hæretici ad naturæ contumeliam sumunt, quia dictum est: Pater maior me est. vel illud: De die autem & hora nemo scit, neque angeli in cœlis, neque filius, nisi pater solus. Ignoratio ergo dici atque horæ obicitur vnigenito Deo, vt Deus ex Deo natus nō sit in ea naturæ perfectione qua Deus est: cum nesciendi necessitate dominante, iam vis aliqua exterior eo potior sit, quæ tanquam aduersum se imbecillum in ignorantie eum infirmitate detineat. Quin etiam ad huius nos intelligentiæ impietatem hæreticorum furor iure quodam necessariæ confessionis compellit, vt ita credendum sit, quia & à Domino dictum sit ita, & videri irreligiosissimum possit, professionis eius de se protestationem diuersa intelligentiæ nostræ opinione corrumpi. Ac primum antequam dicti ratio & causa memoretur, sensu communis iudicij sentiendum est: an credibile esse possit, vt aliquid ex omnibus nesciat, qui omnibus ad id quod sunt, atque erunt, autor est. Si enim omnia per Christum, & in Christo, & ita per ipsum vt omnia in ipso sint, id quod neque extra eum, neque non per eum est, quomodo non etiam in scientia eius sit, cum plerunque scientia ea etiam, quæ neque in se, neque per se sint, per virtutem naturæ non nesciā apprehendat? At verò quod causam nisi ex eo non sumit, & motum ad id quod est, eritque, nisi intra se non capit: quomodo extra eius naturæ scientiam est, per quam, & in qua id quod efficiēdum sit, cōtinetur? Cogitationes nāque humanas non tantum presenti motu incitatas, sed etiam instinctu futuræ voluntati agitandas Dominus Christus non ignorat, & angelista testante: Sciebat enim Iesus ab initio, qui essent non credentes, & qui esset traditurus eum. Naturæ ergo eius virtus, quæ cognitionem rerum nō extantium capit, & quiescentium adhuc animorum subituras inquietudines non ignorat, id quod per se, intraque se est, nescisse existimabitur: & alieni potens, impotens sui esse? de quo dictū meminerimus: Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes. Vel illud: Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum reconciliari omnia in ipso. Cum igitur omnis in eo sit plenitudo, & omnia per ipsam & in ipso reconcilientur, & dies illa reconciliationis nostræ expectatio sit: hanc ille diem ignorat, cuius & in se tempus est, & per sacramentum eius est? Etenim aduentus sui dies iste est, de qua Apostolus ait: Cū autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum eo apparebitis in gloria. Nemo itaque quod per se, & intra se est, nescit. Christus adierit, & aduentus sui diē ignorat? Dies suus est secundum eundem Apostolum, quia dies Domini sicut fur nocte adueniet: & ignoracione

M. v. c. 13. Quomodo filius nescit diem.

Colof. 1. Ibid.

Colof. 3.

Theff. 5.

eius detineri intelligendus est? Humanæ naturæ quod agere diffiniunt, quātum in se est, præsciunt, & sequitur gerendorum cognitio voluntate agēdi: Deus verò natus, quod in se, & per se est, nescit? Per eum enim tempora, & in eo dies est, quia & per ipsum futurorū constitutio est, & in ipso aduentus sui dispensatio est: Et erit in ea hebetudine, vt quod sibi cōstat, sensu naturæ torpentis ignoret, ferarum beluarūque modo, quæ extra rationem cōsiliij prouidentis animata, ipsum quod agunt nesciunt, cum quodam motu stupidæ voluntatis agitata, fortuito ad aliquid & incerto feruntur ingressu? Quomodo etiam Dominus gloriæ aduentus sui ignobili die naturæ esse in compositæ & imperfectæ creditur, quæ & necessitatem habeat adueniendi, & scientiam aduentus sui nō adeptā sit, per quod potior sit ignoratio Deo, quæ ei auferat cognitionis habere virtutem? Iam verò quanta impietatis geminatur occasio: præter infirmitatem Christi etiam Deo patri vitium deputabitur, vt vnigenitum Deum, & dilectionis suæ filium, diei huius cognitione fraudauerit, malignitatisque affectu scientiam futuræ consummationis inuiderit. Et cum nō ignorabilem ei esse passionis & diem & horā voluerit, diem virtutis eius, & clarificandi in sanctis suis horam negauerit, & ademerit beatitudinis cognitionem, cui mortis indulserit præscientiam? Humanæ istud conscientiæ non potest ferre trepidatio, vt hoc sibi de Deo præsumat arbitrium, & ei vitia humanæ demutationis adscribat, vt aut aliquid filio pater deneget, aut aliquid Deus natus ignoret. Nescit autem Deus aliud aliquādo quā dilectio esse, neque aliud quā pater esse. Et qui diligit, non inuidet: & qui pater est, non etiam non pater totus est. Non enim admittit hoc nomē portionem, vt ex aliquo pater sit, & ex aliquo pater non sit. Pater enim vnuerſitatis eius quæ in se est, pater est: omnem se in eo habens, cui nō sit ex portione quòd pater est: non quòd sibi eorum quæ sua sunt, pater ipse sit, sed quòd in his quibus ipse est, ei qui ex se est, pater totus sit. Et cum secundum humanorum corporū naturas, quæ ex disparibus conueniunt, & ex compositis consistunt, non possit nisi omnium suorū quis pater esse: dum quod in vnoquoque est generū ac partium, id in filio natiuitas perfecta conferuet: omnium ergo suorū quis pater est, dum ex omnibus natiuitas, & in omnibus manet. Et cum in Deo non sint corporalia, sed absoluta: neque particulata, sed tota & vnuerſa: non viuificata, sed viua: totus viuens, & vnus totum Deus, dum non ex portione compositus est, sed ex simplicitate profectus est: necesse est, vt secundum quod est pater, ipse sit omnium suorū ei quem ex se genuit pater totus, dum eum patrem ex suis omnibus natiuitas filij perfecta consummat. Si igitur proprius filio pater est, in ea necesse est filium manere proprietate qua pater est. Manere autem quomodo existimabitur: si extra præscientiæ naturam sit, & aliquid natiuitati eius ex autore defuerit? Deerit enim propè totum: si quòd proprium Deo est, non habeat. Propriū autem Deo quid aliud, quā cognitio futurorum est? vt res nondum manentes, mansuræque, posterius inuicibilium ac nondum extantium generum capax natura contineat. Non patitur autem in nobis doctor gentium Paulus hanc impij erroris professionem, vt ignorasse aliquid vnigenitus Deus existimetur. ait enim: Instituti dilectione in omnes diuitias adimpletionis intellectus, in agnitionem sacramenti Dei patris &

Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Deus Christus sacramentum est, & omnes sapientiæ & scientiæ in eo thesauri latent. Portioni verò & vnuerſitati non potest conuenire: quia neque pars omnia intelligitur, & omnia partem non patiuntur intelligi. Filius enim si diem nescit, iam non omnes in eo scientiæ thesauri sunt. Quòd si in eo omnes scientiæ thesauri sunt: diem non ignorat, omnem in se scientiæ thesaurum continens. Sed meminisse nos conuenit, occultos in eo istos scientiæ thesauros esse, neque idcirco quicquid occulti sint, non inesse: cum per id quod Deus est, in eo insint: per id verò quod sacramentum est, occultantur. Non occultum autem, neque ignoratum nobis sacramentum Dei Christi, in quo absconditi omnes scientiæ thesauri sunt. Et quia sacramentum ipse est, videamus an in his quæ nescit ignorans sit. Si enim in cæteris professio ignorandi non habet nesciendi intelligentiam, ne nunc quidem quod nescit ignorat. Nam cum ignoratio eius secundum quod omnes thesauri in eo scientiæ latent, dispensatio potius quā ignoratio sit: habes causam ignorandi sine intelligentiā nesciendi. In omnibus enim quæ ignorare se Deus loquitur, ignorantiam quidem profitetur, sed ignorantione tamen non detinetur: dum id quod nescit, non nesciendi infirmitas est, sed aut tempus est non loquēdi, aut dispensatio est non agendi. Loquitur ad Abraham Deus dicens: Clamor Sodomæ & Gomorræ impletus est, & peccata eorum magna valde. Descendā ergo & videbo, si secundum clamorem eorum consummantur: quòd si non, vt sciam. Habemus ergo nescientem Deum, quod tamen non nesciat. Nam cum peccata magna valde sciat esse, & rursùm descendit vt videat an consummata sint, & si nondum consummata sunt vt sciat: intelligimus eum non ea tunc scire, quia prius nesciat, sed tunc scire, quia tempus ad agendum sit. Nescire ergo Deum, non est ignorantia demutatio, sed temporis plenitudo. Expectatur enim adhuc vt sciat. Et cum non possimus id de eo intelligere quod nesciat, cum tamē adhuc expectet vt sciat: necesse est, vt id quod sciens nescit, & nesciens scit, nihil aliud quā vel loquendi dispensatio sit, vel agēdi. Non ergo ambigi licet, Dei scientiam ex tempore potius esse quā ex demutatione, cum ad id quod Deus scit, profitendæ potius scientiæ tempus sit, quā adeptæ: vt etiam ex hoc docemur, quod ad Abraham dictum est: Ne iniicias manum tuam in puerum, & ne facias illi quicquam: nunc enim cognoui quia times Dominum Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Deus itaque modò scit: modò autem scire, anterioris ignorantia professio est. Quod cum in Deum non cadat, neque ignorauerit antè fidelem sibi esse Abraham, de quo dictum est: Credidit Abraham Deo, & deputatum est ei ad iustitiam: hoc quod nūc cognouit, tempus est quo Abraham testimonium accepit, nō etiam scire Deus cœpit. Abraham enim hoc locausto filij, dilectionem quam ad Deum habebat, docuerat: Deus tunc cognouit, cum loquitur. Et quia antè nescire non intelligendus est: necesse est idcirco tunc intelligatur cognouisse, quia loquitur. Et de plurimis quidem quæ de scientia Dei testamento veteri continentur, hæc tantum exempli causa demonstrata à nobis sunt: vt id quod nescit Deus, non ignoracionis causa intelligeretur esse, sed temporis. In euangelij verò Dominum multa scientē nescire inuenimus.

Colof. 2.

Genes. 18.

Deus quomodo sciat aut nesciat.

Genes. 22.

Ibid. 15.

Math. 7.

Ibid. 25.

Math. 9.

Colof. 2.

Operarios iniquitatis, in virtutibus multis & in nomine eius gloriantes, non nouit dicens: Et tunc iurabo, quia non noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Etiam cum iureiurando eos non nouit, quos tamen iniquitatis operarios esse non nescit. Nescit ergo non idcirco quia nesciat, sed quia cognitione eius per iniquitatem operationis indigni sint: fidei dicti etiam iurifuradi religione confirmans, & habens in naturæ virtute ne nesciat, & retinens in sacramento voluntatis ut nesciat. Nescit quoque vnigenitus Deus virgines stultas: & comparandi sibi olei incuriosas, gloriosi aduentus sui thalamum ingressus, ignorat. Nanque & aduent & rogant, & vsque eò non ignoratur, ut his respondeatur: Amen dico vobis, nescio vos. Nam & occurfus & deprecatio, non ignorabiles esse eas patitur: sed nesciendi responsio, non naturæ potius quam voluntatis est, dum ab eo qui nihil nescit, indignæ sunt quæ sciatur. Denique ne per infirmitatem ignorare existimaretur, continuò Apostolus ita loquutus est: Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam: ut cum vigilare eos ob ignorantem diem atque horam monet, per id nesciri ab eo virgines nosceretur, quòd consopitæ & negligentes, indignæ aditu thalami sui oleo indigendo mansissent. Non est igitur Dominus Iesus Christus, qui scrutans corda & renes Deus est, in ea naturæ infirmitate, ne nesciat: cum hoc ipsum ex naturæ scientia intelligatur esse, quod nesciat.

Quòd si qui fortè ignorantem ei deputabunt ab eo qui sciat cogitationes eorum, dici sibi metuant: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Nam cum cogitationum gestorumque non ignarus cognitor, interdum de cogitatis gestisque quasi ignarus interrogat, velut de tactu fimbriæ mulierem, vel de dictorum dissensione apostolos, vel de sepulcro Lazari flentes: non nesciens intelligendus est nescire, sed loquens. Neque enim natura fert, ut qui absens Lazarum mortuum sepultumque sciat, sepulcri locum nesciat: & qui cogitationes videt, mulieris fidem non cognouerit: & qui cogitationes videt, mulieris fidem non cognouerit: & qui necessitatem non habet de aliquo interrogandi, dissensionem apostolorum ignorauerit. Sed ei qui nouit omnia, ea ipsa quæ non nescit, dispensatio est aliquando nescire se loqui: dum aut apud Abraham scientia dissimulatur in tempus, aut apud stultas virgines, & iniquitatis operarios cognitio negatur indignis, aut in sacramento filij hominis, interrogatio ignorantis ex homine est: in his se omnibus veritate corporeæ naturæ accommodans, quibus naturæ nostræ infirmitas detinetur, non ut infirmus esset ex natura qui Deus est, sed infirmitates sibi hominum Deus homo natus assumpserit. Assumpserit autem ita, nõ ut in naturam infirmam natura indemutabilis sit redacta, sed ut in naturæ demutabilis susceptione esset sacramentum: dum & qui erat Deus, homo est, nec Deus destitit manere, qui homo est. Agens itaque se, atque conformans hominem natum, manens Deus verbum, sapissimè in ea est professione qua homo est, cum tamen & protestatio Dei ea sit sæpe quæ hominum: cum ea nescit, quæ aut non sint in tempore cõsistenda, aut non agnoscuntur ad meritum. Intelligendum itaque est, cur professus est diem se nescire. Si omnino nescire, Apostolus ita contradicit: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Est ergo abscondita scientia, quæ quia abscondenda est, interdum & nescientia confidenda est, ut esse possit abscondita. Nam si erit in protestatione, non etiam in secreto ma-

nebit. Negat ergo se scire, ut scientia possit esse abscondita. Quòd si idcirco nescit, ut scientia maneat abscondita, non per naturam nescit omnia sciens, quod idcirco tantum ut absconditum sit, nescit. Cur autem diem scientia abscondita sit, non in obscuro est. Nanque dum monet nos irremissa fide intentos semper manere, securitatem cognitionis ademittit: ut pendulæ expectationis incerto mens sollicita festinans, & aduentus diem semper expectans, semper expectando speraret, curamque peruigilem incertum ipsum, non ambigendi tamè temporis detineret. Ita enim Dominus ait: Ideo & vos estote parati, quia nescitis quæ hora filius hominis venturus est. Et rursum: Beatus ille seruus, quem veniens Dominus eius inuenit vigilantem. Ignoratio non ad errorem fuit necessaria, sed ad perseverantiam. Nec negatum id ad detrimentum est, quod ignoratum tribuit incrementum, ne scientiæ securitas negligentiam fidei dissimulatæ non exerceat, sed præparationem irremissam expectatione indefinita retineret: quæ modo furis metuendo semper caueret, illo eligente omne tempus ad furtum, patre-familiars verò domus, damni semper timore vigilante. Quanquam igitur non obscurum sit, ignorantem Dei non ignorantem esse, sed sacramentum: dum per dispensationem agendi, aut protestandi, aut demonstrandi sic nesciat ut sciat, & sic sciat, ut nesciat: tamè videndum est, ne fortè & ita infirmus sit, ut ea quæ pater scit, scire non possit, potente quidem eo cogitationes humanorum cordium nosse, quia natura potior motibus se naturæ inferioris admisceat, eamque tantquam imbecillam vehementi virtute transcurrat, sed impotens sit vehementiorem se naturæ infirmior ipsa penetrare: quemadmodum leuibus grauias, & raris densa, & solida liquida non cedunt, ita contra grauius leuia, & rara densa, & liquida solidis sunt peruia, quia cum non pateant valida infirmioribus, validis tamen infirma penetrantur. Ob id ergo cogitationes Dei patris ignorare filius ab impiis dicitur: quia infirmus ipse cum sit, non adeat ineundo potiorum, nec valentem inualidus transcurrat. Quæ si quis non modò ore temerario loqui audebit de vnigenito Deo, verum etià corde impio cogitare, Apostolum ita de spiritu sancto ad Corinthios scribentem credidisse cognoscat: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, spiritus enim omnia scrutatur, etià altitudines Dei. Quis enim scit hominum quæ sunt hominis quæ in ipso sunt, nisi spiritus qui in ipso est? Ita & quæ in Deo sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei. Sed hæc inania corporalium rerum exempla spernentes, Deum de Deo, & spiritum de spiritu, virtutibus suis potius quam terrenis conditionibus æstimemus, æstimemus autem non sensu nostro, sed professione diuina, & credamus ei qui ait: Qui me videt, videt & patrem. Nec ignoremus eum qui dixit: Vel operibus meis credite, quia pater in me, & ego in patre. Nec ignoremus eum qui locutus est: Ego & pater vnum sumus. Si enim sensum nostrum rerum nomina secundum humanam intelligentiam commemorata confirmant: non habet ab eo naturæ differentiam, in quo per intelligentiam quisque videtur. Nec differt à genere, qui manentem in se habens, inest in manente. Nec diuersi sunt qui vnum sunt. Intellige vnitatem, dum non diuina natura est. Naturæ verò rursum indiuiduæ sacramentum apprehende, dum tanquam speculum vnus vnus est. Speculum autem ita, ut nõ imaginatam speciem exterioris naturæ splendor emittat, sed dum viuens natura naturæ viuenti indifferens est, quippe

Iudicij dicit quare absconditum.

Math. 24.

I. Cor. 2.

Ioan. 14. Ibid. 10. Ibidem.

Ioan. 12.

Nunc cognoscat quod in meo Dominum.

Cur ergo tam multa dissimulat?

quippe quæ ex tota tota sit, quæ & dum vnigenita est, patrem in se habeat, & maneat in patre dum Deus est. Hæc itaque ad significandum natiuitatis sacramentum à Domino prædicata, hæretici quia negare non possunt, ita conantur eludere, ut ad voluntatis concordiam referant: ut in Deo patre, & in Deo filio non diuinitatis sit vnitas, sed voluntatis, tanquam diuinæ doctrinæ inops sermo sit, neque aut dici à Domino poterit: Ego & pater vnum sumus, vel loquendi imperitus non dixerit: Qui videt voluntatem meam, videt & voluntatem patris mei. Et id ipsum sit: Qui me videt, videt & patrem. Vel certè non fuerit in vsu eloquij diuini: Voluntas patris mei in me est, & voluntas mea in patre meo est, sed cõueniēs huic dicto sit: Ego in patre, & pater in me. Quæ quanquam omnia fœda & inepta & impia sint, neque sensus humanus in hac stultæ opinionis sententiam concedat, ut aut non poterit Dominus loqui quod volebat, aut aliud loquutus sit quam loquutus est: & quaquam reperitur parabolis & allegoricis dictis vsus esse, sed aliud vel exemplis dicta firmare, vel prouerbiorum significationibus rerum satisfacere dignitati, vel temporum professionibus se coaptare: tamen ipse idem vnitatis de qua tractatur, locus non patitur, in dictis aliud quam sonant verba esse credendum. Si enim per id vnum sunt, quia vnum volunt: vnum autem velle naturæ seferentibus non possunt, quæ diuersitatem generis dissidentis in diuersas necessariò voluntates naturæ diuersitate dissentiant: quomodo vnum velle possunt, quibus scire non vnum est, cum scientia & ignorantio voluntatis vnus impediatur vnitatem? Cum itaque scientiæ infirmitas aduersa sit, vnum velle aduersa non possunt. Sed fortè id quod solum patrem filius ait scire, filium qui se nescire dixerit, nescire cõfirmet. Nisi plane patrem solum scire dixisset, maximi periculi res intelligentiæ nostræ relinqueretur, ne fortè existimaretur ipse nescire. Nam cum in eo quod nesciat, dispensatio ei potius absconditæ scientiæ, quam natura sit ne sciendi, per id quoque nunc quod solum pater scit, non ignorare credendus est: quia sicut superius docuimus, scientia apud Deum nõ cognoscendi id quod nescierit intelligentiæ est, sed loquendi. Et per id quod solum pater scit, filius nõ intelligitur nescire, cum filius idcirco nescire se dicat, ne & alij sciant: & patrem id solum dicat scire, ne & ipse non nesciat. Si enim tunc cognouisset Deus dicitur, amari se ab Abraham, cum hoc non celauit Abraham: necesse est, ut & pater diem ob id scire dicatur, quia nõ celauit filium, Deo scientiam non de repentina cognitione sumente, sed in tempore protestante. Si itaque diem filius secundum sacramentum nescit, ut taceat: è contrario necesse est, ideo diem pater solum ostendatur scire, quia non tacet. Absit autem corporalium demutationum nouitates in patre & filio existimari, ut aliquando pater filio aut loquatur aut taceat. Nobis quidem nonnunquam missam vocem de cœlo meminimus, ut sacramentum apud nos filij, paterni dicti significatio firmaret, sicut Dominus ait: Non propter me vox hæc venit de cœlo, sed propter vos. Cæterum natura Dei non eget compositis humani officij necessitatibus, linguæ motu, temperamento oris, spiritus nixu, aëris pulsu. Deus simplex est, religione nostra intelligendus est, pietate profitendus est, sensu verò non persequendus est, sed adorandus: quia natura moderata & infirmis, naturæ infinitæ & potentis sacramentum intelligentiæ opinione non

occupat. Non est itaque diuersus compositæ diuinitatis partibus, ut sit in eo aut post stuporem volūtas, aut post silentium sermo, aut post ocium opus: ut aut velle aliquid, nisi ad volendum motus sit nõ putetur, aut loqui quid nisi post silentium sonent verba, non possit: aut agere aliquid, nisi in opus exeat, non intelligatur. Non subiacet naturæ legibus, à quo legem omnis natura sortitur: neque in aliquo infirmitate aut demutatione efficiendi detinetur, qui extra modum est potestatis, secundum Domini dictum: Pater possibilia tibi omnia sunt. Ut quantum sensus humanus non capit, tantum Deus possit. Sed ne ipsum quidem se omnipotentis virtute fraudauit dicens: Omnia quæcunque facit pater, eadem & filius facit similiter. Non est difficultas vbi non est infirmitas, quia difficultati subiacet impotens efficiendi potestas. Difficultatis enim natura in infirmitate virtutis est: quæ cum nõ habet modum potestatis, nõ tenetur lege infirmitatis. Hoc idcirco demonstratum à nobis est, ne aut Deus post silentium loquutus ad filium, aut filius post ignorantem scire existimaretur: sed intelligentiam nostram naturæ nostræ esse significationibus instruendam, quæ demonstrari aliquid, nisi per loquentem nõ intelligeret, & non nesciri aliquid nisi sciendo nõ existimaret. Filius itaque diem idcirco quia tacet, nescit: & patrem solum idcirco scire ait, quia solus vni sibi non tacet. Sed non expectat, ut dixi, has naturæ difficultates, ut tunc sciat cum ignorare destiterit, tunc audiatur, cum loqui pater cõeperit, naturæ suæ cum eo tanquam vnigeniti vnitatem non ambigendè docuit dicens: Omnia quæ patris sunt, mea sunt. Non enim ille nunc de obtinendo loquutus est, quia aliud est extrinsecus subsistētia sua esse, aliud est in suis, atque id ipsum se esse: quorum vnum est possidere cœlum, terras, mundumque totum, aliud est se ipsum in his significare, quæ sua sunt. Sua autem ita, nõ tanquam externa subiacent, sed quòd ex suis ipse subsistat. Nunc ergo cum omnia quæ patris sunt, sua sunt: diuinitatis significat naturam, non obtentorum communionem. Nam ad id quod de suo accepturum sanctum spiritum loquebatur, ait: Omnia quæ patris sunt, mea sunt, & ideo non de patris accipere existimaretur, vel cum de patris sumeret, non etiam non de suo sumere intelligeretur. Neque enim de creaturis sumebat spiritus sanctus, quia Dei spiritus est, ut ex his videatur accipere, quia ea omnia Dei sunt. Sed ideo omnia quæ patris sunt, sua sunt, ut quod sumit ex filio, nõ etiam non de patre sumere videretur, cum omnia quæ patris essent, esse intelligerentur & filij. Hæc igitur naturam non eguit vel demutatione, vel interrogatione, vel allocutione, ut post ignorantiam sciat, post silentium interroget, post interrogationem audiat: sed perfecta in sacramento vnitatis suæ manens, ut habuit de Deo natiuitatem, ita habuit & vniuersitatem. Vniuersitatem autem habens, non etiam non quæ vniuersitatis sunt tenuit, scientiam scilicet & voluntatem, ne quod scit pater, per interrogationem filius sciret: vel quod vult pater, per significationem filius sciret: sed cum omnia quæ patris sunt, sua essent, in ea esset proprietate naturæ, ne aliud aliquid quam pater aut vellet, aut sciret. Ad demonstrationem verò natiuitatis plerumque demonstratio est adhibita personæ, cum dicitur: Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem eius qui misit me patris. Patris voluntatem, non suam facit: dum per voluntatem eius qui se misit, significat & patrem. Quòd au-

Marc. 14.

Ibid. 5.

Ibid. 15.

Cur fugis communionis nomen?

Ioan. 6.

ibid. 17.

Mat. 1.

tem id ipsum velit, non ambiguit ostendit dicens: Pater quos mihi dedisti, volo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. Cum ergo pater velit nos cum Christo esse, in quo secundum Apostolum elegit nos ante mundi constitutionem, & ipsum illud filius velit, scilicet esse nos secum: voluntas ad naturam eadem est, quae ad natiuitatis significationem distinguitur in volente. Non itaque ignorat filius, quod non ignorat pater: neque quia solus pater scit, idcirco nescit & filius, cum in unitate naturae pater & filius maneant. Quod autem filius nesciat, in quo omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi sunt: tacendi dispensatio fit, sicut ipse Dominus testatus est, cum quaerentibus Apostolis de temporibus respondit: Non est vestrum scire tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate. Cognitione negatur, neque solum negatur, sed & sollicitudo cognitionis inhibetur, cum scire haec tempora non est eorum. Ipsi certe nunc post resurrectionem de temporibus interrogant, quibus ante interrogantibus dictum est, ne filium quidem scire: nec videri possunt, secundum aurem intellexisse nescire filium, cum ipsi eum tanquam scientem rursus interrogant. Sed sacramentum nesciendi, dispensationem intelligentes esse tacendi: nunc post resurrectionem loquendi tempus iam arbitrantur esse, interrogant. Atque illis filius non iam se nescire ait: sed quod scire non sit eorum, quae pater in potestate sua posuerit. Si itaque Apostoli hoc quod nescit filius diem, dispensationem esse intelligunt, non infirmitatem: nos filium ob id tantum diem dicimus nescire, ne Deus sit, cum diem pater Deus idcirco in potestate sua posuerit, ne ad scientiam humanae cognitionis euaderet, & filius ante interrogatus, nescire se dicens, nunc rursus non nescire se respondeat, sed eorum esse nescire: patrem vero tempora non in scientia sua, sed in potestate posuisse? Nam cum dies & momentum intra temporum nomen sit: non potest videri diem & momentum restituendi in regnum Israel ipse ille qui restitutus est, ignorare. Sed nos ad intelligentiam natiuitatis suae, per exceptionem paternae potestatis erudiens, neque se nescire respondit, & facultatem ipsis scientiae non concessam esse demonstrans, id ipsum in sacramento paternae potestatis consistere est professus. Non ergo quia nescire se diem & momentum filius dicit, nescire credendus est: sicuti neque cum secundum hominem aut flet, aut dormit, aut tristis est, Deus obnoxius esse aut lachrymis, aut somno, aut timori est confitendus: sed salua vnigeniti in se veritate, secundum carnis infirmitatem, fletum, somnum, inedia, sitim, lassitudinem, metum, pari necessitate secundum hominem natura, diei atque horae professus esse intelligatur infirmitatem.

ADIVI HILARII PICTAVONENSIS
EPISCOPUM DE TRINITATE

LIBER X.

NON est ambiguum, omnem humani eloquii sermonem contradictioni obnoxium semper fuisse, quia dissentientibus voluntatum motibus, dissentiens quoque fit sensus animorum: cum aduersantium iudiciorum affectione compugnans, assertionibus his quibus offenditur, contradicit. Quamuis enim omne dictum veri ratione perfectum sit, tamen dum aliud alijs aut videtur, aut complacet, patet veritatis sermo aduersantium re-

sponsioni: quia contra veritatem aut non intellectum, aut offendentem, vel stulta, vel vitiosa voluntatis error obnititur. Immoderata enim est omnis suscepturum voluntatum pertinacia, & inflexo motu aduersandi studium persequitur, ubi non rationi voluntas subijcitur, nec studium doctrinae impenditur, sed his quae volumus, rationem conquirimus, & his quae studemus, doctrinam coaptamus. Iamque nominis potius quam naturae erit doctrina quae fingitur, & non iam veri manebit ratio, sed placiti: quam sibi voluntas magis ad defensionem placentium coaptauit, non quae voluntatis inflexum per intelligentiam veri rationabilis incitauit. Per haec igitur vitia studioforum voluntatum, omnes aduersantium intentionum emergunt contradictiones: & inter veri assertionem & placiti defensionem pertinax pugna est, dum se & veritas tenet, & tuetur voluntas. Caeterum si non praerit rationem voluntas, sed per veri intelligentiam ad velle id quod verum est, moueretur: nunquam doctrina voluntati quaereretur, sed voluntatem omnem doctrinae ratio commoueret, essetque omnis sine contradictione veritatis sermo, cum vnusquisque non quod vellet, id verum esse defenderet, sed quod verum est, id velle coepisset. Harum itaque vitiosarum voluntatum non ignarus Apostolus, inter multa contestandae fidei & praedicandi verbi praecipua, ad Timotheum scribens ait: Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebit, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Et à veritate quidem auditu auertent, ad fabulas autem conuertentur. Vbi enim per impietatis studium extra sanam doctrinam patientiam erunt, tunc his quae desiderant coaceruabunt magistros, apta scilicet cupiditatibus suis doctrinarum instituta cumulant, neque doceri se desiderantes, sed doctores ad id quod desiderant congregantes: ut cumulus ipse coquisitorum & coaceruatorum magistrorum, estuantium desideriorum satisfaciatur doctrinis. Et hic tantus stultae religiositatis furor, quo tandem spiritu sana doctrinam non sustinens, corruptam desiderabit: Si ignorat, ab eodem Apostolo ad hunc eundem Timotheum scribente cognoscat: Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoribus, doctrinis demoniorum in hypocritis mendaciloquorum. Quis enim doctrinae profectus est, placita magis quam docenda conquirere? Aut quae doctrinae religio est, non docenda desiderare, sed desideratis coaceruare doctrinam? Sed haec seducentium spirituum incontinentia suppediant, & simulatae religionis falso quia confirmant. Sequitur enim fidei defectionem hypocritis mendax, ut sit vel in verbis pietas quam amiserit conscientia. Et ipsam quidem simulatam pietatem omni verborum mendacio impiam reddunt, falsa doctrinae instituta corrumpentes sanctitatem fidei: dum secundum desideria studiorum potius quam secundum euangelicam fidem, coaceruata doctrina est. Auribus enim pruriginis incitatis, dum per audiendi impatientem oblectationem sub nouella desiderij sui praedicatione scalpuntur, ipsi penitus ab auditu veritatis alieni, totos se fabulis destinant: ut his quae loquuntur, veritatis speciem acquirant, dum quae vera sunt & loqui & audire non possunt. Incidimus planè in hoc prophetiae apostolicae molestissimum tempus. Conquisitis enim nunc creaturae potius quam Dei praedicandi magistris, desiderijs humanis potius quam sanae fidei doctrinis studetur: & eo usque eos prurigo aurium ad ea quae deside-

2. Tim. 4.

1. Tim. 4.

1. Cor. 10.

rant audientia excitauit, ut coaceruatis doctoribus sola haec nunc interim praedicatione polleat, per quam vnigenitus Deus à potestate & veritate Dei patris alienus, aut alterius generis Deus sit in fide nostra, aut Deus non sit: mortifera ex utroque impietatis professione, ut duos deos sub diuersitate diuinitatis loquentes, aut Deum omnino cui natura ex Deo per natiuitatem sit, abnegantes. Hoc alienatis ab auditu veritatis, & conuersis ad fabulas auribus placet: huius sanae doctrinae audientia non sustinetur, & omnis ipsa cum praedicatoribus suis exulat. Sed licet nunc à multis coaceruatis sibi secundum desideria sua magistris, sana doctrina exulet: non tamen à sanctis quibusque praedicationis veritas exultabit. Loquimur enim exules per hos libros, & sermo Dei, qui vinciri non potest, liber excurret, de hoc eodem apostolicae prophetiae admonens tempore: ut cum auditus veritatis impatiens deprehenditur, & secundum desideria humana coaceruati magistri reperiuntur, iam de tempore non ambigatur, sed in eo coexulare exultantibus sanae fidei praedicatoribus veritas intelligatur. Ac de temporibus non queremur, quin etiam gaudebimus, quia iniquitas se per hoc exilij nostri tempus ostenderit, quo veritatis impatientis sanae doctrinae praedicatoribus, ut secundum desideria sua coaceruet sibi magistros, relegat: exilio nostro letantes & exultantes in Domino, constituisse in nobis plenitudinem apostolicae prophetiae. Superioribus igitur libellis synecera, ut arbitror, fidei, & incontinentiae veritatis professionem tenentes, quanquam secundum humanae naturae consuetudinem nullus sermo non sit obnoxius contradictioni, eam tamen nos arbitror totius responsionis nostrae moderatos esse rationem, ut contradicere quisquam nisi cum impietatis professione non possit. Eorum enim dictorum quae secundum falso loquij sui artem ex euangelij haeretici praesumunt, ita demonstrata veritas est: iam in contradictione ignorantiam excusare non liceat, sed irreligiositatem necesse sit confiteri. Eam quoque nunc secundum sancti spiritus donum temperauimus totius fidei demonstrationem, ut ne quidem mentiri saltem aduersum nos criminis aliquid possint. Solent enim ita de nobis implere aures ignorantes, ut nos asserant negare natiuitatem, cum unitatem diuinitatis praedicamus: & dicant solitariam à nobis per hoc quod scriptum est: Ego & pater vnus sumus, significari Deum: ut innascibilis Deus descendens in virginem, homo natus sit, quia ad dispensationem carnis pertineat id quod ita ceperit, ego: ad diuinitatis suae vero demonstrationem subiecerit, & pater: tanquam huius hominis sui pater esset, ex duobus vero consistens homine scilicet & Deo de se locutus sit, vnus sumus. Sed nos natiuitatem subsistentem sine tempore protestantes, praedicauimus Deum filium non aliena à Deo patre naturae, Deum: neque ex innascibilitate innascibili coaequalem, sed ex generatione vnigenitum non disparem: neque vnus esse ex geminatis nominibus vnionis, sed ex natiuitate naturae: neque duos deos per diuersitatem generis in fide esse, neque rursus singularem Deum, ubi sacramentum Dei vnigeniti est confitentium: sed in patre significari atque esse filium, dum in eo & natura patris & nomen est: in filio vero patrem intelligi ac manere, dum filius neque dici potest nisi ex patre, neque esse: viuens quoque, naturae esse viuente imaginem, & consignatam naturaliter Dei in Deo formam, usque ad eodè indifferentis potestatis & generis, ut in eo nec opus, nec sermo, nec visus alienus à

patre sit: sed cum naturaliter in se habeat autoris sui imago naturam, per naturalem quoque imaginem suam autor & operatus & visus & locutus sit. Atque hanc quidem & intemporalem & inenarrabilem, & omnem humanae intelligentiae sensum excedentem vnigeniti generationem praedicantes, nati quoque in hominem ex partu virginis Dei sacramentum docuimus: demofrantes secundum dispensationem carnis assumptam, tum cum se ex forma Dei euacuans formam serui accepit, infirmitate habitus humani, Dei non infirmas se naturam, sed salua diuinitatis in homine virtute, acquisitam esse Dei ad hominem potestatem. Nanque cum in homine Deus natus sit, non idcirco natus est, ne non Deus maneret, sed ut manente Deo homo natus in Deo sit. Nam & Emanuel nomen eius est, quod est nobiscum Deus: ut non defectio Dei ad hominem sit, sed hominis profectus ad Deum. Vel cum glorificari se rogat, non utique naturae Dei, sed assumptioni humilitatis hoc proficit. Nam hanc gloriam postulat, quam ante constitutionem mundi apud Deum habuit. Respondentes quoque stultissimis eorum professionibus, usque ad ignoratam horae descendimus demonstrationem: quae etiam si secundum illos à filio apprehensa non esset, tamen id ad contumeliam diuinitatis vnigenitae non pertineret, quia natura non ferret, ut cum natiuitas retroageret ad innascibilitatis ininitabilem substitutionem, potestati suae patre momentumi definiendi adhuc diei ad demonstrationem autoritatis innascibilis referuante: neque in eo infirmam intelligi posse naturam, in qua tantum inesset ex natiuitate naturae, quantum implere posset perfecta natiuitas: neque ad differentiam diuinitatis vnigenito Deo ignorantiam diei & horae deputandam, cum ad demonstrandam aduersum haereticos Sabellianos innascibilem in patre atque ininitabilem potestatem, innascibilis haec in eo sit potestatis exceptio, per quam patuit verbi professionem ad consummandi hominis sacramentum pertinere, ut qui infirmitates nostras portabat, infirmitatem quoque sibi humanae ignorantiam assumeret: atque ita diem nescire se diceret, ut sepulcrum Lazari nesciebat, & atrectante vestis suae simbria mulierem ignorabat, tam infirmus ad sciendum quam infirmus ad flendum sub lassitudinis & sitis & inedia officio, infirmitate etiam non dedignatus errorem: maxime cum ex mortuis resurgere & ingressurum supergressurumque caelos Apostoli iam non nescientem, sed huius ipsius diei suae potentem ac scientem interrogassent, nihil aliud percontantes quam id quod sub dispensatione hominis tacebatur, ut in eo quod nescire se dixerat, dum rursus interrogant, adsumptionem potius quam necessitatem ignorantiae intelligere viderentur. Sed quia haec nescitae diei pro-cendi dispensationem docuimus: expugnanda etiam nunc est omnis impiae assertionis occasio, & omnes haereticae blasphemiae transcurrenda sunt praedicationes, ut veritas euangelij per ea ipsa quibus obscurari videbatur eluceat. Volunt enim plerique eorum ex passionis metu & ex infirmitate patiendi, non in naturam impassibilis Dei fuisse: ut qui timuit & doluit, non fuerit vel in ea potestatis securitate quae non timet, vel in ea spiritus incorruptione quae non dolet: sed inferiori à Deo patre naturae, & humanae passionis trepidauerit metu, & ad corporalis poenae congemuerit atrocitatem. Atque hac impietatis suae assertionem nuntur, quia scriptum sit: Tristis est anima mea usque

Matth. 26.

ibidem.

Marc. 15. Luc. 23.

Quomodo doluerit ac timuerit Christum.

Matth. 10.

ad mortem. Et rursum: Pater si possibile est transeat a me calix iste. Sed & illud: Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Hoc quoque adiiciunt: Pater commendo in manus tuas spiritum meum. Has enim omnes pie fidei nostrae professiones ad impietatis suae rapiunt usurpationem. Vt timuerit, qui tristis est, qui & transferri a se calicem deprecatus sit: vt doluerit qui derelictum se a Deo in passione conquestus sit: vt infirmus quoque fuerit, qui spiritum suum patri commendauerit. Nec anxietas admittat similitudinem exaequatam ad Deum in vnigeniti natiuitate naturae: quae infirmitatem diuersitatemque suam & deprecatione calicis, & defolationis querela, & commendationis confessione testetur. Ac primum antequam ex his ipsis dictis demostremus, nec metuendi de se in eum infirmitatem incidisse aliquam, nec dolendi: quare dandum est quidam videatur timere potuisse, vt in eum formido intolerandi doloris vel terroris incidere: & puto non alia hic ad timendum quam passionis & mortis causa praetenditur. Et interrogo eos qui hoc ita existimant, an ratione subsistat, vt mori timuerit: qui omnem ab Apostolis terrorem mortis propellens, ad gloriam eos sit martyrij adhortatus dicens: Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus: & qui inuenit animam suam, perdet eam: & qui perdidit eam propter me, inueniet illam. Cum enim pro eo mori, vita sit: quid ipse in mortis sacramento doluisse existimandus est, qui pro se morientibus vitam rependat? Et cum non timendos esse qui corpus occiderent moneret, ipsum illum mors a timore passionis corporalis exterruit? Tu denique quem dolorem mortis timeret, potestatis suae libertate moriturus? Humano enim generi vitae mortem aut vis exterior, id est, febrium, vulneris, casus, ruinae, degradata in corpus accelerat, aut ipsa natura corporis nostri senio in eam ipsam mortem victa concedit. Vnigenitus autem Deus ita potestatem habes ponendae animae, vt resumendae, ad peragendum in se mortis sacramentum, cum potes aceto consummasse se omne humanarum passionum opus testatus esset, inclinato capite tradidit spiritum. Si hoc naturae hominis ius relicto est, vt per se exhalans spiritum requiescat in mortem, & non dissoluto corpore labefacta anima decedat, vel abruptis aut percollis aut collisis membris spiritus tanquam in sede sua violatus erumpat aut effluat: incidat in Dominum vitam mortis metus, si quod emisso spiritu mortuus est, non libertatis suae ad moriendum visus est potestate. Quod si ex se mortuus est, & per se spiritum reddidit: non est terror mortis in potestate moriendi. Sed forte humanae ignorantiae timiditate hanc ipsam suam moriendi in se timuit potestatem, vt licet ab se moriturus, tamen hoc ipsum quod moriturus esset timuerit. Et si forte erunt qui ita existimabunt, constituent cui rei existiment mortem fuisse terribilem, spiritui an corpori. Si corpori: ane ignorant quod sancto corruptionem non visuro, intra triduum corporis sui templum esset suscitaturus? Si vero spiritui mors terribilis est: Lazaro in Abraham sinibus letante, infernum chaos Christus timeret? Haec stulta atque ridicula sunt, vt in potestate ponendae animae ac resumendae mori timeret, ad sacramentum vitae humanae sub voluntatis suae libertate moriturus. Non est in voluntate morientis mors, & in potestate non diu in morte manendi reior mortis: quia & voluntas moriendi, & potestas reuiuiscendi, extra naturam timoris est, dum timeri mors non potest, & in voluntate moriendi & in potestate viuendi.

A Sed forte penduli in cruce corporis poena, & colligatum funium violenta vincula, & adactorum clauorum cruda vulnera sunt timori. Et videamus cuius corporis homo Christus, vt in suspensam & nodatam & transfossam carnem dolor inuaserit. Ea enim natura corporum est, vt ex consortio animae in sensum quandam animae sentientis animata, non sit hebes inanissimae materiae: sed & tacta sentiat, & compuncta doleat, & algens rigeat, & confosa gaudeat, & inedia tabescat, & pinguefcat cibo. Ex quodam enim obtinētis se penetrantisque animae transfursu, secundum ea in quibus erit, aut oblectatur, aut laeditur. Cum igitur compuncta aut effossa corpora dolent, sensum doloris transfuse in ea animae sensus admittit. Denique vulnus corporis vsque ad os dolet, & digitum excedentium ex carne vnguim praesequina nesciunt. Et si quando accedente vitio pars aliqua corrupta membrorum, sensum vitae carnis amiserit: ea cum vel desecabitur, vel vretur, dolorē quisquis esse potuisset, non manente in ea animae permixtione, non sentiet. Ac cum grauis necessitas recidendi corporis manet, medicato potu consopitur vigor animae, & in emortuam sensus sui obliuionem mens succis violentioribus occupata conficitur. Ac tum doloris nescia membra caeduntur, & omnē alti vulneris plagam sensus carnis emortuus, sensu animae in se torpentis euadit. Afferit itaque dolorem per animae infirmam admixtionem, in infirmum sensum suum corpus animatum. Si igitur homo Iesus Christus per initia corporis atque animae nostrae viuuit in corpore, & non ita vt corporis sui, sic & animae suae princeps Deus in similitudine hominis constitutus, & habitu repertus vt homo natus est: parem dolorē senserit corporis nostri, animae nostrae & corporis vt conceptu, ita & initio animae in corpore. Quod si assumpta sibi per se ex virgine carne, ipse sibi ex se animam concepti per se corporis coaptauit: secundum animam corporisque naturam, necesse est & passionum fuisse naturam. Euacuans se enim ex Dei forma, & formam serui accipiens, & filius Dei etiam filius hominis nascens, ex se suaeque virtute non deficiens, Deus verbū consummauit hominem viuentem. Nam quo modo filius Dei hominis filius erit natus, si manens in Dei forma, formam serui acceperit: si non potente Deo verbo ex se & carnem intra virginē assumere, & carni animam tribuere homo Christus Iesus ad redemptionem animae & corporis nostri perfectus est natus: & corpus quidem ita assumpsit, vt id ex virgine conceptum, formam eum esse serui effecerit? Virgo enim non nisi ex sancto spiritu genuit quod genuit. Et quāuis tantum ad natiuitatem carnis ex se daret, quantum ex se feminae edendorum corporum susceptis originibus impenderent: non tamen Iesus Christus per humanam conceptionis coaluit naturam. Sed omnis causa nascendi inuecta per spiritum, tenuit in hominis natiuitate quod matris est: cum tamen haberet in originis natiuitate quod Dei est. Hinc igitur maximum illud ac pulcherrimum suscepti hominis sacramentum Dominus ipse ostendit dicens: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Quod descendit de caelo, conceptus de spiritu originis causa est. Non enim ex se corpori Maria originem dedit: licet ad incrementa partumque corporis omne quod sexus sui naturale est, contulerit. Quod verò hominis filius est, susceptus in virgine carnis est partus. Quod autem in caelis est, naturae semper manentis potestas est: quae iniuncta conditaque per se car-

1. Cor. 15.

Ioh. 6.

Ibid.

ne non se ex infinitatis suae virtute intra regionem definiti corporis coarctauit, spiritus virtute ac verbi Dei potestate in forma serui manens, ab omni intra extraeque caeli mundique circulos caeli ac mundi Dominus non abfuit. Per hoc ergo & de caelo descendit, & filius hominis est, & in caelis est: quia verbū caro factū nō amiserat manere quod verbum est. Nam dum verbum est, & in caelis est: dum caro est, & hominis filius est: dum verbum est caro factum, & de caelo est, & filius hominis est, & in caelo est: quia & verbi virtus non corporalibus modis manens, non deerat vnde descenderat, & caro non aliunde originem sumperat quā ex verbo. Et verbum caro factum, cum caro esset, non tamen non erat & verbum. Absolutē autem beatus Apostolus etiam huius inenarrandae corporeae natiuitatis sacramentum locutus est dicens: Primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo. Hominem enim dicens, natiuitatem ex virgine docuit: quae officio via materno, sexus sui naturam in conceptu & partu hominis executā est. Et cum ait: secundum hominem de caelo, originem eius ex superuenientis in virginem sancti spiritus aditu testatus est. Atque ita cum & homo est, & de caelis est, hominis huius & partus a virgine est, & conceptus ex spiritu est. Et haec quidem Apostolus ait. Ipse autem Dominus huius natiuitatis suae mysterium pandens sic locutus est: Ego sum panis viuus qui de caelo descendi. Si quis manducauerit de meo pane, viuuet in aeternum se panem dicens, ipse enim corporis sui origo est. Ac ne verbi virtus atque natura defecisset a se existimaretur in carne suam rursum panem esse dixit: vt per hoc quod descendens de caelis panis est, non ex humana conceptione origo esse corporis existimaretur, dum caeleste esse corpus ostenditur. At verò cum suus panis est, assumpti per verbum corporis est profectio, subiecit enim: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & sanguinem eius biberitis, non habebitis vitam in vobis. Vt quia id quod filius hominis est, & panis de caelis ipse descendit, per panem suum de caelo descendentem, & per carnem ac sanguinem filij hominis, & conceptus ex spiritu sancto, & natus, ex virgine carnis intellegatur assumptio. Huius igitur corporis homo Iesus Christus & Dei filius & hominis est filius, & ex forma Dei se exinaniens formam serui accepit. Non alius filius hominis quā qui filius Dei est, neque alius in forma Dei, quā qui in forma serui perfectus homo natus est: vt licet per naturam constitutam nobis a Deo originis nostrae principe, corporis atque animae homo nascitur, ita Iesus Christus per virtutem suam admixtione carnis atque animae homo ac Deus esset, habens in se & totum verumque quod homo est, & totum verumque quod Deus est.

Quinquam multi confirmandae haereseos suae arte, ita aures imperitorum soleant illudere, vt quia & corpus & anima Adae in peccato fuit, carnem quoque Adae atque animam Dominus ex virgine acceperit, neque hominem totum ex spiritu sancto virgo conceperit: qui si intelligerent sacramentum carnis assumptionis, intelligerent etiam sacramentum eiusdem & hominis filij & Dei filij. Quasi verò si tantum ex virgine assumpsisset corpus, assumpsisset quoque ex eadem & animam: cum anima hominis opus Dei sit, carnis verò generatio semper ex carne sit. Sed volentes vnigenitum Deum, qui in principio apud Deum erat Deus verum, non substantiuum Deum esse, sed sermonem vocis emissae, vt quod loquentibus est suum verbum,

hoc sit patri Deo filius; argute subreperere volunt ne subsistens verbum Deus, & manens in forma Dei Christus homo natus sit: vt cum hominem illum humanae potius originis causa quā spiritualis conceptionis sacramentum animauerit, non Deus verbum hominem se ex partu virginis efficiens extiterit; sed vt in Prophetis spiritus prophetiae, ita in Iesu verbum Dei fuerit. Et arguere nos solent quod Christum dicamus esse natum, non nostri corporis atque animae hominem: cum nos verbum carnem factum, & se ex forma Dei euacuantem Christum, & formam serui assumenteim; perfectum secundum habitum conformationis humanae, & nostrae similitudinis natum hominem praedicemus: vt verē Dei filius verus hominis filius natus sit, neque non natus ex Deo homo, neque quia natus ex Deo homo, ideo Deus esse deficiens. Sed vt per se sibi assumpsit ex virgine corpus, ita ex se sibi animam assumpsit: quae utique nunquam ab homine gignētium originibus praebetur. Si enim conceptum carnis nisi ex Deo virgo non habuit: longē magis necesse est, anima corporis nisi ex Deo aliunde non fuerit. Et cum ipse ille filius hominis ipse sit qui & filius Dei, quia totus hominis filius totus Dei filius sit: quā ridiculē praeter Dei filium qui verbum caro factum est, alium nescio quem tanquam Prophetam verbum Dei animatum praedicemus, cum Dominus Iesus Christus & hominis filius & Dei filius sit? Per id verò quod tristis est anima sua vsque ad mortem, & quod potestatem habet animae suae ponendae & resumendae, volunt extrinsecus animam non ex spiritu sancto, vt & corpus ex eo conceptum est, deputare: cum verbum Deus in sacramento naturae suae manens, homo natus sit. Natus est autem, non vt esset alius atque alius: sed vt ante hominem Deus suscipiens hominem, homo Deus posset intelligi. Nam quo modo Iesus Christus Dei filius natus ex Maria est, nisi quod verbum caro factū est: scilicet quod filius Dei cum in forma Dei esset, formam accepit serui? Accepisse autem formam serui eum qui esset in Dei forma, de contrariis comparatur: vt quanta veritas est manere in Dei forma, tanta veritas sit accepisse formam serui. Ad proprietatem enim naturae intelligendam, significatione verbi ad id communis impellimur. In forma enim serui est, qui & in forma Dei est. Et cum hoc naturae, illud verò dispensationis sit, in eiusdem tamen est veritatis proprietate quod vtrūque est: vt tam verus sit in Dei forma, quā verus in serui. Vt verò assumpsisset formam serui, non aliud est quā hominem natum esse: ita in forma Dei esse non aliud est, quā Deum esse: vnum tamen eundemque non Dei defectione, sed hominis assumptione profitentes: & in forma Dei per naturam diuinam, & in forma serui ex conceptione spiritus sancti, secundum habitum hominis repertum fuisse. Itaque cum Iesus Christus & natus & passus & mortuus & sepultus sit, & resurrexerit, & in caelos ascenderit, non potest in his sacramentorum diuersitatibus ita ab se diuiduus esse, ne Christus sit: cum non alius Christus quā qui in forma Dei erat, formam serui acceperit, neque alius quā qui natus est mortuus sit, neque alius quā qui est mortuus resurrexerit, neque alius quā qui est mortuus resurrexerit in caelis. In caelos autem nō alius sit, quā qui descendit antē de caelis. Homo itaque Iesus Christus vnigenitus Deus per carnē & verbum, vt hominis filius, ita & Dei filius, hominē verū secundum similitudinem nostri hominis non deficiēs a se Deo, sumpsit: in quem quamuis aut icūs inci-

H j

Causa lege.

deret, aut vulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut suspensio eleuaret, afferrent quidem hæc impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent, vt telum aliquod aut aquam perforans, aut igne compungens, aut æra vulnerans. Omnes quidem has passiones naturæ suæ infert, vt perforet, vt compungat, vt vulneret: sed naturam suam in hæc passio illata non retinet, dum in natura non est vel aquam forari, vel pungi ignem, vel æra vulnerari, quamuis naturæ teli sit vulnerare & compungere & forare. Passus quidem Dominus Iesus Christus, dum cæditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum moritur, sed in corpus Domini irruens passio, nec non fuit passio, nec tamen naturam passionis exercuit: cum & pænali ministerio illa defauit, & virtus corporis sine sensu pœnæ, vim pœnæ in se defauientis excepit. Habuerit sanè illud Domini corpus doloris nostri naturam, si corpus nostrum id naturæ habet, vt calcet vndas, & super fluctus eat, & non degraueur ingressu, neque aquæ insistentis vestigiis cedant, penetret etiam solida, nec clausæ domus obstaculis arceatur. At verò si Domini corporis sola ista natura sit, vt sua virtute sua anima feratur in humidis & insitit in liquidis & extructa transcurrat, quid per naturam humani corporis concepta ex spiritu sancto caro iudicatur? Caro illa, id est panis ille, de cœlis est. Et homo ille de Deo est, habes ad patiendum quidem corpus, & passus est, sed naturam non habens ad dolendum. Naturæ enim propriæ ac suæ corpus illud est, quod in cœlestem gloriâ transformatur in monte, quod tactu suo fugat febres, quod de sputo suo oculos format. Sed fortè in quo affectio flendi, sitiendi, esuriendi que mansit: & cæterarum quoque humanarum passionum in eo necesse sit inesse naturam. Qui sacramentum fletus, sitis atque esuritionis ignorat, sciat & viuificare flentem, nec mortem Lazari flere ob quam gaudeat, & flumina aquæ viuæ ex se præbere sitientem, neque carere siti, qui potens sit potare sitientes, & esuriente se eam quæ fructus suos esurienti non præberit, damnare arborem: nec naturam eam vinci inedia, quæ naturam viriditatis iussa ariditate demutet. Quod si præter fletus & sitis & esuritionis mysterium assumpta caro, id est homo totus, passionum est permixta naturis, nec tamen ita vt passionis conficeretur iniuriis, vt flens non sibi fleret, & sitiens situm nõ potatura depelleret, & esuriens non se cibo esæ alicuius expleret: neque enim tū cum sitiuit, eut esuriuit, aut fleuit, bibisse Dñs, aut manducasse, aut doluisse monstratus est: sed ad demonstrandam corporis veritatē, corporis consuetudo suscepta est, ita vt naturæ nostræ consuetudine consuetudini sit corporis satisfactū, vel cum cibū & potū accepit, non se necessitati corporis, sed cōsuetudini tribuit. Habuit enim corp⁹, sed originis suæ propriū, neq; ex vitis humanæ conceptionis existens, sed in formam corporis nostri virtutis suæ potestate subsistens: gerens quidem nos per formam serui, sed à peccatis & à vitis humani corporis liber, vt nos quidem in eo per generationem virginis incessemus, sed nostra in eo per virtutem profectæ ex se originis vitia non inessent: dum homo natus, non vitis humanæ conceptionis est natus. Tenuit enim Apostolus demonstrandæ natiuitatis huius sacramentum, cum ait: Sed humiliavit se, formam serui accipiens in similitudine hominum constitutus, & habitu repertus vt homo.

Philipp. 2.

Vt dum formam serui accepit, natus esse in forma hominis intelligatur: dum autem in similitudine ho-

miū constitutus, & habitu repertus vt homo, species quidem & veritas corporis hominem testetur, sed naturam vitiorem, qui vt homo sit habitu repertus ignoret. In similitudine enim naturæ, non vitiorem proprietate eius generatio est. Nam quia in eo quod formam serui accepit, natiuitatis videbatur significata esse natura, subiecit: in similitudine hominum constitutus, & habitu repertus vt hominem, ne natiuitatis veritas naturæ quoque per vitia infirmis proprietatis crederetur: cum & in forma serui esset vera natiuitas, & in habitu repertus vt hominem, esset similitudo naturæ. Ipse quidem per virginem ex se natus homo, & similitudine vitiosæ peccati carnis inuentus. Quod id ipsum ad Romanos scribens testatus Apostolus est. cum ait: Quod erat enim impossibile legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum misit in similitudine carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatum in cruce. Non fuit habitus ille tantum hominis, sed & vt hominis: neque caro illa caro peccati, sed similitudo carnis peccati: dum & habitus carnis in natiuitatis est veritate, & similitudo carnis peccati à vitis humanæ passionis aliena est. Ita homo Christus Iesus & in veritate natiuitatis est dum homo est, & non est in proprietate peccati dum Christus est, quia & qui homo est, non potuit non homo esse quod natus est, & qui Christus est, non potuit amittisse quod Christ⁹ est. Atq; ita dum homo Christus Iesus est, habet & natiuitatē hominis, quia homo est: nec est in vitiosa hominis infirmitate, quia Christ⁹ est.

Quamquam igitur nos ad huius sacramenti intelligentiam Apostolica fides instruat, quæ & habitu vt hominem repertus, & in similitudine carnis peccati missum hominem Christum Iesum esse testata est: vt cum habitu vt homo est, sit in forma serui, & non sit in vitis naturæ: & cum in similitudine carnis peccati est, sit quidem verbum caro, sed in similitudine carnis peccati sit, potius quàm ipse caro peccati sit. Et cum homo Christus Iesus est, sit quidem homo: sed in homine non possit aliud esse quàm Christ⁹ est. Atq; ita & ex corporis natiuitate homo natus sit, nec sit in hominis vitis, qui non sit in origine: quia verbum caro factum non potuit non caro esse, quod factum est, & verbum licet caro factum sit, non tamen amittit esse quod verbum est: & dum verbum caro factū originis suæ non potest carere natura, non potest nisi in naturæ suæ origine permanere quod verbum est, neque nõ verè intelligi verbū caro esse quod factum est: ita tamen vt qui habitauit in nobis, non caro illa verbum sit, sed verbi caro sit habitans in carne. Quæ cum ita sint, tamen videamus an peractus vniuersus ille passionis ordo infirmitatem in Domino corporalis doloris permittat intelligi. Dilatis enim ad modicum eorum dictionum causis, ex quibus metum Domino hæresis ascribit: res ipsas vt gestæ sunt conseramus. Neque enim fieri potest, vt timor eius significetur in verbis, cuius fiducia contineatur in factis. Timuisse tibi õ hæretice Dominus gloriæ passionem videtur, sed ei ob ignorantie huius errorē, & satanas Petrus & scādaliū est: & ille quidē per charitatem Christi, quæ ei non caro neq; sanguis, sed pater qui in cœlis est reuelauerat, detestatus passionis sacramentum tali seueritatis sententia confirmatus ad fidem est. Tu verò quid sectaberis spei, Christum Deum negando, & metum ei passionis addēdo? An ne metuit, qui armatis ad corripiendum se obuius prodiit? & in corpore eius infirmitas fuit: ad cuius occursum consternata persequentiū agmina

agmina conciderunt, & maiestatem ingerentis se ad vincula non ferentes supinatis corporibus reciderunt? Quam igitur infirmitatem dominatam huius corporis credis, cuius tantam habuit natura virtutem? Sed fortè dolorem vulnerum timuit. Quem rogo penetrantis in carnem claui habuit terrorem, qui excisæ auris carnem solo restituit tactu? Expone nobis tu Dominicæ infirmitatis assertor, hoc ipso passionis tempore, infirmatæ opus carnis. Exerente enim Petro atque adigēte gladium, truncus aure seruus sacerdotis astabat.

Quomodo ex decisæ auris vulnere contingente Christo, restituta caro auris est? Vnde inter fluentem sanguinem & post ipsa descenditis gladij vestigia, & in ipsa truncati corporis calumnia, exit quod non est, & sequitur quod non extat, & rependitur quo caretur? Producens ergo hæc aurem minus, clauum dollet? & sentit sibi vulnus, qui alteri dolorem vulneris non relinquit? Compungendæ carnis metu tristis est, cuius tactui licet carnem donare post cædē? Quod si hæc in Christi corpore virtus fuit: quia rogo fide naturaliter infirmus fuisse defenditur, qui naturale fuit omnem humanarum infirmitatum inhibere naturam? Sed fortè stulta atque impia perueritate hinc infirmis in eo naturæ præsumitur assertio, quia tristis sit anima eius vsque ad mortem. Nondum te hæretice cur virtutem dicti non intelligas, arguo. Interim tamen te requiro, cur exenatæ ad prodicionem Iuda non memineris dictum fuisse: Nunc honorificatus est filius hominis. Si enim passio honorificatura eum erat, quomodo tristitia eum met⁹ passionis effecerat, nisi fortè tam irrationabilis fuerit, vt pati timuerit, que se essent glorificatura patientem? Sed fortè timuisse vsque eò existimabitur, vt transferri à se calicem deprecatur sit dicens: Abba pater, omnia possibilia tibi sunt, transfer hunc calicem à me. Vt de cæteris non calumnier, non ne hebetudinem impietatis tuæ vel hinc coarguisses, quia legeras: Reconde gladium tuum in te, calicem quem dedit mihi pater, non bibam? Quo modo enim per patiendi metum transferri à se deprecatur, quod per dispensationis studium festinat impleri? Non enim conuenit vt pati nolit quod pati velit. Et cum pati eum velle cognosceres, religiosus fuerat dicti ignorantiam confiteri, quàm ad impiæ stultitiæ furorem prorūpere, vt eum assereres ne pateretur orasse, quem pati velle cognosceres. Sed credo, te ad impietatis tuæ pugnam etiam hoc dicto Dominicæ vocis armibus: Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Post contumeliam enim crucis fortè dignationem ab eo paterni auxilij existimes recessisse, & hinc desolatæ infirmitatis suæ querelam exitisse. Si tibi itaque id Christo contemptus, & infirmitas, & crux contumelia est: oportuerat te dicti huius immemorem non fuisse: Verum dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedētem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cœli. Vbi rogo in passione timor? vbi infirmitas? vbi dolor? vbi contumelia? Timere ab impiis dicitur: sed ipse pati velle se prædicat. Infirmus esse contenditur: sed se potentem dum consternatis persecutoribus obuius non sustinetur, ostendit. Dolere vulnera carnis arguitur: sed in eo quod carnem auris reddidit ex vulnere, caro ipse cum sit, extra carnalem tamen naturam dolendi vulneris reperitur: quia dum & manu truncam autem attingit, manus illa de corpore est: & dum manus aurem producit ex vulnere, non esse manus illa corporis significatur in infirmis. Sed contumeliosa ei esse crux

Infirmis d.

dicitur. Atqui per hanc hominis filius sedere à dextris virtutis videndus est, & ex parte virginis homo natus in maiestate sua cum cœli est nubibus reuersurus. Nō tenes irreligiose rerum naturalium causas: & dum impietatis atque erroris spiritu plenus sacramentum fidei non intelligis, ex ipso seculi sensu hæretica hebetudine disproficis. Omne enim quod timetur, vitari necesse est dum timetur: & quod infirmum est, sumit ex infirmitate terrorem: & quicquid dolet, dolendi in se habet indemutabilem naturam: & quicquid contumeliosum est, semper inhonorum est. Tu verò quo sensu rationis intelligis Dominum Christum ad quod festinat timere? Et consternantem fortes in firmitate trepidare? & vulnera non permittentem doleri, vulneratum dolere? & contumelia crucis dehonorari, cui crux consensus ad Deum est, & reditus ad regnum? Sed fortè vel hoc tibi relictum occasionis impiæ arbitraris, vt descensionem ad inferos, & ipsam mortis timuerit necessitatem, dum id ipsum testatur videri hoc dicto: Pater commēdo in manus tuas spiritum meum. Hoc legens & non intelligens, aut piè tacuisses, aut etiam religiose intelligentiam eius orasses: non magis per impudentem assertionem stulto furore veritatis in capax vagareris. An ne tibi mettere infernum chaos & torrentes flammæ, & omnem pœnarum vitricium abyssum credendus est, dicens latroni in cruce: Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso? Naturæ huius potestatem iam non dico metus, sed nec infernæ sedis regio est concludens, quæ descendens ad inferos, à paradiso non desit: sicut hominis filius loquens in terris, maneat & in cœlo martyri suo paradysum promittens, & consummatæ beatitudinis delicias pollicens: non habet hunc metus corporalis penetrantem quidem inferos, sed vtique naturæ suæ virtute diffentum. Et naturam hanc mundi dominam, ac libertate spiritualis virtutis immensam, non sibi terrore mortis gehennæ chaos vendicat: qua paradisi delitiæ carere non possunt. Futurus in inferis Dominus, & in paradiso est futurus, Defect ad metum pœnæ naturæ insecabilis portionem: & de Christo apud inferos pone quod doleat, & in paradiso relinque quod regnet. Latro enim rogat vt sui in regno suo meminerit. Et credo eum ad hanc beatæ confessionis fidem, auditus transeunte palmas clauo gemitus accendit, & regnum Christi per dolorem infirmitatis in Christi corpore didicit. Ille dignationem reminiscens in regno postulat, tu crucis mortem ad metum deputas? Dominus communionem ei paradisi mox pollicetur, tu Christum in inferis sub pænali terrore concludis? Diuersæ spei fides ista est. Paradysum meruit sub cruce latro, pendente Christum confessus in regno. In pœnæ ergo dolore & metu mortis Christum deputans, & paradiso necesse est sit cariturus & regno. Collatis ergo dictionum atque gestorum virtutibus demonstrari non ambiguum est, in natura eius corporis infirmitatem naturæ corporeæ non fuisse: cui in virtute naturæ fuerit omnem infirmitatem corporum depellere, & passionem illam illata licet corpori sit, non tamen naturam dolēdi corpori intulisse. Quia quamuis forma corporis nostri esset in Domino, non ramen vitiosæ infirmitatis nostræ forma esset in corpore, qui non esset in origine, quod ex conceptu spiritus sancti virgo progeniuit: quod licet sexus sui officio genuerit, non tamen terrenæ conceptionis suscepit elementis.

Genuit etenim ex se corpus, sed quod ceptum esset ex spiritu, habens quidem in se sui corporis veritatem,

sed non habens naturæ infirmitatem: dum & corpus illud corporis veritas est quod generatur ex virgine: & extra corporis nostri infirmitatem est quod spiritalis conceptionis sumpsit exordium. Sed niti aduersus E-uangelicæ fidei demonstrationem hæretici videntur hoc dicto: Tristis est anima mea vsque ad mortem: vt professio eius qui se tristem ait, naturæ infirmitatem, per cuius consciētiam tristis cœperit esse, testetur. At primum humanæ intelligentiæ sensum interrogo: quid sit tristis esse vsque ad mortem. Non enim eiusdem significationis est, tristis esse propter mortem: & tristis esse vsque ad mortem. Quia vbi propter mortem tristitia est, illic ipsa mors causâ tristitiæ est. Vbi verò tristitia vsque ad mortem est, mors iam non tristitiæ est causâ, sed finis. Qui ergo non propter mortem, sed vsque ad mortem tristis est: quærendum est vnde sit tristis. Tristis autem non incerto neque indefinito humanæ ignorantia tempore, sed vsque ad mortem. Aded autem non propter mortem suscepta tristitia est, vt sit destituta per mortem. Et vt causam tristitiæ intelligere possimus, videamus quid hanc professionem tristitiæ vel præcesserit vel consequatur. Totius enim passionis & fidei mysterium consummatum paschæ cœna fuerat per Dominum. Postquam vniuersorum in se scandalum docet, sed præcessurum se eos in Galilæam prœmittit: Petrus cæteris licet scandalizandis, se tamen non scandalizandum constanti fide spon-dit. Sed Dominus per naturam Dei non ignarus genitorum, ter eum negaturum esse respondit: vt cæterorum scandalum intelligeretur ex Petro, cum ille in tam graue fidei periculum ter negando recideret. Tunc ille assumptis Petro, Iacobo & Ioanne, duobus ad martyrium electis, & Ioanne in prædicationem E-uangelij firmando tristis se vsque ad mortem professus est: deinde progressus, orauit dicens: Pater meus, si possibile est, transeat a me calix iste, sed non tamen sicut ego volo, sed sicut tu vis. Trāfire a se calicem rogat, vtique iam secum manentem: qui tum in sanguine noui testamenti pro multorum peccatis effundendus consummabatur. Non autem rogat ne secum sit, sed vt a se transeat. Deinde rogat ne voluntas sua fiat: & quod vult effici, id ipsum concedi sibi non vult. Ait enim: Sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Vt voluntate calicis deprecandi humanæ in se sollicitudinis significans confortium, sententiam a se vnitate sibi communis que cum patre non discerneret voluntatis. Vt autem non pro se precari intelligeretur, & ratio significatæ voluntatis ac deprecatio non obtinenda esset in absoluto, hoc totum huiusmodi petitionis suæ cœpit exordium, Pater meus, si possibile est. Aliquid ergo patri relinquitur, quod ei an possibile est, incertum sit? Et si nihil patri impossibile est, intelligendum est ad cuius conditionem id quod sibi impossibile est, sit relictum. Post huius enim orationis precem sequitur: Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tētionem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. An ne ad huc tristitiæ causâ & transeundi calicis deprecatio in obscuro est? Vigilari enim secum ob hoc iubet & orari, ne in tentionem intrent: spiritu quidem prompto, sed infirma carne. Nam qui non scandalizandos se per constantiam fidelis conscientia pollicentur, in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri. Non ergo sibi tristis est, neque sibi orat, sed illis quos monet orare peruiques, ne

A in eos calix passionis incumbat: quem a se trāfire orat, ne in his scilicet maneat. Idcirco autem transferri eum si possibile esset, a se precatum est, quia cum impossibile Deo nihil sit, sicut ipse ait: Pater possibilia tibi omnia sunt: impossibile tamen est homini, passionis terrore non vinci, nec possit nisi per probationem fides nosci. Atque ideo & pro hominibus vt homo vult calicē tranfire, & vt Dei ex Deo voluntas effectui paternæ voluntatis vnatur. Id autem quod ait, Si possibile est transeat, manifeste in eo docuit quod ait Petro: Ecce satanas expetuit, vt vos cerneret sicut triticum, ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua. Per hunc enim calicem Dominiæ passionis tentandis omnes erant. Etiam pro Petro pater rogatur, ne deficiat fides eius, vt negantis infirmitati vel dolor saltem poenitentia non abesset: quia fides in eo non deficeret, quod poeniteret. Tristitia igitur vsque ad mortē Domino est, quia in morte motu terræ, diei tenebris, discissione veli, monumētorum referatione, mortuorum resurrectione confirmada iam apostolorum fides esset: quam & nocturnæ custodiæ terror, & in flagellis, alapis, sputis, corona spinea, crucis onere: & totius passionis ludibrium, & postremò maledictæ crucis damnatio commoueret. Sciens igitur Dominus hæc omnia post passionem suam desitura, ideo & vsque ad mortem tristis est, & scit hunc calicem tranfire nō posse, nisi biberet dicens: Pater meus, si non potest calix iste tranfire a me nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Consummata in se scilicet passione metum calicis tranfiturum: qui nisi eum bibisset, tranfire non posset. Finem terroris eius non nisi scitō consummata in se passionis terrore succedere: quia post mortem eius per virtutum gloriam apostolicæ infirmitatis scandalum pelleretur. Et quamquam in eo quod ait, Fiat voluntas tua, in calicis, id est, passionis suæ scandalo apostolos permittens paternæ voluntatis arbitrio, tamen etiam repetitæ tertio orationis prece vsus est, post quā ait: Dormite iam & requiescite. Non enim extra rationis alicuius internæ conscientia, qui antea eos dormientes coarguisset, nunc dormire & requiescere eos iubet. Sed intelligentiā nobis Lucas adhortationis istius tribuisse existimatur: qui cum dixisset, satanam expetisse vt apostolos modo tritici cerneret, & Dominum pro fide Petri ne deficeret, oratū fuisse, subiicit: Post multā Dñi precē, angelū adituisse confortantem eum quo assistente orare prolixius cœperit, ita vt guttis sanguinū corporis sudor esslueret. Missio enim ad tutionē apostolorū angelo, & per eū confortato Domino, ne pro his tristis esset, ita sine tristitiæ metu exiit: ait: Dormite iam & requiescite. De angelo quidē Mattheus & Marcus, & de expetitione zabuli nihil locuti sunt: sed post tristitiā animæ, post dormitiū oburgationē, post transferēdi calicis deprecationē, nō ex nihilo dormitiū adhortatio subsecuta est, nisi quod cum absurtus ab his esset, & indulti angeli confortatus auxilio, securitate custodiæ custodiēdos permittebat in somnum. Nec sanē ignorandū a nobis est, & in Græcis & in Latinis codicibus quāplurimis, vel de adueniēte angelo, vel de sudore sanguinis nil scriptum reperiri. Ambigentibus igitur, vtrū hoc in libris variis aut desit, aut superfluū sit (incertū enim hoc nobis relinquitur de diuersitate librorum) certē si quid sibi ex hoc hæresis blanditur, vt infirmum affirmet, cui opus fuerit angeli confortantis auxilio: meminerit creatorem angelorum creationis suæ non equis præsidio, tum deinde necessariō eō modo eum confortari, a modo

Christus
quomodo
ab angelo
confortatus

modo & tristis esse. Nam qui nobis tristis est, id est, propter nos tristis est: necesse est vt propter nos sit confortatus & nobis. Quia ergo qui de nobis tristis est, & de nobis confortatus est: ea confortatus est conditione, qua tristis est. Sudorem verò nemo infirmitati audebit deputare: quia & contra naturam est sudare sanguinē, nec infirmitas est, quod potestas nō secūdu naturæ cōsuetudinē gessit: neque ad hæresim infirmitatis pertinere vllō modo poterit, quod aduersum hæresim phātasma mentientē, proficiat per sudorē sanguinis ad corporis veritatē. Igitur cum & tristitia de nobis est, & oratio pro nobis est, non possunt non omnia propter nos gesta esse intelligi, cum omnia pro nobis, quibus timebatur, orata sint. Præstant autem sibi mutuam euangeliā plenitudinem: dum alia ex aliis, quia omnia vnus spiritus prædicatio sit, intelliguntur. Hanc enim tacitam ab omnibus pro apostolis Domini orationem, Ioannes maximē spiritualium causarum prædicator ostendit, Dominum ita precatum esse dicens: Pater sancte conserva eos in nomine tuo. Cum essem cum eis, ego custodiebam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, custodiui.

1b. 17.

Marc. 13.

1. Cor. 7.

Ioan. 18.

Non sibi itaque fuit oratio illa, sed apostolis: nec sibi tristis est, qui orare eos ne tententur monet: nec sibi angelus mittitur, qui si veller, duodecim millia legionum de cœlis deduceret: nec propter mortē anxius, vt a se transferatur calix, rogat, sed a se tranfire calicem rogat: qui tamen tranfire non posset, nisi eum biberet, Tranfire autem non de loco est decedere, sed omnino non extare: quod quidem ipsum & euangelicus & apostolicus sermo significat, cum dicitur: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Sed & Apostolus: Ecce vetera transierunt, & facta sunt omnia noua. Sed & cum ait: Et figura huius mundi transibit. Calix ergo de quo patrem rogat vt transeat, non potest tranfire nisi bibatur: & quod orat Dominus, vtique pro his orat, quos cum his manens ipse saluauit, quos & patri saluandos reliquit. Nūc verò sacramentum mortis peracturus, patrem huiusmodi precatur, & missi in eo angeli, si tamen ita est, non ambigua præsentia est, & obtentæ precis manifesta securitas est, cum eos consummata oratione adhortatur in somnum. Effectum autem impetratæ orationis, & adhortatæ dormitionis securitatem, iam in ipso opere passionis Euangelista demonstrat, cum apostolis omnibus de persecutorum manibus elapsuris ait: Vt adimpleretur verbum quod dixerat, quoniam quos dedisti mihi, perdidit ex eis neminem. Impletur enim per se orationis precatio, & salui omnes sunt. Sed orat vt pater, vt saluatos per se, nunc in nomine suo saluet ipse: & aded saluat, vt Petri fides poenitentia subsequente non deficiat, licet territa. Demonstrata itaque & a Ioanne Domini oratio, & a Luca Zabuli postulatio, & ea quæ in Marco & in Mattheo tristitia vsque ad mortem est, & somni oburgatio, & rursum adhortatio, nihil ambiguitatis relinquit: cum per precem a Ioanne, qua patri apostolos commendat, & tristitiæ causâ & transeundi calicis deprecatio absoluta sit, non a se passionem amoueri Domino deprecante, sed patrem vt apostolos se passuro tueatur orante: & per Lucam ostensa aduersus Zabulum prece, iam de fiducia vetiti antea somni secunda permissio sit: Non est itaque in ea natura quæ supra hominem est, humanæ trepidationis anxietas, & extra terreni est corporis mala, non terrenis inchoatum corpus elementis: & si filio hominis originem spiri-

A tus sanctus per sacramentum conceptionis inuenit, nempe & altissimi virtutem virtutem corpori, quod ex conceptione spiritus virgo gignebat, admiscuit. Nam cum per transfusa in corpus anime confortium sensus animati corporis viuat, & ipsum ad illatorum dolorem corpus anima corpori per mixta viuificat: que vbi celestis spei, ac fidei suæ beato calore, terrenæ in corpore suo originis desepxit exordium, sui quoque sensus ac spiritus corpus efficitur in dolore, vt pati se desinat sentire quod patitur. Et quid nobis de natura Domini corporis, & descendens de cœlo filij hominis adhuc sermo sit? Ipsa terrena corpora timere ac dolere interdum nesciunt: quod & dolere necesse est, & timeri. Quæro enim an passas ad fomenta exstuantia Babylonicæ forcacis flammæ Israelitæ pueri timuerint, & vtrum in illud nostræ conceptionis corpus metus tanti ignis inceserit. Quæro etiam, an circumambiri se flammis doluerint. Sed forte idcirco quia non vsti sunt, nihil dolent: & tum abuisse ignibus naturam vrendi existimabitur. Certè hæc natura corporis erat, vt & vti se timeret, & posset vti: Quod si per spiritum fidei terrena corpora, id est, secundum elementa causarum communium iniata, neque vti potuerunt, nec timere: quæ ergo per fidem Dei in homine contra naturam sunt, ea in Deo homine secundum virtutem spiritus ad naturæ originem inchoata, non sunt naturaliter æstimanda. Vincti pueri in medio ignis sunt: ignem non timent, dum incenduntur: flammæ non sentiunt, dum orant: vti non possunt, dum in igne sunt. Naturam suam in his & ignis, & corpora amittit, nam neque illa vruntur, neque ille vrit: & tamen in cæteris in natura sua est, & ignis & corpus. Nā circumstantes ardent, & poenæ ministeria in poena sunt. Non vis impie hæretice, vt transeunte palmas claud Christo nō doluerit, neque vulnus illud nullam acerbiteriam teli compungentis intulerit. Interrogat cur pueri ignes non timuerint, nec doluerint: aut quid in eorum corporibus naturæ fuerit, vt naturam ignis excederet. Quod si illi fidei calore, & beati martyrij gloria timere nesciunt quæ timentur: Christus etiam si vitiorum nostrorum origine esset conceptus, tamen per crucem mansurus Deus, & mundum iudicaturus, & rex æternorum seculorum futurus, tristis metu crucis esset? & tantorum præmiorum immemor, turpis metus anxietate trepidaret? Daniel Prophetæ prandio alendus, leonum lacum non timet, Apostoli cædi se pro Christi nomine & pati gaudent, Paulo libatio sua corona iustitiæ est, defecanda colla sua percussoribus cum hymnis martyres tēdunt, & ædificatos sibi congerie lignorum ignes cum canticis scandunt. Vsq̄ue eō sensus fidei, perempto in corporibus naturalis infirmitatis metu, corpora ipsa ad sensum non sentiendi doloris emutat, vt per animæ propositum firmitas corpori inuehatur, animatumque corpus in id se tantum sentiat, in quod animæ studio commouetur, vt quod pati animus gloriæ cupiditate contemnit, id se pati corpus anima vegetante non sentiat. Hæc si in hominibus naturalia sunt, per animæ ad gloriam ardentis calorem, vt passionis suæ nesciant, & vulnera ignorent, & mortes non intelligant: Dominus veræ gloriæ Iesus Christus, cuius in fimbria virtus est, cuius spiritus & sermo natura corporis est, dum & mancus iam non mancus manum iubetur extendere, & cæcus natus natiuitatis vitia non sentit, & truncus aure non truncus est, in ea infirmitate compuncti ac dolentis corporis deputabitur, in qua gloriosos ac beatos vi-

ros fidei suæ spiritus non reliquit? Passus igitur vnigenitus Deus est omnes incurrentes in se passionum nostrarum infirmitates, sed passus virtute naturæ suæ, vt & virtutæ naturæ suæ natus est: neque enim cum natus sit, non tenuit omnipotentiam suam in natiuitate naturam. Nam cum natus sit lege hominum, non tamen hominum lege conceptus est: habens in se & constitutionem humanæ conditionis in partu, & ipse extra constitutionem humanæ conditionis in origine, secundum quod ita ex infirmitate corporis nostri passus in corpore est, vt passiones corporis nostri, corporis sui virtute susciperet: huius fidei nostræ etiam sermo propheticus testis est, cum ait: Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolens, & nos existimauimus eum in doloribus esse, & in plaga, & in vexatione. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra, Fallitur ergo humanæ existimationis opinio, putas hinc dolere quod patitur: portans enim peccata nostra, peccati nostri scilicet corpus assumens, tamen ipse non peccat. Missus namque est in peccati carnis similitudine portans quidem in carne peccata, sed nostra, & pro nobis dolens, non & doloris nostri dolet sensu: quia habitu vt homo repertus, habens in se doloris corpus, sed non habens naturam dolendi, dum & hominis habitus est, & origo non hominis est, nato eo de conceptione spiritus sancti. Hinc itaque existimatus est & in doloribus, & in plaga, & in vexatione esse. Formam enim serui accepit: & natus ex virgine homo, opinionem nobis naturalis sibi in passione doloris inuexit. Ipse autem vulneratus est, sed propter iniquitates nostras. Nam quantum sit vulneratus, non tamen iniquitatis suæ vulneratus est: & quicquid patitur, non sibi patitur. Non enim sibi homo natus est, nec ex se iniquus est. Testatur Apostolus causam dispensationis istius, dicens: **2. Cor. 5.** Orantes pro Christo, reconciliari Deo, eum, qui non cognouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. Peccatum enim in carne per peccatum condemnatur, peccati licet expers, factus est ipse peccatum: id est, per carnem peccatum in carne condemnans, carnis quidem peccati conscius, sed pro nobis caro factus, carnis similitudo peccati est: Et idcirco propter iniquitates nostras vt vulneratus. Cæterum nescit in Christo Apostolus trepidationem doloris: nam dispensationem hanc passionis loquutus, in sacramento eam diuinitatis prædicauit, dicens: Donans nobis omnia peccata, delens, quod aduersum nos fuit chirographum in sententiis, quod erat contrarium nobis, tollens illud de medio, & affigens illud cruci, spolians se carne, & principatus & potestates traduxit cum fiducia, triumphans eos in semetipso. Succumbere ergo tibi videtur virtus ista vulneris clauo: & ad ictum compungentis exterrita, demutasse se in naturam dolenti? Atqui **Coloss. 2.** Apostolus loquente in se Christo loquutus, & salutis nostræ per Dominum opus memorans, mortem Christi ita significat, vt carne se spoliaret, & potestates cum fiducia dehonestet, & de his in semetipso triumphet. Si in passione sua necessitas est, & non salutis suæ donum est: si in cruce dolor compungendi est, & non decreti quod in te mors est scripta confixio: si in morte vis mortis est, & non per potestatem Dei carnis exuita sunt: si denique mors ipsa aliud est quam potestatem deonestatio, quam fiducia, triumphus, abscrisio infirmitatem: Si ibi necessitas est, & natura: si ibi vis est, & diffidentia, & dedecus. Sin autem hæc è contrario in sacramento passionis prædicantur: quis rogo furor

1. Ioh. 3.

Causæ lege.

2. Cor. 5.

Coloss. 2.

est, repudiata doctrinæ apostolicæ fide, mutare sensum religionis & torti hoc ad imbecillitatem & contumeliam rapere naturæ, quod & voluitas est, & factum est, quod & potestas est, & fiducia, & triumphus? Triumphus planè est quæri ad crucem, sed offerentem se non sustineri: stare ad sententiâ mortis, sed inde concessurum à dextris virtutis: cõfigi clauis, sed pro persecutoribus orare: acetum potare, sed sacramentum cõsummare: deputari inter iniquos, sed paradysum donare: eleuari in lignum, sed terram tremere: pendere in cruce, sed solè ad diem fugare: exire è corpore, sed reuocare animas in corpora: sepeliri mortuum, sed resurgere: demum secundum hominem pro nobis infirma omnia pati, sed secundum Deum in his omnibus triumphare. Restat nobis adhuc, vt hæreticis videtur, magna & grauis confessio infirmitatis professio, & maxime ipsius Domini vocibus, edita, cum ait: **Mar. 15.** Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Quæ maxima querelæ esse intelligitur protestatio, derelictum se esse cõqueri, infirmitatisque permittitur. Verum hæc impiæ intelligentiæ violenta præsumptio, quam sibi omni in dictorum Dominorum gerere cõpugnat: qui ad mortem festinat, vt qui per eam honorificandus est, vt qui post eam à dextris virtutis sedens est, in his tot beatitudinum causis mori timet, & ob id ad necessitatem moriendi desertum se à Deo suo queratur, cum in beatitudinibus illis esset mortem obeundo mansurus. **Quin etiam** ad irreligiositatis huius tanquam ad præparatam sibi viam, per id ingenia hæretica contendunt, quod aut defecisset omnino Deum verbum in animam corporis volunt, vt non idem fuerit Iesus Christus hominis filius, qui & Dei filius: & aut ex se defecerit Deus verbum, dum corpus officio animæ viuificat: aut omnino nec fuerit Christus homo natus, quia in eo Dei verbum modo spiritus prophetalis habitauerit. Sed ridiculæ huius peruersitatis error in maiorem se impietatis extendit audaciam, ne Iesus antequam ex Maria natus esset, Christus sit: dum non qui erat, natus est, sed ad id tum primum quod natus est, esse cõcepit. Per quod etiam illud vitij adiungitur, vt Deus verbum tanquam pars aliqua virtutum Dei quodam se tractu continuationis extendens hominem illum qui à Maria esse cõcepit, habitauerit, & virtutibus diuinæ operationis instruxerit: animæ tamen suæ motu naturaque viuente. Per hæc ergo subtilem pestiferamque doctrinam deducuntur in vitium, vt aut Deus verbum animam corporis per demutationem naturæ suæ in naturam infirmitatis extiterit, & verbum Dei esse defecerit: aut rursus per exteriorum nudaque naturam hominem illum sola vita animæ mouentis animatum, in quo verbum Dei, id est, quædam quasi potestas extensæ vocis habitauerit. Atque ita omni modo impiissimæ intelligentiæ aditus prædatur, vt aut Deus verbum in animam defecerit, nec permanserit Deus verbum, aut omnino Christus ante partum Mariæ nõ fuerit: quia Iesus Christus anima solum cõmuni & corporis homo hoc habeat sui, quod vt esset homo cõcepit exordium, quem extrinsecus protensi sermionis potestas ad virtutem operationum cõfirmauerit: qui nunc à Dei verbo contracta rursus protensione desertus, clamat: Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Vel certè tum, cum in animam corporis à Dei verbi natura demutatus est, paterno in omnibus vltus auxilio, nunc inops eius mortique permittitur, solitudinem suam conqueratur, relinquentemque se arguat: omnique modo exitiabile deceptæ fidei periculum comparetur, si aut in Deo verbo significari hæc è contrario naturæ infirmitas per querelam: aut omnino nec fuerit.

fuerit Deus verbum, dum Christo Iesu Mariae solum partus exordium est. Sed inter his impias infirmasque sententias, ecclesiæ fides Apostolicis imbuta doctrinis, nouit in Christo natiuitatem, sed ignorat exordium. Scit dispensationem, sed nescit diuisionem. Non patitur Christum Iesum, vt Iesus non ipse sit Christus: nec filium hominis discernit à Dei filio, ne filius Dei fortè non & filius hominis intelligatur. Non absumit filium Dei in filium hominis, neque tripartita Christum fide scindit, cuius desuper texta vestis in-scissa est: vt Iesum Christum & in verbum, & in animam, & in corpus incedat, neque rursus Deum verbum in animam & in corpus absumat. Totum ei Deus verbum est, totum ei homo Christus est, retinens hoc in sacramento confessionis suæ vnum, nec Christum aliud credere quam Iesum, nec Iesum aliud prædicare quam Christum, & Dei verbum. Non ignoro autem in quantum humanæ intelligentiæ infirmitatem magnificentia mysterij cœlestis impediât, vt hæc non facile aut verbis enunciare, aut diiudicare sensu, aut etiam complecti mente possimus. Sciens autem Apostolus arduum hoc terrenæ naturæ difficultatibus esse rerum diuinarum efficientiam iudicio nostro tanquam ad intelligendum acriore, quam ad efficiendum Deo potiore concipere, illi legitimo sibi secundum fidem filio, sacræque literas ab infantia fumentis, ita scribit: Sicut hortatus sum te sustinere Ephesi cum irem in Macedoniam, vt præciperes quibusdã, ne aliter docerent, neque attendere fabulis & genealogijs interminatis, quæ quæstiones magis præstât, quam ædificationem Dei, quæ est in fide. Vetat geneologiæ eloquia tractari, & fabulas interminatæ quæstionis attingi. **Adificationem** verò Dei in fide esse: vt humanæ verecundiæ modum fidelis omnipotentiam Dei religione concludat, neque se infirmitas nostra ad perspicienda ea, quæ perspiciendi naturam hebetent, extendat. **Quod** si contuentibus solis claritatem, virtus intenti luminis obtupefcit, vt si quando causam radiantis luminis solertius acies curiosæ contemplationis inquirat, vsque ad emortuum videdi sensum oculorum natura reuocetur, accidatque nitendum magis videre, ne videas: quid nobis in Dei rebus & in sole iustitiæ expectandum est? Nonne incumbet volentibus superflapere stultitia? Nonne ipsum illud acre intelligenti lumen, stupor hebetis desipientiæ occupabit? Non enim natura inferior causam naturæ potioris intelliget, nec subiacet humanæ conceptioni ratio cœlestis. Nam intra conditionem infirmitatis erit, quicquid infirmi conscientiæ subditur. Excedit itaque humanam mentem Dei potestas, ad quam si se infirmitas protendat, magis infirma reddetur, dum hoc ipsum quod obtinebat, amittit potiore ad obtinendam eam rerum cœlestium naturam, quia omnem eius confectantem se perficiam ipsa complexu eius maior infirmat. **Vt** igitur sol ita videndus est, vt possit videri: tantumque excipiendus lumine est, quantum admittitur: ne si plus velimus spectare, minus quod quam possimus consequamur: ita & ratio cœlestis in tantum intelligenda est, in quantum se permittit intelligi: in tantum expectanda est, in quantum apprehendendam se dedit, ne si contenti indulgentiæ moderatione non sumus, amittamus indultam. Est ergo in Deo quod percipi potest: est planè, si modò quod potest velis. Sicut enim est in sole quod vides, si hoc velis videre quod possis: amittas autè quod potes videre, dum quod non potes, niteris: ita & in rebus Dei habes quod intelligas, si intel-

1. Tim. 2.

ligere quod potes, velis: cæterum si vitrà quàm potes, speres, id quoque quod potuisti posse nõ poteris. **Non** dum intemporalis natiuitatis illius sacramentum mouebo, competentis loci est ille tractatus. Interim mihi assumptæ carnis mysterium in verbis est. Illos nunc arcanorum cœlestium scrutatores consulo, vt secundum naturam suam nati ex virgine Christo sacramento loquantur. Vnde dicent virgini cõceptum? vnde virgini partum? quam hanc esse genitalium originum causam disputabunt: Et quid intra secessus maternorum sinuum coaluisse? corpus vnde? homo vnde? Iam verò post hæc, quid sit descendisse de cœlis filium hominis, in cœlo manentem? Non enim eiusdem est, secundum corporales causas, descendere & manere, quorum alterum descensionis transmutatio est, alterum manendi imperturbatio est. Vagat infans, sed in cœlo est: puer crescit, sed plenitudinis Deus permanet. **Iam** verò cum ascēdit vbi antea fuit, & descendit qui manet: quo intelligentiæ humanæ sensu cõtinebitur? Dominus enim ait: **Quid** si videritis filium hominis ascendentem vbi antea fuit? Ascendit filium hominis vbi antea fuit, & quis hoc sensus concipiet? Descendit de cœlo filius hominis, qui in cœlis est, & quæ hoc ratio præstabit? Verbum caro factum est, quæ hoc verba loquentur? Fit caro verbum, id est, homo Deus. Et qui homo est, in cœlis est: & qui Deus, de cœlis est. **Ascendit** descendens, sed descendit non descendens. Est qui erat, & quod est, non erat. Currimus per causas, & ratione deficiamus: rationem cernimus, & causas non intelligimus. Sed Christum Iesum ita intelligentes scimus, & magis putantes nos intelligere, nescimus. **Iam** verò quantum est illud dictorum & gestorum sacramentum? flere Christum, & per animi angorem lachrymas oculis effluere? Vnde eius animæ hæc vitia, vt fletum corpori tristitiæ mœror eliciat? Et quæ rerum acerbitas, & intolerantia doloris, descendentem de cœlis filium hominis in lachrymas dissoluit? **Quid** sit deinde quod in eo fleuerit: Deusne verbum, an corporis anima? Nam quamuis lachrymarum officium in corpore sit, anima tamen eas in ministerio corporis quasi quidam mœror exudat. **Tum** deinde quæ ei ad flendum causa sit? Anne impiam parricidalemque Hierusalem nihil dignum tantorum Prophetarum & Apostolorum cæde, & ipsius Domini sui morte passuram, debito lachrymarum honore prosequitur? & vt humanarum mortuorum desilentur calamitates, ita perditæ huius desperatæque gētis casus doletur? Et quod hoc, rogo, flendi sacramentum est? Anima quæ tristis est, flet. Sed nunquid hæc prophetas misit? Nunquid hæc totiens voluit cõgregatos pullos eius pennarum integumento obubrare? Non cadit in verbum Deum mœror, neque in spiritum lachrymæ: sed neque in animam cõuenit aliquid ante corpus egisse. Et tamen verè Iesum Christum fuisse nõ dubitum est, pari quoque lachrymarum veritate & Lazarus fletus est. Et quæro primum quid fleatur in Lazaro. Nõ vtique mors, quæ non vsque ad mortem est, sed pro Dei gloria est. Dominus enim ait: Infirmitas ista nõ est vsque ad mortem, sed pro gloria Dei, vt honorificetur filius Dei per eum. Mors ergo quæ glorificandi Dei causa est, flendi tristitiam nõ afferbat. Sed ne in eo quidem flendi necessitas exitebat, quod Lazarus morietem abfuisset. Nã ipse ait manifestè: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis quod nõ eram ibi. Absentia itaque eius nõ habuit causam lachrymadi, quæ ad apostolorum fidem proficiebat: cū egri mortem cõscientiæ diuinæ cognitionis absens prænu-

1. Ioh. 6.

1. Ioh. 19.

Quid flens Christus in Lazaro.

1. Ioh. 11.

Ibidem.

ciasset. Nulla ergo restat necessitas flendi, & tamē flentium est. Et tamen quæro, cui imputabitur fletus ille: Deo, an animæ, an corpori? Sed corpus per se tantum non habet lachrymas, quas ad dolorem animæ merentis profundat. Longè autem minus est, ut Deus fleuerit, qui glorificandus in Lazaro est. Non conuenit autem, ut anima de sepulcro Lazarum vocet: & ad animæ innexæ corpori præceptum atque virtutem in mortuum suum anima iam ex eo dissoluta reuocetur. Dolet qui glorificandus est? Flet qui viuificaturus est? Non est viuificaturus, flet: nec glorificandi, dolere: & tamen viuificat, qui & fleuit & doluit. Non inopia necessitate, vel dictorum ignoratione de multis pauca memorauimus, sed ut absolutam expositionem ratio non morosa commendat. Gerit Dominus atque ait, quod cum conscientia nescitur, quod nec ignoratur, & ignorabile est, dum & veritas in rebus est, & in virtute sacramentum est, ut etiam ex his quæ ait, manifestè docebimus: Propter hoc me pater diligit, quod ego pono animam meam, ut iterum accipiam eam.

Ioan. 10.

Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum accipiendi eam, hoc mandatum accepi à patre meo. Animam suam ab se ponit: & quæro quis ponat. Christum enim non ambigimus esse Deum verbum, neque rursus filium hominis ex anima & corpore constituisse ignoramus, angelo ad Ioseph confirmante: Surge & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Cuius hæc ergo anima est requiro, corporis sine, an Dei? Si corporis: quid habet corpus potestatis, quod per animæ motum animatur in vitam? Deinde utrū mandati aliquid corpus acceperit, quod sine anima hebes emortuumque est? Si verò qui quæ putabit animam suam verbum Deum ponere ut rursus resumatur: ostendat verbum Deum mortuum, id est, ut sine sensu atque vita mortui corporis modo maneret, quod iterum animam suam ad viuendum, quæ rursus viuificaretur, assumpsit. Sed nec Deo animam quicquam rationis particeps deputabit: quæquam frequenter animam Dei & sabata, & neomenias odisse scriptum sit, & etiam in quibusdam complacere. Sed ex ea istud significatione commemorari solitum est, qua & manus, & oculi, & digiti, & brachium, & cor, in incorporali Deo commemorantur. Nam cum spiritus, secundum Domini dictum, carnem & ossa non habeat: ei qui est, nec demutatur, nulla ad soliditatem sui corporalium partium membra cõueniunt, sed simplex ac beata natura, vnum totum quod est omnia permanet. Non ergo Deus corporalibus modis officio interioris animæ animatur ad vitam, sed ipse vita sibi viuuit. Et quomodo ponet animam suam, vel postitam resumet, vel quæ huius mandati ratio est? Deus ergo nec ponit ad mortem animam, nec resumit ad vitam: sed nec corpus mandatum ad resumendum habet; quia nec per se resumit. Dictum enim de corporis sui templo est: Soluite templum hoc, & post triduum suscitabo illud. Suscitatur ergo templum corporis sui Deus. Et quis ponit animam ut resumatur? Corpus enim non per se resumit, sed per Deum suscitatur. Suscitatur autem quod est mortuum, & nec ponit animam quod viuuit, Deus itaque nec mortuus est, nec sepultus, & tamen ab eo dictum est: Hæc enim mittens vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Quod in corpus suum missum est, ad sepeliendum eum factum est, & non idem est, se esse

Quomodo anima Deo tribuitur.

Ioan. 2.

Quæ nec carnis est, nec spiritus.

Matth. 26.

suumque esse: & non vnum est, ad sepeliendum se fieri, & vngi suum corpus. Neque conuenit corpus suum esse, seque sepeliri. Sed sacramentum istud diuinæ intelligentiæ est, non ignorare Deum, quem non nescias hominem: nescire autem hominem, quem non ignores Deum: Iesum Christum non diuidere, quia verbum caro factum est: & sepultum non putare, quem resuscitatum esse intelligas: resuscitatum non ambigere, quem negare non audeas sepultum. Sepultus enim est Iesus Christus, quia & mortuus est. Mortuus autem est, qui & moriturus locutus est: Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Locutus autem hæc est, qui & dixerit: Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso. Paradisum quoque promittens, magna voce proclamauerit: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hoc dicens expirauerit. Vos nunc vel tripartientes Christum, in verbum, & animam, & corpus: vel totum Christum Deum verbum, in solū communis generis hominem contrahentes, hoc nobis magnum pietatis sacramentum, quod in carne manifestum est, reuelate: quem tradiderit spiritum Christus, & quis in manus patris commendauerit suum spiritum, & quis in paradiso die eadem fuerit, & quis derelinqui se à Deo questus sit. Nam querela derelicti, morientis infirmitas est. Promissio autem paradisi, viuientis Dei regnum est. Commendatio spiritus, commendantis confidentia est. Traditio spiritus, morientis excessio est. Quæro itaque, quis moritur? Nempe qui tradit spiritum. Deinde quis tradidit spiritum? Vtique qui patri commendauit spiritum suum. Et si idem qui commendauit, tradens spiritum mortuus est: interrogo vtrum corpus animam cõmendet, an Deus corporis? Nam spiritum frequenter significari animam non ambiguum est: vel ex hoc ipso quod Iesus moriturus tradidit spiritum.

Matth. 15.

Luc. 22.

Si igitur quicquam existimandum putabit, cõmendari animam à corpore, à dissoluendo viuientem, à corumpendo æternam, à resuscitando manentem: & nõ ambigitur quin idem commendauerit spiritum patri, qui & die eadem in paradiso fuerit cum latrone: Et quæro an sepulcro receptus in paradiso manserit, an verò in paradiso manens, derelictum se à Deo questus sit. Vnus enim atque idem est Dominus Iesus Christus, verbum caro factum, se ipsum per hæc vniuersa significans: qui dum ad mortem derelinqui se significat, homo est, dum verò homo est, in paradiso Deus regnat. Regnans porro in paradiso, patri commendat spiritum Dei filius: commendatum verò patri spiritum, hominis filius tradat ad mortem. Quid nunc de sacramento facimus cõtumeliam? Habes conquerentem ad mortem relicto se esse, quia homo est: habes eum qui moritur, profitentem se in paradiso regnare, quia Deus est. Cur hoc nobis quod ad intelligentiam mortis suæ locutus est, solum ad impietatem retinemus, & id quod idem ad demonstrationem immortalitatis suæ professus, tacemus? Si eiusdem vox hæc atque sermo est, se derelictum conquerentis, & se regnare profitentis: quia fidem nostram infidelitatis ratione diuidimus, ut non idem in tempore eodem sit mortuus, qui & regnet, cum idem ipse de se vtrunq; testatus sit, & commendans spiritum, & expirans? Quod si idem commendans spiritum, atque tradens, & regnans moritur, & mortuus regnat: habemus in sacramento filij hominis & filij Dei, & mori regnantem, & regnare morientem. Absistat itaque omnis irreligiosa & diuini sacramenti incapax infidelitas: quæ nescit

Manifesta Christus fleuit.

1. Cor. 1.

Ibid. 2.

Ibidem.

Rom. 8.

Ephes. 4.

nescit Christum non sibi fesse, sed nobis, ut assumpti hominis veritatem ipse quoque affectus humanæ consuetudinis susceptus protestaretur: quæ ignorat Christum non sibi mori, sed vitæ nostræ, ut per immortalis Dei mortem, mortalium vita renouetur: quæ non intelligit querelam derelicti, & regnantis cõfidentiam, ut quod Deus regnat, & quod se mori queritur, sit intelligentia nostra, & homo mortuus, & Deus regnans. Non enim alius est moriens & regnans, neque alius est sepultus & resurgens, neque non vnus est descensus, & ascendens. Audi in hoc Apostolicæ doctrinæ eruditam non carnis sensu, sed dono spiritus fidem: cum Græcis sapientiam, & Iudæis signa postcibus loquitur: Nos autem prædicamus Christum Iesum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Iesum Dei virtutem & Dei sapientiam. Nūquid diuinus est Christus: ut alius sit Iesus crucifixus, alius Christus virtus & sapientia Dei? Sed hoc & scandalum Iudæis, & stultitia gentibus est: nobis verò Christus Iesus Dei virtus, Dei que sapientia, sed sapientiam mundo cognita, nec intellecta à prudentibus seculi. Et quàm non intellecta sit, discite, eodem beato Apostolo dicente: Sed loquimur Dei sapientiam, quæ in sacramento abscondita est, quam præsterniuit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo ex principibus huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Anne Apostolus ignorat hæc Dei sapientiam in sacramento esse absconditam, & esse principibus seculi ignorabilem? Anne diuidit Christum, ut alius sit Dominus maiestatis, alius Iesus crucifixus? Sed stultissimæ huic atque impissimæ opinioni contradicit, dicens: Non enim iudicauit me quicquam scire in vobis, nisi Christum Iesum, & huc crucifixum. Aliud Apostolus nescit, neque aliud se scire iudicat. Nos autem & infirmi ingenij, & infirmioris fidei, Christum Iesum scindimus, diuidimus, duplicamus, arbitrij mysteriorum, & occulti sacramenti calumniatores. Alius enim nobis est Christus crucifixus, alius Dei sapientia, alius sepultus, alius descendens: & alius filius hominis, & alius filius Dei. Non intelligentes docemus, & nescientes arguimus, & dicta Dei homines emendamus: & non dignamur secundum Apostolum ita credere: Quis criminabitur electos Dei? Deus est qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus qui mortuus est, imò qui etiam resurrexit: qui est in dextra Dei, qui & postulat pro nobis. Anne alius pro nobis postulat, quàm qui in dextra Dei est? Vel qui in dextra Dei est, non ipse est qui resurrexit? Vel qui resurrexit, nõ idem mortuus est? Vel qui mortuus est, non idem condemnat? Vel qui condemnat, non idem est qui iustificat Deus? Separemus ergo si licet à iustificatore Deo condemnantem Christum, à condemnante Christo mortuum Christum, à mortuo Christo Christum in dextris sedentem, orantemque pro nobis. Si itaque hæc omnia Christus vnus est, neque alius est Christus mortuus, alius sepultus: aut alius descendens ad inferna, & alius ascendens in cœlos, secundum illud Apostoli: Ascendit autem quid est, nisi qui descendit in inferna terra? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia: quod vsque impietatis nostræ extendimus stultitiam ignoracionem, ut quod in sacramento Dei absconditum est, id explicari à nobis posse proiteamus? Qui descendit,

ipse est & qui ascendit. Nunquid ambigitur, quin Iesus Christus homo ex mortuis resurgens, super omnes cœlos ascendens, ad dextram Dei sit? Nunquid descendisse ad inferos corpus quod in sepulcro iacuit, dicitur? Si itaque qui descendit, ipse & ascendit, ut neque corpus descendisse ad inferos credatur, & resurgens ex mortuis, corpus ascendisse in cœlos non ambigitur: quæ hic præter occulti sacramenti, & incogniti mundo ac principibus seculi fides relicta est, ut cum idem atque vnus sit descendens & ascendens, vnus quoque nobis Iesus Christus sit, & Dei filius & hominis filius, & verbum Deus & homo caro, & passus, & mortuus, & sepultus, & resurgens, & in cœlos receptus, & sedens ad dextram Dei: habens in se vno eodemque per dispensationem atque naturam, in Dei forma & in forma serui, sine aliqua sui & partitione quod homo est, & diuisione quod Deus est? Incautæ igitur atque ignorantis opinionis nostræ fidem Apostolus formans, ita confessionis huius sacramentum locutus est: Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuuit ex virtute Dei. Prædicans enim filium hominis Dei filium, qui cum ex dispensatione homo esset, maneret tamen ex natura Deus, eundem ex infirmitate crucifixum ait, qui ex virtute Dei viuueret. Ut cum infirmitas esset ex forma serui, & natura maneret ex forma Dei: & qui cum esset in forma Dei, assumpsisset formam serui: non ambiguum esset, in quo sacramento & passus esset & viuueret. Ut cum in eodem esset & infirmitas ad passionem, & ad vitam Dei virtus, non alius aut diuinus à se esset qui & pateretur & viuueret. Passus quidem est vnigenitus Deus quæ homines pati possunt, sed vtamur Apostoli fide atque dicto: Tradidit enim vobis in primis, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit die tertia secundum scripturas. Non nudis vsus est ad erroris occasionem dictorum definitionibus, sed mortis & resurrectionis modum, non tantum rerum nominibus, quantum & scripturarum virtutibus admonens confitentem: vt hæc nostra esset in eius morte intelligentia, quæ & esset in significatione scripturarum. Infirmas enim cogitationes, & scrupulosas fidei calumnias: non relinquens, finem hunc tantum secundum scripturas prædicandæ mortis & resurrectionis adiecit: Ne inanum disputationum vento circumacti, vel fallacium quæstionum inepis argutiis impediti infirmemur. Sed in hunc se semper religionis suæ portum fides illæsa reuocaret, vt mortem & resurrectionem hominis filij & Dei filij Iesu Christi secundum scripturas crederet & confiteretur, pia aduersus calumniam resistendi securitate proposita, cum ita mori ac resurgere Christus Iesus intelligendus esset, qualiter scriptus est. Non enim habet fides periculum, & omnis pia professio in occulto sacramenti Dei tuta est. Natus ex virgine Christus est: secundum scripturas conceptus de spiritu sancto est, Fleuit Christus: sed secundum scripturas, vt in eo quod fleuit, glorificatus sit. Et esuriuit Christus: sed secundum scripturas sine cibo in non habentem fructus arborem Deus operatus est. Passus: Christus est: sed secundum scripturas, tunc à dextris virtutis sessurus est. Derelinqui se ad mortem questus est: sed secundum scripturas, tunc confessorum suum secum in regno paradisi recepit. Mortuus est: sed secundum scripturas, resurgens à dextris Domini Dominus assidet. In huius igitur sacramenti fide vita est, calumniam confessio ista non recipit. Certè Apostolus non relinquit

Notent cyriost inguistores.

vt ambigi dicique liceat: Christus natus, passus, mortuus, resurgens: quo modo, qua virtute, qua diuisione, quibus partibus, quis lachrymans est, quis gaudes, quis conquerens, quis descendens, quis ascendens: sed fidei in hoc meritum, per confessionem incunctantis tantum religionis ostendens, ait: Ex fide autē iustitia sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cælum? hoc est Christum deducere: vel quis descendit in abyssum? hoc est Christum à mortuis reducere. Sed quid dicit scriptura? Iuxta est verbum tuum in ore tuo & in corde tuo, hoc est verbum fidei quod prædicamus. Quia si confessus fueris in ore tuo quia Dominus est Iesus, & credideris in corde tuo quia Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Iustum fides consummat, secundum quod dictum est: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, Nunquid Abraham calumniatus est Deo, cum ei hæreditatem gentium, & secundum stellas & arenæ multitudinem, mansuræ ex se sobolis numerositatem pollicebatur? De omnipotentia enim Dei fides religiosa non ambigens, humana infirmitatis non est detenta naturis, sed in se id quod erat caducum terrenūque despiciens, diuinæ sponsonis fidem vltra modum corporeæ constitutionis excepit: quia nequaquam Dei virtutes lex possit humana moderari, tantum in efficiendo libertatis Deo promente, quantum in spondendo ostenderet voluntatis. Nihil igitur fide iustius est: quia cum æquitas, atque moderatio terrenorum actuum sit probabilis, nihil tamen iustius homini sit, quam omnipotentiam Dei in definita potestatis intelligentia credidisse. Hanc itaque in nobis quæ ex fide est iustitiam Apostolus expectans, incertæ atque infidæ ambiguitatis irreligiositatem remouit, vetans curâ sollicitæ in cor cogitationis admitti, dicti etiam prophetici ratione mostrata. Ait enim: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cælum.

Hæc à Propheta dicta subiectæ sententiæ absolute profèquitur dicens: Hoc est Christum deducere. Non enim se in cælestem scientiam humanæ mentis sensus extendit, sed neque de diuinis operibus, religiosa fides ambigit. Non eguit Christus humanæ virtutis auxilio, vt ex illa beatitudinis suæ fede descendens, cuiusquam è cælo ope deduceretur in corpus. Non exterior potestas eum egit ad terras: credendus est venisse qualis & venit. Et vera pietas est Christum non deductum, sed descendentem confiteri. Sacramentum suum est & in tempore & in opere. Neque quia modò venit, deductus per alterum esse credendus est, nec téporalis eius aduentus potestati deducentis subditus intelligendus est: sed nec alterius quidem ambiguitatis infidelitas sinitur. Nam cõtinuò ex dicto prophetico subditur: Vel quis descendit in abyssum? Ac mox dicti ratio subiecta est: Hoc est Christum à mortuis reducere. Libertas redeundi in cælum, ex descendendi in terram libertate est. Ambigendi autem sublata cunctatio est, sapientia in fide est, ratio in virtute est, effectus in rebus est, causa in potestate est. Sed non nutante ad id opus est conscientia. Apostolus enim totum scripturæ mysterium exequens ait: Iuxta est verbum tuum in ore tuo & in corde tuo. Non tardo opus est petitóque longè verbo confessionis, nec interuallo aliquo inter cor atque os relicto, vt quod ad protestationem religionis loquendum sit, per infidelam ambiguitatem cogitetur: sed & iuxta nos esse oportet, & in nobis, ne aliqua inter religionem cordis atque oris mora, fides fortè nostra non ita in sensu sit,

Rom. 10.

Genes. 15. Rom. 10.

Rom. 10.

Ibidem.

vt in verbis: sed connexa ori atque cordi, incunctantem habeat & sentiendi & loquendi religionem. Et huius quidem dicti prophetici, vt in cæteris, rationem Apostolus subiecit: Hoc est verbum fidei quod prædicamus, quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Iesus, & credideris in corde tuo, quia Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Pietas est non ambigere, & iustitia est credere, & salus est confiteri. Non in incerta diffuere, neque ad stultiloquia efferuere, neque ratione aliqua virtutes Dei vitilare, neque modo circumscribere potestatem, neque causas inuestigabiliū sacramentorum retractare, Dominum Iesum confiteri, & à Deo suscitatum à mortuis credere salus est. Quæ verò insania est, qualis est cuiusmodi sit Iesum calumniari: cum salus sola sit, hoc solum scire, quod Dominus sit? Tum porò qui humanæ in anitatis error est, de resurrectione eius lites mouere: cum sufficiat ad vitam, quod à Deo suscitatus sit credidisse? In simplicitate itaque fides est, in fide iustitia est, in confessione pietas est. Non per difficiles nos Deus ad beatam vitam confessiones vocat, nec multiplici eloquentis faciendæ genere sollicitat. In absoluto nobis ac facili est æternitas: Iesum suscitatum à mortuis per Deum credere, & ipsum esse Dominum confiteri. Nemo itaque ea quæ ob ignoracionem nostram dicta sunt, ad occasiõnem irreligiositatis vsurpet. Cognoscendus enim Iesus Christus mortuus erat, vt in eo viueremus. Si itaque ad intelligentiam mortis suæ ait: Deus Deus meus, quare de dereliquisti? & Pater in manus tuas commendo spiritum meum: nunquid confessioni nostræ consulens, infirmum se esse potius confessus est, quam nos ambiguos non reliquit? Excitatus namque Lazarus orat ad patrem, nunquid prece eguit dicens: Pater, gratias ago tibi quia exaudisti me: & ego sciebam quia semper me exaudis, sed propter turbam dixi, vt credant, quia tu me misisti. Nobis itaque orauit, ne filius ignoraretur: & cum sibi nõ proficeret deprecationis sermo, ad profectum famen nostræ fidei loquebatur.

Nõ inops ergo tum auxilij est, sed nos tumens inopes doctrinæ. Clarificari se quoque deprecatur, ac mox de cælo vox Dei patris clarificantis auditur. Sed ad auditæ vocis admirationem ait: Non propter me vox hæc venit, sed propter vos. Nobis pater rogatur, nobis pater loquitur. Totum ad effectum fit nostræ confessionis. Et cum clarificationis responsio non obsecrationi claritatis sit impensa, sed ignoracioni audientium: quomodo querela passionis in summa exultatione patiendi non confessionis nostræ eruditioni præstita intelligetur? Christus pro persequentibus rogat, quia quod agunt nesciunt. Christus de cruce paradysum promittit, quia Deo regnat. Christus in cruce cõsummasse oia aceti poculo gratulatur, quia moriturus prophetiã impleuerit. Nobis natus est, nobis passus est, nobis mortuus est, nobis resurrexit. Et cum nobis hæc sola sit proprietas ad salutem, vt Dei filij confiteamur ex mortuis: cur rogus in hac irreligiositate moramur? vt cum Christus intra fiduciam diuinitatis suæ manes, mori se per significationem assumpti hominis, cum securitate morientis ostenderit, hoc maxime ad abnegandum eum Deum proficiat, quod se nobis filius Dei & hominis filium est professus & mortuum.

Nõ per difficles quæstiones nos Deus aduertam vocat.

Marc. 15. Luc. 23.

10. 11.

10. 11.

ADIVI

ADIVI HILARII PICTAVO- rum Episcopi, de Trinitate

LIBER XI.

Ephes. 4.

TOTUM atque absolutum fidei Euangelicæ sacramentum multifariè Apostolus tractans, hæc quoque inter cætera diuinæ cognitionis præcepta ad Ephesios est locutus: Sicut & vos vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma: vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Non enim ambiguus nos & erraticis indefinitæ doctrinæ studijs dereliquit, vel incertis opinionibus ingenia humana permisit, statutis per se & oppositis obicibus in libertatē intelligentiæ voluntatiq; concludens, vt sapere non nisi ad id tantum quod prædicatum à se fuerat, nos fineret, cum per definitam fidei indēmutabilis constitutionem credi aliter atque aliter non liceret. Vnum itaque nobis Dominum prædicans, vnam fidem memorat. Deinde vnus Dominus vnam fidem memoras, vnum etiam baptisma demonstrat: vt cum vnus vnus Dominus vnus fides esset, vnus porò fidei in Domino vnum esset & baptisma. Et quia sacramentum omne & baptisimi & fidei vt in vno Domino, ita & in Deo vno est: consummationem spei nostræ vnus Dei professione concludit, vt & vnum baptisma & fides vna sicut vnus Domini, ita & Dei esset vnus. Vnus enim vterque est nõ vnione, sed proprietate, dum & vnus cuiusq; propriū est, vt vnus sit, vel patri esse quod pater est, vel filio esse quod filius est: & id quod vterque in proprietate sua vnus est, sacramentum vnitatis ad vtrumque est: quia & vnus Dominus Christus Deo patri non potest auferre quod Dominus est, & vnus Deus pater vni Domino Christo non intelligitur negare quod Deus est: cum si per id quod Deus vnus est, non & Christo proprium esse videtur vt Deus sit, necesse est per id quod vnus Dominus Christus est, non & Deo patri debitū esse intelligatur vt Dominus sit, si id quod vnus est, non sacramenti sit significatio, sed vnionis exceptio. Vnus itaque Domini sicut vnus Dei patris, & vnum baptisma & fides vna est. Fides autem vna iam nõ est: si non vnum Dominum & vnum Deum patrem in conscientia professione retinebit. Vnum verò Dominum & vnum Deum patrem quomodo fides quæ non vna est confitetur? Vna autem in tanta prædicationū diuersitate iam non erit, si alius Dominum Iesum Christum penetrante palmas clauo, infirmitatis nostræ credit dolore gemuisse, & egentem naturæ suæ potestatisque virtute, imminens iam sibi mortis timuisse terrorem: si etiam id quod principale est, natum negabit, & creatum potius prædicabit, si Deum dicet magis quam intelliget: quia & deos dici irreligiosum est, & Deum non intelligi, diuinæ naturæ conscientia est. Iam ergo nõ vnus est Dominus Christus, si aliud Deus non dolet, aliud infirmus timet: alij sit ex natura, alij ex cognomine Deus: & alij ex generatione, alij ex appellatione sit filius: & per id neque Deus pater vnus in fide est, si alijs potestate, alijs generatione pater creditur, quia & vniuersorum pater Deus sit. Iam porò quis ambiget, extra fidem esse quicquid extra fidem vnam est? Quia in fide vna & vnus Dominus Christus, & Deus pater vnus sit. Vnus autem Dominus Christus non nomine, sed fide vnus est: tuncque Dominus & Deus semper & filius sit, si Deus sit, si inde-

mutabilis sit, si non aliquando defuerit vel Deus esse vel filius. Qui igitur Christum aliter quam est prædicabit, idem nec filium nec Deum esse alium Christum prædicabit. Sed nec vnus baptisimi fides vna est: quia secundum Apostolicam doctrinam eius vnus baptisimi fides vna est, cuius vnus Dominus, & Dei sit filius Christus, & Deus sit. Non enim negari iam Christus quin Christus sit potest, neque mundo ignorabilis effici. Hunc prophetiæ volumina consignat, huc temporū quotidie proficiens plenitudo, testatur, huc Apostolorum & martyrum per virtutum operationes loquuntur sepulcra, hunc potestas nominis sui probat, hunc immundi spiritus profitentur, hunc punitorum dæmonum resonant mugitus. Sed in his omnibus, virtutis suæ dispensatio est.

Cæterum fide nostra talis, qualis est, prædicandus est, vt non nomine, sed confessione in vnus baptisimi fide vna vnus nobis Dominus sit: quia secundum vnum Dominum Christum, vt vnus Deus pater est. Sed nunc hi noui Christi prædicatores cuncta negando quæ Christi sunt, alium Dominum Christum, si cuti alium Deum patrem prædicant: quia neque hic genuerit, sed creauerit: neque ille natus sit, sed creatus sit. Et per id extra veritatem Deus Christus sit, cui nõ sit ex natiuitate quod Deus est: & extra fidei conscientiam Deus pater sit, cui non sit in generatione quod pater est. Laudantes quidem meritò, ita vt dignum est, Deū patrem, naturæ scilicet eum esse inaccessible, incõspicibilis, inenarrabilis, infinitæ, prouidæ, potentis, benignæ, mobilis, transcurrentis, manentis intrā extraque, & omnia in omnibus sentientis. Sed cum adijciunt ad supereminentiam laudis, solum bonum, solum potentem, solum immortalem: quis non hanc religionē laudationis intelligat eò tēdere, vt Dominus Iesus Christus extra hanc comparationis beatitudinem, quæ soli Deo per exceptionem solius deferatur ad honorem manens, ipse & mortalis & infirmus & malus sit, dum in his pater solus est? Et ei idcirco naturalis ex Deo patre natiuitas abnegatur, ne per generationē ea quæ in eo naturalis de patre beatitudo est maneat, quia natiuitas in naturæ eius sit virtute, quæ genuit: nec Apostolicis, nec Euangelicis prædicationibus eruditi, ad impiæ professionis suæ vsurpationem magnificentiæ Dei patris non religionis fide, sed arte impietatis extollit: vt dum incomparabilia omnia esse naturæ eius edisserunt, degeneris infirmiorisque naturæ vnigenitum Deum per exceptionem comparationis affimēt. Deum viuentis Dei viuum imaginem, & beatæ naturæ plenissimam formam, & innascibilis substantiæ vnigenitam natiuitatem: quæ nisi perfectam paternæ beatitudinis habeat formam, & absolutam naturæ totius referat speciem, non est in imaginis veritate. Si autem innascibilis Dei vnigenitus Deus imago est, perfectæ atque absolutæ in eo naturæ veritas inest, per quam efficitur esse eum imaginem veritatis. Potens est pater: sed si infirmus est filius, imago iam non est potentis. Bonus est pater: sed si in diuersi generis diuinitate filius est, boni imaginem mali natura non reddit. Incorporeus pater est. Si filius secundum spiritum circumscriptus est corpore: iam incorporei non est forma corporeus. Ineffabilis pater est. Si filium sermo cõplectitur: extra imaginē est inenarrabilis, natura narrabilis. Verus Deus est pater. Si filius in Dei falsitate est, iam non est veri imago qui falsus est. Non ex parte imaginem, neque ex portione formam eum Dei Apostolus prædicat: sed imaginem esse eum inuisi-

bilis, & formam eum Dei esse loquitur. Non potest expressius in filio Dei diuinitatis natura ab Apostolo prædicari, quam ad id quod inuisibile Dei est, inuisibilis Dei imago sit Christus: qui utique in substantia conspicibili, imaginem naturæ inuisibilis non referret. Sed ut superioribus libris docuimus, dispensationem assumpti corporis rapiunt ad contumeliam diuinitatis: & impietatis causas arripiunt de salutis nostræ sacramento. Qui si Apostolicæ fidei tenaces essent, intelligerent eum qui in forma Dei esset, assumpsisse formam serui, neque formam serui vsurparent ad formam Dei dehonestandam: cum forma Dei plenitudinem in se Dei contineret: & quæ essent temporum ac mysteriorum, pia ratione tractarent, ut nec contumeliam diuinitatis susceperet, nec dispensatio afferret errorem. Sed omnibus, ut existimo, iam à nobis absolutissimè demonstratis, & sub assumpti corporis natiuitate diuinæ naturæ virtute monstrata, non relictus est ambigendi locus, quin omnia vnigenitus Deus & homo virtutibus Dei gesserit, & in virtutibus Dei vniuersa hominis veritate perfecit: habes in se & naturam Dei potentis in gestis, dum natus ex Deo est, & perfecti hominis abolitionem, dum ei est partus ex virgine, & cum veritate corporis subsistens in natura Dei, & cum Dei naturam manens in corporis veritate. Quamquam igitur vsque ad ipsam mortis gloriam omnis responsionis nostræ sermo descenderit, & singulis professionis impiæ propositionibus ex Euangelicis atque Apostolicis doctrinis sit contradicendum: tamen quia etiam post resurrectionis gloriam quædam ad degeneris infirmitatem naturæ demonstrandam, præsumere impij ausi sunt, his ipsis nunc respondendum est. Atque ut in cæteris obseruatum à nobis est, eorum ipsorum dictorum ratio ex his ipsis dictis afferatur: ut illic veritas reperiatur, vbi negatur. **Q**ue enim simpliciter & ad eruditionem fidei diuinitatis dicta sunt, ea necesse est ita dicta sint: ut ad id quod dicta sunt, non alienorū atque extrinsecus dictorum confirmetur exemplis. Inter cæteras enim impietates suas etiam hoc dicto Domini uti hæretici solent: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: ad Deum meum, & Deum vestrum. Ut per id quod pater eius pater eorum est, & Deus eius Deus eorum est, in natura Dei non sit: dum hoc cæteris Deum patrem profiteretur esse quod sibi sit: cessante privilegio, in communione & naturæ & natiuitatis, per quam & Deus sit natus & filius sit. Teneant quoque etiam illud Apostoli: Cum autem dixerit, omnia subiecta sunt, absque eo qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta ei fuerint omnia, tunc ipse subiectus erit ei qui sibi subiecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Ut quia subiectio illa infirmioris naturæ contestatio esse existimabitur, non sit in paternæ naturæ virtute, quem naturalis infirmitas, naturæ potioris subiecerit potestati. Sumant autem omnis impietatis suæ hanc tanquam munitissimam & inexpugnabilem defensionem, ad veritatem natiuitatis abolendam: ut quia per subiectionem Deus non est, & per communem sibi atque nobis Deum atque patrem, in communione sit creaturæ: ipse quoque ex Deo creatio sit potius quàm generatio, quia creatio ex nihilo existat, generatio vero naturalem habeat natiuitatis autorem: Omnis quidem calumnia improba est, quia veritati falsitas, cum iam effrenato pudore sit, contradicere: sed tamen interdum præterdit aliquod excusationis ambiguae velamen, ut verecundè in defensione sit, quod impudenter in sensu est. Verum nunc in his quæ impiè ad infirmam

Obiectiones
hæreticorū.

Ioan. 20.

I. Cor. 15.

dam Domini nostri diuinitatem præsumpra sunt, locus verecundiæ & falsæ excusationis exclusus est: cum ipsa illa ignorantia venia cessante, sola voluntas irreligiosæ intelligentiæ detegatur. Ut enim paululū ipsius dicti Euangelici differam demonstratione: ane ignorabilis hæc erat Apostoli prædicatio dicentis, Et quidem confessione omnium, magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatū est in carne, viuificatū est in spiritu, visum est angelis, prædicatū est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in claritate? Estne adhuc quisquam tam hebetis intelligentiæ, ut dispensatione assumptæ à Domino carnis aliud sacramentum pietatis intelligat? Et primū extra fidem Dei est, quisquis extra hanc erit confessionem. Non enim Apostolus ambigit, quin hoc ab vniuersis fatendum sit: mysterium salutis nostræ contumeliam non esse diuinitatis, sed magnæ pietatis sacramentū. Non est ergo istud necessitas, sed pietas: nec infirmitas, sed magnæ pietatis sacramentū. Et sacramentum non iam in mysterio occultatum, sed in carne manifestatum. Neque adhuc per naturam carnis infirmum, sed in spiritu iustificatum: ut per iustificationem spiritus abesset à fide nostra carnis infirmitas, & per carnis manifestationem mysterium non esset occultum, & per mysterij ignorabilem causam magnæ pietatis in sacramentum esset sola confessio. Atque ita Apostolus fidei totius ordinem tenuit: ut dum pietas est, sacramentū sit: dum sacramentum est, cognitio in carne sit: dum cognitio in carne est, iustificatio in spiritu sit: quia sacramentum pietatis quod manifestatur in carne, ut verè sacramentum sit, per iustificationem spiritus manifestatur in carne. Ac ne illa manifestatio in carne, qualis esset iustificatio in spiritu ignoraretur: sacramentum quod manifestatum in carne, & iustificatum in spiritu est, & angelis visum est, & gentibus prædicatum, & in hoc mundo creditum, hoc ipsum assumptum est in claritate: ut in omnibus sit magnæ pietatis sacramentum, dum manifestatur in carne, dum iustificatur in spiritu, dum visum est ab angelis, dum prædicatur gentibus, dum creditur in hoc mundo, dum assumitur in claritate, Nam & visum sequitur prædicatio, & prædicationem fides, & omnia cōsummat claritatis assumptio: quia & magnæ pietatis sacramentum est, assumptio claritatis, & per hæc dispensationis fidem, conformes assumi claritatis Dominicæ præparamur. Magnæ igitur pietatis sacramentum est carnis assumptio: quia per assumptionem carnis, manifestatio sacramenti in carne est. Sed tamen manifestatio in carne, non aliud quàm magnæ pietatis sacramentum cōstitendum est: quia manifestatio eius in carne, & iustificatio spiritus est, & claritatis assumptio. Et qua tandem spe in fide nostra est piæ dispensationis mysterium, diuinitatis infirmitas, cum per claritatis assumptionem, magnæ pietatis sacramentum sit cōstitendum? Et quia iam non est infirmitas, sed sacramentum: nec necessitas, sed pietas: dicti nunc Euangelici ratio quærenda est, ne quod salutis nostræ & gloriæ mysterium est, id ad occasionem prædicationis impiæ relinquatur. Grauis tibi autoritas est hæretice, & in dissolubilibus Domini de se professio, qua ait: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, ad Deum meum & Deum vestrum. Ut per id quod & nobis & illi vnus & pater, pater est, & Deus, Deus est, sit in ea infirmitate qua sumus: dum & per eundem patrem exequamur in filios, & per eundem Deum comparatur in seruos. Et cum nos simus & creatio ex origine, & ex natura serui, tamen dum &

1. Tim. 3.

Psal. 44.

Ioan. 14.
Ibidem.

Ioan. 10.
Ibidem.

Ioan. 5.

Ioan. 10.
Ibidem.

Ibid. 5.

Ioan. 20.

dum & pater nobis cōmunis & Deus est, sit ei nobiscū & creatio & natura communis & seruitus. Et hic impiæ prædicationis furor, etiam hoc propheticum vtitur dicto: Vnxit te Deus tuus, ut non sit in ea naturæ virtute qua Deus est, dum ei vngēs se Deus in Deū suum sit antelatus. Ignorat Deū Christum, qui ignorat Deum natum. Deum autem nasci non est aliud, quàm in ea natura esse qua Deus est: quia nasci cum causam natiuitatis ostendat, non disproficit tamē in genere auctoris existere. Quod autem non disproficit in genere, debet quidē auctori causam natiuitatis suæ, naturam tamē ex se nō amittit auctoris: quia natiuitas Dei neque aliunde, neque aliud est. Quæ si aliunde est, non natiuitas est: si verò aliud est, non Deus est. Cum autē ex Deo Deus est, per id Deus pater Deo filio & natiuitatis eius Deus est, & naturæ pater: quia Dei natiuitas & ex Deo est, & in ea generis est natura qua Deus est. Huius igitur piæ ac debitæ professionis modum, ita in omnibus quæ locutus est Dominus temperauit, ne diuinitati suæ cōtumeliam confessio natiuitatis afferret, ne obsequij religio naturam maiestatis offenderet: sed ut honorē debitum natiuitatis profiteretur, quæ subdere se deberet auctori, & naturæ conscientiam fiducia naturalis ostēderet, quæ in Deum nascēdo subsisteret. Hinc enim illud est: Qui me videt, videt & patrem. Sed & illud: Verba quæ ego loquor, nō à me loquor. Nam dum non à se loquitur, auctori eum necesse est debere quod loquitur. Cum autem se visō pater videtur, naturæ conscientia est: quæ ad demonstrationē in se Dei, non aliena à Deo in Deum nata subsisterit. Vel illud: Pater quod dedit mihi, maius est omnibus. Et rursum: Ego & pater vnus sumus. Nam & datio paternæ sumptæ natiuitatis professio est, & quod vnus sunt proprietates ex natiuitate naturæ est. Vel illud: Sed iudicium omne dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Nam dum iudicium datur, natiuitas non tacetur: dum verò exequatur honor, natura retinetur. Vel illud: Ego in patre & pater in me. Et rursum: Pater maior me est. In eo enim quod in sese sunt, Dei ex Deo diuinitatē cognosce. In eo verò quod pater maior est, cōfessionem paternæ autoritatis intellige. Sicuti & illud est: Non potest filius à se facere quicquid, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcunque enim illi facit, eadem & filius facit similiter. Dum non à se facit, ad id quod agit secundum natiuitatem, sibi pater auctor est. Et tamen cum quæcunque facit pater, eadem & filius facit similiter, nō in aliud aliquid quàm in Deum subsistit, ad faciendā omnia quæ Deus pater faciat, paternæ omnipotentia in se subsistente natura. Hæc itaque secundum spiritus vnitate & naturæ quæ secundum natiuitatis est proprietatem, ita demonstrata sunt, ut & natiuitas Deū subsistentiæ suæ confiteretur, & subsistentia naturæ conscientia non taceret: profitens sibi patrem Deum Deum filius, dum ex eo nascitur, ceterum ad id quod natus est, totum habet naturale quod Deus est. Dispensatio itaque magni & pij sacramenti natiuitatis diuinæ patrem insuper etiam conditionis assumptæ Deum fecit: dum qui in forma Dei erat, repertus est in forma serui. Seruus enim nō erat cum esset secundum spiritum filius Dei: & secundum cōmune iudicium vbi non est seruus, neque Dominus est. Deus quidē & pater natiuitatis est vnigeniti Dei. Sed ad id quod seruus est, non possumus nisi tunc ei Dominum deputare cum seruus est. Quia si cum antè per naturam non erat seruus, & postea secundum naturam

esse quod non erat cœpit: nō alia dominatus causa intelligenda est, quàm quæ extitit seruitutis, tunc habes ex naturæ dispensatione Dominum, cum præbuit ex hominis assumptione se seruum. Manens igitur in forma serui, qui manebat antè in Dei forma homo Christus Iesus locutus est: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, ad Deum meum & Deum vestrum. Si igitur hæc seruus, & ad seruos locutus est: quomodo professio ista non serui sit, & ad eam magis naturam, quæ non in natura serui sit, transferetur, cum ei qui in forma Dei manēs, formam serui assumpsit, quasi seruo ad seruos communio, non nisi ex eo tantum possit esse quod seruus est? Pater igitur sibi, ita ut hominibus pater est: & Deus sibi, ut seruis Deus est. Et cum hæc ad homines seruos homo in serui forma Iesus Christus loquatur, non ambigitur quin pater sibi ut cæteris sit ex ea parte qua homo est: & Deus sibi ut cunctis sit, ex ea natura qua seruus est. Denique hunc eundem sermonem huiusmodi professionis cœpit exordio, ita dicens: Vade autē ad fratres meos, & dices illis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, ad Deum meum & Deum vestrum. Quæro nunc fratres ei secundū formam Dei, ane secundum formam serui esse intelligendi sint: habeatq; aliquod ad eum secundū plenitudinē habitantis in eo diuinitatis corruptio nostra consortium, ut in fratres ei ad id quod Deus est deputemur? Sed non ignorat & propheticus spiritus, vnigenito Deo qua ex parte sint fratres: hæc enim nō tam homo quàm vermis locutus est. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et hæc vermis, vel è conceptu communium originum viuens, vel è profundis terræ viuus emergens, ad significationem assumptæ & viuificatæ per se etiam ex inferno carnis professus est: totōq; in psalmo passionis suæ sacramenta propheticum spiritu prælocutus, ex ea necesse est ut fratres habeat dispensatione qua passus est. Nouit sacramentum in eo fratrum etiā Apostolus: ut & primogenitum eū ex mortuis, ita primogenitum in multis fratribus prædicans. Secundū id ergo est in multis fratribus primogenitus, secundum quod est primogenitus ex mortuis. Et cum sacramentum mortis in corpore sit, sacramentū quoque fraternitatis in carne est. Fratres itaque ex carne sunt Deo: quia & verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ceterū vnigenitus Deus, in vnigeniti exceptione sine fratribus est. Ipse autē vniuersitatis nostræ in se continens ex carnis assumptione naturam, erat quod nos sumus, neque amiserat esse quod mæserat, habens ex natiuitate tunc patrem tantum ex constitutione, nunc Deum, quia ex patre Deo omnia. Omnis enim Deus pater est, dum ex eo & in eo omnia sunt. Sed vnigenito Deo, quia verbum caro factum est, non hinc tantum pater est. Pater enim est ad id, quod in principio apud Deum erat Deus verbum. Sed cum verbū caro factum est, manet & in verbi Dei natiuitate, & in carnis constitutione quod pater est. Pater enim omnis carnis est Deus, sed non secundum quod verbo Deo pater est. Verbum autem Deus, neque verbum esse desinit, neque caro non fuit: Nam verbum quod caro factum est, & habitauit in nobis, neque dum habitat nō verè verbum est, neque dum verbum est, nō verè Deus homo est: quia & habitare eius necesse sit esse qui maneat, & carnē fieri eius intelligendum sit esse qui nascitur. Et quod in nobis habitat, nostræ carnis assumptio est: quia per id in nobis habitat verbum caro factum, dum Deus est in nostri corporis veritate. Si igitur naturam detrahit Deo verbo homo secundum

Ioan. 20.

Deus relati-
uè ad seruum.

Psal. 21.

Quomodo
Apostoli
fratres Christi.

carnem Christus Iesus, vel non secundum sacramentum pietatis Deus verbum homo Christus Iesus est: sit in naturæ contumeliam quod ei secundum nos & pater pater est, & Deus Deus est. Quod si Deus verbum, homo, Christus Iesus Deus verbum esse non destitit, communicatio nobis & illi ad patrem & Deum ex ea tantum est natura qua frater est: quia ascendit ad patrem meum & patrem vestrum, ad Deum meum & Deum vestrum, non per id vnigenitus Deus verbum est, sed per id quod verbum caro factum est, sit fratribus nuntiatur. Non incautis autem neq; ad occasionem impietatis incertis significationibus sermo Apostolicus loquitur. Vt nunc Euangelista dictum Domini à professione fratrum incipiens, totius dicti professionem ad eius naturæ consortium docuit, ex quo frater est pertinere, quia sermo est destinatus ad fratres: ne ad diuinitatis contumeliam reputaretur, quod ad sacramentum pietatis prædicabatur, cum communio ad eum nostra qua pater nobis & sibi pater est, & Deus nobis & sibi Deus est, secundum dispensationem carnis existeret, fratribus nobis ad eum natiuitate corporis deputandis. Nemo igitur ambigit Deum patrem esse etiam Deum Domini nostri Iesu Christi, sed hæc pia nostra professio non patet ad impietatis occasionem. Deus eius est, non idcirco ut diuersi ab eo generis Deus sit: sed quia ex patre Deus natus est, & ex dispensatione seruus est, habeat & patrem Deum dum ex eo Deus est, & Deum suum, dum ex virgine caro est. Quod breui atque absoluto Apostolus sermone con-

Ephes. 1.

Psal. 44.

Participes Christi.

signat dicens: Commemorans in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi pater claritatis det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis. Vbi enim Iesus Christus est, ibi Deus eius est: vbi verò claritas est, ibi pater est. Qui itaque Christo secundum claritatem est pater, idem Christo secundum Iesum Deus est. Iesum enim angelus Christum Dominum quem Mariâ esset paritura, cognominat. Ceterum Christum Dominum spiritus prophetia loquitur, & plerisque secundum Latinitatem hoc dictum obscurius videtur, quia Latinitas pronominibus non vitur, quæ Græcitas vestri honesto & necessario semper vsurpat, ita enim scribitur: *ὁ θεὸς τῆς κληρονομίας τοῦ υἱοῦ οὐκ ἔστιν ὁ πατήρ τῆς δόξης.* Quod nobiscum si semper pronominum consuetudo esset, ita pronuntiaretur: Ille Deus illius Domini nostri Iesu Christi, ille pater illius claritatis. Per id enim quod ille Deus illius Iesu Christi est, & ille pater illius claritatis, quædam secundum capacitatem sensus nostri intelligentiæ proprietates expressa est: ut Christi vbi claritas est, ibi Deus pater eius sit: vbi verò Christus Iesus est, ibi pater Deus suus sit, habens Deum suum in dispensatione cum seruus est, & patrem in claritate cum Deus sit. Non afferunt autem tempora vel ætates spiritus diuersitatem, ut non ipse atque idem Christus in corpore sit qui mansit spiritus in prophetis. Loquens enim per os sancti patriarchæ Dauid: Vniuit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis, non secundum sacramentum aliud quam secundum dispensationem assumpti corporis est locutus. Namque nunc fratribus mandans, patrem eorum patrem suum, & Deum eorum Deum suum esse, tunc quoque vnctum se à Deo suo præ participibus suis loquebatur: ut dum vnigenito Christo Deo verbo particeps non est, participes tamen ei ex ea nocerentur assumptione qua caro est. Vnctio enim illa non beate illi & incorruptæ & in natura Dei manenti natiuitati profecit, sed corporis sacramento & san-

Act. 4. Ibid. 10.

Psal. 44.

Colos. 1.

2. Timo. 1.

nec fele quicquam vnigenito per substantiam diuinitatis exæquet. Sit nobis ille & frater, & particeps, secundum quod verbum caro factum habitauit in nobis: secundum quod mediator Dei atq; hominum homo Iesus Christus quod est. Sit nobis secundum seruos & communis pater, & communis Deus: & præ participibus vnctus sit in ea natura, cum privilegio licet vnctus, qua participes vnctur. Sit in mediatoris sacramento ut homo verus, ita & Deus verus. Deus ipse ex Deo, communem nobiscum habens patrem ac Deum, in ea communione qua frater est. Sed forte subiectio illa, regni que traditio, deinde finis: aut naturæ abolitio, aut potestatis defectio, aut diuinitatis infirmitas sit intelligenda. Plerisque enim ita voluit, ut aut dum subiectis omnibus Deo subicitur, per conditionem subiectionis Deus non sit: aut dum regnum tradit, non sit in regno: aut dum finis est, finem eius defectum consequatur. Congruum itaque est, omnem saper his apostolici sermonis sensum retractare: ut singulorum quorumque dictorum ratione exposita atque edita, sacramenti totius capaces per veritatis intelligentiam præbeamur. Ait itaque: Quonia enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Quomodo enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt: deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem. Oportet enim illi regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis. Omnia enim subiecit sub pedibus eius: Nouissima autem inimica destruetur mors. Cum autem dixerit, Omnia subiecta sunt, absque eo qui illi subiecit omnia. Cum autem subiecta fuerint ei omnia, tunc ipse subiectus erit illi, qui subiecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Cælestium dispensationum arcana Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum electus gentium magister, quanta potest absoluti sermonis significatione demonstrat. Et qui inenarranda vsque ad tertium cælestium raptus audisset, ea tantum quorum natura humana capax esset, sensui humanæ intelligentiæ reuelauit: non ignorans tamen quædam non statim posse æquè ut audiuntur, intelligi, quia infirmitas nostra aliter in verum atque absolutum mentis iudicium, ea quæ in aures transfunderentur, acciperet: longiore ad cunctandum mora sensui potius quam auditui derelicta, cum & audisse vocis sit, & intellexisse rationis, Deo tamen intelligentiæ cupidus intelligentiam reuelante. Namque ad Timotheum per auis ac matris gloriosam fidem, sacris ab infantia literis institutum scribens plurima, hoc quoque addidit: Intelligere quæ dico, dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Admonitio intelligendi ex difficultate intelligentiæ est. Intelligentiæ verò à Deo donum, fidei munus est, per quam infirmitas sensus gratiam reuelationis meretur. Ergo si Timotheus apostolico testimonio homo Dei, & legitimus Paulo secundum fidem filius, ut intelligat admonetur, quia ei Dominus intelligentiam in omnibus sit daturus: nos quoque admoneri per Apostolum ad intelligentiam meminerimus, scientes Dominum nobis intelligentiam omnium præstaturum. Et si forte è humane conditionis errore præsumptum aliquid sensu tenebimus, profectum intelligentiæ per reuelationis gratiam non recusamus: ne intellexisse aliquid semel suo sensu ad id valeat, ut pudeat rectius aliquid de mutando sentire. Ob quod prudenter consultè que mo-

derandum, hæc ad Philipenses beatus quoque idem Apostolus scribit: Quotquot ergo perfecti sumus, hæc sentiamus: & si quid aliter sentitis, id quoque Deus vobis reuelabit. Verum in quo festinauimus, in ipso ingrediamur. Non præiudicat sensus anterior Dei reuelationi, nam Apostolus nouit in quo sapiant, qui sapiunt perfectè. Et his qui aliter sapiunt, reuelationem Dei, ut id quod perfectum est sapiant, expectat. Si qui ergo profundam hanc arcanæ scientiæ dispensationem aliter intellexerunt, & per nos rectum aliquid & probabile afferetur: non pudeat eos secundum Apostolum per reuelationem Dei sapere perfectè, neque magis amment veritatem nescisse, quam oderit permansisse in non veris. Eos enim qui aliter sapiunt, & quibus id Deus reuelauit, monet in id festinare, in quo ingressi fuerunt: ut relicto primo ignorantæ sensu, secundum propositæ festinationis ingressum reuelationem perfectæ intelligentiæ cõsequantur. Ingre diamur itaque in quo festinauimus. Et si forte festinationem nostrâ deuij itineris error moratur: per reuelationem tamen Dei in id quod festinauimus rursum ingressi, festinationis nostræ nõ demutemus ingressum. Festinauimus enim ad Christum Iesum Dominum gloriæ, regem æternorum seculorum: in quo instaurata sunt omnia in cælis & in terra, cui constant omnia, in quo & cum quo semper manebimus. In his ergo ingressi sapimus perfectè, & si quid aliter sapimus, Deus nobis id quod perfectè sapitur, reuelabit. Itaque secundum apostolicam fidem sacramentum dictorum præsentium retractemus, & eo modo quo superius à nobis tractata sunt omnia, ut omnem impiæ voluntatis sensum sub dictis apostolicis præreptum, ex ipsa fidei apostolicæ veritate prodamus. Tria igitur secundum dictorum ordinem in questionem vocantur, primum finis, deinde traditio, deinde subiectio: ut per hæc aut desinat Christus in fine, aut regnum tradendo nõ teneat, aut extra Dei naturam Deo subiectus existat. Ac primum noscendum est, non hunc ordinem apostolicæ esse doctrinæ. Primum enim regni traditio est, deinde subiectio, postremo finis. Sed singulis quibusque causis propria quarumque causarum genera subiecta sunt: ut dum res singulæ in res alias desinant, habeat semper subiacentem sibi causam præcedens causa. Finis enim erit, sed cum tradiderit regnum Deo. Tradet autem regnum, sed cum euacuauerit omnem magistratum & omnem potestatem. Euacuabit autem omnem magistratum & potestatem, quia oportet eum regnare. Regnabit autem, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Ponet verò omnes inimicos sub pedibus suis, quia Deus subiecit omnia sub pedibus eius. Subiecit autem Deus ita, ut nouissima ab eo mors inimica vincatur. Deinde subiectis omnibus ei, præter eum qui subiecit ei omnia: tunc subicietur ipse subiecti sibi omnia. Subiectionis verò causa non alia est, quam ut sit Deus omnia in omnibus. Finis itaque est, esse Deum omnia in omnibus. Et quærendum nunc ante omnia est: an finis defectio sit, an traditio amissio sit, an subiectio infirmitas sit. Quæ si his sibi contrariis non subiacerent, erunt in ea intelligentia qua dicta sunt. Finis itaque legis Christus est: & quæro vtrum abolitio legis sit, an ne perfectio? Quod si legem Christus, qui finis eius est, non dissoluit, sed adimplet, secundum quod ait: Non veni legem soluere, sed implere: finis non defectio est, sed cõsummata perfectio. Tendunt enim ad finem omnia: non ut non sint, sed ut in eo ad quod tetenderant, maneant. Et propter finem omnia: ceterum finis ad aliud

aliquid non refertur. Sed cum finis omnium sit, manens ipse sibi totus est. Et quia non excedens ex sese vlli alij tempore aut rei potius quam sibi proficit, ad finem ipsum semper intentio spei omnis protenditur. Et idcirco Dominus religioſe fidei patientiam fini se referuantē, ita adhortatur: Beatus qui permanſerit vſque in finem. Non vti que ut fit beata defectio: & non eſſe fit fructus, & merces fidei ſuæ cuiuſque conſtituatur abolitio. Sed quia finis propoſitæ beatitudinis inexceſſus modus eſt: beati ſunt, qui vſque ad finem conſummandæ beatitudinis manſerint, nō vltra ſe fidelis ſpei expectatione tendente. Finis itaque eſt, manendi immobilis ad quem tenditur ſtatus. Denique Apoſtulus impietatis finem ad deſinendi metum præponens, ait: Quorū finis eſt interitus, noſtra autem expectatio in cœlis eſt. Si itaque & beatis & impiis finis eſt, & finis intelligitur eſſe defectio, religionem atque impietatem finis exæquat, quia vtrinque per cōſtitutum finem fit in cōmune non eſſe. Et vbi expectatio noſtra in cœlis eſt, ſi per finē eſſe ſecundū impios deſinamus? Quōd ſi ſanctis expectatio, impiis verō finis debitus eſſe dicitur, tamē ne ſic quidem finis creditur eſſe defectio: quia quæ poena impietatis eſt, omnino nō eſſe ad poenarum vltimum ſenſum, cauſa in his per defectiōnem ſui non extatē patiendi. Finis itaque eſt, inde mutandæ cōſtitutionis manſura perfectio: quæ & beatitudini reſeruata, & impietati eſt præparata. Nūc igitur quia iam ambigi nō poteſt, in fine non defectiōne, ſed nō exceſſuram conſtitutionem eſſe intelligēdam, quanquam adhuc quædam in ipſa dicti abſolutione ſint reſeruata: tamen his tātum ad ſignificationem ſenſus demonſtratis, videamus an traditio regni defectio ſit intelligenda regnandi, vt quod tradidit filius patri, tradendo non teneat. Quōd ſi quis ſtultæ impietatis furore cōtendet: fateatur neceſſe eſt, patrem cum tradidit omnia filio, amiſſiſſe tradendo, ſi tradētē traditis egere ſignificet. Ait enim Dominus: Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et rurſum: Data mihi eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. Si igitur dediſſe caruiſſe eſt, pater quoque his quæ dedit caruit. Quōd ſi pater tradendo nō caruit, ne filius quidē intelligi poteſt his egere quæ tradidit. Ergo ſi tradens omnia, his ipſis quæ tradidit nō videtur eguiſſe: reliquū eſt, vt in tradendo diſpenſationis cauſa noſcatur, quū & pater tradendo non careat, & filius dando non egeat. De ſubiectiōne autem ne quid in ea contumelioſum filio deputetur, cum alia nonnulla fidei noſtræ opitulentur, præcipuē tamen ſibi hic ipſe locus aderit. Et primum communem ſenſum interrogo, verum nūc ſubiectiōnem ita intelligendam putemus, tanquam ſeruitutem dominatū, aut infirmitatem virtuti, aut honori inhonoratiōnem contrariis qualitatibus ſubdimus, vt filius ſecundum hæc Deo patri ſit diſſidentis naturæ diuerſitate ſubiectus. Quōd ſi ita exiſtimabitur, errorem hunc opinionis humanæ apoſtoli ſermonis cauſa prohibebit. Subiectis enim ſibi omnibus, tunc ſubiiciendus ſubiicienti ſibi omnia erit, & per id quod tunc ſubiicitur, diſpenſationem ſignificauit in tempore. Nam ſi ſubiectiōnem aliud ſentimus, & ſi tunc ſubiicitur, certē ſubiectus modo non eſt, & efficiemus eum diſſidētē & inſolentē & impiū, quem neceſſitas temporis tanquam fracto & compreſſo tyrannicæ impietatis tumore, in ſeram obſequeſtam ſit ſubditura. Et vbi illud erit: Non veni facere voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me? Et rurſum: Pater diligit me: quia omnia quæ placita ſunt

Ibid. 10.

Finis eſt manendi immobilis ſtatus. Philip. 3.

De traditiōne regni.

Luc. 10. Matth. 28.

De ſubiectiōne.

Ioan. 6. Ibid. 8.

ei, facio? Sed & illud: Pater fiat voluntas tua. Vel hoc Apoſtoli: Humiliauit ſe factus obediēs vſque ad mortem. Et qui ſe humiliat, habet hoc in natura ne humilis ſit? Et qui ſit obediēs, ſuſcepit ex voluntate quod obedit, dum per id quod ſe humiliat, ſit obediēs? Vni-genitus itaque Deus humilians ſe & obediens patri vſque ad mortem crucis, quo genere cum ſubiecta ei omnia ſint, tunc ſubiiciendus ipſe patri intelligitur: niſi quod ſubiectio hæc non nouæ obediētiae, ſed diſpenſandi ſacramenti eſt, quia & obſequeſta iam maneat, & in tempore ſit ineunda ſubiectio. Nihil itaque nunc aliud ſubiectiōnis ſignificatio, quam myſterij demōſtratio eſt. Et quid illud ſit, ſecundum hæc eandem fidei noſtræ ſpem; intelligendum eſt. Nam ſurgentem à mortuis Dominum Ieſum Chriſtum ſedere à dextris Dei, non ignorabile eſt, etiam Apoſtolo teſtante, cum ait: Secundum operationem potentiae ſortitudinis eius, quā operatus eſt in Chriſto, cum eū excitauit à mortuis, & collocauit ad dextram ſuam in cœlis ſuper omnem principatū & poteſtatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed & in futuro, & omnia ſubiicit ſub pedibus eius. Apoſtolicus nanque ſermo ſecundum Dei poteſtatem pro factis iam, futura ſignificat. Quæ enim per adimpletionem temporum ſunt gerenda, ea iam in Chriſto, in quo omnis eſt plenitudo diuinitatis, conſtituit: quæ cum futura erunt, diſpenſationis in his potius eſt ordo, quā nouitas. Subiecti enim omnia ſub pedibus eius, licet adhuc ſubiiciēda ſint: vt in eo quod ſubiecta ſunt, Chriſti indemutabilis ſit poteſtas: in eo verō quod ſubiiciēda ſunt ſecundum plenitudinem temporum ſuccedentium, ad finem ætatum proſectus ſit. Omnem autem cōtrariam virtutem euacuādam eſſe nō obſcura cognitio eſt, & hūc aeris principem & ſpiritalis nequitię poteſtatem æterno interitui tradendam, ſecundum illud: Dicedite à me maledicti in ignem æternū, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Euacuatio autem non idem eſt quod ſubiectio. Nam euacuare aduerſantem poteſtatem, hoc eſt ius poteſtatis auferre ne maneat: & per poteſtatis euacuatiōnem, regni eſt abolere dominatum. De quo & Dominus teſtatus eſt dicēs: Regnū meum nō eſt de hoc ſeculo: hunc eundem regni iſtius potētē mundi principem antē teſtatus, cuius poteſtas deſinet regni ſui euacuato dominatu. Subiectio verō, quæ & obediētiae & fidei eſt: eadem vel conſeſſionis, vel demutatiōnis demōſtratio eſt. Euacuatis itaque magiſtraibus, ſubiiciētur inimici eius. Ita autem ſubiiciētur, vt ipſe ſibi ſubiiciat: ita verō ſubiiciet, vt ei ſubiiciat Deus. Anne ignorauit Apoſtulus dicti euāgelici virtutem, cum ait: Nemo venit ad me, niſi pater meus adducat illum, cum tamen ſcriptū ſit: Nemo vadit ad patrem niſi per me? Et nunc ipſe ſibi inimicos ſubiicit, & tamen Deus ei ſubiicit, omne per hoc opus eius, Dei in eo opus eſſe teſtans. Et cum non niſi per eum eundū ad patrem ſit, ad filium tamen niſi pater adduxerit, nō venit. Nam dum filius Dei intelligitur, paternæ in eo naturæ veritas diſcitur. Atque ita & cognito filio Deus pater aduocat, & credito filio pater ſuſcipit: quia ſignificatio & cognitio patris in filio, per ſignificationem in ſe Dei patris, religioſos nos in eū paterna religione perfectos adducit. Adducit ergo ita pater, dum principale patet creditur. Ad patrem autem nemo vadit niſi per filium, quia ceſſante in nobis fide filij, ignorabilis pater eſt: non aditurus ad paternam religionem, niſi prius filij

Luc. 21. Philip. 2.

Ephes. 1.

Matth. 25. Ezechiel. 11.

Ioan. 18.

Ioan. 6.

Ibid. 14.

Filius ſubiectus erit illi.

1. Cor. 15.

Matth. 16.

ſilij veneratione ſuſcepta. Atque ita cognito filio, ad vitæ nos æternitatem pater adducit & ſuſcipit: & vtrinque per filium eſt, dum prædicatione per eum patris, & perducit ad eū pater, & ad patrem ipſe deducit. Ad abſolutionem itaque dicti præſentis intelligētiā commemoratio ſacramēti iſtius fuit neceſſaria, vt per filium eſſet quod pater nos & adducit & ſuſcipit: vt per hoc intelligeremus, quatenus quod ipſe ſibi ſubiicit, Deus ei ſubiicit, Dei ſcilicet in eo natura per naturam manente, & ea quæ ipſe agit, agente, dum ita agit, vt ea Deus agat, & tamen ipſe ea quæ Deus egerit, agat: ita tamen, vt in eo quod ipſe agit, filius Dei agere intelligatur: in eo verō quod Deus agit, paternæ in eo naturæ vt in filio proprietatis, ſentiat exiſtere. Euacuatis itaque magiſtraibus & poteſtatibus, ſubiiciētur ei ſub pedibus inimici eius. Et quos inimicos intelligi oportet, idem Apoſtulus docuit dicens: Secundum Euangelium quidem inimici propter vos, ſecundum electionem autem dilecti propter patres. Hos ergo inimicos crucis Chriſti meminimus: ſed quia dilecti propter patres ſunt, ſcimus eos ſubiectiōni reſeruatos, ſecundum quod dictum eſt: Nolo enim vos ignorare fratres ſacramentum hoc, vt non ſitis vobis ſapientes: quoniam ex parte obuſioſa facta eſt in Iſrael, quoaduſque plenitudo nationum intret, & ſic omnis Iſrael liberabitur, ſicut ſcriptum eſt: Veniet & Sion, qui liberet & auertat impietates ab Iacob, & hoc illis à me teſtamentum, cum abſtulero iniquitates eorum. Inimici ergo ſubiiciētur ſub pedibus eius: ſed ſubiectiōnem illam quid conſequatur, intelligendum eſt, nempe illud: Nouiſſima deuicta eſt ab eo mors. Deuictio autem mortis nihil aliud eſt, quā reſurrectio ex mortuis: cū interitus corruptione ceſſante, viuæ iam cæleſtisque naturæ cōſtituetur æternitas, ſecundum quod dictū eſt: Oportet enim corruptiū iſtud induere incorruptionem, & mortale iſtud induere immortalitatem. Cum autem mortale iſtud induerit immortalitatem, tunc fiet verbum quod ſcriptum eſt: Abſorpta eſt mors in conuentione. Vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? In ſubiectiōne itaque inimicorū mors vincitur: & morte victa, immortalitatis vita ſuccedit. Quæ autem ſubiectiōnis perfectio illa poſt fidei ſubiectiōnem proprietatis ſit, idem Apoſtulus teſtatus eſt, cum ait: Qui tranſfigurabit corpus humilitatis noſtræ conformē corpori gloriæ ſuæ, ſecundum efficaciam ſuæ opera, qua poſſit ſubiicere ei omnia. Subiectio itaque etiam ea eſt, quæ eſt ex natura in naturam conſeſſio: dum à ſe ſecundum quod eſt deſinens, ei ſubiicitur, cuius concedit in formā. Deſinit autem non vt non ſit, ſed vt proficiat: ſitque ex demutatiōne ſubditus, in ſpeciem ſuſcepti alterius generis tranſeundo. Denique vt ſacramenti huius eſſet ratio abſoluta, poſt nouiſſimē deuictam mortem, ait: Cum autem dixerit: Omnia ſubiecta ſunt, abſque eo qui ſubiicit ei omnia, tunc & ipſe ſubiectus erit illi, qui ei ſubiicit omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus. Primum igitur ſacramenti gradus eſt, ſubiecta eſſe ei omnia, & tunc ipſum ſubiectum fieri ſubiicienti ſibi omnia: vt quemadmodum nos gloriæ regnantis corporis ſui ſubdimur, eodem ruſus ſacramento ipſe regnans in gloria corporis ſubiicienti ſibi vniuerſa ſubdat. Subdimur autem gloriæ corporis ſui, vt in eo ſimus corporis claritate, qua regnat in corpore: quia corpori eius conformes erimus. Et quidem gloriā regnantis nunc corporis ſui, euangelia non tacent. Ita enim ſcribitur, Domino dicente: Amen

dico vobis, quoniam ſunt aliqui de aſtantibus hic, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno ſuo. Et factum eſt poſt dies ſex, aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum, & tranſfiguratus eſt Ieſus ante eos, & reſplenduit facies eius vt ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt ſicut nix. Gloria itaque venientis in regnum corporis apoſtoliſ demonſtrata eſt. Nam in habitu Dominus gloriōſe transformationis ſuæ conſtitit, regnantis corporis ſui claritate patefacta. Et huius quidem gloriæ ſuæ conſortium Apoſtoli� pollicens, ait: Sic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum: qui habet aures audiendi, audiat. Nunquid non omnibus naturales corporalesque aures ad dictorum audientiam patent, vt ad audiendum Dominica admonitiōne opus fuerit? Sed ſacramenti ſcientiam Dominus inſinuans, auditiōnem doctrinæ fidelis exegit. In conſummatione itaque ſeculi de regno eius ſcandala auferuntur. Habemus ergo regnantem Dominum ſecundum corporis claritatem, quouſque ſcandala auferantur. Habemus ruſus cōformes nos gloriæ corporis ſui in regno patris, tanquam in ſolis claritate fulgentes: in qua habitum regni ſui apoſtoliſ in monte tranſformatus oſtendit. Tradet ergo regnum Deo patri, non vti que tanquam tradens poteſtate concedat, ſed quod nos conformes gloriæ corporis ſui facti, regnum Dei erimus. Nō enim ait, tradet ſuum regnum, ſed, tradet regnum, effectos nos per glorificationem corporis ſui regnum Deo traditurus. Nos itaque tradet in regnum ſecundū hoc in euangeliis dictum: Venite benedicti patris mei, poſſidete præparatum vobis regnum à conſtitutione mundi. Fulgebunt ergo iuſti vt ſol in regno patris eorum. Tradet enim filius Deo regnum eos, quos vocauit in regnum, quibus & beatitudinem huius ſacramenti ſpondit dicēs: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Regnans itaque auertet ſcandala, & tunc iuſti in regno patris tanquam ſol fulgebunt. Tradet autē Deo patri regnum, & tunc quos regnum Deo tradiderit, Deum videbunt. Quod regnū ipſe teſtatus eſt, dicēs ad apoſtoliſ: In vobis enim eſt regnum Dei. Regnans itaque regnum tradet. Et ſi quis quæret, quis iſte ſit tradens regnū, audiet: Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientiū, quoniam per hominem mors, & per hominē reſurrectio mortuorum. Omnis enim hic nunc præſentis quæſtionis ſermo de ſacramēto corporis eſt, quia Chriſtus primitiæ ex mortuis eſt. Quo autē Chriſtus myſterio ex mortuis reſurrexerit, Apoſtolo docente noſcamus: Memento Chriſtum Ieſum à mortuis reſurrexiſſe, de ſemine Dauid. Mortem vti que & reſurrectiōne ex ea tantum docens diſpenſatione eſſe, qua caro eſt. Regnat autem in hoc eodem gloriōſo iam ſuo corpore, donec euacuatis magiſtraibus, & morte deuicta ſubiiciat ſibi inimicos. Et quidem ab Apoſtolo ſeruatus hic modus eſt, vt magiſtraibus & poteſtatibus euacuatio, inimicis verō ſubiectio deputaretur. Quibus ſubiectis, ſubiiciētur ſubiicienti ſibi omnia, Deo ſcilicet, vt ſit Deus omnia in omnibus, naturæ aſſumpti corporis noſtri naturæ paternæ diuinitatis inuecta. Per id enim erit omnia in omnibus Deus, quia ſecundū diſpenſationem ex Deo & homine ho-

Matth. 13.

Tradet retri, non vti que tanquam tradens poteſtate concedat, gnum Deo sed quod nos conformes gloriæ corporis sui facti, regnum Dei erimus.

Matth. 25.

1. Cor. 15.

2. Tim. 2.

minum Deique mediator, habens in se ex dispensatione quod carnis est, adepturus in omnibus ex subiectione quod Dei est, ne ex parte Deus sit, sed totus Deus. Nō alia itaque subiectionis causa est, quā ut omnia in omnibus Deus sit, nulla ex parte terreni in eo corporis residente natura, ut intra se duos cōtinens, nunc Deus tantum sit, non abiecto corpore, sed ex subiectione translato, neque per defectionem abo- lito, sed ex clarificatione mutato, acquirens sibi Deo potius hominem, quā Deum per hominem amittens. Subiectus verò ob id, non ut non sit, sed ut omnia in omnibus Deus sit: non habens in sacramento subiectionis esse ac manere quod non est, non habens in defectione ita se carere, ne non sit. Et quanquam ad intelligētia hu- ius religiosam securitatem sufficiat nobis apostolica autoritas, subijciendum esse in tempore, & per dispen- sationem Dominum nostrum nostrum Iesum Chri- stum primitias dormientium, ut sit Deus omnia in om- nibus, id quod non diuinitatis infirmitas est, sed as- sumptionis profectus, dum homo & Deus, iam Deus totum est: tamen ne fortē quia clarificatum in corpore dum in eo regnat, & postea subijciendum, ut Deus om- nia in omnibus sit, credimus: non etiam ex euange- liis præsumpsisse existimemur, fidei nostræ testimo- nium, non solum apostolicorum, sed etiam dominico- rum dictorum professione est astruendum, ut quod loquēte Paulo Christus loquutus est, id ante Paulum Christus ipse sit iam loquutus. Dispensationem itaque gloriæ huius apostolis suis absoluta verborum signifi- catione demonstrans, ait: Nunc glorificatus est filius hominis, & Deus glorificatus est in eo. Si Deus glori- ficatus est in eo, & Deus glorificauit eū in se, & Deus protinus glorificabit eum. Habemus primum gloriam filij hominis, deinde in filio hominis Dei gloriam, in eo enim quod dictum est: Nunc honorificatus est fi- lius hominis, & Deus honorificatus est in eo. Hoc e- nim primum spectat ad corporis gloriam, quæ ex na- turæ diuinæ cōfociatione mutaretur. Succedit dein- de gloriæ plenioris profectus, ex incremento indultæ iam corpori gloriæ capessendus: Deus honorificatus est in eo, & Deus honorificauit eū in se, & Deus pro- tinus honorificabit eum. Per hoc enim glorificabit eū Deus in se, quia iam in eo glorificatus sit Deus. Nam quod Deus in eo glorificatus est, ad corporis gloriam spectat, per quam Dei gloria intellecta per corpus est, gloria Dei per gloriam filij intelligenda. Quod verò quia glorificatus in eo Deus est, ideo glorificauit eum Deus in se, per incrementū glorificati in eo Dei, glori- ficauit eum in se Deus: ut quia iam regnat in gloria, quæ ex Dei gloria est, ipse exinde in Dei gloriam tran- seat. In se enim eum Deus glorificauit, id est, in ea na- tura qua Deus est, quod est, ut sit Deus omnia in om- nibus, toto iam ex ea qua homo est dispensatione mansuro. Nec sanē de tempore tacuit dicens: Et Deus glorificauit eum in se, & Deus protinus glorificabit eum: ut quia prodente ad prodicionem luda gloriam, quæ sibi post passionem consequuta resurrectione fu- tura esset, in posterum referuaret, Dei in eo gloria per virtutem resurrectionis ostensa: ipso verò in Dei glo- riam, id est, in Deum omnia in omnibus ex subiectio- nis dispensatione mansuro. Et in eo quidem quanta fu- roris hæretici stultitia est, de sperare in Deo, quod hu- manis suis spebus blandiatur: ut quod in homine Deus potēs sit, id in se ipso infirmus sit. Nec sermo istud, nec sensus rationi: capax loquitur, ut naturali quadam ne- cessitate ad consulendum nobis obnoxius Deus, sibi

10. 12. 13.

nihil afferre beatitudinis possit. Non quod profectus egeat, qui imperturbatæ naturæ virtutisque sit: sed quia per dispensationem & sacramentum pietatis ma- gnæ, qui Deus & homo est, impotens sibi sit, hoc se totum præstare quod Deus est, cum nobis non ambi- guē indulturus sit, id quoque nos esse quod non sumus. Vitæ enim humanæ atque mortis finis est resurrectio. Et certissimum militiæ nostræ stipendium est incor- rupta æternitas: non ad penæ perseuerantiam manēs, sed ad perpetuæ gloriæ fructum iucunditatemque nō desinens. Cū igitur hæc nostra terrenorum corpo- rum origo in habitum naturæ potioris excedat, & cō- formis gloriæ Dominici corporis fiat: Deus in forma serui repertus, licet iam glorificatus in corpore sit, se- cundū quod in forma serui est, tamen conformis Deo non erit, ut qui nobis formam glorificati corporis sui tribuet, ipse corpori suo nihil vitrā possit quā nobis ac sibi sit commune præstare? Hoc enim quod dictum est: Tunc subiectus erit illi, qui ei subiecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus plerique hæreticorum ita affirmat: ut idcirco subijciendus sit Deo patri filius, ut pater per subiectionem filij Deus sit omnia in omni- bus, tanquam ei adhuc profectio Dei desit, quam per filij subiectionem sit adepturus: absolutæ vtique ac beatæ diuinitatis inops intelligendus, si Deus esse om- nia in omnibus per prouectionem temporum con- sequetur. Ac mihi quidem Deum sola veneratione intelligenti, non minus his respondere impium vide- tur, quā adesse: & de natura quæ humani sensus cō- ceptionem excedat, verbis quorum adhuc significa- tio angustior quā intelligentia sit, enunciare se posse confidere: ac primum ambigere, desitne quid Deo, an plenus ipse sit, vel pleno iam pleniorum esse ei re- liquum sit. Quod si Deus cui nō aliud est quod Deus semper est, profectū habeat, ut plus sit aliquando, non potest tamen ad id peruenire, ne sibi nihil desit: quia cui naturæ profectus est reliquus, nunquam intelligitur sine aliquo incremento residuo profectus, cum na- tura ad profectum spectans, proficiens licet semper, D semper tamen pateat ad profectum. Quod autem in plenitudine perfecta manet, semperque est, non sibi relinquit ut plenus sit: quia accessionem plenitudinis, plenitudo non capiat. Et hæc quidem de Deo ita opi- nandi, piæ intelligentiæ species est: Deo nihil deesse, plenumque esse. Cæterum non ignorat Apostolus, cuiusmodi de Deo confessionis voce testādum sit di- cens: O profundum diuitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei, quā sunt incomprehensibilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sen- sum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula secu- lorum. Non circumscribitur Deus mente terrena, ne- que hoc sapientiæ suæ profundum sensu intelligentiæ penetrantis attingitur, nec iudicia cōstitutionum sua- rum perscrutantium ingenio apprehenditur, nec viæ cognitionis eius inuestigabiles se cōsectantium stu- diis derelinquunt. Incomprehensum profundum de- mersa eius omnia sunt, nihilque de rebus eius reperit- tur, nihil confectabitur. Sensum eius nemo cognouit, & consilio non eguit externo. De nobis autem nunc omnis sermo hic est, non etiam de eo per quem omnia sunt, qui est magni consilij angelus. qui & ait: Nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Sed aduersum im- becillas mentes nostras, & se ad definiendā circumscri- bendæque

Tunc subie- ctus, quom- do intelligi- tur plerique. 1. Cor. 15.

Rom. 11.

Maluc. 3.

Matth. 11.

benæque naturæ diuinæ demergentes profundum, confessione apostolicæ protestationis vtendum est: ne temeraria opinio aliquid sibi de Deo præterquā do- cetur, usurpet. Cōmunis autem hæc naturalium cau- sarum intelligentia est, nihil in sensum cadere, nisi quod sensui subiacet, ut aut res opposita oculis, aut o- pus quodque in ipso sensu nostro ac mente posterius: quorum vnum quid aut atrectatur aut cernitur, dum concedit intra opinionis nostræ sententiam, ipso tactu visūque moderandum: aliud verò quod fit in tempo- re, & quodam iuniore à nobis aut gignitur, aut consti- tuitur exordio, quia sensum intelligentiæ non præce- nit, iudicio quoque sensus diiudicantis obnoxium est. Non enim aut aspectus noster inuisibilia diiudicat, qui non nisi tantum conspecta discernit: aut mens no- stra se in id quod non exiit tempus, extendit, & an- tiquiora ortu suo peruestigabit, cū non nisi earum rerum opinio, quarum ipsa sit senior, relinquatur, quæ plerunque ipsa per necessitatem naturalis suæ infirmi- tatis incerta, absolutam scientiam in causarum cog- nitione non teneat, ne dum eorum quæ ante se sint, æ- ternam rationē sensu vitra natiuitatem suam redeunte percipiat. Et idcirco Apostolus, quia nunquam nisi ea in cognitionem caderent, quæ sensui posterora succe- derent, commemorato sapientiæ Dei profundo, & in- scrutabilium iudiciorum infinitate, & inuestigabiliū viarum secreto, & incogniti sensus ignoratione, & cō- silij non communicati ignorantia, subiecit: Quis enim prior dedit, & retribuetur ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula secu- lorum. Deus qui semper est, non subiectus est modo, neque ab anteriore sui aliquo motu mentis, aut intel- ligentiæ præuenitur. Et idcirco inuestigabile & im- perscrutabile ipse totus profundum est. Totus autem ita, ut non per hoc definitus in modo sit, sed intel- lectus sit immenso: quia à nemine quod est, sumpsit, sed nec prior ei dedit aliquis, ut retribuī officium danti o- porteat. Ex ipso enim, & per ipsum, & in ipso sunt om- nia, non eget ex se, & per se, & intra se manentibus. Nec qui origo, nec qui opifex est, nec qui continens est, & internis externus, & effectus conditor, & suorum ipse egēs nunquam est. Nihil ante est, nihil aliunde, nihil extra est. Quo igitur caret plenitudinis pro- fectū, ut per tempus adhuc Deus omnia in omnibus sit? Vel vnde fumer, extra quem nihil est? Nihil au- tem ita ut semper ipse sit. Et qui ipse semper est, ex- tra quem nihil est, quo incremento explendus est, vel quo augmento demutandus est, dicens: Ego sum, & non demutor? cū non relinquatur vel ad demuta- tionem locus, vel ad profectum causa, vel ad æternita- tem antèrius, vel ad Deum aliud præterquam Deus ipse est? Non ergo per subiectionem filij Deus erit omnia in omnibus: neque per causam consummabi- tur, ex quo, & per quem, & intra quem omnis causa consistat. Manet itaque, ut est, semper Deus, nec pro- fectū eget: quia id quod est, ex se ac sibi semper est. Sed ne in vnigenitum quidem Deum, demutandæ na- turæ cadit necessitas. Deus enim est, quod plenæ ac perfectæ diuinitatis est nomen. Nam ut superius do- cūimus, & repetitæ gloriæ significatio, & subiectionis causa est, ut sit Deus omnia in omnibus. Esse autem Deum omnia in omnibus, sacramentum est, non ne- cessitas. In forma enim Dei manens, formam serui assumpti, non demutans, sed se ipsum exinaniens, & intra se latens, & intra suam ipse vacuefactus potesta- tem, dum se vsque ad formam temperat habitus hu-

mani, ne potentem immensamque naturam assumptæ humilitatis non ferret infirmitas: sed in tantum se vir- tus incircumscripita moderaretur, in quantum oportet eam vsque ad patientiam connexi sibi corpo- ris obedire. Quod autem seipsum intra se vacuefa- ciens continuit, detrimentum non attulit potesta- ti, cū intra hanc exinaniens se humilitatem, vir- tute tamen omnis exinantiæ intra se vsus sit potesta- tis. Quod itaque Deus erit omnia in omnibus, assump- tionis nostræ profectus est. Qui enim cum esset in forma Dei, repertus est in forma serui, rursum confi- tendus est in gloria Dei patris: ut non ambigē in eius forma manens intelligatur, in cuius erit gloria confi- tendus. Dispensatio itaque tātum est, non demutatio, in eo enim est, in quo erat. Sed cū medium est quod esse cepit, id est, homo natus, totum ei naturæ, quæ antea Deus non fuit, acquiritur: cū Deus esse omnia in omnibus post sacramentum dispensationis ostendi- tur. Nostra hæc itaque lucra sunt, & nostri profectus, nos scilicet conformes effici gloriæ corporis Dei. Cæ- terum vnigenitus Deus, licet homo natus sit, non ta- men illud quā Deus omnia in omnibus est. Subiec- tio enim illa corporis, per quam quod carnale est, in naturam spiritus deuoratur, esse Deum omnia in om- nibus eum, qui præter Deum & homo est, constituet: noster autem ille homo in id proficit. Ceterum nos in hominis nostri conformē gloriam proficiemus, & in agnitionē Dei renouati, ad creatoris imaginē reforma- bimur, secūdum Apostoli dictum: Exuit veterem ho- minē cum actibus suis, & induit nouum, eum qui re- nouatur in agnitionē Dei secundum imaginē eius qui creauit eum. Consummatur itaque homo imago Dei: namque conformis effectus gloriæ corporis Dei, in imaginem creatoris excedit, secūdum dispositam pri- mi hominis figuratōnem. Et post peccatum veterem- que hominē, in agnitionem Dei nouus homo factus, constitutionis suæ obtinet perfectionem, agnosens Deum suum, & per id imago eius: & per religionem proficiens ad æternitatem, & per æternitatem creato- ris sui imago mansurus.

Coloss. 3.

S. D. I. V. I. H. I. L. A. R. I. P. I. C. T. A. V. O. rum Episcopi, de Trinitate

LIBER XII.

TENDIMVS iam sancto spiritu tādem pro- sequente, ad tutum securæ fidei tranqui- lumque portum. Atque ita ut multo mari- ventōque iactatis accedere sapissime solet,

ut cū eos circa oras portuum impediti & graues flu- ctus nonnunquam morentur, ad vltimum in notam si- bi fidamque stationem ipse ille ingentis terribilisque vnda æstus impellat. Quod nobis, ut spero, duode- cimo hoc aduersum hæreticam tempestatem nitenti- bus libro continget: ut cū in eo grauissimæ impieta- tis fluctui communitam puppim damus, ipse ille nos fluctus ad optatæ quietis sinum deuehat. Omnibus e- nim incerto doctrinæ vento circumactis, hinc metus, hinc periculum, hinc etiam sæpe naufragium est: quia vnigenitus Deus sub prophetica autoritate creatura esse defenditur, ut in eo non sit natiuitas, sed creatio, quia ex persona sapientiæ dictum est: Dominus crea- uit, me initium viarum suarum. Hic hyemis eorum maximum siccus est, hæc tortuosi turbinis grauis vnda

Erom. 8.

H iij

est: quæ excepta à nobis & securo nauigio infracta, v- que ad ipsum tutissimum nos portum optati littoris profecerit. Non incertis autem neque ociofis nau- tarum modo nitimur spebus: quos interdum votis ma- gis quam fiducia nauigantes, vagi instabilisque venti aut depellunt aut deserunt. Cæterum nobis adest in- superabilis fidei spiritus dono vni geniti Dei perma- nens, & nos indemutabili cursu ad tranquilla dedu- cens. Non enim dominum Christum creaturam, quia ipse est, qui creauit omnia: neque facturam, quia factu- rarum omnium ipse est dominus: sed Deum nouimus Deum Dei patris propriam generationem. Nos quide- dem omnes secundum bonitatis dignationem dicti assumptique sumus filij Dei. Sed ille verus vnus patri Deo filius: & vera atque absoluta manens, tantum in cognitione vtriusque natiuitas. Nostra verò tantum hæc sola religio est: filium confiteri non adoptiuum sed natum neque electum sed generatum. Non enim aut factum aut non natum prædicamus: quia neque creatorè creaturis comparamus, neque natiuitatem si- ne generatione mentimur. Non per se est, qui per na- tiuitatem est. Neque non natus est, qui filius est. Ne- que qui filius est, aliter potest quam nascendo esse, quod filius est. Nemini autem dubium est, contrarias semper obtinentesque impietatis causas esse causas re- ligionum: neque posse id piè suscipi, quod impiè su- sceptrum esse decernitur. Vt hi nunc noui apostolica fidei emendatores euangelicum & propheticum spi- ritum in lites diuidunt, & in iurgia partiuntur: vt hi aliter prophetauerint, & hi aliter prædicauerint, quia Sa- lomon ad creaturam nos venerationem vocet, Paulus verò seruientes creaturæ coarguat. Quæ vtique non videntur sibi secundum pietatis intelligentiam conue- nire: vt Apostolus, & per legem doctus, & per præfinitio- nem segregatus, & per loquentem in se Christum loquens, prophetiam aut ignorauerit aut non ignora- tam dissoluerit, & nescierit creaturam Christum quem creatorem nicipauerit, & veterit creaturæ religio- nem, qui soli creatori seruendum monuerit dicens: Qui immutauerunt veritatem Dei in mendacium, & seruiuerunt creaturæ præterito creatore, qui est benedi- ctus in secula. Parumne arguit hanc falsiloquij im- pietatem, loquens in Paulo Christus? Parumne de- mutata veritatis mendacium damnat? Per dominum enim Christum creata omnia sunt, & idcirco ei pro- prium nomen est vt creator sit. Non cadit in eum effi- cientiæ suæ & natura & nuncupatio: testis nobis est Melchisedech, creatorem cæli atque terræ Deum ita prædicans: Benedictus Abraham Deo summo, qui creauit cælum & terram. Testis est & Isaias propheta dicens: Formans cælum & creans terram ego Domi- nus Deus tuus, cuius manus creauerunt omnem mili- tiam cæli. Testis & Petrus ita scribens: Quasi fideli creatori commendantes animas vestras. Quid operis nomen opifici imponimus? Quid nostris cognomini- bus Deum cognominamus? Creator noster est, crea- tor omnis militiæ cælestis est. Hæc cum ad filium per quem omnia facta sunt, Apostolica atque Euangelica fide intelligenda referantur: quomodo his ipsis quæ gestit æquabitur, & in ea erit, naturæ nuncupatione, qua cuncta quæ facta sunt? Primum quidem humanæ intelligentiæ sensus hæc respuit, vt creator creatura sit, quia creatio per creatorem est. Qui si creatura sit, & corruptioni subditus est, & expectationi obnoxius est, & seruituti subiectus est. Ait enim idem beatus apo- stolus Paulus: Etenim longinqua expectatio creatu-

Rom. 1.

Verbū Mel- chisedech de Deo filio intelligen- tur. Gen. 14. Isai. 45. 1. Pet. 4.

Rom. 8.

ra, reuelationem filiorū Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non sponte, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem claritatis filiorum Dei. Si igitur Christus creatura est, necesse est sub spe longinquæ expectationis incertus sit, & longa- cius expectatio nostra potius expectet, & expectas ea, vanitati subiectus sit, & per necessitatis subiectionem non sponte subiectus sit. Subiectus autem non sponte cum sit, necesse est & seruus sit. Seruus autem cum sit, maneat etiā in corruptione naturæ. Hæc enim omnia creaturæ propria esse Apostolus docet: à quibus per longinquam expectationem liberanda, secundum huma- nam gloriam clarescet. Et ò impudentem de Deo atque impiam professionem, his eum per creaturæ con- tumeliam ludibriis deputare: vt speret, vt seruiat, vt coactus sit, vt liberandus sit in nostra, non in sua, cum de suis nos ad aliquid prouehamur. Sed impietas no- stra cum ingenti perfidiæ incremento per hæc illicitæ vocis audaciam cō procedit: vt quia filius creatura sit, pater quoque non differat à creatura. Christus enim in forma Dei manens, formam serui accepit: & qui in forma Dei est, si creatura est, Deus non aberit à crea- tura, quia in forma Dei sit creatura. Esse autem in for- ma Dei, non alia intelligentia est, quam in Dei mane- re natura: per quod & Deus creatura est, quia in natu- ra eius sit creatura. Qui autem in forma Dei erat, Deo se æqualem esse non rapuit, quia ex Dei æqualitate, id est, ex forma eius in serui formam decederet. Decede- re autem ex Deo in hominem, nisi se ex Dei forma Deus euacuans non potuit. Euacuans autem se non abolutus est, vt non esset: cum esset aliud quàm fuisse. Neque enim defecit ex sese, qui se euacuauit in sese, cum virtutis potestas etiam in euacuandi se potestate permaneat: & in formam serui transisse, non sit natu- ram Dei perdidisse, cum formam Dei euacuasse nihil aliud quàm virtus diuinæ sit potestatis. Aded autem in forma Dei esse, nihil aliud est quàm æqualem Deo esse: vt æqualitas honoris domino Iesu Christo, qui in forma Dei est, debeat, ipso dicente: Vt omnes hono- rificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Nunquam diuersitas rerum, nisi & in honore diuerso est. Res enim eadem venerationis eiusdem sunt: quia vt summus honor indignè inferioribus de- fertur, ita cum contumelia superiorum inferiora his æquabuntur honore. Filius autem si creatio potius quàm natiuitas sit, per venerationem qua exæquabi- tur patri, nulla nobis religio honoris ad patrem est: cum tanta nobis eius veneratio imposita sit, quæta est creaturæ. Sed quia Deo patri in eo quod ex Deo Deus est natus, æqualis est: est etiam æqualis in honore. Fi- lius enim est, non creatura. Et hæc de illo præclara vox patris est: Ex vtero ante luciferum genui te. Non præiudicatur autem Deo, vt sæpe iam diximus, per in- firmam nostram intelligentiæ, vt per id quod ex v- tero genuisse dixit, ex partibus internis externisque per membra cœuantibus, tanquam corporalium cau- sarum originibus consistat: cum extra naturalium ne- cessitatum causas liber atque absolutus, naturæ totius Dominus manens, proprietatem natiuitatis vnigeniti sui ex indemutabili naturæ suæ virtute significet. Ex spiritu enim spiritus nascens, licet de proprietate spiri- tus, per quam & ipse spiritus est, nascatur: non tamen alia ei præter quàm perfectæ atque indemutabilis sub- stantiæ ad id quod nascitur causa est. Et ex causa licet perfecta

Psal. 109. Infirmus præiudicat diuinis.

per membra nostri corporis significatur operatio- nes Dei.

Isai. 45. Psal. 33. Act. 13.

Ioan. 1. Psal. 101.

perfecta atque indemutabili nascens, necesse est ex cau- sa in causæ ipsius proprietate nascatur. Proprietas au- tem humanarum natiuitatum intra causas vteri con- tinetur: sed Deo non ex partibus perfecto, sed inde- mutabili per spiritum, quia Deus spiritus est, non est internarum causarum naturalis necessitas. Sed quia no- bis spiritus de spiritu natiuitatem prædicabat, sensum nostrum generationum nostrarum instituit exemplo: non in exemplum natiuitatis, sed ad intelligentiam ge- nerationis, vt exemplum illud non ad necessitatē pro- ficiat, sed ad sensum. Si igitur creatio est vnigenitus Deus: & quid sibi vult significatio intelligentiæ, quæ per consuetudinem natiuitatis humanæ intelligentiam diuinæ generationis ostendit? Plerumque enim per hæc nostrorum corporum membra, operationum sua- rum nobis Deus momenta significans, sensum nostrum vsu intelligentiæ communis edocuit, cum ait: Cuius manus creauerunt omnem militiam cæli. Vel iterum: Oculi Domini super iustos. Vel rursum: Inueni Da- uid Iesse filium secundum cor meum. Cum enim & voluntas significetur in corde, per quam Dauid mo- rum probitate complacuit: & cognitio vniuersitatis, qua extra scientiam Dei nihil sit, sub oculorum voca- bulo enuncietur: & operum efficientia quia nihil non ex Deo sit, per nomen manuum intelligatur: volens & providens & agens Deus cuncta, sub significatiōe causarum corporalium intelligendus sine ministerio corporali: quo modo in eo quod ex vtero genuit, non per causam corporalem humanæ originis intelligendæ, etiam spiritualis natiuitatis sensus affertur, cum per cæ- teras membrorum significatiōes, ceterarum quoque in Deo efficientiarum demonstraretur effectus? Quia ergo proponitur cor ad voluntatem, oculi ad visum, manus ad effectum, cum tamen vltra partium imper- fectam comparisonem Deus & velit & provideat & peragat, & hæc eadem per cor & oculos & manum enuncietur: nonne significatio qua ex vtero Deus Deum genuit, veræ natiuitatis ostensio est? Non quod ex vtero genuerit, sicut nec per manum agat, nec per oculos videat, nec per cor velit: sed quia per significa- tionem horum verè omnia & agat & videat & velit, ita per significatiōem vteri, verè ex se genuerit quæ genuit, non per causam vteri, sed ad veritatis genuinæ professionem: sicut nec per causas corporum aut velit aut videat aut agat, sed vtatur his partiū nun- cupationibus, vt per corporalium ministeria virtus efficientiarum incorporalium sentiat. Natura igitur humanæ consuetudinis non finit, sed nec Domi- nicæ doctrinæ sententia patitur magistro discipulum præesse, vel seruum imperare domino: quod alterum alteri & per ignorantiam subiaceat, vt ignarus scienti, & per conditionem inferius sit, vt dominatui seruitus. Quæ cum ita esse commune iudicium sit, cuius nunc nos temeritatis exemplo, Deum creaturam, & filium Dei facturam & dicemus & existimabimus? cum nul- quam nobis hoc de se & magister & Dominus seruis ac discipulis suis locutus sit, neque natiuitatem suam ac creationem aut facturam docuerit? Sed & pater ni- hil aliud quàm filium testatus sit, & filius nihil aliud quàm proprium sibi Deum patrem professus sit? Natū vti que, non factum aut creatum, sicut ait: Omnis qui diligit patrem, diligit & filium, qui natus est ex eo. Fa- ctura autem opera creaturarum sunt, non generatio- nis natiuitas. Non enim cælum filius, aut terra filius, aut mūdus natiuitas est, de quibus dictum est: Omnia per ipsum facta sunt. Et per prophetam: Opera ma-

num tuarum sunt cæli. Et per eundem: Opera ma- num tuarum non omitas. Nunquid pictori pictura filius, aut gladius fabro filius, aut architecto domus fi- lius? Hæc enim opera efficientium sunt: at vero patri solus qui ex eo nascitur, filius est. Et nos quidem filij Deo, sed per facturam filij. Fuimus enim aliquando filij iracundiæ, sed filij Deo per spiritum adoptionis effecti, & dici id meremur potius quàm nascimur. Et quia omne quod sit, antequam fiat, non fuit: nos cum filij non fuisset, ad id quod sumus efficiimur. Antè enim filij non eramus, sed postquam meruimus hoc, sumus. Sumus autem non nati, sed facti: neque gene- rati, sed acquisiti. Acquisiuit enim sibi Deus populum, & per hoc genuit. Genuisse autem Deum filios, nun- quam cum proprietatis significatiōe cognoscimus. Non enim ait, filios meos genui & exaltaui: sed hoc tā- tum, filios genui & exaltaui. Nisi fortè in eo quod ait: Filius primogenitus meus Israel, quisquam hoc quod primogenitus meus dixit, ad detrahendam filio pro- prietatem generationis intelliget, vt quia & de Israel dixerit meus, assumptio factorum filiorum pro natiui- tatis proprietate vsurpata sit. Et idcirco non sit natiui- tati Dei proprium, quod de eo dictum est: Hic est fi- lius meus dilectus, cum meus etiam illis proprium esse dicatur, quos non natos esse manifestum est. Non na- tos autem esse, licet nati esse dicantur, vel ex eo doce- tur cum dicitur: Populo qui nascetur quem fecit Do- minus. Ergo populus Israel nascitur vt fiat: neque per id quod nasci dicitur, non intelligitur fieri. Ex ad- optione enim est filius, non ex generatione: neq; ei pro- prietas, sed nuncupatio est. Nam licet primogenitus meus de eo scriptum sit: longè tamen multumque dif- fert, filius meus dilectus, & filius primogenitus meus. Vbi enim natiuitas est, ibi filius meus dilectus. Vbi vero electio ex gentibus est, & adoptio per volunta- tem est: ibi filius primogenitus meus. Hoc quod suus est, ad primogenitum est: illic quod suus est, ad filium est. Et in natiuitate filij primū suus est, & sic dilectus: in electione, primum primogenitus, & sic postea suus: vt adoptato ex omnibus populis filio Israel proprium esset, quod primogenitus est: nato verò vnigenito Deo, manifestum sit, proprium esse quod filius sit. Nō est itaq; vera & perfecta natiuitas, vbi deputatur ma- gis quàm generatur: quia non ambiguum est eum po- pulum qui in filium nascatur, & fieri. Quod autem sit cum non fuisset, & per id quod factum est dicitur nasci: non est in eo vera natiuitas, quia antè aliud quàm natum est fuerit. Et idcirco fuit antequam nasceretur, id est, antequam fieret: quia qui ex gentibus filius est, gens est antequam filius sit: ac per id non verè filius, quia non semper filius. Vnigenitus autem Deus neq; fuit aliquando nō filius, neque fuit aliquid antequam filius, neque quicquam aliud ipse nisi filius. Atque ita qui semper est filius, non reliquit id de se intelligentiæ, ne aliquā do non fuerit. Et natiuitates quidem huma- næ habent in tempore nō fuisse, primum quia omnes ex his omnibus qui antè fuerint nascantur. Nam tametsi vnicique nascentium, ex eo sit origo qui fue- rit, tamen ipse ille ex quo nascitur non fuit antequam natus est. Dehinc ipse qui natus est, postquam nō fuit natus est, tempore ipso antè manente quàm nascitur. Nascens enim hodie, in eo quod hesternum fuit, non fuit: & in id quod est, ex eo quod nō fuit cœpit: & in- tra intelligentiam nostram est, hesternum id quod ho- die nascitur nō fuisse. Atq; ita natiuitas eius per quam est post id quod non fuit manet, quia hodie primum

Psal. 137.

Filius pri- mogenitus meus Israel. Exod. 4.

Matth. 17. Psal. 21.

post hesternum tempus esse necesse est, ut ei sit in tempore non fuisse. Et hæc quidem communia in rerum humanarum origine sunt, ut omnia initium sui cum antea non fuerint accipiant. Primum quidem ut docuimus, per tempus, deinde per causam. Et per tempus quidem non ambiguum est, quin ea quæ nunc coeperint, antea non fuerint. Per causam verò, quia his non ex causis constat esse quod maneant. Reuolue enim omnes originum causas, & intelligentiam in anteriora conuertens, inuenies nihil coepisse per causam, dum omnia per virtutem Dei ad id quod sunt creantur, non etiam nascuntur ex aliquo. Ex quo etiam vnicuique generi per successionem ipsam naturale est, ut non fuerit & coeperit, dum & post tempus in tempore est: & cum semper vniuersa post tempus sint, causam sui quoque de antea non extantibus sumunt, dum ex his nascuntur quæ antea non fuerint: ipso illo primo humani generis parente Adam ex terra quæ ex nihilo est, & post tempus, id est, post cælum & terram, dicem, solem, lunam & astra formato, qui & originem non habuerit nascendi, & coeperit cum non fuisset. Sed vniuerso Deo, cui non præest tempus anterius, non relinquatur ut aliquando non fuerit, qui ipsum illud aliquando iam temporis est, & incipiet non post eum tempus esse, sed ipse esse post tempus, cui in eo quod antequam nasceretur non fuit, id ipsum in quo non fuit præferatur. Deinde qui ex eo qui est, natus est, intelligi non potest, ex eo quod non fuit natus esse: quia eius qui est ad id quod est, causa pater est, non etiam id quod non est, origo nascendi est. Ergo cui neque in tempore est, ut aliquando non fuerit, neque in patre, id est, autore est, ut subsistat ergo nullis: non reliquit id de se occasio, ut aut ex nihilo natus sit, aut non fuerit antequam nasceretur. Non sum autem nefcius plerisque eorum quibus aut per impietatem obtusa mens sacramentum Dei non capit, aut per aduersi spiritus dominationem sub specie religionis obrectandi Deo furor pronus est, affirmare simpliciorum auribus id solere: nos cum semper filium fuisse dicamus, neque aliquando fuisse quod non fuit, sine natiuitate eum per id quod semper fuerit prædicare: quia humani sensus opinio id quod semper fuit non patitur ut natum sit. Nascendi autem causa, ut sit quod non erat: esse verò quod non fuit, nihil aliud sub communi sensu esse quam nasci. Adiciant verò ad hæc arguta satis atque auditui placencia: Si, inquit, natus est, coepit. Et quum coepit, non fuit. Et cum non fuit, non patitur ut fuerit. Atque idcirco patet intelligentiæ sermonem esse contendant, non fuit antequam nasceretur: quia ut esset qui non erat, non qui erat, natus est. Neque eguit natiuitate qui erat, cum ad id ut esset qui non erat nasceretur. Ac primum oportuerat homines religiosam diuinarum rerum scientiâ præferentes, ubi Euangelicæ atque Apostolicæ prædicationis veritas præcelleret, callidæ philosophiæ tortuosas quæstiones abicere, & sectari potius fidem quæ in Deo est: quia sensum infirmum facile fidei suæ præsidio sophisma syllogisticæ interrogationis exueret, cum captiosa propositio responsionem simplicem, sibi que secundum interrogationem rerum obscurandantem ad vltimum iam sensus sui interrogatione spoliaret, ut quod professione amisisset, id iam conscientia non teneret. Quid enim tam necessario interrogationi obsecundabit, quam ut cum à nobis quærat: Est ne aliquid antequam nascitur? in professione nostra si non fuisse antequam nascitur. Neque enim aut in natura aut in necessitate est, ut quod est nascatur: cum nasci

quid ob id tantum ut sit, non quia erat, necesse sit. Quod cum concessum fuerit à nobis, quia rectè conceditur: exuti fidei scientia, capti iam impiis atque alienis studiis acquiescamus. Quod prouidens antea beatus Paulus apostolus, sicut frequenter ostendimus, ut caueremus admonuit dicens: Videte ne quis vos spoliaret per philosophiâ & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Cauendum igitur aduersum philosophiâ est, & humanarum traditionum non tam euitanda sunt studia quam refutanda. Neque enim his ita concedendum est, quasi vincant potius quam fallant. Quia nos Christum Dei virtutem & Dei sapientiam prædicantes, æquum est humanas doctrinas non tam defugere quam refellere: & simpliciores nempe ab his spoliari, & obstruere & instruere. Nam cum possit omnia, & in ea omnia sapienter Deus possit, nec virtuti eius ratio, nec rationi virtus obstat: oportet & eos qui Christum prædicant mundo, irreligiolis mundi imperfectisque doctrinis per scientiam sapientis omnipotentis contraire, secundum illud beati Apostoli dictum: Nostra enim arma non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, rationes destruentia, & omnem altitudinem eleuata aduersus cognitionem Dei. Fidem non nudam Apostolus atque inopem rationis reliquit, quæ quamuis potissima ad salutem sit, tamen nisi per doctrinam instruat, habebit quidam inter aduersa tutum refugium recessum, non etiam retinebit constantem obtinendam securitatem, eritque ut infirmis sint post fugam castra, non etiam ut arma habentibus adit interrita fortitudo. Contundendæ sunt ergo insolentes aduersum Deum dispositiones, & destructa rationum fallacium munimenta, & eleuata ad impietatem ingenia coterenda; nec carnalibus armis, sed spiritualibus: nec terrena doctrina, sed celesti sapientia: ut quanta rerum diuinarum humanarumque discretio est, tantum ultra terrena studia ratio cælestis excedat. Cesset itaque sollicitudo perfidia, neque negare nos, quia ipsa non intelligit existimet, quod solum à nobis bene & intelligitur & creditur. Nam ipsa sermonum enunciatione, cum natum constitemur, non tamen non natum prædicamus. Neque enim id ipsum est, non natum atque nasci: quia illud ab altero, hoc verò à nemine est. Et aliud est sine autore esse semper æternum: aliud quod patri, id est, auctori est coæternum. Vbi enim pater autor est, ibi & natiuitas est. At verò ubi autor æternus est, ibi & natiuitatis æternitas est: quia sicut natiuitas ab autore est, ita & ab æterno autore æterna natiuitas est. Omne autem quod semper est, etiam æternum est. Sed tamen non omne quod æternum est, etiam innatum est. Quia quod ab æterno nascitur, habet æternum esse quod natum est. Quod autem non natum est, id cum æternitate non natum est. Quod verò ex æterno natum est, id si non æternum natum est, iam non erit & pater autor æternus. Si quid igitur ei qui ab æterno patre natus est, ex æternitate defuerit, id ipsum auctori non est ambiguum defuisse: quia quod gignenti est infinitum, infinitum est etiam nascenti. Medium enim quid inter natiuitatem Dei filij & generationem Dei patris, nec ratio, nec sensus admittit: quia & in generatione natiuitas est, & in natiuitate generatio est. Quod vtrunque sine interuallo sui est, quia sine vtroque neutrum est. Quod ergo nisi ex vtroque non consistit, id in omnibus nisi vtrunque non permanet: quia in aliquo alterum non relinquitur, quod id ipsum alterum in aliquo non

non possit esse sine altero. Sed inquiet quisquam diuini huius incapax sacramenti: Omne quod natum est, non fuit: quia in id natum est, ut esset. Et quis igitur ambiget quin quæ in rebus humanis nata sunt, aliquando non fuerint? Sed aliud est ex eo nasci qui non fuit, aliud ex eo nasci qui semper est. Infantia enim omnis cum antea non fuisset, coepit ex tempore. Quæ rursus in pueritiam excrefcens, post etiam adolefcenciam coegit in patrem, & non semper pater est, qui ante in adolefcenciam per pueritiam, & in pueritiam per infantiam coeptam profecerit. Ergo qui non semper pater est, non semper & genuit. Vbi autem semper pater est, semper & filius est. Si itaque habes in cognitione vel sensu Deum, in cuius cognitionis sacramento proprium est quod pater est, non semper patrem esse filij vnigeniti: habes & in intelligentia & scientia, non semper filium esse qui genuit est. Quid si semper patri proprium est, quod semper est pater: necesse est filio semper proprium esse, quod semper est filius. Et quomodo in sermone nostrum atque intelligentiam cadet, ut non fuerit antequam nasceretur: cui proprium est, semper esse quod natus est? Formam igitur atque imaginem inuisibilis Dei vnigeniti in se Deus continens: in omnibus his quæ propria Deo patri sunt, per plenitudinem veræ in se diuinitatis equatur. Nam ut superioribus libris docuimus, per virtutem & venerationem sicut pater & honorandus & potens est: ita & in eo quod pater semper est, ei quoque in eo quod filius est, filio semper esse commune est. Nam secundum ad Moysen dictum, Misit me ad vos is qui est, Deo proprium esse id quod est, non ambigens sensus est: quia id quod est, non potest intelligi dici que non esse. Esse enim & non esse, contraria sunt: neque hæc diuersæ significationes in vnum atque idem coeunt, quia manente alia, altera non erit. Ergo ubi esse est, non potest vel sensum vel sermonem inire non esse, sensui nostro retroacto semper que reuocato ad intelligentiam eius qui est, Deo id ipsum tantum quod est Dei, semper anterius est: quia id quod infinitum in De est, semper infinitatem sensus nostri recurui subtrahit: ut ante id quod proprium Deo est, semper esse aliquid aliud intentio retroacta non capiat, quia nihil aliud ultra ad intelligendam Dei æternitatem procedat, cum Deum semper esse occurram. Quod igitur & per Moysen de Deo significatum, & per communem sensum nihil aliud nobis intelligendum permittitur, id ipsum vniuerso Deo esse proprium Euangelista testatur: cum in principio erat verbum, & cum apud Deum hoc erat, & cum lumen verum, & cum vnigenitus Deus in sinu patris est, & cum Iesus Christus super omnia Deus est. Erat igitur atque est: quia ab eo est, qui quod est, semper est. Ab eo autem esse, id est, ex patre esse, natiuitas est. Esse autem semper ab eo, qui est semper, æternitas est. Aeternitas verò non ex se, sed ex æterno: ex æterno autem nihil aliud quam æternum. Quod si non æternum: iam nec pater, qui generationis est autor, æternus est. Quod si illi patrem semper esse, atque huic filium semper esse proprium est, & in eo quod est, significatur æternitas: per id quoque cui quod est, proprium est, proprium est & æternum. Nemini autem dubium est, quin generatio significet natiuitatem, & natiuitas manentem doceat, non etiam non manentem. Porro autem ambigi non potest, neminem qui erat nasci. Nam nascendi ad eum non proficit causa, qui per se maneat æternus. Sed vnigenitus

Deus, qui & Dei sapientia & Dei virtus & verbum est: cum natus sit, patrem testatur autorem. Cum ex manente natus est, non est natus ex nihilo. Et cum ante tempora æterna natus est, omnem sensum necesse est nascendo præueniat: nec reliquit in verbis, ut non fuerit antequam nasceretur. Si enim sensui nostro subiaceret, ut non fuerit antequam natus est: iam natiuitate eius & sensus noster & tempus anterius est. Quia omne quod non fuit, iam & sensui obnoxium est & tempori, in ea ipsa significatione qua non fuit. Quia non fuisse, pars temporis est. Qui autem ab æterno est, & semper fuit, dum & semper fuisse supra tempus est, & natum esse natiuitas est. Natum itaque vnigenitum Deum, sed natum ante tempora æterna constitemur. Quia confiteri necesse est, in quod nos Apostolicarum atque propheticarum prædicationum dicta concludunt, cum tamē sensus humanus intelligentiam intemporalis natiuitatis non apprehendat, quia aliquid in naturis terrenis ante tempora natum esse non competit. Quod cum ita à nobis prædicabitur, quomodo rursus eiusdem intelligentiæ complexu non fuisse antequam nascitur dicemus, cum secundum Apostolum ante tempora æterna sit vnigenitus Deus? Si igitur natum ante tempora æterna non ratio humanæ intelligentiæ, sed prudētie fidelis professio est, quia & natiuitas per autorem est, & quod tempora excedit æternum est, & extra sensum terrenum est quod ante tempora æterna sit natum: certè iam impia voluntate sensum humanæ rationis extollimus, ut per intelligentiam mundi non fuerit antequam nascitur, cum ultra sensum humanum & intelligentiam mundi nascatur æternum. Aeternum autem est, quicquid tempus excedit. Tempora enim omnia vel opinione complectimur, vel scientia: cum quod nunc est, scimus non etiam pridie fuisse, quia quod pridie fuerit, nunc non sit: quod autem est, nunc tantum sit, non & pridie fuerit. Opinione verò ita præterita metimur: ut ante verbum aliquam institutam, etiam non ambigatur tempus fuisse, quo verbum instituta non fuerit. Cum ergo vel scientiæ vel opinionis nostre subiaceant tempora, sensu humanæ intelligentiæ iudicamus, ut de aliqua ratione dixisse existimemur, non fuit antequam nasceretur, quia vniuersi cuiusque originem tempora semper antelata præueniant. At verò cum in Dei rebus, id est, in Dei natiuitate nihil non ante tempus æternum sit, non cadit in id, ut antequam natus est, cuique ante tempora æterna promissum æternum sit, secundum beati Apostoli dictum, In spe vitæ æternæ quam promisit non mendax Deus ante tempora æterna, aliquando non fuisse dicatur: quia intelligi non potest coepisse post aliquid, qui esse sit ante æterna tempora constendus. Si ergo nasci aliquid ante tempora æterna, neque in naturis humanis est, neque in intelligentia, & tamen in hoc professionibus de se Dei creditur: quomodo id quod sine sensu intelligentiæ æternæ natum semper, id est, ante tempora æterna esse apostolica fides locuta sit, id rursus non fuisse antequam nascitur, per sensum humanæ intelligentiæ nostri temporis estimatione infidelitas eloquitur? Cum quod ante tempus natum est, semper est natum: quia id quod est ante æternum tempus, hoc semper est. Quod autem semper est natum, non admittit ne aliquando non fuerit: quia aliquando non fuisse, iam non est semper esse. Semper autem esse excludit non semper fuisse. Et exclusio eo per id quod semper est natum, non semper fuisse, non cadit in sensum, ut non fuerit antequam

natus sit: quia qui ante tempora æterna natus est, natus esse, semper in sensu est, cum tamen ante tempora natum non esse non subeat in sensum. Nam si quod utique conuenit, ante creaturam seu inuisibilem, seu corporalem, & ante omnia secula & tempora æterna, & ante sensum omnem natus confitendus est esse, qui per id quod ita natus est, semper est: concipi quoque nullo sensu licet, ut non fuerit antequam nasceretur, quia & ante sensum omnem est qui ante tempora æterna natus est, & in sensu nunquam est, eum qui semper esse confitendus est non fuisse. Sed argute huius interrogationis calumnia antefertur: Si, inquit, in sensum non cadit non fuisse antequam nascitur, reliquum hoc sensui est, ut qui erat natus sit. Et calumniantem respondebo. Nunquid à me aliud quam natum dici meminere? Aut nunquid ante tempora æterna esse, id ipsum sit quod est, eum qui erat nasci? quia nasci quod erat, iam non nasci est: sed seipsum demutare nascendo est. Natum autem semper esse, hoc est sensum temporum nascendo præcurrere: neque intelligentiæ patere aliquando fuisse non natum. Non est itaque id ipsum natum ante tempora æterna semper esse, & esse antequam nasci. Natum autem ante tempora æterna semper esse, excludit non fuisse antequam nasceretur. Cæterum non relinquit prius esse quam nasci: quia qui ultra sensum est, in nullo subiacet sensui. Nam si ultra sensum est, natum semper esse: non licet iam esse post sensum non fuisse eum antequam nasceretur. Cum itaque natum semper esse, nihil aliud sit confitendum esse quam natum, id sensui antequam nasceretur vel fuisse, vel non fuisse non subiacet: quia sensum nihil aliud quam ante tempora æterna natum esse semper antequam. Natus itaque est, & semper est: qui nihil aliud de se patitur intelligi aut dici posse, nisi natum. Nam cum anterior ipso tempore sensu non est, quia ante sensum tempus æternum est, non admittit sensum de se diiudicantem, esse aut non fuisse antequam nasceretur: quia & esse antequam nascitur, non sit natiuitatis, & non fuisse, iam temporis sit. Ergo & infinitas temporum æternorum, quod est temporis, id est, non fuisse, consumit: & natiuitas quod suum non est, id est, antequam nascitur, esse non patitur. Quod si aut esse aut non fuisse sensui subiaceret, iam natiuitas ipsa post tempus est: quia qui non semper est, necesse est ceperit esse post aliquid. Finis igitur fidei & sermonis & sensus est, Dominum Iesum & natum esse & semper esse: quia si quid de filio mens retroacta scrutabitur, nihil aliud scrutantis sensui quam natum esse & semper esse, semper occurret. Ut igitur Deo patri proprium est sine natiuitate: ita & filio debitum est, per natiuitatem semper esse. Natiuitas autem nihil aliud quam patrem, neque pater aliud quam natiuitatem enunciat. Medium enim nihil quicquam nomina ista aut natura permittit. Aut enim non semper pater, si non semper & filius: aut si semper pater, semper & filius: quia quantum filio temporis ne semper filius fuerit, abnegabitur, tantum patri deest ne pater semper sit: ut licet semper Deus, non tamen & pater in ea fuerit infinitate, qua Deus est. Etiam in id se professio impietatis extendet, ut non filio tempora natiuitatis, sed patri generationis ascribat: quia generationis modus intra natiuitatis sit tempora constitutus. Pium tibi ac religiosum hæretice, existimas, Deum semper quidem, sed non semper patrem confiteri? Quod si ita sentire te pium est: Paulum impietatis, necesse est filium ante tempora æterna esse dicentem,

condemnes. Etiam ipsam de se testantem sapientiam, quod ante secula fundata sit, crimineris: quæ patri aderat, tum cum cœlum præpararet. Sed tu ut Deo initium tribuas quo pater est, prius temporibus initium decerne quo cœpta sunt. Quæ si cœpta sunt, mendax est Apostolus, qui ea sit professus æterna. Soletis enim tempora de solis ac lunæ creatione numerare, quia scriptum de his sit: Et sint in signa & tempora & annos. Sed qui ante cœlum est, quod secundum vos etiam ante tempus est, idem & ante seculum est. Neque solum ante seculum est, sed etiam ante generationes generationum seculum præcurrens. Quid caducis & terrenis & angustis diuina & infinita conclusis? Nescit Paulus in Christo nisi temporum æternitatem. Non post aliquid se esse sapientia, sed ante omnia loquitur: tecum à solis ac luna tempora instituta sunt: Christum autem ante solem permanere significat dicens: Ante solem permanet nomen eius. Et res res Dei mundi istius origine inchoatas arbitris, idem dixit: Et ante lunam, & generationes generationum. Despiciuntur hic tempora à tantis viris & prophético spiritu dignis: & nihil sensui humano relinquitur, in quo se ante natiuitatem, quæ tempora æterna excedit, extendat: sed hunc modum tantum habeat religiosæ opinionis fides, ut Dominum Iesum Christum unigenitum Dei, & ad perfectæ natiuitatis confessionem natum meminerit, & in diuinitatis veneratione non ignoret æternum. Sed accusamur mendacij, & vnâ nobiscum doctrina Apostolicæ prædicationis arguitur, natiuitatem quidem confessâ, sed æternitatem natiuitatis professâ: ut & natiuitas testaretur autorem, & æternitas in sacramento diuinæ natiuitatis sensum humanæ opinionis excederet. Profertur enim aduersum nos sapientiæ de se protestatio, quæ creatam se docuerit his dictis: Dominus creauit me initium viarum suarum. Et ô te miser hæretice, qui indulta ecclesiæ aduersum synagogam arma, contra fidem ecclesiasticæ prædicationis inuadis: & doctrinæ salutaris munificissimam intelligentiam rapis aduersum vniuersorum salutem, creaturam Christum per hæc verba esse contendens. Nam Iudæum potius negantem Christi ante secula æterna diuinitatem, & in omnibus operibus ac doctrinis Dei efficientiam, hæc verba sapientiæ subsistentis extinguunt, quæ se nunc creatam initium viarum Dei, & in opera eius à seculo dixerit, ne fortè ante Mariam manere non existimaretur, neque tamen creatam se ad natiuitatis intelligentiam referret, quia viarum initium, & in opera sit creata. At verò ne hoc viarum initium, quod utique de diuinis rebus humanæ cognitionis exordium est, quisquam ad subiiciendam temporari natiuitatem infinitam deputaret: fundatam se ante secula sit professâ. Ut dum aliud est in viarum initium, & in opera creari, & aliud est ante secula fundari, anterior intelligeretur esse & creatione fundatio: & hoc ipsum quod fundata in opera ante seculum est, sacramentum creationis ostenderet: quia fundatio ante seculum, & creatio in viarum initium atque in opera, post seculum sit. Iam verò ne creatio & fundatio fidem diuinæ natiuitatis ostenderet, sequitur: Prius quam terram faceret, prius quam montes stabiliret, ante omnes colles genuit me. Iam genitus est ante terram, qui ante secula fundatus est: neque solum ante terram, sed etiâ ante mōtes atque colles. Et in his quidē quia de se sapientia loquitur, plus loquitur quam auditur. Omnia enim quæcunque ad infinitatis intelligentiæ significat, istiusmodi esse oportet, ne rei cuiquam

quam aut generi secunda in tempore sint. Cæterum ad æternitatis demonstrationem nequaquam temporaria coaptabuntur: quia per id quod posteriora sunt cæteris, per se ipsa non manifestant infinitatis exordium, cum temporale sortita sint. Quid enim magnum est, ut ante terram Deus Dominum Christum genuerit, cum angelorum origo terræ creatione reperitur antiquior? Aut cur qui ante terram genitus diceretur, etiam ante montes, neque solum ante mōtes, sed etiam ante colles natus manifestaretur: cum collium significatio post montes sit, montium verò intelligentia post terram sit? Per quod existimari non potest, idcirco hæc esse dicta, ut ante montes & colles & terram esse intelligeretur: qui ea quæ ante terram & montes & colles sunt, infinitatis suæ æternitate præcelleret. Sed sensum nostrum sermo diuinus non inopem rationis relinquit, nam causam dicti per hæc quæ consequuntur, ostendit: Deus fecit regiones, & inhabitabilia & cacumina quæ habitantur sub cœlo. Cum pararet cœlum, eram cum illo, & cum secernebat suam sedem. Quando super ventos validas faciebat in summo nubes, & cum certos ponebat fontes sub cœlo, & cum fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram apud illum componens. Quis hic temporum locus est? aut quò se extendere ultra infinitam unigeniti Dei natiuitatem, humanæ intelligentiæ sensus permittitur? Non enim per hæc, quorum creationem mente concipimus, comprehendere generatio eius potest, qui anterior his omnibus est: ut quæuis præset in tempore, non tamen infinitus sit, cui hoc solum tributum sit, ut ante temporalia natus sit.

Nam cum illa temporari in sui cōstitutione subiaceat, ille tamen licet anterior his omnibus sit, non sit liber à tempore, quia temporalis horum constituto tempus natiuitatis eius qui ante sit natus, ostendat, dum hoc ipsum ei tempus est, quod temporalibus antefertur. Sed Dei sermo & veræ sapientiæ doctrina quæ loquitur, & perfectæ & absoluta significat: docens se non temporalibus esse anteriorem, sed infinitis. Cum enim præpararetur cœlum, aderat Deo. Nunquid cœli præparatio Deo est temporalis? ut repens cogitationis motus subito in mentem tanquam antea torpidam stupentemque subpreperit, humanoque modo fabricandi cœli impensam & instrumentam quæsuerit? At qui alius propheta de operationibus Domini sensus est, cum ait: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Præcepto tamen Dei cœli ut firmarentur eguerunt, nam apparatus & virtus eorum in hac imperturbatæ constitutionis suæ firmitate, non de tēpatione alicuius, & permixtione materiæ, sed ex spiritu diuini oris existit. Quid ergo est præparanti Deo cœlum genitam ab eo adesse sapientiam: cum neque creatio cœli ex præparatione consistat, neque naturæ Dei sit, in apparatu eum cogitandi operis commemorari? Nihil enim non semper cum Deo fuit, quicquid in rebus est: quæ & si ad creationem sui cœpta sunt, non sunt tamen à Dei vel præcipientia, vel potestate inchoata. Et testis est nobis propheta dicens: Deus qui fecisti omnia quæ futura sunt. Quæ enim futura sunt, licet in eo quod creanda sunt, adhuc sient, Deo tamen, cui in creandis rebus nihil nouum ac recens est, iam facta sunt: dum & temporum dispensatio est vt creentur, & iam in diuinæ virtutis & præcipientiæ efficientia sint creata. Et idcirco nunc sapientia natam se ante secula docens, anteriorem se non solum his quæ creata sunt, docet, sed æternis coæternam, præ-

parationi scilicet cœli, & discretioni sedis Dei. Non enim tum discreta sedes est, cum effecta est: quia aliud est discerni sedem, aliud componi. Neque tum paratum cœlum est, cum præparatum est: nam erat apud præparantem & discernentem. Post verò componebat cum parante: æternitatem suam, cum præparanti adest, & ministerium, quando cum parante componit, ostendens. Idcirco nunc etiam ante terram & mōtes & colles genitam se esse dixit, quia & præparationi cœli affuisse se diceret: ut hæc iam tunc cum præpararetur cœlum, penes Deum facta esse per id quod nihil Deo nouum est, demonstraret. Perpetua enim & æterna rerum creandarum est præparatio: neque partibus cogitationum vniuersitatis huius corpus effectum est, ut primum de cœlo sit cogitatum, postea terræ cura & tractatus Deum inierit, consultatumque per singula sit, ut primum in planiciem diffunderetur, deinde postea meliori consilio montibus eleuaretur, rursus autem etiam collibus variaretur: quarto deinde habitabilis etiam in ipsis cacuminibus redderetur, præparareturque cœlum, ac sedes Dei segregaretur, ventorumque exhalationes nubes in summo valide cōtinerentur. Tunc deinde certi sub cœlo fontes manerent, ac postremo fundamentis terra fortibus confirmaretur. Singulis enim his omnibus anteriorem se sapientia esse profiteretur. Sed cum omnia per Deum quæ sub cœlo sunt, facta sint, & componendo cœlo Christus affuerit, & ipsam præparati cœli præueniat æternitatem, non patitur hoc existimari in Deo minutarum rerum particulatas cogitationes, quia omnis horum præparatio Deo est coæterna. Nam tamen habet dispensationem sui secundum Moysem firmamenti solidatio, arida nudatio, maris congregatio, astrorum constitutio, aquarum terræque in eiicendis ex se animantibus generatio: non tamen cœli, terræ, cæterorumque elementorum creatio leui saltem momento operationis discernitur, quia eorum præparatio æquabili penes Deum æternitatis infinitate consistit. His igitur infinitis & æternis in Deo Christus cum adesset, solam nobis natiuitatis suæ permisit conscientiam: ut quantum ad fidem proficeret Dei intellecta natiuitas, tantum valeret ad susceptam religionem cognita natiuitatis æternitas: quia ex eo qui æternus est patre, nec ratio nec sensus admittat, nisi coæternum filium prædicari. Sed creationis nomen nos & professio mouet. Moueat sanè nomen creationis: si non natiuitas ante secula, & creatio in initium viarum Dei & in opera prædicatur. Non enim potest natiuitas pro creatione accipi: cum natiuitas ante causam sit, creatio verò per causam. Ante præparationem enim cœli erat, & ante secula fundatus, qui initium viarum Dei & in opera est creatus. Aut nunquid eiusdem intelligentiæ est in initium viarum, & in opera creari, & nasci ante omnia: quorum vnum habet tempus in gestis, aliud verò intemporealem intelligentiam continet? Aut fortè velis id quod in opera creatur, ita intelligi oportere, ut propter opera sit creatus: id est, ut Christus causa efficiendorum operum sit creatus, ut ipse seruus potius & operator mundi maneret, non Dominus gloriæ natus esset: & ad ministerium efficiendi seculi crearetur, non etiam semper esset filius dilectionis & rex seculorum? Sed quanquam hunc impiissimum sensum tuum intelligentia communis extinguat, quia aliud sit in initium viarum Dei & in opera creari, aliud ante secula nasci: tamen hic idem locus, ne propter operationem mundi Deum Christum

Creatum esse mentiris, occurrit, cum Deum patrem effectorem atque operatorem vniuersitatis ostendit. Turd id quidem pro nobis, quia ei qui pararet omnia, adesset ipse componens. Sed cum scriptura omnis creatorem mundi Dominum Iesum Christum esset loquutura, nunc tamen sapientia ad denegadam impietatis occasionem, & fabricatorem mundi Deum patrem professa est, neque se fabricanti docuit absuisse: quippe cum adesset etiam preparanti, & cum pater pararet, sapientia cum parente componeret, adessetque etiam preparanti, per id ipsum vtrumque complexa est, ne propter opera creata esse intelligeret, quae aeterna preparationi futurorum operum affuisset, neque scripturam mendacem constitueret, quia cum parante componeret. Sed tandem per doctrinam catholica reuelationem, quid sit Christum in initium viarum Dei & in opera ceatum esse, in principio haeretice cognosce: & ipsius sapientiae dicitis, impie hebetudinis tuae disce stultitiam. Caept enim ita: Si enunciauero vobis quae quotidie fiunt: memorabor ea quae a seculo sunt, enumerare. Namque cum ante dixisset: O vos homines obsecro, & emitto vocem meam filiis hominum. Intelligite simplices astutiam, in doctrina autem cor apponite. Et rursum: Per me reges regnant, & potentes scribunt iusticiam. Per me principes magnificantur, & tyranni per me tenent terram. Et rursum: In viis aequitatis ambulo, & inter medias sentias iustitiae conuersor: vt diuidam diligentibus me substantiam, & thesauros eorum impleam bonis: quotidianum opus suum sapientia non tacet, & primum vniuersos obsecrans monet, & simplices intelligere astutiam, & indoctos cor apponere, vt verborum distinctas discretasque virtutes vehemens ac diligens lector expendere. Suis itaque modis, suis constitutionibus vniuersa agi, intelligi, laudari, teneri docet: & intra se regna regum, & potentium prudentiam, & principum famulata opera, & ius terram obtinentium tyrannorum contineri ostendit: se quoque non admiseri iniquitatibus, nec iniustitiis interesse. Et hoc ob id, vt vniuersis aequitatis ac iustitiae operibus intercedendo, diligentibus se aeternorum bonorum, & incorruptorum thesaurorum opulentiam subministraret. Ergo ea se quae quotidie fiunt, enarraturam professa: memorem se quoque ad enumeranda ea, quae a seculo sunt, pollicetur. Et nunc quis hebetudinis sensus est, ea quae a seculo esse memorata sunt, quod ante secula gesta sunt, existimare? quia in his quae a seculo sunt, opus omne post seculum est: at verum quae ante seculum sunt, praecursum seculi a se posterioris constitutionem. Memorem itaque se ad dicenda ea quae a seculo sunt professa, sapientia ait: Dominus creauit me in initium viarum suarum in opera sua.

Rerum itaque a seculo gestarum significatio ista est: neque generationis ante secula praedicata, sed dispensationis a seculo in ita doctrina est. Et quaerendum est, quid sit natum ante secula Deum, rursum in initium viarum Dei & in opera creari: quia vbi ante seculum est natiuitas, illic infinita generationis aeternitas est. Vbi vero a seculo est creatio, eademque in vias Dei atque in opera eius ostenditur: illic operibus ac viis causa creationis aptata est. Ac primum, quia Christus sapientia est: videndum est, an ipse sit initium viae operum Dei. Nec, vt opinor, ambigitur: ait enim: Ego sum via, & nemo vadit ad patrem, nisi per me. Via est, dux eunium, festinantium cursus, ignorantium securitas: & quaedam nescitarum ac desideratarum re-

1o. m. 14. ibid.

rum magistra. Haec ergo in viarum initium in opera Dei creatur: quia & via est, & deducit ad patrem. Sed creationis huius quae a seculis est, ratio quaerenda est. Nam vltimae dispensationis sacramentum est, quod etiam creatus in corpore, viam se Dei operum est professus. Creatus autem est in vias Dei a seculo: cum ad conspicabilem speciem subditus creaturae, habitum creationis assumpsit. Videamus itaque in quas Dei vias, & in quae Dei opera a seculis creata sit, nata ante secula ex Deo sapientia. Vocem deambulantis in paradiso Adam audiuit. Putas ne deambulantis incessum nisi in specie assumptae creationis auditum: vt in aliqua creatione confisteret, qui inambulans fuerit auditus? Non requiro qualis ad Cain & Abel & Noe loquutus sit, & benedicens quoque Enoch qualis affuerit. Angelus ad Agar loquitur, & vtiue idem Deus est. Nunquid speciei eiusdem est, cum angelus videtur, cuius est in ea natura qua Deus est? Certae species angeli ostenditur, vbi postea Dei natura memoratur. Sed quid de angelo dicam? Homo ad Abraham venit. Nunquid secundum hominem in creationis istius habitu Christus talis affuit, qualis & Deus est? Sed homo loquitur, & corpore affuit, & cibo alitur: veruntamen Deus adoratur. Certae qui ante angelus, nunc etiam homo est: ne naturalem hanc esse Dei speciem diuersitas huius ipsius assumptae creationis pateret intelligi. Adest autem ad Iacob etiam vsque ad lucra complexum in habitu humano: & manum conserit, & mbris nititur, & lateribus inflectitur, & in omni motu nostro incessuque consistit. Sed idem postea & Moyse esse ignis ostenditur: vt naturae creatae tum potius ad speciem quam ad substantiam naturae fidem disceres. Habuit tum in se potestatem conflagrandi, nec tamen naturalem suscipiens vrendi necessitatem: quia sine rubi damno conflagratio ignis apparuit.

Curre per tempora, & intellige qualis visus sit, vel Iesu Naue nominis sui prophetae, vel Esaię etiam cum Euangelico testimonio visum praedicanti, vel Ezechielis vsque ad conscientiam resurrectionis assumpto, vel Danieli, hominis filium in aeterno seculorum regno consistenti, & ceteris aliis, quibus se in habitu variae creationis ingressit, in vias Dei & in opera Dei, & cognitionem scilicet Dei & nostrae aeternitatis profectum. Quid hic nunc haec humanae salutis dispensatio, tam impiam aeternae natiuitatis contumeliam molitur? Creatio ista a seculis est, ceterum ante secula infinita natiuitas est.

Vim sane nos doctis afferer contende: si propheta, si Dominus, si Apostolus, si sermo vllus ad diuinitatis aeternae natiuitatem creaturae retulit nomen. In his enim omnibus Deus, qui ignis consumens est, ita creatus inest, vt creatione ea virtute qua assumpsit absumeret: potens abolere rursum, quod tantum ad causam contemplationis existerat. Beatam autem illam & veram concepte intra virginem carnis natiuitatem, qua tum creaturae nostrae & natura & species nascebatur: creaturam & facturam Apostolus nominauit. Et certe cum eo verae secundum hominem natiuitatis hoc nomen est, cum ait: At vbi venit adimpletio temporis, misit Deus filium suum factum de muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege sunt, redimeret, vt adoptionem filiorum consequeremur. Filius itaque suus est, qui est in homine, & ex homine factura. Neque factura tantum, sed etiam creatura, vt dicitur: Sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum priorem conuersationem veterem hominem, cum

Geneſ. 7.

Christum quomodo creatura qui

Epheſ. 4.

qui corrumpitur secundum concupiscentias deceptionis. Innouamini autem spiritu sensus vestri, & induite nouum hominem, eum qui secundum Deum creatus est. Induendus itaque nouus ille homo est, qui secundum Deum creatus est. Qui enim erat filius Dei, natus erat & filius hominis, quia non diuinitatis erat natiuitas, sed creatura carnis significationem sui generis accepit, nouus homo secundum natum ante secula Deum, creatus. Et quia secundum Deum homo nouus creatus esset, ostendit, haec adiiciens: In iusticia, & sanctitate, & veritate. Dolus enim in illo non fuit: & factus est nobis iusticia & sanctificatio, & ipse est veritas. Hunc ergo qui secundum Deum nouus homo creatur, induimur. Secundum Deum autem creatur, quia secundum Deum iusticia, & sanctificationem, & veritatem homo peccati nescius est creatus. Sic igitur sapientia memorem se eorum, quae a seculo gesta sunt, dicens, in opera Dei atque in vias Dei creatam esse se dixit, atque ita creatam, vt fundatam se ante secula doceret, ne assumptae illius variae ac frequenter creationis sacramentum demutasse naturam videretur, cum fundationis firmitas conuellendi status non reciperet perturbationem. At vero ne fundatio aliud quicquam quam natiuitatem videretur ostendere, ante omnia professa est se esse genitam. Nunc vero cur creatio ad natiuitatem deputatur, cum quae genita ante omnia est, ipsa fundata ante secula est? Quae autem fundata ante seculum est, ea ipsa in initium viarum Dei, & in opera eius creata a seculis est: vt creatio a seculis differre intelligeretur ab ea, quae ante secula, & quae ante vniuersa natiuitas est. Non habet saltem impietas veniam, vt praetendat impietatis errorem. Namque & si infirmitas intelligentiae sensum irreligiosae opinionis impediret, ne nunc quae creationis proprietates esset, conserui posset: tamen vel secundum Apostoli dictum facturam verae natiuitati deputantem, creationem quoque, & si indocti, tamen non impie, ad generationis fidem proficere oportere existimare debuerat.

Apostolus enim videtur vnus ex vno natiuitatem, id est, Deum ex virgine, sine passionem humanarum conceptu praedicaturus, non extra rationem factum de muliere locutus esse, quem natum sciebat, frequenterque dixisset: vt & natiuitas veritatem generationis ostenderet, & factura vnus ex vno natiuitatem protestaretur: quia humanae permixtionis conceptum facturae nomen excluderet, cum factus esse ex virgine diceretur, qui natus magis esse non ambigebatur. At vide tu, quam sis impius o haeretice. Creatum Iesum Christum potius ex Deo, quam natum esse, sermo nullus aut Euangelicus, aut Apostolicus, aut propheticus est loquutus: tu vero natiuitatem negas, & affirmas creaturam, non secundum significationem Apostoli factum esse dicentis, ne natus esse ambigeretur vnus ex vno, sed ad impiissimum sensum, ne Deus naturali natiuitate subsisteret, cum creatura potius ex nihilo subsistisset. Hoc primum infelicis mentis tuae virus est, non natiuitatem etiam creaturam nominare, sed pro natiuitate contumeliae creationi aptare. Quinquam id quidem inopis ingenij esset, sed tamen non admodum irreligiosi: creatum idcirco dixisse, vt impassibilis ex Deo, tanquam vnus ex vno natiuitas nosceretur. Sed nihil horum constans atque apostolica fides patitur. Scit enim in qua dispensatione temporis Christus creatus, & in qua temporum aeternitate sit natus. Natus autem ex Deo Deus est, vt in eo ve-

rae natiuitatis, & perfectae generationis, non ambigua esset. Nihil enim in vnigenito Deo nisi natum aeternumque confitentur. Natum autem non post aliquid, sed ante omnia: vt natiuitas tantum testetur autorem, non praeposterum aliquid in se ab autore significet. Et quidem confessione communi, secunda quidem ab autore natiuitas est, quia ex Deo est, non tamen separabilis ab autore: quia in quantum sensus noster intelligentiam tentabit excedere, in tantum necesse est etiam generatio excedat. Solus itaque hic pius de Deo sermo est, scire patrem: & cum eo eum qui ex eo est, filius. Neque sane aliud de Deo, praeterquam patrem eum esse vnigeniti Dei & creatoris docemur. Vltra se itaque infirmitas humana non redat, & loquatur hoc solum, in quo solo ei salus est: ante carnis sacramentum in Domino Iesu Christo hoc se semper scire, quod natus est. Ego quidem in quantum concessio mihi a te hoc spiritu vigebo, sancte pater, omnipotens Deus, vt aeternum te Deum, ita aeternum & patrem confitebor. Neque in id vnquam stultitia atque impietatis erumpam, vt omnipotentiae tuae sacramentorumque arbiter hunc infirmitatis meae sensum ultra infinitatis tuae religiosam opinionem, & significatam mihi aeternitatis tuae fidem erigam: vt te aliquando sine sapientia & virtute, & verbo tuo, vnigenito Deo Domino meo Iesu Christo fuisse praesentiam. Non enim praedicat de te sensui meo naturae nostrae infirmus imperfectusque sermo, vt fidem intra silentium strangulet eloquendi inopia. Namque cum verbum, & sapientia, & virtus in nobis interioris motus nostri opus nostrum sit, tecum tamen perfecti Dei, qui & verbum tuum, & sapientia, & virtus est, absoluta generatio est vt inseparabilis semper a te sit, qui in his eternarum proprietatum tuarum nominibus ex te natus ostenditur. Natus autem ita, vt nihil aliud quam te sibi significet autorem: non etiam fidem infinitatis amittat, per id quod ante tempora aeterna natus esse memoratur. Multa enim istiusmodi in rebus humanis praestituti: quorum cum causa ignoretur, effectus tamen non nescitur. Et religiosa est fides, vbi est etiam naturalis inficitia. Nam cum erexi in caelum tuum hos luminis mei infirmos oculos, nihil aliud esse quam caelum tuum credidi. Hos enim astriferos in eo circulos, & annuos recursum, & vergilias, septentrionem, & luciferum, & diuersa ministeriorum suorum sortitos officia conspiciens: Deum te in his, quorum intelligentiam non complector, intelligo. Cum vero mirabiles elationes maris tui vidi, non solum aquarum originem, sed nec motum dimensae huius vicissitudinis afsecutus, fidem tamen rationis mihi imperispicabilis licet apprehedens, in his te quoque quae ignoro, non nescio.

Iam vero cum in terram mente conuertor, quae occultarum virtute causerum, facta omnia suscepta dissoluit dissoluta viuificat, viuificata multiplicat, multiplicata confirmat: nihil in his reperi, quae intelligere sensui meo possem, sed ignorantiae meae hebetudo ad intelligendum te profecit, dum famulantis mihi naturae imperitus, vsu te tantum meae utilitatis intelligo. Ipsum me quoque nesciens, ita sentio: vt magis eo quod mei sum ignarus, admirer. Nam hunc diiudicantis mentis meae aut motum, aut rationem, te aut vitam, & non intelligens sentio, & sentiens tibi debeo, cui ultra intelligentiam naturalis exordij, sensum naturae oblectantis impartias: & cum te me ignorans intelligam, & intelligens venerer, nec ego

K ij

Nat iuitas solum testatur autorem.

in tuis rebus fidem omnipotentiae tuae laxabo, quia nesciant: ut sensus meus originem vnigeniti tui occupet, & sibi subdat, & aliquid in me sit, quo ego ultra creatorem & Deum meum tendam. Natiuitas eius ante aeterna tempora est. Si aliquid in rebus est quod antequam aeternitatem, erit aliquid profecto quod sensum aeternitatis excedat. Tua enim res est, & vnigenitus tuus est: non portio, non protensio, non secundum efficientiarum opinionem nomen aliquod inane, sed filius: filius ex te Deo patre Deus verus, & a te naturae tuae ingenuitatis potestate: ita ex te confitendus, ut tecum, quia aeternae originis suae es autor aeternus. Nam dum ex te est, secundus a te est: dum vero tuus est, non separandus a te est: quia nec sine tuo fuisse confitendus aliquando es, ne aut imperfectus sine generatione, aut superfluus post generationem arguaris. Atque ita ad id tantum natiuitas proficit aeterna, ut geniti ante aeterna tempora ex te filij patrem te sciamus aeternum. Et mihi quidem parum est hoc, fidei meae ac vocis officio Dominum & Deum meum, vnigenitum tuum Iesum Christum creaturam negare: huius ego nominis confortium ne in sancto, quidem spiritu tuo patiar, ex te profecto, & per eum misso. Magna enim mihi erga res tuas religio est: neque quia te solum innaescibilem, & vnigenitum ex te natum scies, genitum tamen spiritum sanctum non diciturus sim, dicam vnquam creatum. Huius ego dicti, quod mihi cum ceteris a te substitutis commune est, ad te quoque prorepentis timeo contumeliam. Profunda tua Spiritus sanctus tuus secundum Apostolum scrutatur & nouit, & interpellator pro me tuus inenarrabilia a me tibi loquitur: & ego naturae suae ex te cum vnigenito tuo manentis potentiam creationis nomine non modo nolo eloquar, sed etiam infamabo? Nulla te nisi res tua penetrat: nec profundum immensa maiestatis tuae, peregrinae atque alienae a te virtutis causa metitur. Tuum est quicquid te iniri neque alienum a te est, quicquid virtute scrutantis inest. Mihi autem inenarrabilis est, cuius pro me mihi inenarrabiles sunt loquelae. Nam vt in eo quod ante aeterna tempora vnigenitus tuus est, cessante omni ambiguitate sermonis, atque intelligentiae difficultate, solum quod natus est manet ita quod ex te per eum sanctus Spiritus tuus est, & si sensu quidem non percipiam, sed tamen teneo conscientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum, vnigenito tuo dicente: Ne mireris quod dixerim tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & non scis vnde veniat, & quid eat. Sic est omnis qui natus est ex qua & spiritu sancto. Regenerationis meae fidem obtinens nescio, & quod ignoro iam teneo. Sine sensu enim meo renascor, cum efficietia renascendi. Modus autem spiritui nullus est loquendi cum velit, quod velit, vbi velit: & cuius aduentus atque abeuntis causa, sub assistentis licet conscientia nesciatur, huius naturam inter creaturas referam, & originis suae definitione moderabor? Omnia quidem facta per filium, qui apud te Deum in principio erat Deus verbum, Ioannes tuus loquitur. Sed & creata omnia in eo in caelis & in terra visibilia & inuisibilia Paulus enumerat. Et cum vniuersa in Christo & per Christum creata memoraret, de spiritu sancto sufficientem sibi significationem eam existimauit, quod hunc spiritum tuum diceret. Cum his ego proprie electis tibi viris haec ita sentiam, vt sicut nihil aliud ultra sensum intelligentiae meae secundum eos de vnigenito tuo dicam quam esse natum: ita quoque ultra ingenij humani o-

Ioan. 3.
Ibid. 1.

pinionem secundum eos nihil aliud de sancto Spiritu tuo loquar, quae spiritu tuo esse. Neque sit mihi inutilis pugna verborum, sed incunctantibus fidei constantis professio. Conserua, oro, hanc fidei meae incontaminatam religionem, & vsque ad excessum spiritus mei dona mihi hanc conscientiae meae vocem: vt quod in regem orationis meae symbolo baptizatus, in patre, & filio, & spiritu sancto professus sum, semper obtineam: Patrem scilicet te nostrum, filium tuum vna tecum adorem: & sanctum Spiritum tuum, qui ex te per vnigenitum tuum est, promerear. Quia mihi idoneus ad fidem testis est, dicens: Pater omnia mea tua sunt, & tua mea, Dominus meus Iesus Christus manens in te, & ex te, & apud te semper Deus: qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Ioan. 17.

DIVI HILARII PICTAVORVM EPISCOPI, DE TRINITATE LIBRI DVODECIMI ET VLTIMI FINIS.

DIVI HILARII PICTAVORVM EPISCOPI, CONTRA CONSTANTIVM AVGVSTVM IAM VITA defunctum Liber.

TEMPVS est loquendi, quia iam praeterit tempus tacendi. Christus expectetur, quia obtinuit antichristus. Clament pastores, quia mercenarii fugerunt. Ponamus animas pro ouibus: quia fures introierunt, & leo saeuens circumit. Ad martyrium per has voces exeamus, quia angelus satanae transfigurauit se in angelum lucis. Intremus per ianuam: quia nemo vadit ad patrem, nisi per filium. Manifestantur in pace sua pseudoprophetae, quia in haeresi & schismate manifestabuntur probati. Suffineatur tribulatio, qualis non fuit a constitutione mundi: sed intelligatur breuiandi dies propter electos Dei. Impleta propheta est, dicens: Erit tempus quando sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros scalpentes aures, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem couertentur. Sed expectetur promissio protestantis: Beati estis cum maledicent, & persequentur, & dicent omne malum aduersum vos propter iustitiam. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelo. Sic enim persequuti sunt prophetae qui erant ante vos. Stemus ante iudices & potestates pro Christi nomine: quia beatus est, qui vsque ad finem perseverauerit. Non timeamus eum qui potest corpus occidere, animam autem non potest: sed timeamus eum qui potest corpus & animam occidere in gehenna. Nec solliciti de nobis simus, quia capilli capitis nostri numerati sunt: & per Spiritum sanctum sequamur veritatem, ne per spiritum erroris credamus mendacio. Et comoriamur Christo, vt Christo corregnemus. Vltimus enim tacere, diffidentiae signum est, non modestiae ratio: quia non minus periculi est, semper tacuisse, quam nunquam. Ego fratres, vt mihi omnes qui me vel audiunt, vel familiaritate cognitum habent, testes sunt, grauissimum fidei periculum longe antea prauidens, post sanctorum virorum exilia Paulini, Eusebij, Luciferi, Dionysij, quinto ab hinc

2. Tim. 4.
Matth. 5.

hinc aeterno Saturnini, & Vrsatii, & Valentis communionem, me cum Gallicanis episcopis separavi, indulta ceteris confortibus eorum respiciendi facultate: vt nec pacis abesset voluntas, & principalium morborum foetida, & in corruptionem totius corporis membrum proficientia defecarentur, si tamen hoc ipsum beatissimis confessoribus Christi editum decretum, tum a nobis manere placuisset. Quibus postea per factionem eorum pseudopostolorum ad Biturensem synodum compulsi, cognitionem huius haereseos obtuli. Sed hi timentes publicae conscientiae, audire ingesta a me voluerunt: putantes se innocentiam suam Christo posse martiri, si volentes nescirent, quod gesturi postmodum essent scientes. Atque exinde toto ex tempore in exilio detentus, neque decedendum mihi esse de Christi confessione decreui, neque honestam aliquam ac probabilem ineundae unitatis rationem statui respuendam. Denique exinde nihil in tempora male dictum, nihil in eam quae tum se Christi ecclesiam mentiebatur, nunc autem antichristi est synagoga, fumosum ac dignum ipsorum impietate scripti, aut locutus sum: nec interim criminis loco duxi, quenquam aut cum his colloqui, aut suspensa licet communionis societate, orationis domum adire, aut paci optanda sperare, dum erroris indulgentiam ab antichristo ad Christum recurrentium per penitentiam praeparemus. Si quis igitur prudens, iam rationem silentij mei percipit: profecto me vsque nunc recentis iniuriae acerbitate moderatum, nunc demum fideli in Christo libertate testante, non aliquo vitio humanae perturbationis ad haec scribenda arguet incitatum. Neque enim immaturae loquor, qui diu tacui: nec sine modestia tacui, qui aliquando iam loquor: neque iniuriam queror, qui dissimulaui recentem: & ne quid ex causa mea loqui existimarer, tantum adhibui ad silentium tempus. Nunc mihi non alia ad dicendum causa, quam Christi est: cui & hoc debui, quod vsque nunc tacui, & ex reliquo me intelligo debere, ne taceam. Atque vtinam, illud potius omnipotens Deus & vniuersorum creator, sed vnus Domini nostri Iesu Christi pater, aetate meae & tempore praestitisses, vt hoc confessionis meae in te atque in vnigenitum tuum ministerium Neronianis, Decianis ve temporibus explesem. Nec ergo per misericordiam Domini & Dei filij tui Iesu Christi, calens euleum metuisses, qui defectum Esaiam scissem: nec ignes timuisses, inter quos Hebraeos pueros eantasse meminisses: nec crucem & fragmenta crurum meorum vitasse, postquam in paradysum translatum latronem recorderar: nec profundum maris & Pontici aestus absorbentem rheumam trepidassem, cum per Ionam & Paulum docuisses fidelibus esse in mari vitam. Aduersus enim absolutos hostes felix mihi illud certamen fuisse, quia nec dubium relinqueretur, quin persecutores essent, qui ad negandum te, poenis, ferro, igni, compellerent: neque ad testificandum plus tibi nos, quam mortes nostras liceret impendere. Pugna remus enim in palam & cum fiducia contra negantes, contra torquentes, contra iugulantes: & nos populi tui tanquam duces suos, ad confessionis religionem intelligentia persequutionis publicae comitarentur. At nunc pugnamus contra persequutorem fallentem contra hostem blandientem, contra Constantium antichristum qui non dorsa caedit, sed vntrem palpat: non proscribit ad vitam, sed ditat in mortem: non trudit carcere ad libertatem, sed intra palatium honorat ad seruitutem:

Spaciu respicienda datur.
Modestia seruata cu aduersariis

non latera vexat: sed cor occupat: non caput gladio defecat, sed animam auro occidit: non ignes publice minatur, sed gehennam priuatim accendit: non contentum ne vincatur, sed adulat ut dominetur. Christum confitetur, vt neget: vnitatem procurat, ne pax sit: haereses comprimit, ne Christiani sint: sacerdotes honorat, ne episcopi sint: ecclesiam testata struit, vt fidem destruat. Te in verbis, te in ore circumfert, & omnia omnino agit, ne tu vt Deus, ita pater esse credaris. Cesset itaque maledictorum opinio, & mendacij suspicio: Veritatis enim ministros decet vera proferre. Si falsa dicimus, infamis sit sermo maledicus: si vero vniuersa haec manifesta esse ostendimus, non sumus extra apostolicam libertatem & modestiam, post longum haec silentium arguentes. Sed temerarium me forte quicumquam putabit, quia dicam Constantium antichristum esse. Quisquis petulantiam istud magis quam constantiam iudicabit, relegat primum Ioannem dixisse ad Herodem: non tibi licet facere istud. Sciat a martyre esse dictum regi Antiocho: Tu quidem iniquus de praesenti vita nos perdes, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in eternam vitam in resurrectione suscitabit. Et rursum beata fidelique voce alienum increpasse: Potestatem, inquit, inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis quod vis. Noli autem putare genus nostrum Deo esse derelictum. Patienter sustine, & vide, magna potestas ipsius qualiter te & semen tuum torquet. Et quidem ita pueri. At vero scemina nihil minus perfectis & beatis viris loquuta est, dicens. Tu vero qui inuentor omnis malitiae factus es in Hebraeos, non effugies manum Dei. Si enim nobis viuis propter increpationem & correptionem Dominus modicum iratus est, sed iterum recordabitur seruis suis. Non est istud temeritas, sed fides: neque inconsideratio, sed ratio: neque furor, sed fiducia. Proclamo tibi Constanti, quod Neroni loquutus fuisses, quod ex me Decius & Maximianus audirent: contra Deum pugnas, contra ecclesiam saeuis, sanctos persequeris, praedicatorum Christi odis, religionem tollis, tyrannus non iam humanorum, sed diuorum. Haec tibi a me atque illis socia atque communia sunt, ad vero nunc propria tua accipe. Christianum te mentiris, Christi nouus hostis es: antichristum praeuenis, & arcanorum mysteria eius operaris. Condis fidem, contra viuos doctor phanorum es, indoctus piorum: episcopatus tuis donas, bonos malis demutas: sacerdotes custodias mandas, exercitus tuos ad terrorem ecclesiae disponis: synodos contrahis, & occidentalium fidem ad impietatem compellis: conclusos vrbe vna minis terras, fame debilitas, hyeme conficis, dissimulatione deprauas. Orientales autem dissensiones artifex nutris, blandos elicis, fautores instigas, veterum turbator es, prophanus nouorum es. Omnia saeuissima sine inuidia gloriosarum mortium peragis. Nouo inauditoque ingenij triumpho de diabolo vincis, & sine martyrio persequeris. Plus crudelitati vestrae Nero, Deci, Maximiane debemus: Diabolum enim per vos vicimus. Sanctus vbiq; beatorum martyrum sanguis exceptus est. Dum in his demones mugiant, dum aegritudines depelluntur, dum admirationum opera cernuntur, eleuari sine laqueis corpora, & dispensis pede scemina vestes non defluere in faciem, vti sine ignibus spiritus, confiteri sine interrogantis incremento fidei. At tu omnium crudelitatum crudelissime, damno maiore in nos, & venia maiore desaus. Subrepsit nomine blandienti, occidis specie religionis, impietatem peragis. Christi fidem Christi

Excusatio de immo modestia.
Mar. 6.
2. Mach. 7.
Ibid.

mendax prædicator extinguis. Non relinquis saltem miseris excusationes, vt æterno iudici suo pœnas, & aliquas lanimatorum corporum præferant cicatrices, vt infirmitas defendat necessitatē. Sceleratissime mortaliū, omnia persecutionis mala ita temperas, vt excludas & in peccato veniam, & in confessione martyriū. Sed hæc ille pater tuus artifex humanarum mortium docuit, vincere sine contumacia, iugulare sine gladio, persequi sine infamia, odire sine suspicione, mentiri sine intelligentia, profiteri sine fide, blandiri sine bonitate, agere quod velis, nec manifestare que velis. Sed me ipse vnigenitus Deus, quem in me persequeris, adnuit, ne tibi crederem, neque me hoc fallax in te emittitumque nomen illuderet, dicens: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnū cœlorū: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, hic intrabit in regnū cœlorum. Agnoscis ne nunc diuinæ in te prophetiæ veritatem, & dominicæ sententiæ fidem, qua non professio nominis in cœleste regnū; sed obedientia paternæ voluntatis admittitur? At vide tu si præferens nomen Domini in verbis, voluntatem officias Dei patris in rebus. Clamat ille: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Et tu discernis non esse filiū, neque esse patrē, sed adoptionis nomina externas nuncupationes: & simulantem de se omnia Deum, nouus hodie religionis diuinæ persecutor inducis. Antehac patres tui in solū Christum hostes fuerunt. Tu autem ad patrem Deum certas, vt mandax sit, vt sefellerit, vt hoc de se professus sit quod non esset, quasi neq; possit. Clamat filius: Ego & pater vnum sumus. Et: Operibus meis credite, quia pater in me, & ego in patre. Et: Omnia quæ patris sunt, mea sunt: tu Christum obiurgas veritatis, tu patrem arguis professionis. Emendas Deū vitam moderaris corruptio, & nox lucē illuminas, & promulgas fidem infidelis, & pietatē inapius mentiris, & orbē prophana similitate committis: negās hoc de Deo, quod ipse, professus est. Sed præter hanc emendationem falsitatis, aliud me Dominus ad intelligendum te dictum docuit dicens: Attendite à pseudopropheta, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, ab intus autem sunt lupi rapaces, a fructu bus eorum cognoscetis eos. Est enim aliquid in corde quod dissimulatur in vultu, & velatū mente, & ouem putantes, lupum fenserunt. Si quæ ouium sunt, agnū, credantur & oues esse: si autem rapacia luporum oues peragunt, lupi esse per opus suum intelliguntur. Ex gestorum fructu, vestimentorū species arguitur. Vestem ouis tuæ lupe rapax cernimus. Auro reipub. sanctū Dei honoras, & vel detracta tēplis vel publicata edictis, vel exacta pœnis deo ingeris. Osculo sacerdotes excipis, quo & Christus est proditus: caput benedictioni summittis, vt fidem calces: cōuiuio dignaris, ex quo Iudas ad proditiōē egressus est: cœsum caput remittis, quē Christus ne scādalo esset, exoluit: vectigalia Cæsar donas, vt ad negationem Christianos inuites: quæ tua sunt relaxas, vt q; Dei sunt amittat. Hæc tua falsa ouis, indumēta sunt. At nunc fructus operū tuorū lupe rapax audi. Neque alia poti⁹ quā quæ gesta sunt in ecclesia refero, vt tyrannidē aliā præter quā Dei referrem. Non quia causam ignoro, sed tamen querela famosa est. Iustos à te episcopos non esse quos cōdamnare nullus audebat, etiam nunc in ecclesiasticis frontibus scriptos metallicæ damnationis titulo recenser. Adest mecum Alexandria tot concussa bellis, tantum commotarum expeditionum pauens tumultum. Breuius enim aduersum Persam,

Matth. 7.

Matth. 3. 17.

Ioan. 10. Ibid.

Matth. 7.

quā aduersum eam armis certatum est. Mutati præfecti, electi duces, corrupti populi, commotæ legiones ne ab Athanasio Christus prædicaretur. Taceo de minoribus populis & ciuitatibus, quibus per totum Orientem aut terror, aut bellū est. Postquā omnia contulisti arma aduersum fidem Occidentis, & exercitus tuos conuertisti in oues Christi: refugere mihi sub Nerone licuit. Aut tu Paulinū beatæ passionis virū blandimento sollicitatū relegasti, & ecclesiā sanctā Treuerorum tali sacerdote spoliasti. Edictis fidē terruisti, ipsum vsque ad mortē demutasti exiliis & fatigasti, extra Christianū quoque nomen relegasti: ne panem aut de horreo tuo sumeret, aut de Montanæ Maximillæque antro prophanatum expectaret. Mediolanensem pūissimā plebē, quam tu furere terroris tui turbasti, tribuni tui adierūt sancta sanctorū, & viā sibi omni populum credulitate pandentes, protraxerunt de altario sacerdotes. Leuius te putas scelereste, Iudæorum impietate peccasse? Effuderunt quidem illi Zacharię sanguinem, sed quantum in te est, concorporatos Christo à Christo discidisti. Veristi deinde vsque ad Romam bellum tuum, eripuisti illinc episcopum: & ô te miserum, qui nescio vtum maiore impietate relegaueris, quā remiseris: Quos tu deinde in ecclesiam Tolosanā exercuisti furorē clericis sustibus cæsi, diacones plumbo elisi: & in ipsum, vt sanctissimū mecum intelligunt, in ipsum Christum manus missæ. Hæc Constanti si ego metior, ouis es: si verò tu peragis, antichristus es. Nunc quia hæc quæ conscientia publica tenetur, non magis à te maledicta sunt quā vera, si cui in Christo reliqua spes est, si quis iudicij diem metuit, si quis diabolo renunciauit, si quis se regeneratum in vitam recordatur, accipiat quæ dico, & de his iudicet quo modo in te iudicandum est. Quæ enim dicturus sum, non aliunde cognoui, sed ipse audiui, & præfens affū cū gerebantur. In Christo itaque non mentior, quia discipulus veritatis assisto Orietalium in Seleucia synodo, vbi repperi tantum blasphemorum, quantum Constantio placebat. Nam post secessionem meam deprehendi: vt Christū Iesum centum & quinque episcopi δμοῦστων, id est, dissimilis essentia præfiterentur, & soli Aegyptij præter Alexandrinum hereticum δμοῦστων constantissime obtinerent. Cogente itaq; Leona comite, in vnum omnes cōgregati sunt ex his, qui δμοῦστων prædicabant. Aliqui eorum nonnulla piē verbis præferebant: quod & ex Deo esset, id est, de substantia Dei filius, & semper fuisset. Qui verò δμοῦστων defendebant, nihil nisi prophanissimū asserabant: negātes quicquā substantiæ Dei simile esse posse, neque de Deo posse existere generationem, sed esse Christum creaturam. Itaque quod creatus esset, id ei natiuitas deputaretur: Ex nihilo autē esse: & idcirco non esse filium, nec Deo similem. Loquor autē vobis, quod ego ipse recitari in cōuentu publicē audiui, quod prædicatū Antiochiæ exceptum habebatur. Hæc ergo ita dicta esse ab eo commemorantur. Erat De⁹, quod est. Pater non erat, quia neque ei filius: nā si filius, necesse est vt & fœmina sit, & colloquium sermonis, & punctio coniugalis verbū, & blādimen-tum, & postremum ad generandum naturalis machinula. O miseris aures meas, quæ tam festinē vocis sonum audierunt, hæc de deo ab homine dici, & de Christo in ecclesia prædicari. Post multas autem istiusmodi impietates, cū patrem & filium ex nominibus potius quā ex natura comparasset, ait: Quantum enim filius se extendit cognoscere patrem: ita pater

Trenori.

2. Tim. 3.

Ioan. 5.

pater superextendit se ne cognatus filio sit, quibus recitatis, tumultus exortus est. Cū autem intellexissent & hi qui dissimilem Deum dicunt, humanas aures tantæ impietatis verba suscepturas nō esse: rursus hi ipsi palatio potius quā ecclesiæ episcopi, fidem scribunt δμοῦστων & δμοῦστων; dissimilitudinem damnant. Quod cū contrarium ipsi sensui audientium esset: ipse ego quendam eorum, qui fortē ad me pertentandum accesserat, quasi ignorans rerum gestarum percunctatus sum, quid sibi veller istud, vt qui vnam substantiam filij esse cum patrē damnassent, vel esse similes substantiæ denegassent, dissimilitudinem damnant. Tunc mihi ait: Christum Deo similem non esse, sed similem patri esse. Rursus hoc obscurius mihi adhuc videbatur. De quo cū iterum interrogarem, tunc hæc ita locutus est: Dico eum dissimilem Deo esse, similem patri posse intelligi: quia pater voluisset creaturam istiusmodi creare, quæ similia sui veller, & idcirco similem patri esse, quæ voluntatis esset potius filius, quā diuinitatis. Dissimilem autem Deo esse: quia neque Deus esset, neque ex Deo, id est, de substantia Dei natus esset. Hæc audiens heui neque credidi, donec publice ex consensu omnium eorum prophanissime huius similitudinis ratio prædicaretur. Hi autem qui δμοῦστων prædicabāt, omnes qui maxime sine aliquo impietatis pudore impudentissime hæc loquebantur, condemnauerunt. Condemnati ad regē suum aduolauerunt, exceptique honorificē impietates suas quanta potuerunt ambitione confirmauerunt: similem Deo esse, vel ex Deo natum, vel naturalem esse filium denegantes. Pauci plurium damnati sunt. Constantius res blasphemias suæ, metu extorsit exilij: vicisse se iam orientales gloriatus, quia decem legatos voluntati suæ subdidisset. Comminatus & populo per præfectum, & episcopis intra palatium: per maximas orientis ciuitates hereticos episcopos subrogatos communionē hæretica munuit. Nihil proleus egit aliud, quā vt orbem terrarū pro quo Christus passus est, diabolo condonaret.

Virtus autem etiā nūc, vt in cæteris antē, artis suæ consuetudine, vt per recti speciem praua confirmet, & per rationis nomen insana cōstituat: Nolo, inquit, verba quæ non scripta sunt dici. Hoc tandem rogo quis episcopis iubeat? & quis apostolicæ prædicationis vetet formam? Dic prius, si rectē dici putas: Nolo aduersum noua venena, nouas medicamentorū comparationes, Nolo aduersum nouos hostes noua bella, Nolo aduersum nouas insidias consilia recentia. Si enim Arriani heretici idcirco δμοῦστων, hodie euitant, quia prius negauerunt: nonne tu hodie idcirco refugis, vt hi nunc quoque denegent? Nouitates vocum, sed prophanas deuitari iubet Apostolus. Tu curpias excludis? cum præsertim ab eo dictum sit: Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est. Innascibilem scriptum nusquam legis. Nunquid & hoc negandum erit, quia nouum est? Decernis similem patri filium. Euangelia non prædicant. Quid est quod non refugis hanc vocem? In noua nouitas eligitur, in alio submouetur. Vbi impietatis occasio patet, nouitas admittitur: vbi autem religionis maxima & sola cautela est, excluditur. Sed diabolici ingenij tui fallentem subtilitatem non tacebo. Similem (quod scriptum non est) patri filium decernis prædicari: vt æqualem Christum Deum quod est scriptū, taceas. Domini enim mortis hæc causa est: Propter hoc magis Iudæi querebant eū occidere, quia non solum soluebat sabbatū, sed quod

patrem suū dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Hoc Ioannes loquens magna voce proclamabat: vt professus filius sibi patrem Deum, professum se æqualem esse intelligatur. Quod si fortē dicis æqualitatem sibi & Deo negasse Christum, quia dixerat: Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: memento Christum & respōdisse de sabbato quod violasse arguebatur, vt in hoc ipso, patris in se operantis præferret autoritatem, & æqualitatem sibi virtutis honorisque sumpsisse, dicens: Omnia quæcunque pater facit, eadem & filius facit similiter. Et iterum: Vt honorificent filium, sicut honorificant patrē: Et qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Si virtus eadem est, si honor idem est, quæro in quo desit æqualitas? Sed similitudo tibi placet, ne audias: Ego & pater vnum sumus: nūquid & hoc quod vnum sumus, in quo neque vnio, neque diuersitas relinquebatur. Calumniantibus rursus Iudæis quod se per hoc dictū Deum faceret, Dominus denegauit, dicens: Si nō facio opera patris mei, nolite mihi credere, Sin autē facio, & nō vultis mihi credere, vel operibus meis credite, quia pater in me est, & ego in patre. Quid rogo æqualitati Dei deest? an opus? an natura? an professio? Nam pater in me est, & ego in patre, æqualitas est: quæ vicissitudinem æqualitatis expressit, dum inesse atque esse commune est: opera verò patris sui facere, non aliud est, quā virtutem in se paternæ diuinitatis operari, Vnū verò quod sunt, hoc est, non æqualitatem abnuere, sed incremento intelligentiæ, fidem æqualitatis instruere. Vetas igitur non scripta dici, & ipse tamen nō scriptis vteris, neque quæ sunt scripta loqueris. Similem vis patri filium prædicari, ne ab Apostolo audias: Qui cū in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed exinaniuit se formam serui accipiens. Non rapit quod erat Christus, id est, in forma Dei esse. Nō est æqualitas Dei in forma Dei esse, si non æqualitas hominis est esse in forma serui. Quod si in forma serui homo Christus est, quid aliud in forma Dei quā Christus Deus est? Similem itaq; ob id prædicari vis, ne in fide tua sit. Et omnis lingua cōfiteatur, quoniā Dominus Iesus in gloria est Dei patris. O fallax blandimentum tuū. Paleis enim aquas tegis, & foueas cespitibus occultas, & escis laqueos supponis. Satisfacere ignorantibus putas, quia dicis similem patri secundum scripturas. Audi etiam nunc impietatis tuæ artem. Nunquid non piē dicimus hominem similem Deo secundum scripturas, quia dictum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostrā? Homo ergo ad imaginē & similitudinē Dei patris & Dei filij est factus. Et cuiusmodi imago est, catholici si requirent docebuntur. Nunc autē homo ad similitudinē & imaginē Dei conditur, non etiam similitudo inter patrem & filium prædicatur. Id enim quod ait, nostram, æqualitatis est demonstratio, dum non differat, cuius in sacramento & imago sit & similitudo. De filio autē nusquā similitudinē reperies. Imaginē autē eum Dei esse Apostolus dicit, sed cum additamento fidei, ne imaginē conformationē sentires. Ait enim: Qui est imago Dei inuisibilis: vt imago inuisibilis Dei, etiam per id quod ipse inuisibilis est, inuisibilis Dei esset imago. Similitudinē verò cū imaginem ad Deū homini deputauit, ne veritatis proprietates existimaretur, cui ad imaginem similitudo esset adiuncta. Denique vbi ad significationem virtutis æquat, similitudo in filio demonstratur operandi: cū profectus verò intelligentiæ prædicatur,

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ioan. 10.

Ibidem.

Philip. 2.

Ibidem.

Genes. 1.

Colos. 1.

1041. 5.

tum ita dicit: Omnia quaecunque facit pater, eadem & filius facit similiter. Facere similiter, parum visum est: nisi eadem fierent, quae similiter fiebant. Arque ita similitudo & faciendi, pie demonstrata est in eorundem proprietate factorum. Est autem & similitudo in domino carnis peccati, sed illi non similitudo carnis est, sed similitudo carnis peccati est. Vt quod in forma hominis est, homo sit: quod autem in similitudine carnis peccati est, hominis sit similitudo, dum in hominis natura est & extra hominis peccatum est. Quam ergo callida religionis tuae professio est, simile secundum scripturas patri filium dicere, cum ad imaginem & similitudinem Dei homo tantum factus sit? Quid itaque verbis fallis? Quid arte eludis? Cur non aequalem Deo, hoc enim secundum scripturas, pie dicitis: Sed vereris ne aequalem dicens, inaccessibilem significes. Sed verum intellige, quod hinc aequalis Deo esse intellectus est, quia sibi proprium Deum professus est esse: & protestari patrem sibi proprium Deum esse, natiuitatis demonstratio est. Mihi quidem similitudo, ne vnigeni detur occasio, sancta est: sed tibi à me non concedenda est, quia aequalis eundem & similem postea fatebor pie. Similem autem patri, similem quoque & Deo, religiose predicabo. Similem vero ita, ut similitudini hoc dictum semper anteferam: Ego & pater vnum sumus. Tu autem his omnibus contradicis, quia similitudinem excusationi defendis. Negas filium per natiuitatem, negas Deum per naturam, negas similem per aequalitatem, negas verum per vnitatem. Et iam quaero, quid ei relinquo similitudinis, cui nihil ad quod filius est, proprietatis imperitas: hoc nunc à te Constanti requiro, in qua tandem fide, credas. Ego enim nunc fidem tuam ignoro per demutationis tuae tempora, quibus quisque in vnum blasphemiam suam barathrum descendens, per gradus praecipites currit. Namque post primam veram fidei synodice, congregato rursum Antiochia concilio, fide tibi renouas. Sed accidit tibi quod imperitis aedificatoribus, quibus sua semper displicent, accidere solet: ut semper destruas, quod aedificas. Ac ne me iniquum voluntatis tuae iudicem arguas, quid tibi in eadem Niceorum fide displiceat renuntiabo. Minime fallit illud quod tuum est: Patres generatum esse ex patre filium dixerunt, Deum de Deo, totum de toto, vnum de vno, perfectum à perfecto, regem de rege, inconuertibile diuinitatis essentia: quae, virtutis & gloriae incommutabilem imaginem. His quidem ego intra Niceam scripta à patribus fide fundat' maneo: quae non ego, sed tamen haec tu emendando rescindis, ac sine fidei meae damno tibi requiris perfidiae occasionem. Post synodum deinde Sardicensem, omnem rursum aduersum Photium Syrmium catholicam doctrinam tuam commoues curam. Sed tibi statim hoc quod vtraque fide continebatur, exhorret. Eos autem qui dicunt, de non extantibus esse filium Dei, vel ex alia substantia, & non ex Deo, & quod erat aliquando tempus aut seculum quando non erat, alienos nouit sancta & catholica ecclesia: tu his ipsis diuides, & aduersus tuos hostes rebellas: nouis vetera subuertis: noua ipsa rursum innovata emendatione rescindis: emendata autem iterum emendando condemnas. Suscipis etiam aduersum deliramenta Olij & incrementa Vrsatij ac Valentis, emendationum tuarum damnationes. Sed mox emendanda tua omnia esse, vel potius dananda constituis. Offenderis enim his paucis inimicissimis tibi verbis: Et si quis seniore tempore patrem dicat filio esse vnigenito, iuniorum autem filium patrem, anathema sit. Non calu-

1041. 10.

niatur de rescissis, de quibus magis post Niceam synodum institutis conuenerimur. Nam etiam si his omnibus nihil viciore subiucere affirmeretur, non tamen causa religiosae voluntatis inesset: quia mali meditatio est bonorum demutatio, & non necessaria emendatio peruersitatis occasio est. Taceo cur nostra apud Niceam à patribus gesta rescindis: non enim cum his tibi conuenit. Hoc tantum querar, cur tua danas? Fide enim vnam & vnum baptismum Apostolus praedicat. Iam quicquid apud te praeter fidem vna est, perfidia, non fides est. Nam qui fidem emendando condemnas, damnationem fidei esse constituis: dum apud te aboletur per alteram, quae per alteram rursum abolenda est. Cuius enim tu exinde episcopi manum innocentem reliquisti? Quam linguam non ad falsiloquium coegisti? Quod cor non ad damnationem anterioris sententiae demutasti? Damnae homouision decernis. Antiquitatis fidem & pietatis securitatem anathematizari, homocouision ab his ipsis à quibus vsurpatum est, constituiti: quod tamen nobis ad fidem vitiosum est, tamen rescindentes, fidei suae damnatio est. Damnas quoque & substantiae nomē, quo te & Sardicensem synodum & Syrmiensem esse occidentalibus mentibus: quod tamen prophetica autoritate susceperat, fidei intelligentiam continebat. Omne itaque quod probatum antea est, damnare iubeas: quod improbatum semper est, sanctificare compellis. O tu scelerate, quod ludibrium de ecclesia facis? Soli canes ad vomitum suum redeunt, tu sacerdotes Christi resorbere ea quae expuerant coegisti: probare eos id in confessionibus suis praecipis quod ante damnauerant: in negando reos suos absoluunt, & se ipsos reos reddunt. Omnia in impietatem & in reatum detrusisti: dum omnes reos se esse atque impios aut ex praesentibus statuunt, aut ex praeteritis confitentur. Non recipit mendacium veritas, nec patitur religio impietatem. Christianum te loqueris? sed quam non sis, ipse testaris. Nec confessioni tuae gesta conueniunt. Subtrauisti enim voluntati tuae, sed & violentiae. Madas tibi subscipiones Afrorum, quibus blasphemiam Vrsatij & Valentis condemnauerant, reddi: renitentibus comminaris, & postremum ad diripiendos mittis. Quid existimas, Christum non nisi per litteram iudicare, & ad arguendam voluntatem egere chartula Deum? Aut quod semel scriptum est, & per te violenter abreptum, id de conscientia posse diuinam potestatis aboleri? Sequuntur quidem te in cineres chartulae, sed criminorum apud Deum vident damnationes. Vnum tantum proficis, ut posteritas quid decernere in eos debeat, instructa sit timendo. Et o quantis ad impietatem proficis incrementis. Et caeteri quidem mortales semper cum viuus bella gesserunt, dum homini ad hominem ultra mortem nihil causae est: tibi vero inimicitarum nullus est finis. Receptos enim iam in aeternam quietem patres lacessis, & in decreta eorum peruersus irrumpis. Apostolus communicare nos sanctorum memorijs docuit: tu eas damnare coegisti. Estne aliquis hodie aut viuus, aut mortuus, cuius tu dicta non rescideris? Episcopatus ipsos qui nunc videntur, sustulisti: quia nemo non iam per se damnatus est, & eum à quo sacerdotium sumpsit, non iam & ipse damnauit. Cui nunc sanctorum memoriae communicabitur? Anathema tibi trecenti decem & octo conuenientes apud Niceam episcopi sunt, anathema deinde omnes qui varijs exinde expositionibus affuerunt. Ipse quoque pridem iam mortuus anathema tibi pater tuus est, cui Nicea synodus fuit cura: quam tu

falsis

falsis opinionibus infamam perturbas, & contra humanam diuinumque iudicium cum paucis satellitibus tuis prophanis impugnas. Sed non licet tibi nunc regno potenti etiam in posterum praedudicare. Extant enim litterae, quibus id quod tu criminolum putas, pie tunc esse susceptum docetur. Audi verborum sanctam intelligentiam. Audi ecclesiam imperturbatam constitutionem. Audi patris tui professam fidem. Audi humanam spei confidentem securitatem. Audi haereticam damnationis publicum sensum, & intellige te diuinam religionis hostem, & inimicum memoris sanctorum, & paternae pietatis haerem rebellem. Pater est, ex quo omne quod est, consistit: ipse in Christo, & per Christum origo omnium. Caeterum esse eius in se est: non aliunde quod est sumens, sed id quod est, ex se atque in se obtinens. Infinitus, quia non ipse in aliquo, sed intra eum omnia. Semper extra locum, quia non continetur in loco. Semper ante aeuum, quia tempus ab eo est. Curte sensu: si quid ei putas vitium esse, eum semper inuenies. Quia cum semper intendas, semper est quod intendas. Semper autem locum eius intendere, ita tibi est, ut ei esse semper sine fine est. Sermo in eo deficit, non natura claudetur. Iterum reuolue tempora, esse semper inuenies. Et cum numerus calculi in sermone defecerit, Deo tamen semper esse non deficit. Intelligentiam commoue, & totum mente complectere: nihil tenes. Totum hoc habet reliquum, reliquum autem hoc semper in toto est. Ergo neque totum est, cui reliquum est: neque reliquum est, cui est omne quod totum est. Reliquum enim, portio est: omne vero, quod totum est. Deus autem & vbique est, & totus vbique est. Ita religionem intelligentiae excedit, & extra quem nihil est, & cuius est semper ut semper sit. Haec veritas est sacramenti Dei, hoc imperpicabili naturae nomen in patre. Deus inuisibilis, ineffabilis, infinitus: ad quem & eloquendum sermo sileat, & ad intelligendum sensus hebeat, & ad complectendum intelligentia coarctetur. Volens itaque filius huius natiuitatis suae fidem facere, factorum suorum nobis posuit exempla, ut per inenarrabilem gestorum suorum efficientiam, de virtute natiuitatis inenarrabilis doceremur: cum aqua sit vinum, cum quinque panes saturatis quinque milibus virorum, excepto sexu & aetate reliqua, replent fragmentis copiosos duodecim. Res cernitur, & nescitur: sit, & non intelligitur: ratio non apprehenditur, ingeritur effectus. Stultum est autem calumniam in eo inquisitionis intendere, in quo comprehendere id vnde quaeritur per naturam suam non potest. Vt enim inenarrabilis est pater in eo quod ingenuus est, ita enarrari filius in eo quod vnigenitus est, non potest, quia ingenuus est imago qui genitus est. Tum enim sensu atque verbis imaginem apprehendamus necesse est, cum eum cuius imago est consequemur. Sed inuisibilia persequimur, & incomprehensibilia tentamus, quibus intelligentia ad conspicibiles res & corporeas coarctatur. Non erubescimus stultitiae, non nosmetipsos irreligiositatis arguimus, Dei arguimus, Dei arcana, Dei virtutibus calumniantes? quomodo filius, & vnde filius, & quo damno patris, vel ex qua sit portione natus inquirimus. Habueras in exemplo operationem, ut crederes Deum efficere posse, quorum intelligere efficientiam non possis. Quare quomodo secundum spiritum natus sit filius. Ego te de corporeis rebus interrogo. Non quaero quomodo natus ex virgine sit. An detrimentum sui caro perfectam ex se carnem generans perpeffa sit. Et certe non suscepit

quod edidit, sed caro carnem sine elementorum notrorum pudore prouexit, & perfectum ipsa de suis non imminuta generauit. Et quidem fas esset, non impossibile in Deo opinari, quod per virtutem eius possibile fuisse in homine cognoscimus. Sed te, quisquis es, inuestigabilia sectantem, & diuinorum secretorum atque virtutum grauem arbitrum cosulo: ut mihi imperito, & tantum de omnibus Deo, ut sunt ab eo dicta, credenti, rationem saltem facti istius afferas. Dominum audio: & quia his credo quae scripta sunt, scio iam post resurrectionem frequenter videndum se in corpore praebuisse, multis non creditibus. Credo Thomam non nisi contractis eius vulneribus credituro, sicut ait: Nisi videro in manibus eius figuram clauorum, & misero digitum meum in locum clauorum, & mitam manum meam in latus eius, non credam. Dominus se ad omnem intelligentiae nostrae imbecillitatem accommodat: & dubitationi infidelium satisfactorius, arcanum virtutis inuisibilis operatur. Facti rationes, quisquis eris caelestium rerum scrutator, expone. Erant discipuli inclusi, & secretum post passionem Domini coniuncti confederant. Dominus, Thomae fidem propositis conditionibus confirmaturus affisit, palpandi corporis & contrectandi vulneris obtulit facultatem. Et utique qui compunctus recognoscendus sit, necesse est ut corpus in quo est compunctus, attulerit. Quaero ergo per quas clausae domus partes sese corporeus intulerit. Diligenter enim Euangelista expressit dicens: Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum suorum. An constructa parietum penetrans, solidam lignorum naturam impenetrabilem transcurrit? Stetit namque corporeus, non simulatus aut fallax. Sequantur ergo oculi mentis tuae penetrantis ingressum, & cum eo clausam domum intelligentiae tuae visus introeat. Integra sunt omnia & obserata: sed ecce affisit medius, cuius per virtutem suam vniuersa sunt peruia. Inuisibilibus calumniaris, ego à te visibiliu exposto rationem. Nihil cedit ex solido, neque per naturam suam aliquid tanquam lapsu insensibili ligna & lapides admittunt. Corpus Domini à sese non deficit, ut sese resumat ex nihilo. Et vnde qui affisit in medio est? Cedit ad haec & sensus & sermo, & extra rationem humanam est veritas facti. Idcirco ergo vt de natiuitate fallimur, ita & de ingressu Domini mentiamur. Dicamus factum non fuisse, quia intelligentiam facti non apprehendimus: & cessante sensu nostro, facti ipsius cesset effectus. Sed mendacium nostrum facti fides vincit. Affisit Dominus clausa domo in medio discipulorum, & filius est natus ex patre. Noli negare quod steterit, quia per intelligentiae infirmitatem consistentis non consequaris introitum. Noli nescire quod ab ingenito & perfecto Deo patre vnigenitus perfectus filius Deus natus sit, quia sensum & sermonem humanam naturam, virtus generationis excedat: & omnia quidem insuper mundi opera adesse nobis in testimonium possent, ne ambigere de Dei rebus atque virtutibus fas crederemus. Sed in ipsam veritatem infidelitas nostra procurrit, & violenti in excidium Dei potestatis irrumpimus. Si liceret, & corpora & manus in caelum leuaremus, solem astraque caetera annui cursus suis limitibus perturbaremus, permisceremus decessus oceani & accessus, fluentia etiam fontium inhiberemus, & naturas fluminum refrenaremus, concuteremus fundamenta terrae, & toto in haec opera Dei parricidio desauiremus. Sed bene est quod nos intra hanc modestiae necessitatem natura corporum detinet.

1041. 20.

Ibid.

Certè nō fallimus, quid si liceret, effemus acturi: namque quia non possumus, prophana voluntatis audacia naturam veritatis conuellimus, & bellum dictis Dei comparamus. Cesset dolor querelarum: nam te quisquis es, qui hæc requiris, non reuoco in excelsum, non in amplitudinem tendo, non deduco in profundum. Nōne æquamiter ignorabis creatoris nauitatem, ignorans originem creaturæ? Hoc saltem requiro: Sentisne te genitum, & quæ ex te generentur intelligis? Non quæro, sensum vnde hauseris, vitam vnde fortitus sis, intelligentiam vnde adeptus sis, quale sit quod in te est, odor, sensus, visus, auditus. Certè nemo quod facit nescit. Quæro vnde ista his quos generas indulgeas, qualiter sensum inferas, oculos accendas, cor affigas. Hæc si potes, enarra. Habes ergo quod nescis, & tribus quæ non intelligis: æquamiter imperitus in tuis, insolenter in Dei rebus ignarus.

Hic liber videtur imperfectus, nec alter cum hoc coheret.

ADIVI HILARII PICTAVORVM EPISCOPI, AD CONSTANTIVM AVGVSTVM LIBER.

BENIGNIFICA natura tua, domine beatissime Auguste, cum benigna voluntate concordat. Et quoniam de fonte paternæ pietatis tuæ misericordia largiter profluit: quod rogamus, facile nos impetrare posse cōfidimus. Non solum verbis, sed etiam lachrymis deprecamur, ne diutius catholicæ ecclesiæ grauissimis iniurijs afficiantur: & intolerabiles sustineant persecutiones & contumelias, & quod est nefarium, à fratribus nostris. Prouideat & decernat clementia tua, vt omnes se vbi que iudices, quibus prouinciarū administrationes creditæ sunt, ad quos sola cura & sollicitudo publicorum negotiorum pertinere debet, à religiosa se obseruantia abstineant. Neque posthac præsumant atque vsurpent, & putent se causas cognoscere clericorum: & innocententes homines varijs afflictionibus, minis, violentia, terroribus frangere atque vexare. Intelligit singularis & admirabilis sapientia tua, non decere, non oportere cogi & compelli inuitos & repugnant: vt se his subiciant & addicant vi oppressi, qui non cessant adulterinæ doctrinæ corrupta semina spargere. Idcirco laboratis, & salutaribus consilijs rempublicæ regitis, excubatis etiam & vigilatis: vt omnes quibus imperatis, dulcissima libertate potiantur. Non alia ratione quæ turbata sunt cōponi, quæ diuulsa sunt coacerari possunt: nisi vnusquisque nulla seruitutis necessitate astrictus, integrum habeat viuendi arbitriū. Certè voces exclamantium, à tua mansuetudine exaudiri decet, Catholicus sum, nolo esse hæreticus: Christianus sum, non Arrianus: & melius est mihi in hoc seculo mori, quàm alicuius priuati potentia dominante castam veritatis virginitatem corrumpere. Æquūque debet videri sanctitati tuæ, gloriosissime Auguste, vt qui timent Dominum Deum & diuinum iudicium, non polluantur aut cōtaminentur execrādis blasphemijs: sed habeant potestatem, vt eos sequantur episcopos & præpositos, qui & inuiolata conseruant fœdera charitatis, & cupiunt perpetuam & synceram habere pacem. Nec fieri potest, nec ratio patitur, vt repugnantia congruant, dissimilia conglutinentur, vera & falsā miscantur, lux & tenebræ confundantur, die,

Iudices seculares ne cognoscant causas clericorum.

quoque & nox habeant aliquam conjunctionem. Si igitur (quod sine dubitatione, & speramus & credimus) hæc permouent non insitam, sed ingentiam tuā bonitatem; præcipe vt non studium, non gratiam, non fauorem, locorum rectores grauissimis hæreticis præstent. Permittat lenitas tua populis, vt quos voluerint, quos putauerint, quos elegerint, audiant docentes, & diuina mysteriorum solēnia concelebrent, & pro incolumitate & beatitudine tua offerant preces. Non quisquam peruersus aut inuidus maligna loquatur. Nulla quidem suspitio erit non modo seditionis, sed nec asperæ murmurationis. Quæta sunt omnia, & verucunda. At nunc qui Arriana & pestifera contagione inquinati sunt, non cessant ore impio, & sacrilego animo Euangeliorum sinceritatem corrumpere, & rectam Apostolorū regulam deprauare. Diuinos prophetas non intelligunt. Callidi & astuti artificio quodam vtuntur, in clusam perniciosam, corruptelam exquistorum verborum velamine contegunt. Nō prius venenatum virus infundunt, quàm simplices & innocententes sub prætextu nominis Christiani raptos atque irretitos inuoluant: ne soli pereant, sed participes horrendi criminis sui reos faciant. Et hoc obsecramus pietatem tuam, vt eos qui adhuc egregij videlicet sacerdotes, qui tanti nominis præpollent dignitate, aut in exilio, aut in desertis locis tenentur, iubeas ad sedes suas remeare: vt vbi que grata libertas sit, & iucunda lætitia. Quis non videt, quis non intelligit, post quadringētos ferè annos, postquam Dei vnigenitus filius humano generi pereuntes subuenire dignatus est, quasi antè non Apostoli, non post eorum martyria & excessus fuerint Christiani. Nouella nunc & teterrima lues, non corrupti aëris, sed execrandorū blasphemorum Arriana effusa est: ista illi qui antè crediderūt, inanem spem immortalitatis habuerunt. Nuper didicimus, commenta hæc fuisse inuenta & à duobus Eusebjijs & à Narcisso & Theodoro & ab Stephano & Achaico & Menophanto, & imperitis atque improbis duobus adolescentibus Vrsatio & Valente, quorum epistolæ proferuntur, & idoneis testibus etiamnum conuincuntur, qui eos magis oblatrantes quàm disputantes audierint, quibusque cōmunionē suam imprudenter & incautè commiserunt, quia fient socij scelerum, participes criminum, necesse est etiam eos qui in hoc seculo abiecti sunt & abdicati, cum aduenit dies iudicij, pati supplicia sempiterna. Iam nemini dubium est, cuiuscemodi curam in absolutione Athanasij, sancti illi viri receperint: vt post synodi sententias, quas pro sacerdotali iudicij reuerentia, fas fuerat sacerdotali vel ecclesiastica continentia contineri, scribi ad regem, legationemque instrui oportuerit. Sed quid aliud his literis quàm libertatem fidei & contagionem Arriani nominis deprecantur, orantque vincula, carcères, tribunalia, & omne illud ferale habitum, nouas etiam in reos quæstiones inhiberi? Deus cognitionem sui docuit potius quàm exegit: & operationum celestium admiratione præceptis suis concilians auctoritatem, coactam consistendi se aspernatus est voluntatem. Si ad fidem veram istiusmodi vis adhiberetur, episcopalis doctrina obuiam pergeret, diceretque: Deus vniuersitatis est, obsequio non eget necessario, non requirit coactam confessionem. Non fallendus est, sed promerendus. Nostra potius, nō sua causa venerandus est. Non possum nisi volentem recipere, nisi orantem audire, nisi profitentem signare. Simplicitate quærendus est, cōfessione discendus est, caritate

DIVI HILARII PICTAVORVM EPISCOPI, AD CONSTANTIVM AVGVSTVM LIBER, QVEM CONSTANTINO IPSE TRADIDIT.



Non sum nescius pessime Imperator, ea quæ de nonnullis negocijs ad conscientiam publicæ audientiam proferantur, pro dignitate eorum qui eloquantur, vel graua existimari solere, vel leuia: dum distantibus opinionibus, ambiguum sententiam ad studium intelligentiæ promouet hominis cōtemptus aut gratia. Sed mihi apud te de diuina re pã dicturo, nullas vulgatæ consuetudinis metus est: quia cum sis bonus ac religiosus, nec vicium iudicij apud prudentes religionum, quid à quo audiat, sed an quæ audiat sint religiosa, diiudicet. Et quia mihi à Deo de præsentia tua opportunitas præstita est, nec erga hæc quidem conscientiam meam cessauit officium: vt in eum quem apud te habeo de religione sermonem, indignitas fortè aliqua tecum loquentis offendat. Episcopos ego sum in omnium Gallicarum ecclesiarum atq; episcoporum cōmunionē, licet in exilio permanens, & ecclesiæ adhuc per presbyteros meos cōmunionem distribuens. Exulo autem non crimine, sed factione: & falsis nuncijs synodi apud te imperatorem pium, non ob aliquam criminum meorum conscientiam per impios homines delatus. Nec leuem habeo querelam meam testem, Dominum meum religiosum Cæsarem tuum Iulianum: qui plus in exilio meo à malis contumelijs, quàm ego iniurijs pertulit. In promptu enim sunt pietatis vestræ literæ: falsa autem eorū omnia, qui in exilium meum procurauere, non in obscuro sunt. Ipse quoque vel minister, vel autor gestorum omnium intra hanc urbem est. Circuuentum te Augustum, illumque Cæsarem tuum, ea confidens conscientiam meam conditione, patefaciam: vt si indignum aliquid nō modo episcopi sanctitate, sed etiam laici integritate gessisse docear, non iam sacerdotium per veniam expectem, sed intra poenitentiam laici cōsensescam. Hæc autem dignantissime imperator, arbitrio tuo derelinquo, quatenus & quomodo me iubes loqui, & ea quæ maxime tecum in tempore hoc agenda sunt, proferar. Dabis quid id in præfens instructionis ad causam: vt præsentem eum, cuius ministerio exulo, vsque ad confessionem falsorum quæ gessit, adducam. Sed nihil de eo, nisi cum iusseris loquar. Nunc autem quia metus est de mundi periculo, de silentij mei reatu, de iudicio Dei: cur autem est desperandū de vita, de immortalitate non tam mea quàm tua, vniuersorumque? Quæ quia mihi cum plurimis communis est, hæc à me communis spei expectatio est. Recognosce fidem quam olim, optime ac religiosissime imperator, ab episcopis optas audire, & non audis. Dum enim à quibus ea requiritur, sua scribunt, & non quæ Dei sunt prædicant: orbem æternum erroris, & redeuntis in se semper certaminis circumtulerūt. Oportuerat enim humanæ infirmitatis modestia omne cognitionis diuinæ sacramentum illis tantum conscientiam suam finibus contineri, quibus credidit: neque post confessam & iuratum in baptisimo fidem in nomine patris, & filij, & spiritus sancti quicquam aliud vel ambigere, vel innouare. Sed quorūdam aut præsumptio aut facilitas, aut error,

caritate amandus est, timore venerandus est, voluntatis probitate retinendus est. At verò quid istud quod sacerdotes timere Deum vinculis coguntur, poenis iubentur? Sacerdotes carceribus continentur, plebs in custodiam catenati ordinis restricta disponitur, virgines nudantur ad poenam: sacrata Deo corpora publico exposita cōspectui, ad fructū spectaculi & quæstionis aptantur. Cogunt, nempe non vt Christiani omnes sint, sed vt Arriani: & confessam in Deo fidem ad cōfortium piaculi sui sceleris compellunt. Auctoritate etiam nominis sui, in errorem imperatorē transducunt: rectum affirmantes, vt sub specie timoris Dei, in hac peruersitate subditos sibi tradant. Quæstiones postulant, iudiciorum subsidia desiderant, auctoritatem regiam implorant: & nec si peruersitatem sceleris sui erubescunt, extorquere conueniant plebium, nec cogi de iure poterūt. Hæc si de veteribus cartulis prolata ætatis nostræ tempus instruerent, ambigendum, vt opinor, tantis de rebus fuisset, & cum ab alijs quibusque pronunciarī posceretur reus, quæreret in fidem literarum, in iudicium vitam, in accusatorum fidem, in ipsius quoque hominis mores atque actus. Moueret enim absolutionem eius Arrianorum iuncta damnatio, magnique periculi esset iudicium simul cū reatus & innocentie non suscepta rursus inquisitione dissoluere, totaque in patrocinium suum cum fidei doctrina auctoritas sibi antiquitatis assisteret. At cum ipsi qui tunc Arriani hæretici damnati sunt, rem exagitant, turbent omnia, omnesque ex potestate & ambitione corrumpant, & Athanasius si fuit, esse adhuc reus potest: testes loquantur, videant iudices, fidei doctrina præceptis Euangelicis atq; apostolicis eluceat. Quæ obtusio intelligentiæ est? quæ cordis hebetudo? quæ obliuio spei? quæ mors scelerum? quod odiū veritatis? in damnatorum fauorem, Dei amorem transducunt. Venio nunc ad id quod recens gestum est, in quo se etiam professio sceleris in secreto artis suæ designata est continere. Eusebius Vercellensis episcopus, vir est omni vita Deo seruicis. Hic post Arelatensem synodum cum Paulinus episcopus tantis istorum sceleribus contraxisset, venire Mediolanum præcipitur, collecta iam illic malignantium synagoga: decem diebus ad ecclesiam est vetitus accedere, dum aduersus tam sanctum virum malicia se peruersa consummit. Soporatis deinde consilijs omnibus, vbi libitum est, aduocatur. Adest vnā cum Romanis clericis, & Lucifero Sardinia episcopo. Conuentus vt in Athanasium subscriberet, ait de sacerdotali fide prius oportere cōfiteri: comperitos sibi quosdam ex his qui adessent, hæretica labe pollutos. Expositam fidem apud Nicæam, cuius superius meminimus, posuit in medio: spondens omnia se quæ postularent, esse facturum, si pro fidei professione scripsissent. Dionysius Mediolanensis episcopus chartam primus accepit: vbi profiteri scribendo cœpit, Valens calamū & chartā è manibus eius violenter extorsit: clamans non posse fieri, vt aliquid inde gereretur. Res post: clamorem multum deducta in conscientiam plebis est: grauis omnium dolor ortus est, impugnata est à sacerdotibus fides: Verentes igitur illi populi iudicium, è Dominico ad palatium transeunt. Cuiusmodi sententiam in Eusebium longe antequam ecclesiam ingrederetur, scripsissent: de se loquitur ipsa sententia.

Et hic liber videtur imperfectus.

apostolicæ doctrinæ indemutabilem constitutionem partim fraudulenter cõfessa est, partim audacter egrediamur in confessione patris, & filij, & spiritus sancti, veritate naturalis significationis eludit, ne id maneret in sensu, quod in regenerationis sacramento est confitendum. Ob hoc penes quorundam conscientiam nec pater pater, nec filius filius, nec spiritus sanctus spiritus sanctus est. Sub cuius necessitatis tanquam improbabili occasione, scribendæ atque innouandæ fidei exinde vsus inoleuit. Qui postquam noua potius cœpit condere, quàm accepta retinere, nec veterata defendit, nec innouata firmavit, & facta est fides temporum potius quàm euangeliorum: dum & secundum annos scribitur, & secundum confessionem baptismi non tenetur. Periculosum nobis admodum, atque etiam miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas esse, quot mores: & tot causas blasphemiarum pullulare, quot vitia sunt: dum aut ita fides scribuntur, vt volumus, aut ita vt volumus, intelliguntur. Et cum secundum vnum Deum & vnū Dominum, & vnum baptismum, etiam fides vna sit, excidimus ab ea fide quæ sola est: & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse, ne vlla sit. Conscij enim nobis inuicem sumus, post Niceni conuentus synodum, nihil aliud quàm fidem scribi. Dum in verbis pugna est, dum de nouitatibus quæstio est, dum de ambiguis occasio est, dum de autoribus querela est, dum de studijs certamē est, dum in cõsensu difficultas est, dum alter alteri anathema esse cœpit: propè iam nemo Christi est. Incerto enim doctrinarum vento vagamur, & aut dum docemus, perturbamus: aut dum docemur, erramus. Iam verò proximi anni fides, quid iam de immutatione in se habet? Primum quæ homouision decernit taceri: sequens rursum, quæ homouision decernit & prædicat. Tertium deinceps, quæ vsiam simpliciter à patribus presumptam, per indulgentiam excusat. Postremū quartū, quæ non excusat, sed condemnat. Et quò tandem processum est: vt neque penes nos, neque penes quenquam ante nos sanctum exinde aliquid atque inuolabile perseueret. De similitudine autem Dei filij ad Deum patrem, quod miserabilis nostri temporis fides est, ne non aut ex toto, aut tantum ex portione sit similis: egregij scilicet arbitri, cœlestium sacramentorum conquisitores, inuisibilium mysteriorum professionibus de fide Dei calumniatur, annuas atque mensuras de Deo fides decernimus, decretis pœnitemus, defendimus, defensas anathematizamus, aut in nostris aliena, aut in alienis nostra damnamus, & mordentes inuicem, iam absumpti sumus ab inuicem. Fides deinde quæritur, quasi fides nulla sit: fides scribenda est, quasi in corde non sit. Regenerati per fidem nunc ad fidem docemur: quasi regeneratio illa sine fide sit. Christum post baptismum discimus, quasi baptismum aliquid esse possit sine Christi fide: emendamus, quasi in spiritum sanctum peccasse sit venia. Sed impietatis ipsius hinc vel præcipue causa perpetua est, quòd fidem apostolicam septuplo proferentes, ipsi tamen fidem euangelicam volumus confiteri: dum impietates nostras nobis in populis multiloquis defendimus, & magniloquentiæ vanitate aures simplicium verbis fallentibus illudimus, dum euitamus de Domino Christo ea credere, quæ de se docuit credenda, & per speciosum pacis nomen in vnitatē perfidiæ subrepiamus, & sub reiiciendis nouitatibus rursum ipsi nouis ad Deum vocibus rebellamus, & sub scripturarum vocabulo non scripta mentimur, vagi, prodigi, impij, dum

& manentia demutamur, & accepta perdimus, & irreligiosa præsumimus. Quod hyeme vndoso mari obseruari à nauigantibus maximè tutum est, vt naufragio defæuiente, in portum ex quo soluerant, reuertantur: vel incautis adolescentibus conuenit, vt cum in tuenda domo sua mores paternæ obseruantia transgressi, profusa libertate sua vsi sunt, iam sub ipso amittendi patrimonij metu solus illis ad paternam cõsuetudinem necessarius & tutus recursus sit: ita inter hæc fidei naufragia cœlestis patrimonij iam penè profligata hæreditate, tutissimum nobis est, primam & solam euangelicam fidem confessam in baptisate, intellectamque retinere, nec demutare quod solum acceptū atque auditum habeo bene credere: non vt ea quæ synodo patrum nostrorum continentur, tanquam irreligiose & impiè scripta damnanda sint, sed quia per temeritatem humanam vsurpantur ad contradictionē, quod ob hoc sub nomine nouitatis euangelium negaretur impericulose, tanquam sub emendatione innouetur.

Quod emendatum est, semper proficit, vt dum omnis emendatio displicet, emendationem omnē emendatio cõsequuta cõdēnet: ac si iam, quicquid illud est, non emendatio aliqua sit emendationis, sed cœperit esse damnatio. In quantum ego nunc beatæ religiosæque voluntatis verè te Domine Constanti imperator admiror, fidem tantum secundum ea quæ scripta sunt, desiderantē: & meritò planè ad illa ipsa vnigeniti Dei eloquia festinans, vt imperatoriæ sollicitudinis capax pectus etiam diuinorum dictorum conscientia plenū sit. Hoc qui repudiat, antichristus est: & qui simulat, anathema est. Sed vnum hoc ego per hanc dignationis tuæ synceram audientiam rogo: vt præsentē synodo quæ nunc de fide litigat, paucis me de scripturis euangelicis digneris audire, & loquar tecum de verbis Domini mei Iesu Christi, cuius vel exul sum, vel sacerdos. Habent enim vasa testea non ignobiles thesauros, & infirmiora corporum magis reuerenda sunt: & apud nos modo Dei indocti piscatores locuti sunt. Super humilem & tremementem verba sua, secundum proprietatem, Deus respicit. Fidem Imperator quæris, audi eam non de nouis chartulis, sed de Dei libris: scito eam posse etiam in occidente donari, vnde venientes in regno Dei, cum Abraham, & Isaac, & Iacob recumbent. Memento eam non in quæstione philosophiæ esse, sed in euangelij doctrina. Non tam mihi rogo audientiam, quàm tibi, atque ecclesijs Dei. Ego enim penes me habeo fidē, exteriore non egeo. Quod accepi, teneo: nec demuto quod Dei est. Sed memento tamen, neminem hæreticorum esse, qui se nunc nõ secundum scripturas prædicare ea quibus blasphematur, mentiatur. Hinc enim Marcellus, verbum Dei cum legit, nescit: hinc Photinus, hominem Iesum Christum cum loquitur, ignorat: hinc & Sabellius, dum quòd ego & pater vnum sumus, non intelligit, sine Deo patre & sine Deo filio est: hinc & Montanus per insanas fœminas suas paraclitum alium defendit: hinc & Manichæus & Marcion legem odit, quia litera occidit, & mundi princeps diabolus est. Omnes scripturas sine sensu loquuntur, fidem sine fide prætendunt. Scripturæ enim non in legendo sunt, sed in intelligendo: neque in præuaricatione sunt, sed in caritate. Audi, rogo, ea quæ de Christo sunt scripta, ne sub eis ea quæ nõ scripta sunt prædicetur. Summite ad ea quæ de libris locuturus sum, aures tuas: fidem tuam ad Deum erigas. Audi quod proficit ad fidem, ad vnitatem ad æternitatem.

tatem. Locuturus sum tecum cum honore regni & fidei tuæ, omnia ad orientis & occidentis pacem profutura: sub publica conscientia, sub synodo dissidentium, sub lite famosa. Præmitto interim pignus futuri apud te sermonis mei. Non aliqua ad scandalum, neque quæ extra euangelium sunt, defendam: sed intelliges à me in sacramento solius Dei veri & quem misit Iesum Christum prædicari vnum Deum patrem, ex quo omnia: & vnum Dominum Iesum Christum, per quem omnia, statim ex Deo, qui est ante tempora æterna, & erat in principio apud Deum Deus verbum, qui est imago Dei inuisibilis, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: qui cum in forma Dei esset, humilitas se salutis nostræ causa, formam serui ex conceptu spiritus sancti de virgine accepit, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: & post resurrectionem mortis deinde in cœlestibus sedens, adierit iudex viuorum & mortuorum, & rex omnium æternorum seculorum. Est enim vnigenitus Deus, & Deus verus, & Deus magnus, super omnia Deus: & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Iesus Christus in gloria Dei patris est. Hęc ego in spiritu sancto, ita credidi, vt ultra hanc de Domino Iesu Christo fidem non possem doceri: non per hæc adimēs patrum fidei religionem, sed secundū regenerationis meæ symbolum, & doctrinæ euangelicæ scientiam, ab ea iuxta ista non dissonans.

Et hic liber videtur minutus.

ADI VI HILARII PICTAVONIS Episcopi, contra Arianos, vel Arianorum Mediolanensem, liber.

Dilectissimis fratribus in fide paterna manentibus, & Arianam heresim detestantibus episcopis, & omnibus plebibus, Hilarium conseruus vester salutem.

SPECIOSVM quidem nomen est pacis, & pulchra est opinio vnitatis: sed quis ambigat eam solam Ecclesiæ atque Euangeliorum vnitatem pacem esse, quæ Christi est? Quam ad Apostolos post passionis suæ gloriam est locutus, quam ad æterni mandati sui pignus commendauit abiturus: hæc nos fratres dilectissimi, & amissam querere, & turbatam componere, & repertam tenere curauimus. Sed huius ipsius fieri nos vel participes vel autores, nec temporis nostri peccata meruerunt, nec imminenti antichristi præuij ministrique sunt passi: qui pace sua, id est, impietatis suæ vnitatem se iactant, agentes se non vt Christi episcopos, sed antichristi sacerdotes. Ac ne maledicis verborum in eos vti conuicijs arguamur, causam perditionis publicæ, ne cuiquæ ignorata sit, non tacemus. Antichristos plures esse, etiam apostolo Ioanne prædicatē, cognouimus. Quisquis enim Christum, qualis ab apostolis est prædicatus, negauit, antichristus est. Nominis antichristi proprietates est, Christo esse contrarium. Hoc nunc sub opinione falsæ pietatis efficitur, hoc sub specie prædicationis euangelicæ laboratur: vt Dominus Iesus Christus, dum prædicari creditur, denegetur. Ac primum misereri licet nostræ ætatis laborem & presentium temporum stultas opiniones congemiscere: quibus patrocinarī Deo humana creduntur, & ad tuendam Christi ecclesiam ambitione seculari laboratur. Oro vos episcopi, qui hoc vos esse creditis: quibus nam

suffragiis ad prædicandum euangelium apostoli vfi sunt? Quibus adiuti potestibus Christum prædicauerunt, gentesque ferè omnes ex idolis ad Deum transtulerunt? An ne aliquam sibi assumebant e palatio dignitatem: hymnum Deo in carcere, inter catenas, & post flagella cantantes? Edictisque regis Paulus cum in theatro spectaculum ipse esset, Christo ecclesiam congregabat? Nerone se, credo, aut Vespasiano, aut Decio patrocinantibus tuebatur: quorum in nos odiis confessio diuinæ prædicationis effloruit. Illi manu atque opere se alentes, intra cœnacula secretaque coeuntes, vicos & castella gentesque ferè omnes terra ac mari contra senatusconsulta & regum edicta peragrantes: clauas credo regni cœlorum non habebant? Aut non manifesta se tum Dei virtus contra odia humana porrexit: cum tanto magis Christus prædicaretur, quanto magis prædicari inhiberetur? At nunc, proh dolor, diuinam fidem suffragia terrena commendant: inopique virtutis suæ Christus, dum ambitio nomini suo conciliatur, arguitur.

Terret exiliis & carceribus ecclesia, credique sibi cogit, quæ exiliis & carceribus est credita: pendet à dignatione communicantium, quæ persequentium est consecrata terrore: fugat sacerdotes, quæ fugatis est sacerdotibus propagata: diligi se gloriatur à mundo, quæ Christi esse non potuit, nisi eam mundus odisset. Hęc de comparatione traditæ nobis olim ecclesiæ, nunc quàm deperditæ, res ipsa quæ in oculis omnium est atque ore, clamauit.

Quid autem illud sit quod ignorandum ultra non sit, breuiter exponam. Secundum placitam Deo plenitudinem coartata sunt tempora. Incircumscripta enim ratio eorum cœlestibus libris docetur: ac necesse est in ipsam nos ætatem antichristi incidisse, cuius secundum Apostolum ministris in lucis se angelum transformantibus, ab omnibus ferè sensu & conscientia is qui est Christus aboletur.

Vt enim erroris affirmatio certa sit, incerta verò opinio antefertur: sitque antichristo iam peruium, Christum eum esse se fallere, de quo nunc vsque diffusum sit. Hinc illæ variæ opiniones, hinc sub vniuersi Christi fide prædicatio plurimorum, hinc Arii spiritus nuper ex angelo diaboli in lucis angelum transfuratus: cuius hæreditas nominis ad Valentem, Vrsatium, Auxentium, Germinium, Caium, successioque defluxit. Nam ipsi nunc Christum nouum, per quem antichristus subreperet, intulerunt. Volunt enim hunc suum Christum non eius diuinitatis esse, cuius & pater est: sed esse eum præstantem cæteris aliis creaturis creaturam, eumque per voluntatem Dei ex nihilo sublitisse, & eum ante omnia quidem secula, & ante omne omnino tempus natum ex Deo Deum esse, sed non ex substantia Dei esse, neque diuinæ in eo natiuitatis maiestatisque eius, quæ Dei est, intelligendam veritatem, ne quàm verus sit Deus qui pater est, tam verus sit Deus qui filius est: vt id quod vnum esse filius & pater in euangelij prædicantur, in voluntatis tantū sit & charitatis societate, non in diuinitatis veritate. Quæ si in filio nõ eadem est ipsa illa quæ Dei est, vt in confessione fidei Deus vnus sit: cur Deum filium, cur ante tempora & secula consistentur: nisi quia Dei nomen sancto cuique per indulgentiam est destinatum, & regenerati omnes verè Dei filij sunt, & angeli omnes per Christum vtique conditi, non ante omnia omnino secula sunt creati? Verum antichristum arbitror minori inuidia introducendum.

dum, miserisque credendum. Tribuunt Christo Dei nomen, quia hoc & hominibus sit tributum. Faten- tur Dei verè filium, quia sacramento baptismi verè Dei filius vnusquisque perficitur. Ante tempora & secula confitentur, quod de angelis atque diabolo est non negandum. Ita Domino Christo sola illa tri- buuntur, quæ sunt vel angelorum propria, vel no- stra. Cæterum quod Deo Christo legitimum & ve- rum est, Christus Deus verus, id est, eadem esse filij quæ patris diuinitas, denegatur. Et huius quidem vs- que adhuc impietatis occasio per fraudem perficitur, vt iam sub antichristi sacerdotibus Christi populus non occidat, dum hoc putant illi fidei esse, quod ve- ris est. Audiunt Deum Christum, putant esse quod dicitur. Audiunt filium Dei, putant in Dei natiuitate inesse Dei veritatem. Audiunt ante tempora, putant idipsum ante tempora esse, quod semper est. Sanctio- res aures plebis, quàm corda sunt sacerdotum. Si Deū verum Ariani prædicant, Christum Deum sine frau- de confessi sunt: quod si Deum dicunt & negant ve- rum, tribuunt nomen, adimunt veritatem.

Quamquam igitur impiissimis eorum blasphemis plenæ omnes ecclesiarum chartæ, pleneque iam libri sint: quid proximè tamen acciderit, non tacendum est. Cum edicto graui sanctus rex perturbari eccle- siam Mediolanensem, quæ Deum verum Christum, & vnus cum patre diuinitatis & substantiæ confite- tur sub vnitatis specie & voluntate iussisset: etiam importuna interpellatione suggesti, Auxentium blas- phemum esse, & omnino hostem Christi habendum, atque adieci, eum aliter credere quàm rex ipse, aut alij omnes haberent. Quibus rebus permotus, au- diri nos à quæstore & magistro præcepit, confiden- tibus vna nobiscum episcopis ferè decem: primum- que, vt in foro solet, de persona calumniatus est, damnatum quondam me à Saturnino, audiri vt epis- copum non oportere. Non est nunc temporis, quid ad hæc responsum sit, enarrare: sed qui tum audie- bant, de fide potius, vt regi placuerat, agendum esse decernunt. Cumque iam in arcto esset negandi periculo: credere se Auxentium Christum Deum ve- rum, & vnus cum Deo patre diuinitatis & substantiæ est professus. Placuit igitur hoc scribi, & ne memo- riis audientium quæ dicta essent, elaberentur, quid- nudo libellum regi per quæstorem offero, quo quid conuenisset, contineretur: & ne quid mentiri ar- guar, eiusdem exempla subieci. Placet omnibus Au- xentium hæc ipsa profiteri frequenter, qui vt ipse scri- beret, est coactus. Qui diu consilia sua versans, calli- dissimè fidem regis eludit: dat scripturam stylo anti- christi compositam. Nam primum ea quæ Nicææ Thraciæ omnium impietas ex se soluisset, sancta esse testatur: vim scilicet illatam episcopis, fidem esse verè confessionis affirmans. Negat quoque se scire Arium: cum in Alexandria in Ariana ecclesia, cui Gregorius præerat, præbyter esse cœpisset. Sed de Ariminensi synodo, quæ ab omnibus est religiose dissoluta, nihil dicamus: tantum diaboli commenta pandenda sunt. Cum placuisset igitur scribi Deum verum esse Chri- stum, & vnus cum patre diuinitatis esse atque substā- tiæ: ponitur talis ab eo, vt à callidissimo diabolo, sen- tentia, quæ significaret Christum ante omnia tempo- ra natum Deum verum filium: vt secundum Arianos veritas ad filium, non ad Deum referretur. Et vt lon- gè maior differentia huius significationis existeret, subiicitur: Ex vero Deo patre: vt in patre Dei veritas

esse, in Christo veritas tantum filij scriberetur. De- hinc procedente sermone, vnà ab Auxentio diuini- tas prædicatur, & in eā non confitetur & filium: vt in solo patre, non etiam in filio esset sola vna diuinitas. Spargitur verò per populos, Auxentium verum Deū Christum, & vnus cum patre diuinitatis ac substā- tiæ scripsisse, neque ab expositæ per me fidei dissidere sententia, postque ad communionem eius rex pro fi- dei sinceritate aduenit.

Sed cum hoc mysterium impietatis diu occulta- tum iam non taceretur, diceremque fingi omnia, fi- dem negari, Deum atque homines illudi, iubeor de Mediolano proficisci, cum consistendi mihi in ea in- uito rege esset nulla libertas. Hæc igitur fratres, qui- bus Dei iudicium in metu est, ita gesta esse significo. Auxentius quod negare timuit, noluit confiteri: nam expositionis ipsius exemplar subieci. Si idem scripsit, arguite fallentem: si verò aliud scripsit quàm profes- sus est, intelligite iam Christum per eum alium, id est, antichristum prædicari. Lusit quidem ille verbis, quibus possit fallere electos, sed patet impietatis tantæ confessio. Negat se duos deos prædicare, quia nō duo patres sunt. Quis secundum hæc non videt vnus Dei confessionem idcirco tantum patri propriam esse, quia solus esset? Vnde & ille satanæ stylyus extitit: Noui vnum solum verum Deum patrem. Et post maleuolas significationes. Similem, inquit, secundum scripturas filium genitori suo patri. Si vsquam in sanctis volu- minibus hoc scriptum est, habet innocentiæ profes- sionem. Si veritatem diuinitatis pater & filius vnum sunt, quid similitudinis imperfecta opinio antefertur? Imago quidem Dei Christus est: sed & hominem imaginem Dei esse non dubium est, cum ad imagi- nem & similitudinem Dei Adam factus sit. Quid tu hæres Arii, Christo tantum nostra concedis? Quid re- gem, quid comites, quid Dei ecclesiam, patris tui, id est satanæ arte circumuenis? Christum Deum dicis, quid fallis in nomine? Nega Moysen Pharaoni Deum dictum, Christum filium & primogenitum Dei lo- queris. Nega primogenitum filium Israel Deo esse. Christum ante tempora natum asseris, & creatū. Ne- ga diabolum ante tempora & secula substituisse. Chri- stum similem patri memoras. Nega ad imaginem & si- militudinem Dei hominem esse cœpisse. Solū in Chri- sto quod est denegas, ne Deus verus & vnus cum pa- tre diuinitatis atque substantiæ sit; & solitus es vnà cū magistris tuis me hæreticum arguere. Expone quibus putes literis, impietatis meæ causam: & blasphemiarum mearum titulum proponere. Mihi antichristus est, qui vnus diuinitatis esse filium cum patre non confi- tetur: quique nō ita vnum Deum verum patrem præ- dicat, vt veritas quoque diuinitatis non intelligatur in filio. Si igitur vnus diuinitatis Christus & Deus sunt, cur hoc non simpliciter scripsisti? Si tibi nō sunt, cur hoc non simpliciter denegasti? Arcanum igitur tam pestiferi mysterij optassem fratres ipse potius quàm per literas reuelare, & omnes blasphemias Auxentij verbis singulis explicare: verum quia id non licet, saltem vnusquisque quod sibi licet intelligat. Multa alia proferrè ecclesiæ me pudor inhibet, & committere epistolæ Ariatorum blasphemiarum dedecora pertimesco. Vnum moueo, caute anti- christum, malè enim vos parietum amor cepit, malè ecclesiam Dei in tectis ædificiisque veneramini, malè sub his pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum est; in his antichristum esse sessurum? Montes mihi,

mihî, & syluæ, & lacus, & carceres, & voragine sunt tutiores: in his enim propheta, aut manentes, aut demerfi, Dei spiritu prophetabant. Absistite itaque ab Auxentio satanæ angelo, hoste Christi, vastatore per- duto, fidei negatore: quam sic est regi professus, vt falleret: sic seellit, vt blasphemaret. Congregat nunc ille quas volet in me synodos, & hæreticum me, vt sæpe iam fecit, publico titulo proferat, & quantam volet iram in me potentium moliat: mihi certè ille nunquam aliud quàm diabolus erit, quia Arius est. Neque pax aliquorum vnquam optabitur: nisi eorum qui secundum patrum nostrorum apud Nicæam tra- ctatum, anathematizatis Arianis, Christum Deum verum prædicabunt.

AUXENTII MEDIOLANEN-
SIS EPISTOLA.

Beatissimis ac gloriosissimis imperatoribus, Valen-
tiano ac Valenti Augustis, Auxentius
episcopus Ecclesie catholice Medio-
lanensis.

EGO quidem piissimi imperatores, existimo non oportere sexcentorum episcoporum vnitatem, post tantos labores ex conten- tione paucorum hominum refricari, abie- ctis decretis ante annos decem, sicut & scripta mani- festant. Sed & si aliqui è plebe, qui nunquam commu- nicauerant, neque his qui ante me fuerunt episcopis, nunc amplius excitati ab Hilario & Eusebio, pertur- bantes quosdam, hæreticum me vocauerunt: iussit verò pietas vestra cognoscere de his viros laudabiles, quæstorem & magistrum: & sicut prædixi non eos per- sonam habere accusatorum, aut iudicare, qui semel depositi sunt, dico autem Hilarium, & qui ei consen- tiunt: tamen obediens serenitati vestræ, processu ma- nifestare, falsa docentibus & blasphemantibus & vo- cantibus me Arianum, & quasi non confitentem Chri- stum filium Dei Deum esse. Exposui amicis pietatis vestræ meam confessionem, primum satisfaciens, quia nūquā sciuī Arium, non vidi oculis, non cognoui eius doctrinam: sed ex infantia quemadmodū doctus sum, sicut accepi de sanctis scripturis credidi, & credo in vnum solum verum Deum patrem omnipotentem, inuisibilem, impassibilem, immortalem: & in filium eius vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christū ante omnia secula & ante omne principium natum ex patre Deum, ex vero Deo patre, secundum quod scriptum est in Euangelio: Hæc est autem vita æter- na, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Per ipsum enim omnia facta sunt, visibilia & inuisibilia. Qui descendit de cælis voluntate patris propter nostram salutem, natus de Spiritu sancto ex Maria virgine secundum carnem, sicut scriptum est, & crucifixum sub Pontio Pilato, sepultum, tertia die resurrexisset, ascendisse in cælis, sedere ad dexteram patris, venturum iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum paraclætum, quē misit Dominus & Deus noster saluator Iesus Christus discipulis veritatis spiritum. Sic credidi, & credo si- cuti & ascendens in cælos vnus filius Dei tradidit discipulis dicens: Euntes docete omnes gentes: bap- tizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Duos autem deos nunquam prædicauit: nec enim sunt duo patres, vt duo dij dicantur, nec duo filij, sed vnus

filius ex vno patre, solus à solo, Deus ex Deo, sicut scriptum est: Vnus pater Deus, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus Christus, per quē oīa, propter quod & i. Cor. 8. vnam Deitatem prædicamus. Omnes ergo hæreses quæ aduersus catholicam fidem veniunt, semper quidem congregati episcopi catholici condemnauerunt & a- nathematizauerunt, specialiter autem conuenientes Arimino, & inde condemnauimus. Catholicam au- tem & Euangeliorum quam tradiderunt Apostoli, hæc fideliter custodiimus. Vt autem pietas vestra verius cognosceret ea quæ gesta sunt in consilio Ari- minensi, transmissi, & peto vt ea libenter legi præcipia- tis: sic enim cognosceret serenitas vestra, quia iam dudū damnati, depositi, hoc est, Hilarius & Eusebius, con- tendunt vbique scismata facere. Quæ enim bene de sanctis scripturis catholice fidei exposita sunt: pietas vestra peruidet, hæc retractari non oportere.

ADI I HILARII PICTAVO-
RUM EPISCOPUM, DE SYNODIS FIDEI CATHOLICÆ
CONTRA ARIANOS, & PRÆVARICATO-
RES ARIANIS ACQUIESCENTES.

Dominis & beatissimis fratribus, & coepiscopis provinciæ
Germaniæ primæ & Germaniæ secundæ, & primæ Bel-
giæ & Belgiæ secundæ, & Lugdunensis primæ & Lug-
dunensis secundæ, & provinciæ Aquitanicæ, & Pro-
uinciæ Nouempopolitanæ, & ex Narbonensibus, plebibus, &
clericis Tolosanensibus, & prouinciarum Britanniarum epis-
copis, Hilarius seruus Christi, in Deo & Domino nostro
æternam salutem.

CONSTITVTVM mecum habebam fra- tres charissimi, in tanto silentij vestri tem- pore nullas ad vos ecclesiasticæ sermonis li- teras mittere. Nam cum frequenter vobis ex plurimis Romanarum prouinciarum vrbibus si- gnificassem, quid cum religiosis fratribus nostris Orientis episcopis, fidei studiique esset, quantaque sub occasione temporalium motuum diabolus vene- nato ore atque lingua mortiferæ doctrinæ sibiila pro- tulisset: verens ne in tanto ac plurimum episcoporum calamitosæ impietatis vel erroris periculo taciturni- tas vestra de pollutæ atque impietæ conscientiæ esset desperatione suspecta (nam ignorare vobis frequen- ter admonitis non licebat) mihi quoque apud vos ta- cendum arbitrabar, Dominicæ sententiæ admodum memor, quæ post primam atque iteratam conuentio- nem eos, qui etiam sub testimonio ecclesiæ inobedien- tes existerent, haberi sicut ethnicos publicanosque iussisset.

Sed beatæ fidei vestræ literis sumptis, quarum len- titudinem ac raritatem de exilij mei, & longitudine, & secreto intelligo constituisse: gratulatus sum in Do- mino incontaminatos vos & illæfos ab omni contagio detestandæ hæresis perstitisse, vosque compartici- pes exilij mei, in quod næ Saturninus, ipsam conscien- tiam suam veritatem, circumuento Imperatore detrusit, negata ipsi vsque hoc tempus toto iam triennio communionem, fide mihi ac spiritu coherere: & missam proximè vobis ex Syrmienfi oppido infidelis fidei im- pietatē, non modo non suscepisse, sed nuntiatā etiā si- gnificatāq; dānasse: necessariū mihi ac religiosum intel- lexi, vt nūc quasi episcopus, episcopis mecum in Christo

communicantibus salutaris ac fidelis sermonis colloquia transmittentem: & qui per metum incertorum, conscientia tantum antea mea, quod ab his omnibus esse liber, gratulabar, nunc iam communis fidei nostrae integritate gauderem: O gloriosa conscientia vestra inconcussam stabilitatem. O firmam fidelis petrae fundamine domum. O intemeratam voluntatis illaenam imperturbatamque constantiam. Mansit namque atque etiam nunc permanet post synodi Biterrensis professionem, in qua patronos huius haereseos ingerendae quibusdam vobis testibus denunciaueram, innocens inuolataque religio. Expectatis enim sanctae & indemutabilis perseverantiae gloriosum triumphum, non cedendo Saturnini minis, potestatibus, bellis: & cum omnia incoandae blasphemiae in Deum certamina mouerentur, manentes nunc usque mecum in Christo fideles, neque antea ad occasionem prorupturae haereseos cessistis, & nunc omnem eius petulantiam in prorruptionis congressione fregistis. Vicistis enim fratres, cum ingenti fidei communis congratulatione, & geminam habuit illaenam conscientiae vestrae honor gloriam: de integritate scilicet conscientiae, & de exempli autoritate. Nam fidei vestrae imperturbatae inconcussaeque fama quosdam Orientalium episcopos sero iam ad aliquem pudorem nutritae exinde haereseos auctores commouit: & auditis his quae apud Syrmium conscripta impiissimae, irreligiosorum audaciae quibusdam sententiarum suarum decretis contradixerunt. Et si diligenter sententia haec expensa esset, forte totius tractatus mei ratio non fuisset suspiciosa. Non enim tacuissim illic, quod non nisi cum scandalo esset audiendum. Et licet non sine aliquo aurium scandalo & pia sollicitudinis offensione resisterint: tamen ad eum resisterunt, ut ipsos illos qui tunc a quodam Syrmium in sententiam Potamij atque Olij, ita ut ipsi consentientes confirmantesque concesserant, ad professionem ignorantiae errorisque compellerent, ut ipsi rursus subscribendo damnarent, quod fecerant. Quod utique ideo fecerant, ut aliud ante damnarent. Sed tenet etiam nunc inuicta fides vestra spectabilem conscientiae suae gloriam, & nihil subdolum, nihil ambiguum, nihil trepidum agere contenta, se cure in Christo libertatis suae professione persiluit: ab eorum se communionem qui episcopos blasphemis suis contradicentes, in exilio detinent abstinendo, neque se in iniusti iudicij reatum per assensum dissimulationis subdole aggregando. Nam post multum & grauem omnium nostrum ob eas res quae irreligiose ab impiis gerebantur dolorem, ex eo intra nos tantum communitio dominica continetur, ex quo his perturbationibus vexari ecclesia ccepta est, ut exulent episcopi, demutentur sacerdotes, plebes terreatur, fides periclitetur, humano arbitrio ac potestate doctrinae dominicae decreta statuuntur. Hoc fides illefa vestra neque nescire se simulat, neque pati posse profetur, non se extra conscientiae crimen futuram intelligens ex ipso dissimulationis assensu. Et quamquam in omnibus quae gessistis & geritis, constantem fidei vestrae libertatem & securitatem testemini: tam etiam in eo feruentis spiritus ardorem probastis, quod nonnulli ex vobis quorum ad me potuerunt scripta deferri, quae exinde Orientales fidei professionibus gerat & gesserunt, significari vobis humilitatis meae literis efflagitastis: etiam hoc mihi onus imperitissimo omnium ex affectu charitatis addentes, ut quid ipse super omnibus dictis eorum sentiam indicem, cum difficilimum

fit sensum ipsum propriae meae fidei, secundum intelligentiae affectum loquendo proferre, ne dum modo facile sit intelligentiam eorum quae ab aliis dicitur exponere. Oro autem vos per Domini misericordiam, ut quia nihil ad vos de diuinis, ut voluistis rebus, & de fidei nostrae intemerata conscientia, erit per has literas sermo: ne quisquam de me ante sermonis consummationem per literarum exordia existimet iudicandum. Iniquum est enim nisi comperta usque ad fidem ratione dictorum, praedictam sententiam ex initiis, quorum causa adhuc ignoretur afferre: cum non de inchoatis ad cognoscendum, sed de absolutis ad cognitionem sit iudicandum.

B Est enim mihi non de vobis, vt Dominus sensu meo conscius est, sed de quibusdam nimum apud se cautis & prudentibus metus, non intelligentibus per beatum Apostolum sibi, ne superlaperent praecceptum: quos vereor nolle omnia ea quorum absolutio a me in consummatione erit praestanda cognosci, dum verum intelligi ex iis quae absolute euitant. Sed quisquis haec legenda & cognoscenda susceperit: modum sibi atque mihi patientiae fidelis indulgeat, & usque ad absolute uerba vnuerfa percensat. Fortè enim omnis hic fidei meae sermo praestabit, vt neque furui haeretici quod volunt fallant: & perfecti catholici quod desiderant, consequantur. Obsequor igitur charitatis vestrae impatientissimae voluntati, & omnes fides quae post sanctam synodum Nicenam diuersis temporibus & locis aeditae sunt, cum sententiarum omnium atque etiam verborum additis per me expositionibus delineauit.

In quibus si quid vitiosum inesse intelligitur, nemo mihi vitium potest assignare dictorum: internuncius enim, vt voluistis, sum ipse, non conditor. Si quid verò rectum atque ex doctrinis Apostolicis deprehenditur: nemo ambigit non interpretantis in eo esse gloriam, sed auctoris. Ego tamen quae gesta sunt, fideliter transmissi: vos an catholica, an haeretica sint, fidei vestrae iudicio commprobate. Quamquam enim responderi literis vestris necessarium fuerit, quibus mihi communionem dominicam fidei vestrae scriptis miseratis, & quidam etiam ex vobis ad Synodum quae in Bithynia futura videbatur acciti, firmissima fidei constantia intra communionem se meam continentes, at caeteris extra Gallias abstinerent. Et dignum sanè erat episcopali ministerio ac voce, in tanto haeticorum furore, aliqua vobiscum per literas pie fidei consilia conferre. Non enim cum corporibus nostris exulans, vinculum ac detentum esse potuit Dei verbum, vt non communicari vobiscum posset vbiunque: sed maxime cum comperissem Synodos in Ancyra atque Arimino congregandas, & ex singulis prouinciis Gallicanis binos vel singulos esse venturos, ea quae inter nos atque Orientales episcopos mutuis suspicionibus detinentur, per me qui in Orientis partibus cõtimebar, exponenda vobis licet iam scientibus, atque aedenda existimaui: vt cum hac prorumpentem ad Syrmium haeresim & vos condemnassetis, & illi cum anathemate iudicassent, sciretis tamen in cuius fidei professione id ipsum quod vos gesseratis, etiam ab Orientalibus episcopis esset effectum, & vos quos maxime vellem futuris Synodis probabiles elucere, non paterer vno atque eodem Apostolicae fidei sensu catholica sentientes aliqua saltem a catholicae fidei synecritate ignorata verborum opinione differre.

Et quidem rectum ac conueniens existimo, vt antequam

quam de verborum suspicionibus ac disensionibus in eo sermonem, ea quae ab Orientalibus episcopis aduersum conscriptam apud Syrmium haeresim, dicta & constituta sunt, verbis quam possim absolutissimis demonstrarem: non quod non ab aliis planissime omnia aedita sint, sed quod ex Graeco in Latinum ad verbum expressa translatio affert plerumque obscuritatem, dum custodita verborum collatio eandem absolute uerba non potest ad intelligentiae simplicitate conseruare. Meministis namque in ea ipsa scripta proxime apud Syrmium blasphemiam, id tentatum ac laboratum fuisse: vt dum pater vnus & solus omnium Deus praedicatur, Deus esse filius negaretur, & dum de homou-
B fo & homœusio taceri decerneretur, id decretum esse, vt aut ex nihilo, vt creatura, aut ex alia essentia, vt consequentia creaturarum, & non ex Deo patre Deus filius natus confirmaretur. Tum porro in eo quod honore, claritate, dignitate, maiestate pater maior diceretur, id esse quaeritum, vt filius his omnibus quibus pater maior est, indigeret. Postremò dum ignorabilis natiuitas eius asseritur, per hoc ignorantiae decretum nescire quod ex Deo fit iuberetur: perinde quasi iuberi decernique possit, vt quis aut quod ignoraturus sit sciat, aut quod scierit ignoret. Ipsam autem ex solido impiissimae blasphemiae pestem inuitus licet subdidit, vt responsum, quae diuerso ab Orientalibus posita sunt, absolute & virtus & ratio nosceretur, quibus studij fuit, vt secundum intelligentiae suae sensum omnibus haeticorum artibus contrairent. Exemplum blasphemiae apud Syrmium per Osum & Potamiu conscriptae. Cum nonnulla putaretur esse de fide disceptatio diligenter omnia apud Syrmium tractata sunt & discussa, praesentibus sanctissimis fratribus & coepiscopis nostris, Valente, Ursatio & Germanio. Vnum constat Deum esse omnipotentem patrem, sicut per vnuersum orbem creditur: & vnicum filium eius Iesum Christum Dominum, saluatorem nostrum ex ipso ante secula genitum. Duos autè deos nec posse nec debere praedicari, quia ipse Dominus dixit: Ibo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Ideo omnium Deus vnus est, sicut Apostolus docuit: An Iudaeorum Deus tantum? nonne & gentium? imò & gentium. Quoniam quidè vnus Deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & praeputium per fidem. Sed caetera contenerit, nec vllam habere potuerunt discrepantiam. Quod vero quosdam haud multos mouebat de substantia, quae Graecè via appellatur, id est, vt expressius intelligatur, homou-
D sion quod dicitur, aut homœusion, nullam omnino fieri oportere mentionem. Nec quamquam praedicare ea de causae ratione, quod nec in diuinis scripturis cõtineatur, & quod super hominis scientiam sit, nec quicquam possit natiuitatem filij enarrare, de quo scriptu est: Generationem eius quis enarrabit? Scire autem manifestum est solum patrem, quomodo genuerit filium suum, & filium quomodo genitus sit a patre. Nulla ambiguitas est, maiorem esse patrem. Nulli potest dubium esse, patrem honore, dignitate, claritate, maiestate, & ipso nomine patris maiorem esse filio testante: Qui me misit, maior me est. Et hoc catholicu esse, nemo ignorat, duas personas esse patris & filij maiorem patrem, filium subiectum, cum omnibus his quae ipsi pater subiecit. Patrem initium non habere, inuisibilem esse, immortalem esse, impassibilem esse. Filium autem natum esse ex patre, Deum ex Deo, lumen ex lumine. Cuius filij generationem, vt antedi-

ctum est, neminem scire nisi patrem suum. Ipsum autem filium Dei Dominum & Deum nostrum, sicut legitur, carnem vel corpus, id est, hominem suscepisse ex vtero virginis Mariae, sicut angelus praedicauit. Vt autem scripturae omnes docent, & praecipue ipse magister gentium Apostolus, hominem suscepisse de Maria virgine, per quem compassus est. Illa autem claus totius fidei & illa confirmatio, quod trinitas semper seruanda est, sicut legimus in Euangelio: It
Matt. 28. & baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Integer, perfectus numerus trinitatis est. Paraclitus autem spiritus per filium est, qui missus venit iuxta promissum, vt Apostolus & omnes credentes instrueret, doceret, sanctificaret.

His itaque tot & tantis impietatis professionibus aeditis, has rursus è contrario Orientales episcopi in vnum congregati sententiarum definitiones condiderunt. Sed quia frequens nobis nuncupatio essentiae ac substantiae necessaria est, cognoscendum est quid significet essentia, ne de rebus locuturi, rem verborum nesciamus. Essentia est res quae est, vel ex quibus est, & quae in eo quod maneat subsistit. Dicitur autem essentia, & natura, & genus, & substantia vnus cuiusque rei poterit. Proprie autem essentia idcirco est dicta, quia semper est. Quae idcirco etiam substantia est, quia res quae est necesse est subsistat in sese: quicquid autem subsistit, sine dubio in genere vel in natura, vel substantia maneat. Cum ergo essentiam dicimus significare naturam, vel genus vel substantiam intelligimus eius rei quae in his omnibus semper esse subsistat. Nunc igitur praescriptas ab orientalibus fidei definitiones recensemus.

Si quis audiens imaginem esse filium Dei inuisibilis, idem dicat esse imaginem Dei quod & Deum inuisibilem: quasi non constens vere filium, anathema sit.

Exclusa est assertio volentium nominibus tantum patrem & filium praedicare: cum imago omnis, eius ad quem coimaginatur, species indifferens sit. Neque enim ipse sibi quicquam imago est: sed cum cuius imago est, necesse est vt imago demonstret. Imago itaque est rei ad rem coequandae imaginata & indiscreta similitudo. Est ergo pater, est & filius, quia imago patris est filius: & qui imago est, vt verè imago sit, speciem necesse est & naturam & essentiam secundum quod imago est, in se habeat auctoris.

Et si quis audiens filium dicentem: Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic & filio dedit vitam habere in semetipso, eundem dicat, qui accepit à patre vitam, qui consistit: hoc idem, Ego vno propter patrem, quem & illum qui dedit: anathema sit.

Discernitur persona accipientis & dantis, ne ipse sit idem vnus & solus. Cum enim anathema sit, qui solitariam atque vnicum in accipientis & dantis professione crediderit: non potest intelligi idem atque vnus à se accepisse qui dedit. Neque enim est ipse solus qui viuit & per quem viuit, quia alius est sibi viuens, alius proatens se viuere per autorem: & vnum atque vndem nemo profitebitur qui vita vtatur, & per eum sit causa viuendi.

Et si quis audiens vnigenitum filium, inuisibilis Dei similem, non dixerit essentia filium, qui est imago Dei inuisibilis, cuius imago & iuxta essentiam intelligitur, quasi non vere de vno filium: anathema sit.

Indiscreta confirmatur indissimilisque natura. Cum enim vnigenitus filius, & imago inuisibilis Dei sit necesse est per speciem atque naturam similis essentia sit.

ut supra

Rom. 3.

1/ai. 53.

1oan. 14.

Aut quomodo inter filium atque patrem natura discernitur generis indifferentis, cum in his quae patris sunt propria, subsistens filius per naturam in se genitum consistat, gloriae scilicet, virtutis, potestatis, inuisibilitatis, essentiae: atque ita in his paribus diuinitatis bonis intelligitur neque ille minor esse cum filius sit, neque hic praestare cum pater sit, cum patri filius & coimaginatus ad speciem sit: nec sit dissimilis in genere, quia diuersitatem substantiae geniti ex substantia patris filij similitudo non recipit, & omnem in se diuinitatis partem, qualis & quanta est, formam inuisibilis Dei filius & imago complectitur: & hoc verum esse filium, paternae scilicet formae veritatem, coimaginatae in se naturae perfecta similitudine retulisse.

4 *Et si quis audiens hoc: Quomodo enim pater habet vitam in semetipso, sic & filio dedit vitam habere in semetipso, similem non dicat etiam iuxta essentiam filium patri, ipso testante quod sic habet, quemadmodum dixit: anathema sit.*

Manifestum est enim, quod vita in patre hic intelligitur substantia significata: vita quoque in vnigenito, quae ex patre generata est, essentia intellecta, ita similitudine essentiae ad essentiam significari connectitur. Tali confessione originis suae indiscretae naturae perfecta natiuitas est. Quod enim in vtroque vita est, id in vtroque significatur essentia: & vita quae generatur ex vita, id est, essentia quae de essentia nascitur, dum non dissimilis nascitur, scilicet quia vita ex vita est, tenet in se indissimilem naturam originis suae, quia & natae & gignentis essentiae, id est, vitae quae habetur, & data est, similitudo non discrepet. Quod enim ex se Deus eum ex naturae suae similitudine genuit, non deseruit in eo genitam similitudinem naturalis proprietate substantiae. Non enim aliud habet quam dedit: & sicut vitam habens, ita habendam dedit vitam. Ac sic quod de essentia tanquam vita ex vita, simile sui secundum essentiam nascitur, nullam diuersitatem ac dissimilitudinem admittit geniti & gignentis essentiae.

5 *Si quis, condidit vel creauit me, & genuit me, ab eodem audiens, hoc genuit me, non tamen ex similitudine essentiae intelligat, sed idem esse dicat, genuit me, & condidit me, quasi non dicens filium de Deo perfectum, ex duobus nominibus significatum filium, sed per duo nomina, hoc est, condidit me & genuit, conditionem tantummodo dicens, & nequaquam filium, sicut tradidit sapientia ex duobus piuum intellectum: anathema sit.*

Dicentibus creaturam vel conditionem esse filium Dei contraitur ratione subiecta. Namque impietatis haereticorum hinc prophana praesumptio est, quod legisse se dicant: Dominus condidit vel creauit me. id ipsum enim conditio & creatio videtur intelligi. Sed consequentem sententiam subtrahentes, ex qua intelligentiam prior sumit: ex prima arripiunt impietatis suae auctoritatem, vt creaturam dicant, quia sapientia dixerit se creatam. Quae si creata est, quomodo potuit & nasci? quia omnis natiuitas quaecumque est, in naturam suam ex natura gignente consistit. Creatio autem sumit exordium de creatis potestate: potente scilicet creatore ex nihilo condere creaturam. Sapientia itaque quae se dixit creatam, eadem in consequenti se dixit & genitam, creationem referens ad parentis indemutabilem naturam, quae extra humani partus speciem & consuetudinem, sine imminutione aliqua ac demutatione sui creauit ex se ipsa quod genuit. Creatis enim opus non habet passionem, aut permixtionis, aut partus. Esse enim aliquando incipit, quod creatur ex nihilo. Et qui creat, efficit pro potestate quod condit:

A & est opus virtutis creatio, non naturae ex natura gignente natiuitas. At verum natiuitas, legitimae originis & genuinae naturae profectus est. Ex natura enim generante naturam sumpsit genita natura. Sed quia Dei filius non corporalis partitudo est genitus exemplo, sed ex perfecto Deo perfectus Deo natus est: idcirco ait creatam se esse sapientiam, omnes in generatione sua corporales passiones excludens. At verum vt ostenderet, non creationis in se, sed natiuitatis naturam esse, subiecit & genitam, vt cum creatam se & genitam confiteretur, absolutam natiuitatis suae intelligentiam praestaret: dum & indemutabilem patris natura in creatione significat, & legitimam ac propriam ex Deo patre genitae naturae suae ostendit esse substantiam. Atque ita perfecta natiuitatis intelligentia, creationis & generationis attulit sermo: cum alterum sine demutatione, alterum in proprietate naturae est. Fitque vtrique vnus, & vnus vtrumque perfectus: dum & filius ex Deo ac sine demutatione Dei natus est, & ex patre nascitur vt creatur, & indemutabilis ex se, ac naturalis filio patris, sic filium condit vt generet. Haereticis ergo creaturam esse Dei filium profiteri aufa, damnatur: quia impiam creaturam Dei ex nihilo opinionem, impassibilem per eam diuinitatis perfectione monstrata consequens professio naturalis generationis extinguit.

6 *Et si quis in filio patris similitudinem secundum essentiam quidem ipso filio reuelante, per haec quae dicit: Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic & filio dedit vitam habere in semetipso: iuxta efficaciam autem per ea quae docet: Quae enim pater facit, eadem & filius similiter facit, solum secundum efficaciam similitudinem concedens: iuxta essentiam vero quod est principalissimum fidei nostrae, filium fraudet: quasi semetipsum fraudans cognatione vitae perpetuae, quae est in patre & filio: anathema sit.*

Conclusi haeretici scripturarum auctoritatibus hoc solum tribuere solent filio, vt patri tantum virtute similis sit, adimat autem ei similitudinem naturae: stulti atque impij non intelligentes, non nisi ex naturae similitudine similitudinem esse virtutis. Neque enim aliquando inferior natura, superioris a se potiorisque naturae virtutem consequetur. Aut quid haec asserentes de omnipotente patre Deo profitebuntur, si virtuti suae virtus naturae inferioris exaequatur? Non enim potest negari quia filius idem possit, cum dixerit: Quaecumque facit pater, eadem & filius facit similiter. Sed similitudini virtutis, naturae similitudo succedit, cum dicit: Sicut enim pater habet vitam in semetipso, ita & filio dedit vitam habere in semetipso. In vita, naturae & essentiae significatio est: quae sicut habetur, ita data esse docetur ad habendum. Tenet ergo vitae similitudo virtutis similitudinem. Similitudo enim virtutis non potest esse dissimilis naturae atque ita necesse est, vt essentiae similitudo virtutis similitudinem consequatur. Quia sicut ea quae pater facit, eadem & filius facit: ita sicut habet vitam pater, sic habendam filio dedit vitam. Condemnatur ergo impij professionis temeritas, quae virtutis similitudinem confitens, dissimilitudinem aufa sit praedicare naturae: cum principalis spei nostrae fides sit, indifferentem in patre & filio diuinitatis substantiam confiteri.

7 *Et si quis patrem & filium credere se promittens, patrem dissimilis essentiae dicat, sed similis efficaciae, quasi prophanas & nouas voces contra essentiam filij loquens, & interimens verum Dei filium esse: anathema sit.*

Confusus permixtisque verbis veritatem frequentissimam haeretici eludunt, & incautorum aures communium vocabulorum sono capiunt, patrem & filium solis nominibus, non etiam per veritatem naturalis & genuinae

nuinae essentiae praedicantes, quia omnium creationum sciant dici Deum patrem, & sanctos quosque nuncupari meminerint Dei filios: quo exemplo patrem & filium secundum communia vniuersitatis nomina confitentur, vt pater & filius dicatur potius quam sint: dicitur enim, non etiam sunt, si in his differetis essentiae discreta natura est, cum non possit paterni nominis veritas nisi ex naturae suae prole acquiri. Pater itaque non potest alienae a se ac dissimilis substantiae pater dici, quia natiuitas perfecta non habet dissidentem originalis substantiae diuersitatem. Repudiatur ergo omnis impietas, quae patrem non secundum naturam suam, genitumque ex se filij patrem loquatur. Neque enim pater per id dicitur Deus, si habeat virtuti atque efficaciae suae similem creationem, sed si genuerit non dissimilis atque alienae a se essentiae naturam: quia diuersitate paternae naturae natiuitas naturalis non recipit. Atque ob id anathema sunt, qui patrem asserant dissimilis sibi naturae patrem esse, vt ex Deo alium quam Deus natus sit, & patrem essentiae patris a se in filio degenerasse gignendo. Perimunt enim quantum in se est, ipsam illam innascibilem patris & indemutabilem essentiam: quia ausi sunt in vnigeniti sui natiuitatem, dissimilitudinem degeneratae essentiae naturalis ingerere.

8 *Et si quis intelligens similem secundum essentiam filium eius, cuius & filius intelligitur, eundem dicens filium quem patrem, aut patrem patris, aut per emanationem, aut aliquam passionem, quemadmodum corporales filios, ab incorporali patre incorporalem filium subsistentem: anathema sit.*

Cauetur in omnibus aduerbum singularum peruersitatum vitia, neque occasio fraudis admittitur. Plures enim haereticorum idcirco similem secundum diuinitatem esse patri filium dicunt, vt per similitudinis proprietatem eundem patrem esse quem filium cõsument: quia indiscreta similitudo admittit videatur vnici ac singularis occasionem. Quod enim non dissentit in genere, id videtur in vnione manere naturae. Sed natiuitas non admittit hanc fabulam, quia vnio non habet natiuitatem: quod enim natum est, habet natiuitatis suae patrem. Neque quia indiscreta est nascentis a gignente diuinitas, ideo ipse est, & generator & genitus, cum non possit nisi alius atque alius esse generans & generatus, neque rursum dissimilis esse possit natus & generans. Anathema ergo est qui in patre & filio naturae similitudinem ad abolendam filij personalem significantiam praedicabit. Quia cum in nullo differat res a re per mutuam similitudinem: similitudo tamen ipsa non recipit vnionem, patrem & filium per id quod filius indemutabilis similitudo patris est, confitetur. Non enim pars est filius patris, vt vnus dici possit & natus & generans. Neque emanatio est, vt continenti fluxu per corporalem & indiuiduum procursum, idem ipse fluxus retentus in origine, ipsum sibi sit serie atque tractu cohaerenti, origo quod fluxus: sed perfecta natiuitas est, & cum naturae similitudine manens, non conceptu & partu corporali corporaliter inchoata, sed secundum eiusdem naturae similitudinem in incorporalis filius ex incorporali patre subsistens.

9 *Et si quis propterea, quod nunquam pater filium intelligitur, & quod filius nunquam pater intelligitur, alium dicens filium prater patrem, propterea quod alius sit pater, alius sit filius, secundum quod dictum est: Alius est qui restimatur perhibet mihi, qui me misit pater: propter hanc piam intelligendam proprietatem persone patris & filij, timens nequando idem intelligatur filius & pater, similem non dicat etiam iuxta essentiam patri: anathema sit.*

Dicitur ad apostolos Domini est: Estote prudentes

vt sunt serpentes, & simplices vt colubae. Per quod diffidentium a se animantium inesse nobis voluit naturam, sed ita vt serpentinam prudentiam columbae simplicitas temperaret, & simplicitatem columbae prudentia serpentis instrueret: fieretque & simplex sapientia, & sapiens simplicitas: quod praecipuum in huius fidei expositione seruatum est. Nam cum superior de qua locuti sumus, sententia id cauisset, ne per similitudinem essentiae, personalis vnio praedicaretur, neque vt naturae indifferentia perimeret filij natiuitatem, & vnus ac solitarius nobis esset in sensu, quia alter ab altero non differret in genere: sic consequenti sententia illi prudentiae serpentis, cui configurari cum columbae simplicitate praecipimur, per simplicem atque Apostolicam prudentiam rursum occursum est, ne forte per id quod personalis vnio non reciperetur, quia alius sit pater, alius sit & filius, praedicatio iterum dissimilis naturae possit obrepere: ne dum alius est qui misit, & alius qui missus est, quia non vnus est missus & mittens, discreta ac dissimilis naturae existimarentur esse missus & mittens, cum diuersae essentiae esse non possint natus & gignens. Retinetur itaque in patre & filio naturae indifferetis similitudo per essentiae natiuitatem: non tamen damnus personae assert, vt vnus sit missus & mittens, similitudo naturae. Neque rursum in personae proprietate, cum non possit ipse sibi vnus & filius & pater dici, aufertur similitudo naturae: atque ita & natiuitatis veritas ad similitudinem proficit essentiae, & similitudo essentiae non amittit natiuitatis personalem veritatem. Neque rursum professio gignentis & geniti similitudinem excludit essentiae, quia cum gignens & genitus vnus esse non possit, non tamen diuersae naturae sunt natus & generans.

10 *Et si quis in aliquo tempore patrem Deum vnigeniti filij intelligat, & non super tempora, & super omnem humanam existimationem vnigenitum filium sine passione extirpasse: quasi praetergrediens euangelicam praedicationem, quae temporum quidem intercapedinem de patre & filio aspernata est: fideliter autem nos docuit, quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: anathema sit.*

Pia professio est, patrem non intra tempora contineri: omnem enim intelligentiae sensum excedit intemporalis paterni nominis veritas. Et si ipsa paterni nominis, per quod impassibilis origo nascentis est, religiosa confessio est: non tenetur tamen in tempore, quia non potest aeternus & infinitus Deus pater intelligi temporalis. Et secundum euangelicam praedicationem cognoscitur vnigenitus Deus, verbum magis iam in principio apud Deum esse quam nasci.

11 *Et si quis seniore tempore patrem dicat filio ex se vnigenito, iuniorum autem filium patre, anathema sit.*

Similitudo essentiae configurata in genere, indifferens quoque docetur in tempore: ne qui imago est Dei, qui verbum est, qui Deus est apud Deum in principio, qui similis est patri, interiecto inter se ac patrem tempore, non perfectum in se habeat quod & imago est & verbum est & Deus est. Si enim tempore iunior praedicatur, amittit & imaginis & similitudinis veritatem: quia similitudo iam non sit, quae dissimilis reperitur in tempore. Quia ipsum illud quod Deo pater est, tempus aliquod non potest habere ne pater sit: ex quo nec in filio tempus potest esse ne filius sit. Atque ob id, nec pater filio senior, nec filius patre iunior esse dicendus est: quia vtriusque nominis veritas non possit esse sine altero.

12 *Et si quis intemporalis vnigeniti filij de patre substantiam ad innascibilem Dei essentiam referat, quasi filium patrem dicens, anathema sit.*

tis indifferentiam, nominis vnionem confirmandis. Tamen ne rursum vnus Dei prædicatio, vnica ac sine prole sua solitarij Dei velit affirmare substantiam, statim etiam hanc condemnat temeritatem, quæ quia Deus vnus est, vnus ac solitarius Deum patrem, habentem in se nomen patris & filij confitetur, cū in generante patre & nascente filio Deus vnus esset ob indifferentis abinuicem naturæ substantiam prædicandus. Innascibilem quoque filium, sanctorum fides nefcit: quia natura filij nisi ex natiuitate non extat. Natiuitatis autem in eo ad eodē perfectā natura est, vt qui ex substantia Dei natus est, etiam ex consilio eius ac voluntate nascatur. Ex voluntate enim atque consilio, non ex corporalis passionis naturæ essentia Dei, de essentia Dei genitæ absoluta perfectio est.

Consequens autem est, vt eam nunc fidem retractemus, quæ non olim, tunc cū Photinus episcopatu deiectus est, conscripta est.

Exemplum fidei Syrmis ab Orientalibus contra Photinum conscripta.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorem & conditorem, ex quo omnis paternitas in celo & in terris nominatur. Credimus in vnicum filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, qui ante omnia secula ex patre natus est, Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem facta sunt omnia in celo & in terra, visibilia & invisibilia. Qui est verbum & sapientia & vita, & lumen verum, qui in nouissimis diebus propter nos incorporatus est, & natus de sancta virgine, & crucifixus & mortuus & sepultus, qui & surrexit ex mortuis tertia die, & ascendit in celum, & sedet in dextera patris, & venturus est in consummatione seculi iudicare viuos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua, cuiusq; regnum sine fine perseverans permanet in æterna secula. Erit enim sedens in dextera patris, non solum in hoc seculo, verum etiam in futuro. Et in Spiritu sancto, id est, paracletum, quæ promittens apostolis, postquam caelum ascendit, misit docere eos, & commone omnia, per quæ & sanctificantur credentium in eum sinceriter anime.

Eos autem qui dicunt, de nullis extantibus est filius, vel de alia substantia, & non ex Deo, & quod erat tempus vel seculum quando non erat, alienos scit sancta & catholica ecclesia. Si quis autem patrem & filium duos dicit deos, anathema sit. Et si quis vnum dicens Deum Christum autem Deum ante secula filium Dei obsecutum patri in creatione omnium non confitetur, anathema sit. Et si quis innascibilem Deum, vel partem eius de Maria natum esse audeat dicere: anathema sit. Et si quis secundum præscientiam vel prædestinationem, ex Maria dicit filium esse, & non ante secula ex patre natum apud Deum esse, & per eum facta fuisse omnia: anathema sit. Si quis substantiam Dei dilatari & contrahi dicit, anathema sit. Si quis dilataram substantiam Dei filij dicit facere, aut latitudinem substantia eius, sicuti sibi videtur filium nominet: anathema sit.

Si quis in spiritum vel prolatum verbum Dei filium dicit, anathema sit. Si quis hominem solum dicit de Maria filium: anathema sit. Si quis Deum & hominem de Maria natum dicens, Deum innascibilem sic intelligit: anathema sit. Si quis verbum caro factum esse audies, verbū in carnem translatum putet, vel demutationem sustinentem accepisse carnem dicit: anathema sit. Si quis vnicum filium Dei crucifixū audies, de alitate eius, corruptionem, vel passibilitatem, aut demutationem, aut diminutionem, vel interfectionem sustinuisse dicit: anathema sit. Si quis, Faciamus hominem, non patrem ad filium dixisse, sed ipsum ad semetipsum dicit Deum locutum: anathema sit. Si quis filij nō dicit Abra-

ha visum, sed Deum innascibilem, vel patrem seius: anathema sit. Si quis cum Iacob non filium quasi hominem collatum, sed Deum innascibilem, vel patrem eius dicit: anathema sit. Si quis, Pluit Dominus à Domino, non de filio & patre intelligat, sed ipsum à se dicit pluisse: anathema sit. Pluit enim Dominus filius à Domino patre. Si quis Dominum & Dominum patrem & filium, quasi Dominū à Domino intelligat, quia dominum & dominū duos dicit deos: anathema sit. Non enim ex æquum vel conformamus filij patri, sed subiectum intelligimus. Neque enim descendit in Sodomam sine patris voluntate, neque pluit ex se, sed à Domino, aut oritate scilicet patris: nec sedet in dextera à semetipso, sed audit dicentem patrem: Sede ad dexteram meam.

Si quis patrem & filium & spiritum sanctum vnā personam dicit: anathema sit. Si quis spiritum sanctum paracletum dicens, innascibilem Deum dicit: anathema sit. Si quis, sicut docuit nos Dominus, non alium dicit paracletum à filio, dicit enim: Et alterum paracletum mittet vobis pater, quem rogabo cum: anathema sit. Si quis spiritum sanctum patrem dicit patris vel filij: anathema sit. Si quis patrem & filium & spiritum sanctum tres dicit deos: anathema sit. Si quis, quod dictum est: Ego Deus primus, & ego Deus nouissimus, & præter me non est Deus: ad destructionem idolorum dictum, & eorum qui non sunt dii, in destructionem vnici ante secula Dei Iudæi dictum intelligat: anathema sit. Si quis voluntate Dei tanquam vnum aliquid de creatura factum dicit filium: anathema sit. Si quis nolente patre natum dicit filium: anathema sit. Non enim coactus pater, vel naturali necessitate ductus, cum nollet genuit filium: sed mox ut voluit, sine tempore & impassibiliter ex se eum genitum demonstrauit. Si quis innascibilem & sine initio dicit filium, tanquam duo sine principio, & duo innascibilia, & duo imata dicens, duos faciat deos: anathema sit. Caput enim quod est principium omnium, filius: caput autē quod est principium Christi, Deus: ita enim ad vnum, qui est sine principio, omnium principium, per filium vniuersa referimus. Et iterum confirmantes Christianismi intellectum, dicimus: Quoniam si quis Christum Deum & filium Dei ante secula substantem & ministrantem patri ad omnium perfectionem non dicit: sed ex quo de Maria natus est, ex eo & Christum & filium nominatum esse, & initium accepisse ut sit Deus dicit: anathema sit. Hilarius.

Necessitas & tempus admonuit eos qui tum conueniant, per multiplices quæstiones latius ac diffusius expositionem fidei ordinare: quia multis & occultis cuniculis in catholicam domum ea quæ per Photinū renouabatur hæresis, tentaret irrepere: vt per singula genera intemeratæ & illæstæ fidei vnicique generi hæreticæ ac furtiue fraudulentæ cōtraheretur: essentque totidem fidei absolutiones, quotidē essent quæsitæ perfidiae occasiones. Ac primum post generalem illam atque indubitatam sacramentorum expositionem, hinc exponendæ fidei aduersum hæreticos cœpit exordium.

Eos autem qui dicunt, de nullis extantibus est filius, vel de altera substantia & non ex Deo, & quod erat tempus vel seculum quando non erat, alienos scit sancta & catholica ecclesia.

Quis hic ambiguitatis locus, aut quid ex synceræ fidei conscientia reliquum est? Non est de non extantibus. Vt ei extans origo sit, non est extans ei ad originem substantia aliqua aliā, nisi sola quæ Dei est: vt in eo quidem nihil aliud natum possit esse, quæ quod Deus sit, quia non ex nihilo extans aliunde non subsistit. Non differt in tempore, vt cum patre sit intemporalis

poralis & filius. Inseparabilia itaque inter innascibilem patrem & vnigenitum filium cuncta sunt, quos in tempore pares ipsa illa vnus tantum paternæ innascibilitatis æternitatis, ex qua natiuitas sumitur, indifferenti in nullo discernat essentia.

Si quis autem patrem & filium duos dicit deos: anathema sit. Et si quis vnum dicens Deum, Christum autem Deum ante secula filium Dei obsecutum patri in creatione omnium non confitetur, anathema sit.

Rerum nobis absolutam intelligentiam ipsa illa nominis religiosa professio tribuit. Cū in damnatione sit, patrem & filium duos deos dicere: & rursum anathema sit, filium Deum negare: substantiæ diuersæ alterius ab altera, opinio in prædicandis dijs duobus excluditur. Non enim ex alia præter illam Dei patris, ex qua Dei filius Deus intemporalis est natus, essentia. Nam cū necessario Deum patrem confitemur, & absolute Christum Dei filium Deum prædicamus, & inter hæc duum deorum sit irreligiosa confessio: non possunt secundum naturæ indifferentiam & nomen indifferens non vnum esse in essentia genere, quorum essentia nomen non licet esse nisi vnum.

Si quis innascibilem Deum, vel partem eius de Maria natum esse audeat dicere: anathema sit.

Ne quod nuncupatæ essentia in patre & filio, per indissimilem naturam nomen vnum est, occasionem hæreticis præstaret, vt innascibilem Deum vel patrem eius nasci de Maria prædicaret: occursum est salutaris definitione sententia, vt anathema esset hoc confitens. Non enim religiosa vnitas nominis ex indifferentis naturæ essentia constituta, personam genitæ ademit essentia: vt vnica ac singularis Dei substantia per vnionem nominis intelligatur: cum vtriusque essentia nomen vnum, id est, Deus vnus, ob indiscretam in vtroque naturæ indissimilem substantiam prædicetur.

Si quis secundum præscientiam & prædestinationem, à Maria dicit filium esse, & non ante secula ex patre natum apud Deum esse, & per eum facta esse omnia: anathema sit.

Deum omnium nostrum Dei filium antequam corporeus uasceret, negatur, secundum præscientiam & prædestinationem, non secundum naturæ subsistentis essentiam fuisse confirmant: id est, vt per præscientiam patris, qui eum prædestinavit vt esset, aliquando scilicet gignendus ex virgine nunciatus nobis fuerit potius quam ante secula in naturæ diuinæ substantia natus extiterit: vtque omnia quæ ipse in prophetis de incorporationis suæ ac passionis sacramentis locutus est, ipsa illa secundum præscientiam de eo à patre sint dicta. Itaque doctrinæ huius peruersitas condemnatur: vt cognitus nobis vnigenitus filius Dei, natus potius ex patre ante secula, & ipsa secula cum creaturis omnibus condens, quam prædestinatus sit esse gignendus.

Si quis substantiam dei dilatari & contrahi dicit: anathema sit.

Contrahi, dilatari, corporalis est passio: Deus autem qui spiritus est, & spirat vbi vult, non se per demutationem substantiæ aut dilatari, aut cōtrahit. Extra corporalis enim naturæ necessitatem liber manens, quod vult & cum vult, & vbi vult, id præstat ex sese. Impiū ergo est, substantiæ demutationem libertati tantæ virtutis adscribere.

Si quis dilataram substantiam dei filium dicit facere, aut latitudinem substantia eius nominet filium: anathema sit. Superior sententia etiam in demutabilem docere Deū voluerit, ad hanc se tamen sequentem hæresim præpa-

rauit. Quidam enim ausi sunt innascibilem Deum vnus, ad sanctam virginē, substantiæ dilatatione protendere, vt latitudo deducta, quodā naturæ suæ tractu, assumensque hominē filius nuncuparetur, neque filius ante secula perfectus Deus natus, idem postea & homo natus sit. Totū hoc itaque catholica fides damnat: in quo & demutabilis pater dicitur, & natus filius abnegatur.

Si quis in spiritum & prolatum verbum, dei filium dicit: anathema sit.

Hæretici perimentes quantum in ipsis est, Dei filij, verbum esse tantū confitentur, prodeuntē scilicet ex loquentis ore sermonē, & in substantiæ vocis incorporealem sonum: vt Deo patri istiusmodi sit verbum filius, cuiusmodi per insitam nobis loquendi naturam verbum omne profertur in vocē. Fraus ergo hæc omnis in damnatione est: quæ Deum verbum quod in principio apud Deum erat, tanquam verbum esse insitæ ac prolatae vocis affirmet.

Si quis hominem solum dicit de Maria filium: anathema sit.

Filium Dei de Maria non prædicamus, nisi & hominem & Deum prædicemus.

Si quis deum & hominem de Maria natum dicens, deum innascibilem sic intelligit: anathema sit.

Sed ne id quod Deū & hominē prædicamus, fraudis habeat occasionem, continuo subiecit, Deū innascibilem: sic intelligenti cōseruatur substantia & nomen & virtus, cū in anathemate sit, qui ex Maria Dei filium, hominem sine Deo dixerit, & in eodē iudicio sit, qui in homine innascibilem Deum dixerit. Non Deus si qui in homine est, non esse Deus dicitur: sed Deus innascibilis abnegatur, patre à filio non naturæ nomine, quia nec diuersitas esset, sola innascibilitatis autoritate discreto.

Si quis, Verbum caro factum est, audies, verbū in carnem translatum putet, vel demutationem sustinentem accepisse carnem dicit: anathema sit.

Conseruatur dignitas diuinitatis, vt in eo quod verbum caro factū est, dum verbum caro sit, non amiserit per carnē quod erat verbū, neque translātū in carnē sit, vt verbū esse desineret: sed verbū caro factū est, vt caro potius hoc inciperet esse quod verbū. Alioquin vnde carni in operibus virtutes? in mōte gloriæ? in cogitationibus humanorū cordiū scientiæ? in passione securitatē? in morte vitæ? Sed demutationē Deus nesciēs, nihil ex substantiæ suæ bonis caro factus amiserit.

Si quis vnicum filium dei crucifixum audies, de alitate eius corruptionem, vel passibilitatem, aut demutationem, vel diminutionem, vel interfectionem sustinuisse dicit: anathema sit.

Absolute est dicitur, cur verbū, licet caro factū sit, nō tamen translātū fuerit in carnē. Cū enim hæc passionū genera infirmitatē carnis afficiant, Deus tamen verbū caro factus non potuit demutabilis esse patiendō. Non enim id ipsum est pati & demutari: quia omnē carnem passio cuiusque generis demutet sensu, dolore, patientia, tolerantia. Verbum autē quod caro factū est, licet se passioni subdidit: nō tamē demutatū est passibilitate patiēdi. Nam pati quidē potuit passione, sed passibilitate passibilis esse non potuit: quia passibilitas naturæ infirmitas significatio est. Passio autē est eorum quæ sunt illata, perpassio. Itaque quia indemutabilis est Deus, cū tamen verbū caro factū sit, habuerunt in eo passionis materiam sine passibilitatis infirmitate. Manet itaque indemutabilis etiam in passione natura auctori suo indifferens, & impassibilis essentia nata substantia.

Si quis, Faciamus hominē, nō patre ad filij dixisse, sed ip-

Genes. 1. *Sum ad semetipsum dicit Deū locūtū: anathema sit. Si quis
14 filiū nō dicit Abrahā v: sum, sed Deū innascibile, vel patrē
15 eius: anathema sit. Si quis cū Iacob non filiū, quasi hominem
collocatū, sed Deum innascibilem, vel partem eius dicit:
16 anathema sit. Si quis, Pluit Dominus à Domino, non de fi-
lio & de patre intelligat, sed ipsum à se pluisse dicit: anathema
Genes. 19. *Pluit enim Dominus filius à Domino patre.**

Hæc quia Photinus, aduersum quē tunc cōuentum
erat, negabat, inferenda fidei fuerunt, ne quis auderet
non ante Dei filiū quā virginis filiū prædicare, & su-
periora omnia quæ propria Dei filio sunt, stultissima
hæreticæ insanie perueritate Deo innascibili coaptar-
ret, & dum hæc ad patrē refert, filio substantiam dene-
garet. Quæ quia absoluta sunt, necessitatem nobis in-
terpretandi non reliquerunt.

17 *Si quis Dominum & Dominum non patrem & filiū in-
telligat, cum Dominum & Dominum duos dicat deos, ana-
thema sit. Non enim ex æquum, vel comparatum filiū pa-
tri, sed subiectum intelligimus. Neque enim descendit in So-
domam sine patris voluntate, neque pluit ex se, sed à Domi-
no, autoritate scilicet patris. Nec sedet in dextera à semet-
ipso, sed audit dicentem patrem: Sede ad dexteram meam.*

Et superiora & consequentia suspicionē, si qua esse
in his dictis videbitur, penitus excludunt, ne diuersitas
dissimilitū deitātū in Domino & Domino prædicetur:
& in eo nō comparatur, quia duos deos dici impiū sit.
Non autē idcirco nō cōparatur vel exequatur filius pa-
tri, ne Deus ipse nō esse credatur: Cū enim anathema
sit Christum Deum denegans, nō potest idcirco pro-
phanū videri, duos deos cognominari, ne & Christus
Deus prædicetur, cū per essentia naturalis proprie-
tatē idcirco Deus vnus est, quia ex innascibili Deo pa-
tre, qui vnus est Deus, vnigenitus filius Deus natus, nō
aliūde, quā ex Deo habeat esse quod Deus est, & in-
differētū ipsi qui genitus est, ab eo qui genuit, essentia
nō potuit esse: nam indifferentis vnū nomen est natu-
ræ. & vel in eo quidē maximē nō cōparatur, nec coæ-
quatur filius patri, dum subditus per obediētia obse-
quelam est, dum pluit Dominus à Domino, ne à se ipse
fectū Photinū aut Sabellitū pluerit, vt Dominus à
Domino: dum ad dexterā Dei tum cōsedit, cū sibi vt
cōsideret dictū sit: dum mittitur, dum accipit, dum in
omnibus voluntati eius, qui se misit, obsequitur. Sed
pietatis subiectio non est essentia: diminutio, nec reli-
gionis officium degenerem facit naturam: cū per id
quod cū & innascibilis pater Deus est, & vnigenitus
filius Dei Deus est, Deus tamen vnus sit, & subiectio
filij doceatur & dignitas, dum ei ipsi nō nisi filius nū-
cupandus subijcitur. Quod cū Dei patris sit, tamen si-
bi ex natura sit, nomen habens alienū, sed eius cuius &
filius est, vt sit patri & obsequio subiectus & nomine:
ita tamen vt subiectio nominis, proprietatem natura-
lis atque indifferentis testetur essentia.

18 *Si quis patrem & filiū vnā personā dicit: anathema sit.
Non habet necessitatē contradicendi sibi absoluta
perueritas, & tamē stultus quorūdā furor in id prorū-
pit, vt personā vnā duūm nominū ausus sit prædicare.*

19 *Si quis Spiritum sanctum paraclētum dicens, innascibi-
lem Deum, dicit: anathema sit.*
Adiectio nūc paraclēti, anathemati obnoxiam facit
innascibilis in eo Dei prædicauionem. Impiissimum
enim est, innascibilem Deum cum dici, qui ad con-
solationem nostram sit missus à filio.

20 *Si quis sicut docuit nos Dominus, non alium dicit paraclē-
tum a filio, dicit enim: Et alterius paraclētum mittet vobis
pater, quem rogabo cum ego: anathema sit.*

A A filio paraclētū missum meminimus, & in princi-
pio hoc fides ipsa exposuit. Sed quia frequenter filius
per indifferentis naturæ virtutē opera sua opera patris
esse dixit, dicens: Ego opera patris mei facio: missus
quoque paraclētum, sicuti frequenter spōdōdit, inter-
dum eū & mittendū dixit à patre, dū omne quod age-
ret, piē referre est solitus ad patrē. Ex quo hæretici oc-
casione frequenter arripuit, vt ipsum esse filiū paraclē-
tum dicat: cū in eo quod aliū paraclētū mittendū à pa-
tre sit precaturus, differentia missi rogātisq; significet.
1000. 19. *Si quis spiritū sanctū patrē dicit patris vel filij: anathema
sit. Stultitia hæretici furoris hæc cogit scripto refer-
re, nō quaestio. Nam cū Spiritus sancti nomen habeat
suā significationē, & Spiritus sanctus paraclētus ha-
beat substantiæ suæ & officij & ordinem, & cū vbiq;
indemutabilis pater & filius prædicetur: quomodo
pars esse aut patris, aut filij, sanctus Spiritus asseritur?
Sed quia sicut inter cætera insanariū genera, etiā hoc
quoque proferri ab impijs solet, idcirco à sanctis de-
buit improbari.*

21 *Si quis patrē & filiū & Spiritū sanctum tres dicit deos,
anathema sit. Duūm deorū professio cū irreligiosa sit,
quia nūquā nisi vnū Deū prædicatū meminerimus &
prædicemus: quanto magis triū deorū in patre & filio
& Spiritu sancto nūcupatio dñabilis est? Quod tamē,
quia heretici dicunt, rectē catholici condemnant.*

22 *Si quis quod dictū est: Ego Deus primus, & ego Deus no-
uissimus, & pater me nō est Deus, ad destructionē idolorum
dictum & eorum qui non sunt dii, in destructionē vnici ante
secula Dei Iudaicæ dictum intelligat: anathema sit.*

Deorū numerositate damnata, & Deo tantum vno
prædicato, negari Deū filius Dei nō potest. Verū natu-
ræ istud prætat genuina proprietatē, vt nomen quod
negatur ad numerū, debeat essentia: & id quod nō
est Deus præter me, nō possit filio auferre quod Deus
est: quia Deus alius quā qui est ex Deo, nullus est.
Et per hanc vocē Dei patris, nō potest nō Deus esse:
qui ex indifferenti ad naturam suam est natus essentia.
Quod idcirco Iudæi ad vnionē Dei referunt, quia vni-
genitū Deū nesciunt. Sed nos cū duos deos negamus,
diuersitatē in patre & filio naturalis abominamur ef-
fentia: quia id quod nō est Deo præter me, impiam de
falsis dijs perimit opinionē. Cū verò vnū Deum cōfi-
tentes, filiū quoque Deū dicimus: nihil diuersum per
substantiā in vtroque sub vno nomine prædicamus.

23 *Si quis voluntate Dei tanquā vnū aliquē de creaturis fi-
lium factū dicit, anathema sit. Omnibus creaturis sub-
stantiam voluntas Dei contulit: sed naturā filio dedit
ex impassibili ac nō nata substantia, perfecta natiuitas.
Talia enim cuncta sunt creata, qualia ea esse Deus vo-
luit. Filius autem natus ex Deo talis subicit, qualis &
Deus est: nec dissimilē sui edidit natura naturā. Sed ex
substantia Dei genitus, naturæ secundū originē attulit
essentiam, non secundū creaturā voluntatis essentiam.*

24 *Si quis nolente patre natum dicit filium, anathema sit.*
Non enim nolente patre coactus pater, vel naturali
necessitate ductus cū nollet genuit filium, sed mox vt
voluit sine tēpore & impassibiliter ex se vnigenitū de-
monstrauit: cū nō ex voluntate, vt cætera, filius subsi-
stere doceretur, ne secundū voluntatē tantū, nō etiam
secundū naturā haberet essentia: data hæreticis occa-
sio videbatur, vt necessitatem Deo patri gignēdi ex se
filij ascriberēt, tanquā naturali lege cogente, inuito so-
cederit. Sed hæc passio nō est in Deo patre cōdi-
tio: cū inenarrabili & perfecta natiuitate filij, nec vo-
luntas sola genuit filij, nec demutata, aut coacta impe-
rio na-

rio naturalis legis essentia est, sed nec ad gignendum
quæ sita substantia est, nec gignentis in genito diuersa
natura est, nec in tēpore paterni nominis solitudo: sed
ante tempora omnia pater ex naturæ suæ essentia, im-
passibiliter volens, filio didit naturalis natiuitatem
essentia.

26 *Si quis innascibilem & sine initio dicit filium: tanquā
duo sine principio, & duo innascibilia, & duo inæta dices,
duos faciat deos: anathema sit. Caput enim quod est principij
omnium: filius: caput autē, quod est principij Christi, Deus:
sic enim ad vnū ininitabile omnium initium per filium vni-
uersa referimus.*

Filiū innascibilem cōfiteri, impiissimum est. Iam
enim non erit Deus vnus, quia Deum vnū prædica-
ri natura vnus innascibilis Dei exigit. Cum ergo vnus
Deus sit, duo innascibilis esse non possunt: cū idcirco
Deus vnus sit, cū pater Deus sit, & filius Dei Deus sit,
quia innascibilitas sola penes vnū sit. Filius autē id-
circo Deus, quia ex innascibili essentia natus existat.
Respuit ergo innascibilem filium prædicari fides sancta,
vt per vnū innascibilem, Deum vnū prædicet:
vt naturam vnigenitam ex innascibili genitā essentia,
in vno innascibilis Dei nomine complectatur. Caput
enim omnij filius est, sed caput filij Deus est. Et ad v-
num Deum omnia hoc gradu atq; hac confessione re-
feruntur: cum ab eo sumant vniuersa principium, cui
ipse principium sit. Et iterum confirmantes Christia-
nismi intellectum, dicimus.

27 *Quoniam si quis Christū Deum, filij Dei ante secula sub-
sistentem & ministrantem patri ad omnium perfectionē non
dicat: sed ex quo de Maria natus est, ex eo & Christū & fi-
lium nominatum esse, & initium accepisse vt sit Deus, dicit:
anathema sit.*

Concludi damnatio eius hæresis, propter quā con-
uētum erat, expositione totius fidei, cui aduersabatur,
oportuit: quæ initij Dei filij ex partu virginis mentie-
batur. Hoc enim fidei nostræ secundum Euange-
licā & apostolicā doctrinā principale est, Dominū no-
strū Iesum Christū Deum & Dei filiū à patre nec ho-
noris confessione, nec virtutis potestate, nec substan-
tia diuersitate, nec interuallo tēporis separari. Multi-
fariē, vt intelligitur ex episcoporū cōsiliis atq; senten-
tiis, quæ sita veritas est, & intelligentia ratio exposita
est per singulas scriptas fidei professiones: singulis qui-
busq; generibus impiæ prædicationis extinctis. Non
enim infinitus & immensus Deus breuibis humani ser-
monis eloquijs vel intelligi potuit, vel ostendi. Fallit
enim plerūq; & audientes & docetes breuitas verbo-
rū: & cōpendio sermonū aut nō intelligi potest quod
requiritur, aut etiā corrūpitur, quod significatum ma-
gis quā enarratū rationis abolutione non cōstat. Et
idcirco episcopi in intelligentia suæ sensu loquētes, ob
difficultatē naturalis intelligentia & plurimis defini-
tionibus & copio. sordibus verbis vti sunt ad docendū:
vt & sensum audientium distinctioe editæ per multa
veritatis imbuerēt, & de diuinis rebus nihil aut pericu-
losum aut obscurum in hac multimoda pluriū senten-
tiarū abolutione loquerētur. Nihil autē mirū videri
vobis debet fratres charissimi, quod tā frequētē ex-
poni fides cœptæ sunt, necessitatē hanc furor hæreti-
cus imponit. Nam tantū ecclesiarum Orientalium pe-
riculum est, vt rarum sit huius fidei, quæ qualis sit vos
iudicate, aut sacerdotes aut populū iauerint. Malè e-
nim per quosdā impietati autoritas data est, & exiliis
episcoporū, quorū causam non ignoratis, vires auctæ
sunt prophanorū. Non peregrina loquor, neq; igno-

rata scribo: audiui ac vidi vicia præsentij: non laicorū,
sed episcoporū. Nā absq; episcopo Eleusio & paucis
cum eo, ex maiori parte Asianæ decē prouincias, intra
quas cōsistit, verè Deum nesciūt. Atq; vtiā eum nesci-
erēt, cū procliuiore enim venia ignorarēt quā obtre-
ctarent. Sed horū episcoporum dolor se intra silentij
nō continēt, vnitatē fidei huius quærit, quā iam dudū
per alios amilit. Nam illa in prima collatæ expositi-
onis synodo fides hanc habuit necessitatem: cum apud
Syrmiū per Osiū immemorē gestorū suorum dicto-
rumq; nouæ & tamē iā diu suppuratæ impietatis do-
ctrina proruperat. Sed de eo nihil queror: qui idcirco
est referuatus, ne iudicio humano ignoraretur qualis
ante vixisset. Vbiq; autē scādala, vbiq; schismata, vbi-
que perfidiæ sunt. Hinc illud est, vt ad professionem
subscribendæ fidei, aliqui eorū qui ante aliud scripse-
rāt, cogerētur. Nec queror de patētissimis vicijs Oriē-
talibus episcopis, quibus sufficit post blasphemiam vo-
luntatē coactæ saltē fidei professio. Gratulandū enim
videtur in tanta blasphematum episcoporū hæretica
pernacia, aliquē ex his suscipi pœnitentem. Sed inter
hæc o beatos vos in Domino & gloriosos: qui perfec-
tā atq; apostolicā fidē cōscientia & pfessione retinē-
tes, cōscriptas fides huc vsq; nescitis. Non enim egui-
stis litera, qui spiritu abundatis. Neq; officium manus
ad scribendū desiderastis: qui quod corde à vobis cre-
debat, ore ad salutē pfitebamini. Nec necessariū ha-
buitis episcopi legere, qd regenerati neophyti tene-
batis. Sed necessitas cōsuetudinē intulit, exponi fides,
& expositis subscribi. Vbi enim sensus cōscientia peric-
litat, illic litera postulat. Nec sanè scribi impedit, qd
salutare est cōfiteri. Cōfitemur planē in sancti Spiritus
dono semper innocētēs, & scribimus volētēs, nō deos
duos, sed Deū vnū: neq; per id nō & Deū Dei filium.
Est enim ex Deo Deus. Nō innascibilis deos, quia au-
toritate innascibilitatis Deus vnus est: neq; per id nō
& vnigenitus Deus est: nāq; origo sua innascibilis sub-
stantia est. Non vnū substantiā, sed vnā substantiā non
differentē: non nō vnū in dissimilibus naturis Dei no-
men, sed vnus nominis atq; naturæ indissimilē essen-
tia. Non præstantē quenquā cuiquā genere substantia,
sed subiectū alterū alteri natiuitate naturæ. Patrem in
eo maiorem esse qd pater est, filiū in eo nō minorē esse
quod filius est. Significationē interesse, non interesse
naturā. Patrē non intra tēpora cōfiteri, sed cointem-
poralē patri nō negare. Patrē in filio prædicare, quia
nihil in se habeat filius à patre dissimile: filium in patre
cōfiteri, quia nō est aliūde quod filius est. Mutuā sibi
ac similitē inuicē naturā non nescire, quia par sit: qd vnū
sit, nō existimare, quia vnū sunt: vnū eos sic per indis-
similis naturæ indifferentiā prædicare, ne vnus sit. Ex-
positū charissimi quantū humani sermonis cōsuetudo
patiebatur, & Dominus mihi semper, vt ipse scit, à me
oratus indulsit, cōmunis fidei conscientia. Et si quid
minus, imò qa minus, ac propè nihil dictū est: memen-
tote nō sensum mihi, sed verba deesse. Arguā fortē in
eo naturā meā, nō tamē arguā voluntatem: & ignosco
naturæ, si loqui de Deo quod vult nō potest, cui suffi-
ciat ad salutē, credidisse quæ Dei sunt. Nūc quia fides
mea atq; vestra, quantum mihi cōscius sum, apud Deū
nō periclitatur, & ostēdi vobis, sicut voluistis, quæ an-
te expositæ fides essent ab Oriētalibus episcopis, sed
paucis: repetā em, qa secundū numerū ecclesiarū Oriē-
taliū, episcoporū paucorū fides ista est: ipse quoq; qd
de diuinis rebus secundū doctrinā apostolicā sentirem,
professus sum. Reliquum est, vt quæ errore vobis ex

simplicitatis securitate affectū, cognoscatis sine sciscitatione aliqua: quia iam nec relicta est audientia. Et quanquā iam nō verear de me iudicari secundum expositionē totius fidei: tamen patimini, vt nolim de me adhuc, nisi absolutis omnibus, iudicari. Multi ex nobis fratres charissimi, ita vnā substantiam patris & filij prædicant, vt videri possint, nō magis id piē quā impie prædicare: habet enim hoc verbum in se & fidei conscientia, & fraudem paratam. Nam si secundū naturæ proprietatem ac similitudinem, vt similitudo nō speciem suam afferat, sed genus teneat, religiosē vnā substantiam prædicamus, dummodo vnā substantiā proprietatis similitudinem intelligamus, vt quod vnū sunt, non singulare significet, sed æqualitatem dico, id est, indifferentiam similitudinis, vt similitudo habeatur æqualitas. Æqualitas verō vnū idcirco dicitur esse, quia par sit. Vnum autē in quo par significatur, non ad vnicū vendicetur. Vna igitur substantia si nō personam subsistentē perimat, nec vnā substantiam partitam in duos diuidat, religiosē prædicabitur. Quæ ex natiuitatis proprietate, & ex naturæ similitudine ita indifferentis sit, vt vna dicatur. At verō si idcirco vnus substantiæ pater & filius dicatur, vt hic subsistens sub significatione licet duōm nominum vnus ac solus sit: confessum nomine filium conscientia non tenemus, si vnā substantiā consententes, ipsū sibi vnicū ac singularem & patrem esse dicimus & filiū. Quinetiam & huius tantū erroris occurrit occasio, vt diuisus à se ipse pater intelligatur, & partem executisse quæ esset sibi filius. Id enim hæretici vnā substantiam prædicantes cōtendunt, & his multum piæ confessionis nostræ sermo blanditur: vt dum hoc verbum indefinita breuitate dubium est, proficiat ad errorē. Est præterea error hic tertius, vt cum vnus substantiæ pater & filius esse dicatur, significari existimetur substantia prior quā inter se duo pares habeant: ac sic tres res sermo significet, substantiam vnā: & duos vnus substantiæ velut cohæredes. Vtenim cohæredes duo sunt, & hæreditas anterior est cuius duo sunt cohæredes: ita vnus substantiæ anterioris duo possunt videri confortes. Atqui ita vnā substantiā patris & filij prædicata, aut vnū qui duas nuncupationes habeat, subsistentem significat: aut diuisam vnā substantiam, duas imperfectas fecisse substantias: aut tertiam priorem substantiam, quæ à duobus & vsurpata sit & assumpta: quæ idcirco vna dicatur, quia in duas vna defecta sit. Et vbi post hæc natiuitas, vbi pater, vbi filius intelligitur: si patrem & filium vel defectio potius, vel anterioris substantiæ communio, quā naturæ natiuitas prædicabit? In his igitur tot tamq; grauib; fidei periculis, verborum breuitas tēperanda est: ne impiē dici existimetur, quid piē intelligitur: ne secura atque innocente cōscientia, per occasionē hæreticorum reus sermo sit, dicitur vnā substantiam catholicus patris & filij, non inde incipiat: neq; hoc quasi maximum teneat, tanquā sine hoc vera fides nulla sit. Tuto vnā substantiam dicet, cum antē dixerit: Pater ingenuus est, filius natus est, subsistit ex patre, patri similis est, virtute, honore, natura. Patri subiectus est, vt auctori: nec se per rapinam Deo, cuius in forma manebat, acquauit: obediēs vsq; ad mortē fuit. Non ex nihilo est, sed natus est. Non est innascibilis, sed contemporalis. Non est pater, sed ex eo filius est. Non est portio aliqua, sed totus est. Non est autor ipse, sed imago est: imago Dei ex Deo, in Deum nata. Non est creatura, sed Deus est. Non est Deus in genere substantiæ, sed

vnus Deus per indifferentis substantiæ essentia. Non persona Deus vnus est, sed natura: quia nihil in se diuersum ac dissimile habent natus & generans. Et post hæc, vnā substantiam patris & filij dicendo, non errat: at vnā substantiam negando, iam peccat. Nemo itaque vnā substantiā negari à nobis putet: cuius idcirco ratio ostenditur, ne negetur. Nemo vnā substantiam breui ac nudo sermone putet prædicandam: vt possit religiosē dici, vna esse substantia. Nō enim ego audio: Christus ex Maria natus est, nisi & audiam: In principio erat verbum, & Deus erat verbum. Non audiam, Ioh. 1. Christus esurui, nisi post quadraginta dierum ieiunium audiam: Non in pane solo viuūt homo. Non audiam, Ioh. 4. sicut, nisi audia: Qui biberit de aqua quam ego dederō ei, nō sitiet in æternum. Nō audiam, Christus passus est, nisi audiam: Nunc est hora vt filius hominis clarificetur. Non audiam, mortuus est: nisi audiam, resurrexit. Nihil solitariū ex diuinis sacramentis ad suspicionē audientium & ad occasionē blasphematum proferamus. Ante natiuitas filij, ante subiectio, ante similitudo naturæ filij prædicanda est: vt non impiē vnus & pater & filius substantiæ prædicetur. Et nō intelligo, cur ante cetera tanquā maximum & potissimū & solitariū prædicandum sit: quod nec piē possit ante cetera prædicari, & iam impiē necesse sit post cetera denegari. Non est, fratres charissimi, vna patris & filij neganda substantia: sed ne irrationabiliter prædicanda sit vnā substantia ex naturæ genitæ proprietate, nō sit aut ex portione, aut ex vnione, aut ex cōmunione. Pōt est vnā substantia impiē dici, & piē taceri. Habes natiuitatē, habes similitudinem. Quid verbi calumniam suspiciōsē tenemus, rei intelligentia non dissidentes? Credamus, & dicamus esse vnā substantiā, sed per naturæ proprietatē nō ad significationē impiæ vnionis. Vna sit ex similitudine, nō ex solitudine. Sed fortē parū proprietatis in se habere similitudo videatur. Hoc si est, quæro quo modo possim alterū ad aliū, nisi per similitudinā coæquare? Aut nūquid nō id est, esse simile quod æquale? Si vnū dico, habet & vnici suspiciōnē: si simile dixerō, habet indifferentis cōparationē. Inter simile & vnū quæro quē locum habeat æqualis, & interrogo vtrum similitudinis potius aut solitudinis res sit. Non est æqualitas in dissimilibus, nec similitudo est intra vnū. Aut quid differunt similis & æqualis, vt ab vno iterum discernatur æqualis? Nō sunt itaque dissimiles æquales. Et quid aliud possunt esse similes quā æquales, cum in dissimilibus non sit æqualitas? Prædicatæ itaque fratres charissimi similem filium in omnibus patri, nihil aliud quā æquale prædicamus: perfectæ æqualitatis habet significantiam similitudo, & hoc ex sanctis scripturis intelligendū est. Legimus namq;: Vixit autem Adam ducentis triginta annis, & genuit secundum effigiem & similitudinem suā, & cognominauit nomen eius Seth. Quæro cuiusmodi similitudinem & effigiem suam Adam in Seth genuerit. Tolle corporū infirmitates, tolle conceptus initium, tolle dolores partitudinis, & omnem humanam necessitatem: quæro similitudo hæc quæ in Seth est, vtrum per naturam dissentiat auctori, aut vtrum alterius generis essentia fuerit in vtroque, ne non naturalem habuerit Adæ Seth natus essentiam. Sed similitudo Adæ est etiā sine genere, quia nō est natura dissimilis. Similitudo autē naturæ non habuit in Seth alterius generis naturā, quia nō aliunde Seth natus est: ita similitudo res ipsas naturales coæquat, per similitudinem non indifferentis essentia. Omnis itaque filius secundum

secundum naturalem natiuitatem, æqualitas patris est: quia est & similitudo naturæ. Et beatus Ioānes docet in natura patris & filij, quam Moyses in Seth Adæ similitudinē dicit, hæc eadem æqualitatē esse naturæ. ait enim: Propter hoc cum magis quærebāt Iudæi interficere, quoniam non solū soluebat sabbatum, sed & patre suum dicebat Deū, æqualem se faciens Deo. Quid tatorum virorū doctrinis atq; dictis inferimus torpentina peccatis grauib; ingenia? & sensus hebetes atq; temerarios aduersum indissolubilis prædicationis autoritatē impij fatigamus? Per Moysen Seth Adæ similitudo est, per Ioannē filius patris æqualitas est: Et querimus tertiu nescio qd inter patrē & filiū quod natura non recipit. Similis est patri filius: filius patris est, ex eo natus est. Per hoc solū piē potest, quod vnū sint prædicari. Nec me fallit fratres charissimi, quod dā esse qui similitudinē cōfidentes negant æqualitatē. Sed loquatur vt voluit, & blasphemie suę virus ingerat ignoratibus. Si inter similitudinē & æqualitatē differre dicit, quæro vnde cōparetur æqualitas. Namq; si secundum essentia & virtutē & gloria & tempus patri filius similis est: interrogo ex quo non videatur æqualitas. Nam etiā hæc in superiori fide constituta dānatio est: vt anathema esset, qui patrē dissimilis sibi essentia diceret patrē. Si ergo naturā neq; aliā, neq; dissimile ei, quæ impassibiliter generabat, dedit: nō potest aliā dedisse, nisi propriā. Ita similitudo proprietatis est, proprietatis æqualitas est, & æqualitas nihil differt. Quæ autē nihil differūt, vnū sunt: nō vnione personæ, sed æqualitate naturæ. Quanquā verō & cōmuni sensu & ciuicis autoritatibus inter similitudinē & æqualitatē nihil differre intelligatur: quippe cum secundū Moysen & Ioannē patri filius & similis sit & æqualis: tamē videamus an Dominus Iudæis irascētib; quod patrē sibi Deū dicendo, Deo se coæquasset, se esse docuerit Deo æqualem. ait enim: Non potest filius à se facere quicquā, nisi quod viderit patrem facientē. Autorem discreuit, cū ait: Nō potest à se facere. Obedientiam significat cum addit: Nisi quod viderit patrem facientem. Non enim virtutis differētia est, nō posse nisi videat: quia virtutē magis præstat natura quā visus. At verō obsequia est, tūc posse cum videt. Atq; ita per id quod tunc videt, significat, nō ex visu se accipere virtutē, sed autoritatē visus præsumere potest. Nō ergo differt naturæ virtus in patrē & filio: cui hoc posse, quod pater possit, nō ex incrementō aliquo naturæ profectus tribuat, sed auctoris exemplū. Deniq; honorē quem subiectio conferuauit, naturæ virtus æquauit. Subiecit enim: Quęcunq; enim ille facit, eadē & filius similiter facit. Nunquid similitudo non æqua planē est, etiā sine genere: eadem enim similiter facit. Nunquid similiter facta, nō eadē sunt: aut eadem non recipiunt æqualitatē: aut aliquid inter simile differt & æquale: cū quæ similiter fiunt, eadē fieri intelligatur? nisi fortē quisquā quæ eadem sunt, negauerit æqualia, vt quæ similia sunt, nō dicatur æqualia: cū quæ similiter fiūt, nō modo æqualia fieri, sed eadē prædicentur. Caret igitur fratres similitudo naturæ cōtumeliæ suspiciō: nec potest videri filiū idcirco in proprietate paternæ naturæ non esse, quia similis est, cum similitudo nulla sit nisi ex æqualitate naturæ: æqualitas autem naturæ nō potest esse, nisi vna sit. Vna verō nō personæ vnitate, sed generis. Hæc fides pia est, hæc cōscientia religiosa, hic salutaris sermo est, vnā substantiā patris & filij idcirco nō negare, quia similis est: similem verō ob id prædicare, quia vnū sunt. Expōita cha-

rissimi, vnus substantiæ, quæ Græcè homouision dicitur, & similis substantiæ, quæ homœusion appellatur, fidei ac pia intelligentia: & vicis, quæ ex verborum vel breuitate subdola, vel periculosa nuditate accidere possunt, absolutissimē demonstratis: reliquus mihi sermo ad sanctos viros orientales episcopos dirigendus est, vt quia ita de fide nostra nihil inter nos suspiciōnis relictu est, ea quæ adhuc in suspiciōnē ex verbis veniūt purgentur: & dabunt veniā, ex cōmuni conscientia fide secum liberius locuturo. O studiosi tadem Apostolicæ atq; Euāgelicæ doctrinæ viri, quos fidei calor in tantis tenebris hæreticæ noctis accendit. Quantam spem reuocandæ veræ fidei attulistis, constanter audacis perfidiæ impetum retundendo. Antea enim in obscuro atque in angulis Dominus Christus Dei esse secundum naturam filius negabatur, & essentia inops paternæ, accepisse cum creaturis originem de non extantibus prædicabatur. At verō nunc publice autoritatis professione hæresis prorumpens, id quod antea furtim multabat, nūc vicitrix gloriatur. Quibus enim antea cuniculis in catholicam ecclesiam non tentauit irrepere? Quas non exercuit falsæ religionis blandimēto seculi potestates? Homines enim peruersi conuque proruperant, vt cū hoc ipsi prædicare publice nō auderent, imperatorem tamen fallerent ad audiendū. Fefellerunt enim ignorantem regem, vt istiusmodi perfidiæ fidem bellis occupatus exponeret, & credendi formam ecclesiis nondum regeneratis imponeret. Contradictes episcopos ad exilium coegerūt. Coegerunt enim nos ad voluntatem exulandi, dum impietatis imponunt necessitatem. Sed exulem semper dummodo incipiat verum prædicari: Domino enim gratias quod ignorationem per vos admonitus imperator agnouit, & errorem non suum, sed astantiū, per has fidei vestræ sententiās recognouit, & se inuidia apud Deum atque homines impiæ voluntatis exemit, cum legationem vestram honorificè habes, falsitatem eorum, quorum autoritate in inuidiam deducebatur, coacta à nobis ignorantia suæ professione cognouit. Fallunt quantū & vereor, & mihi videtur fratres charissimi, fallunt, quia semper fefellerūt: & ipsa illa præsens nunc subscriptio non caret falsitate. Excusant enim se idcirco homouision & homœusion taceri voluisse, quia vnū atque idem significari verbo vtroque existimaret. Rudes credo episcopi ignorauerunt homouision significationē: quasi nūquā de hoc aut synodus fuisset, aut lites. Sed esto ignorauerunt homouision, aut nesciebāt homœusion id significari, quod similis esset essentia. Iā si hoc nesciebant, cur nesciri volebant generationem filij? Nunquid si inenarrabilis est, ideo & ignorabilis est? Sed si ignoratur quomodo natus est: nunquid ignorari vel hoc potest quod filius Deus nō ex alia substantia, sed ex Deo natus non diuersam habeat essentia? Nunquid nō legerat, sicut patrem, ita & filiū honorandū, vt patrem honore præferrent? Nunquid incognitum habebat patrem in filio videri: vt filius apud eos dignitate, charitate, maiestate differret? An & hoc ex ignorantia venit, vt cum cæteris patri subiectus sit filius? vt dum cum cæteris subicitur, non discernatur à cæteris: cum subiectio filij naturæ proprietatis sit, subiectio autem cæterorū creationis infirmitas sit. Passum quidem sciebant: sed dicant quæso, compallum quomodo cognouerunt? Euitant homouision atq; homœusion, quia nusquam scriptum sit: quæro compallum esse vnde præsumperunt? Aut nunquid volunt duos esse qui passi sunt? Id enim

compaffio testatur. Vbi illud est? Iesus Christus filius Dei: aut nunquid alius est Iesus Christus, alius filius Dei? Si non idem atque vnus intra extraque Dei filius est, credite in homoufionem, si hæc ignorare licet. Si autē in his ipsis ipsa illa ignoratio impia est, quæ tamen non potest nec falso excusari: vereor ne & homoufij ignorationē professio mentiatur. Non quoradmodum de venia quam dedistis: religiosum est Deo sua referuare, & ignorationis error humanus est. Sed ignoscant mihi iam duo episcopi Valens & Ursatius, quod eos pro ætate atq; exercitatione sua ignorasse non credo. Et difficillimum est ne mentiri existimentur, qui se in alio negotio non possunt nisi mendacio purgare. Sed Dominus hoc magis tribuat, vt nos malè opinemur, quàm illi non ignorauerint. Malo enim ego malè existimans indicari, quàm fidē vestrā hæreticæ conscientie communiōne violari. Oro autē vos sanctissimi viri, vt cum bona venia sollicitudines meas æstimetis. Testis enim Dominus est conscientie meæ, in nullo me expositiones has quas in Syrmii detulistis fidei vestræ velle conuellere. Sed date veniam, si quædam intelligere non possum, & consolabor me, quia legi: Spiritus prophetarum phphetis subiectus est. Ex quo fortè non impudenter etiam à me præsumitur, vt & ego intelligam quod alius ignoret. Non quod quicquam vos secundum mensuram scientie ignorare ausus sim dicere: sed super fidei catholicæ vnitatem, patimini non minus in nobis esse sollicitudinis quàm in vobis. Epistolam quam à vobis de homoufij & homœufij expositione apud Syrmii Valens & Ursatius & Germinius poposcerunt legi: intelligo in quibusdam nō minus circumspectam esse quàm liberam. Et ipsa homoufij & homœufij demonstratio, nihil reliquit difficultatis. Et quidem de homœufio, quod est similitudo essentie, commune iudicium est. De homoufio verò, quod est vnus essentia, tractantes, primum idcirco respuendum pronunciauistis, quia per verbi huius enunciationem substantia prior intelligeretur, quam duo inter se partiti essent. Intelligo vitium intelligentiæ. Et prophanus hic sensus est, & communi iudicio ab ecclesia respuendus. Secundo quoq; id addidistis, quod patres nostri, cum Paulus Samosatensis hæretic⁹ pronunciat⁹ esset, etiam homoufionem repudiauerint: quia per hanc vnus essentia nuncupationem, solitariū atq; vnicū sibi esse patrem & filium prædicabat. Et hoc sanè nunc quoq; prophanisimū ecclesia recognoscit, patrem & filium in his nominū professionibus ad vnionis ac singularis solitudinē negata personarum proprietate reuocare. Tertio etiam hæc causa improbandi homoufij commemorata à vobis est: quia in synodo, quæ apud Niceam fuit, coacti patres nostri propter eos qui creaturam filium dicebant, nomē homoufij indidissent: quod non recipiendum idcirco fit, quia nusquam scriptum reperiretur. Quod à vobis dictum satis miror. Si enim homoufionem propter nouitatem verbi repudiandum sit: vereor ne & homœufio periclitetur, quia nusquam scriptum reperitur. Sed hinc non calumnior. Malo enim aliquid nouum commemorasse, quàm impiè respuisse. Prætermissa itaque quaestione nouitatis, ne in his quidem residet quaestio, quæ communi omnium nostrum iudicio damnantur. Quis enim sanæ mentis tertiam substantiam, quæ & patri & filio communis sit, prædicabit? Vel quis secundum Samosatēum in Christo renatus, & filium confessus ac patrem: quod Christus in se sibi & pater & filius sit, confitebitur? Par itaque in condemnandis impietatis hæreticorum nostra sententia est: & hanc

I. Cor. 14.

homoufij intelligentiam non modo respuit, sed & odit. Atque ita non relinquitur vitiofæ intelligentiæ quaestio, vbi in vitij damnatione communis assensus est. Dicturo autem me tandem de tertia quaestione, oro vos, ne vbi pax conscientie est, ibi sit pugna suspicionum: neque quicquam me nisi ad vnitatis profectum proferre existimetis. Inane enim est calumniam verbi pertimescere: vbi res ipsa, cuius verbum est, non habeat difficultatem. Displicet cuiquam in Synodo Nicena homoufionem esse susceptum? Hoc si cui displicet, necesse est placeat quod ab Ariani est negatum. Negatum enim idcirco est homoufionem, ne ex substantia Dei patris Deus filius natus, sed secundum creaturas ex nihilo conditus prædicaretur. Nihil nouum loquimur, pluribus edita literis, ipsa Ariatorum perfidia sibi testis est. Si propter negantium impietatem pia tum fuit intelligentia confitentium: quæro cur hodie conuellatur, quod tum piè susceptū est, quia impiè negabatur? Si piè susceptum est: cur venit constitutio pietatis in crimē, quæ impietate piè per ea ipsa quibus impiabatur extinxit? Videamus igitur quid Nicena synodus statuerit, homoufio, id est, vni⁹ substantiæ cōfistendo: nō vtiq; hæresim parturire, quæ de homoufij vitiofa opinione cōcipitur. Nō opinor illud loquētur, quod vnā anteriorem substantiam pater & filius in substantiam suam partiendo diuiserint. Et ipsam quidem tum religiosè inscriptam fidem, nūc quoq; huic sermōni nostro nō irreligiosè inferemus.

Credimus in vni⁹ Deū patrē omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factōrē. Et in vni⁹ Dominū nostrū Iesum Christū filium Dei, natū ex patre vnigenitū, hoc est, de substantia patris, Deū ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum de Deo vero, natū non factū, vnus substantia cum patre, quod Græce dicitur ὁμοούσιον, per quē omnia facta sunt, quæ in cælo & in terra, qui propter nostrā salutē descendit de cælis, & incarnatus est, & homo factus est, & passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, vtriusq; iudicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctū. Eos autē qui dicit, erat quādo nō erat, & antequā nasceretur nō erat, & quod de nō exstantibus factus est, vel ex alia substantia aut essentia, dicentes esse cōuertibilem & demūabilem Deum: hos anathematiz at catholica ecclesia.

Non hic sanctissima religiosorum virorum Synodus, nescio quā priorem quæ in duos diuisa sit, substantiā introducit, sed filium natū de substantia patris. Nan quid nos negamus? aut qd aliud cōfitemur? Et post cæteras cōmunis fidei expositiones ait: Natū non factū, vnus substantiæ cū patre, quod Græci dicit ὁμοούσιον. Quæ hic vitiosè intelligentiæ occasio est? nat⁹ esse de substantia patris filius, nō factus prædicat: ne natiuitas diuinitatis, factura sit creationis. Idcirco autem vnus substantiæ: nō vt vnus subsistat, aut sol⁹, sed vt ex substantia Dei natus nō aliūde subsistat, nē in aliqua dissidētis substantiæ diuersitate subsistat. Aut nunquid nō hæc fides nostra est, vt nō aliūde subsistat, neque quod dissimilis subsistat? Aut aliud hic testatur homoufio, q̄ vt vna atq; indissimilis duū sit secundū naturā appaginem essentia, quæ essentia filij nō sit aliūde: quæ quæ aliūde nō est, vnus rectè esse ambo creditur essentia, quæ substantiā natiuitatis filius nō habeat nisi de paternæ autoritate naturæ? Sed fortè ecōtrario dicitur, idcirco improbari oportere, quia vitiosè intelligi solet. Hoc si timemus, deleamus in apostolo quod dictū est: Mediator Dei & hominū homo Christus Iesus, quæ ad autoritatē hæresis suæ Photinus hoc vtiq; & nō legatur à nobis, quæ ab illo malè intelligatur. Pereat quoq; ad Philippenses scripta epistola, aut igni, aut spōgia: ne in ea Marcio relegat. Et habitu rept⁹ vt homo,

1. Tim. 2.

Philip. 2.

Ioan. 10.

Ibid. 14.

Luc. 13.

Hebr. 5.

phantasiam corporis confitens esse, non corpus. Non extet Euangelium Ioannis, ne Sabellius dicat: Ego & pater vnus sumus. Neque isti nunc creaturæ prædicatores scriptum habeant: Pater maior me est. Neque illi qui dissimilem patri filium affirmare volunt, legat: De die autem & hora nemo scit, neque angeli in cælis, neque filius, nisi pater solus. Non sint quoque libri Moyfi, ne tenebræ Deo, qui innascibilem lucem habitat, coæq; sint, quia in Genesi post noctem dies cæpta sit: ne anni Mathusaleætatem diluuij excedant, & non tantum octo sint animæ referuatæ: ne clamorem Sodomorum repletis iam peccatis Deus audiens, tanquam ignorans clamorem descendat vt videat an plena sint cum clamore peccata, & reperiat Deus nefcire quod fecerit. Ne quisquam quoque sepelientium sepulti Moyfi sciat sepulchrum: nē per hoc, vt heretici putant, diuersa lex ipsa sibi hostis sit. Et quia hæc ab his non intelliguntur, non legantur à nobis. Pereant quoque si videtur (quod nō ego dixerim, sed responfionis necessitas) omnia diuina illa & sancta Euangelia salutis humanæ: ne se inuicem contraria dictorum opinione compungent, ne missurus Dominus Spiritū sanctum ipse de Spiritu sancto natus legatur. Ne mortem & gladium denūciaturus vsuris, emi gladium passurus indicat: Ne ad inferos descensurus, in paradiso sit cum latrone: Ne postremō apostoli reperiantur in crimine, qui baptizare in nomine patris & filij & Spiritus sancti iussi, tantum in Iesu nomine baptizauerūt. Vobis enim fratres vobis dico, qui non iam lacte alimini, sed firmo cibo valetis: Nunquid, quia ista sapientes mundi non intelligunt, & his stulta sunt, nos cum mundo sapientes erimus, vt hæc stulta credamus? Et quia hæc impiis cæca sunt, nos non lucebimus intellecta veritate doctrinæ? Malè sanctis rebus prædicatur, si quia non sancta à quibusdam habentur, esse nō debeant. Non ergo gloriemur in cruce Christi, quia scandalum mundo est: neque in viuēte Deo mortem prædicemus, ne ab impiis mortuus Deus arguatur. Malè intelligitur homoufionem, quid ad me bene intelligentem? Malè homoufionem Samosatensis confessus est, sed nunquid melius Ariani negauerunt? Octoginta episcopi olim respuerunt, sed trecenti decem & octo nuper receperunt. Et mihi quidem ipse ille hic numerus sanctus est: in quo Abraham victor regum impiorum, ab eo qui æterni sacerdotij est forma, benedicitur. Illi contra hæreticum improbauerunt. Nunquid & isti non aduersum hæreticum probauerunt? Grauis autoritas est veterum. Nunquid & horum leuis sanctitas est? Si contraria inuicem senserunt, debemus quasi iudices probare meliora: si verò & probando & improbando vnum vtrique statuerunt, quid bene constituta conuellimus? Sed fortè dicitur mihi: Aliqui hodie ex his qui tunc synodo interfuerunt, tacendum de homoufio esse decreuerunt. Et ego inuitus licet respondebo dicenti: Nunquid non & ipsi tacendum esse de homœufio cōstituerunt. Oro vos, ne quisquam alius ex his præter senem Osum, & ipsum illum nimium sepulchri sui amantem, reperiat, qui tacendum esse existimet de vtroque. Et quod tandem in tantis hæreticorum peruersitatibus recidimus, si dum non vtrunque recipimus, neutrum retinemus? Non enim videri potest impiè dici, vt quia neutrum scriptū reperitur, aut neutrum confitentium sit, aut vtrunque. Homoufionem sanctissimi viri, intelligo ex Deo Deum, nō dissimilis essentia, non diuisum, sed natum, & ex innascibilis Dei substantia coingentam in filio secundum simi-

litudinem vnigenitā natiuitatem. Ea me antea intelligentem nō mediocriter ad id cōfirmauit homoufionem. Quid fidē meam in homoufio damnas, quam per homœufij confessionem non potes non probare? Damnas enim fidem meam, vel potius tuam, cum damnas intelligentiam eius in nomine. Sed malè alius intelligit. Damnemus in commune vitiofam intelligentiam, non auferamus fidei securitatem. Synodo Samosatense subscribendum putas, ne secundum Samosatē intelligentiam quisquam sibi vsurpet homoufionem. Subscribamus & Nicenæ synodo, ne homoufionem improbant Ariani. Sed verendum est, ne si secundum fidem homœufionem homoufionem significare videatur, decernatur, nihil differre vnus & similis esse substantiæ. Sed homoufionem potest malè intelligi. Constituat qualem bene possit intelligi. Vnum atque idem quod sapiamus, piū inter nos esse velimus. Date veniam fratres quam frequēter poposci. Ariani non dices: cur negando homoufionem cōfitemini Ariani? Sed dices, Mouit me cum scandalo, homoufij ambiguitas. Iterum audi oro sine scandalo, & me mouit homœufij nuditas. Multa sæpe fallunt quæ similia sunt. Timeo aurum bractæa, quia me fallere possit interius: & tamen auro simile est quod videtur. Timeo lactis similitudinem, ne oblatū mihi lac, non lac ouium sit: quia ei simile videatur & bubulum. Vt lac ouium lacti ouium simile sit: non potest simile esse, nisi ouis sit. Similitudo vera in veritate naturæ est: veritas autem in vtroque naturæ. Non negatur homœufios. hæc est enim secundum essentiam similitudo, si massa massæ consimilis non fallat in bractæa, si lac quod concolor est, non diuersum sit in sapore. Simile auro, quicquam non potest esse nisi aurum: simile lacti, nisi sui generis sit, esse non poterit. Fefellit me frequenter color vini, & tamen gustu alterius generis liquorem recognoui. Vidi carnes carnibus similes, sed postea mihi naturæ dissimilitudinem sapor prodidit: has enim similitudines, quæ non ex vnitatem naturæ sunt, non metuo. Vereor enim fratres, Orientis hæreses in tempora singula pullulantes, & quid verear edicam. Iam & legi. Mihi quidem in his, quæ vos de Orientalium quorundā assensu, susceptæ, legationis ministri subscribenda Syrmium detulistis, nihil suspicionis relictum est: sed habuerunt ab exordio non nihil offensiois, quæ credo vos sanctissimi viri Basilij & Eustathij & Eleusij ne quid scandalifafferetur, abolenda tacuisse. Quæ si rectè scripta sunt, taceri non debuerunt. Si autem ista non rectè scripta sunt adhuc tacentur, cauendum est ne aliquādo dicantur. Parcens enim adhuc de his nihil dico: tamen mecum recognoscitis, quod non ita omnis scripta apud Ancyram fides se habeat. Non famæ fabulam loquor: literarum fidem teneo, non à laicis sumptam, sed ab episcopis datam. Oro vos fratres, adimite suspicionem, secludite occasionem: vt probari possit ὁμοούσιον, non improbemus ὁμοούσιον. Cogitemus tot sacerdotes sanctos & iam quiescentes. Quid de nobis Dominus iudicabit, si nunc anathematizantur à nobis? Quid de nobis erit, qui re ed deducimus, vt quia episcopi non fuerūt, nos quoque nec ceperimus? Ordinati enim ab his sumus, & eorum sumus successores. Renunciemus episcopatu, quia officium eius ab anathemate sumpserimus. Date veniā fratres dolori meo. Impium est quod audetis: non patiar hanc vocem, vt in anathemate sit, ὁμοούσιον secundum religiosam intelligentiā confitens. Nomen nihil habet criminis, quod sensum non perturbat religionis: homœufionem nescio,

nec intelligo, nisi tantum similis essentia confessionem. Testor Dominum caeli atq; terræ, me cum neutrum audissem, semper tamen vtrunq; sensisse, quod per homœousion homouisi oportet intelligi id est, nihil simile sibi secundum naturam esse posse, nisi quod esset ex eadem natura. Regeneratus pridem, & in episcopatu aliquantisper manens, fidem Nicenam nunquam nisi exulturus audiui: sed mihi homouisi & homœousij intelligentiam Euangelia & Apostoli intimaerunt. Pium est quod volumus. Ne damnemus patres, ne animemus hæreticos: ne dum hæresin expellimus, hæresin nutriamus. Interpretati patres nostri sunt post synodum Nicenam homouisi proprietatem: religiosi extant libri, manet conscientia: si quid ad interpretationem addendum est, communiter consulamus. Potest inter nos optimus fidei status conditi: vt nec ea quæ bene sunt constituta vexentur, & quæ male sunt intellecta refecentur. Egressus sum fratres charissimi, humanæ conscientia pudorem: & humilitatis meæ immemor de tantis ac tam reconditis rebus, & ad vsque hanc ætatem nostram intetatis ac tacitis, amore vestri coactus hæc scripsi, & quæ ipse credebam loquutus sum: conscius mihi, hoc me ecclesiæ militiæ meæ stipendium debere, & per has literas, episcopatus mei in Christo vocem, secundum doctrinas Euangelicas, destinare. Vestrum est in commune tractare ac providere atque agere: vt quod vsque nunc inuolabili fide manetis, religiosa conscientia conferuetis, & teneatis quod tenetis. Mementote exilij mei in orationibus sanctis: à quo me post expositionem huius fidei nescio an tam iucundum est ad vos in domum Christi reuertit, quam securum est mori. Deus & Dominus noster, incontaminatos vos & illæfos in diem reuelationis referuet opto, fratres charissimi.

ELENCHVS CANONVM D. HILARII IN EVANGELIUM MATTHÆI ORDINE, quo ab eo sunt editi.

- CANON I.**
De natiuitate Christi. De Magis cum muneribus, & de infantibus occisis.
- CANON II.**
De Iesu regresso ex Aegypto. De prædicatione Ioannis, & baptismo. De Domino baptizato.
- CANON III.**
De tentatore diabolo. De ieiunio Iesu quadraginta diebus. De Petro & Andrea piscatoribus.
- CANON IIII.**
De beatitudine & præceptis. De reconciliatione fratrum. De adulterio. De oculo & manu eruenta. De iuramentis & elemosyna.
- CANON V.**
De oratione & ieiunio. De thesauro in cælo. De lucerna corporis. De duobus dominis. De cibo & vestitu. De volatilibus & liliis agri, & fœno. De sollicitudine dici. De festuca & trabe in oculo.
- CANON VI.**
De margaritis ante porcos. De pseudophphetis. De domo ædificata super petram.
- CANON VII.**
De leproso quem curauit Dominus. De puero tribuni paralytico. De focru Petri. De plurimis & di-

- uersis curis.
- CANON VIII.**
De discipulis in naui excitantibus Iesum. De duobus demoniacis in terra Gerasenorum. De paralytico curato & lectum ferente.
- CANON IX.**
De Matthæo publicano. De Phariseorum, & discipulorum Ioannis ieiunio. De adfutu panni rudis. De profluuiio mulieris. De filia principis excitata à mortuis. De duobus cæcis. De surdo & muto.
- CANON X.**
Misertus turbarum Dominus, duodecim discipulos præmittit cum potestate & doctrina, &c.
- CANON XI.**
Ioannes de carcere ad Iesum mittit, & Iesus de Ioanne ad turbas loquitur. Item confessio Iesu ad patrem.
- CANON XII.**
Discipuli spicas vellunt. Manus aridæ hominem sabbato curauit. Cæcum & dæmoniacum curauit. De blasphemia spiritus. De fructu arboris bonæ & malæ. De omni verbo ociofo. De signo Ionæ. De Niniuitis & regina Austri. De septem spiritibus & octauo. De matre Iesu & fratribus.
- CANON XIII.**
Sedens in nauicula Iesus turbis parabolas loquitur. De feminatæ bonum semen. De zizania & tritico. De grano sinapis. De fermento absconso in farina. Expositio zizania. De thesauro in agro. De bona margarita. De reti misso in mare.
- CANON XIII.**
De scriba in regno cælorum. De fratribus & fororibus Domini. De Ioannis capite in disco. De quinq; panibus & duobus piscibus, Vbi super mare ambulabat, & Petrum mersum erexit.
- CANON XV.**
De lauandis manibus. Et non ea quæ in os intrant, sed ea quæ ex ore exeunt inquinare. De filia Chanana: mulieris. De septem panibus & paucis piscibus.
- CANON XVI.**
De Ionæ prophetæ signo. De fermento phariseorum, & confessione Petri. De benedictione Domini, & de se abnegando qui Christum sequi voluerit.
- CANON XVII.**
Vbi in monte cum Moyse & Helia videtur, & vox de cælo auditur. Vbi puerum lunaticum saluat. De credentium fide. De didrachma postulata, & statere in ore piscis inuento.
- CANON XVIII.**
De infantibus inhibitis. De humilitate eorum asfumenda. De manu & pede, & oculo eruendo, & de oue perdita. De corripiendis fratribus secreto primū, tum duobus testibus, postremo ecclesia præsentem. Et quod semper ignoscendum. De eo qui cõseruum, remisso sibi à Domino debito, suffocauit.
- CANON XIX.**
Transit in Galilaam. Vxorem non debere dimittere. De eunuchis. De infantibus inhibitis. Diuitem difficile introire in regnum cælorum.
- CANON XX.**
De spe apostolorum. De nouissimis primis efficiendis. Vbi cõducuntur operarij ad vineam. De filiis Zebedæi. De primo accubitu. De duobus cæcis secus viam sedentibus.
- CANON XXI.**
De asina & pullo eius. De eiectis è templo numulariis.

mulariis. De ficu maledicta. De duobus filiis ad vineam missis. De publicanis & meretricibus.

CANON XXII.
De vinitoribus, qui missos ad se ob recipiendos fructus interficiunt. De inuitatis promiscuis, & de veste nuptiali.

CANON XXIII.
De tributo Cæsari dando, & de imagine Cæsaris. De eadem septem fratrum vxore. De mandatis maximis. De Dauid filio.

CANON XXIII.
De cathedra Moysi, super quam sederunt scribæ & pharisei. De clauso ab iisdem regno cælorum. & ab iisdem comedi domos viduarum, circumeuntibus mare & aridam, & dicentibus: Quicumque iurauerit in templo, nihil est. Et de decimantibus mentam & anethum, & ædificantibus sepulcra prophetarum. Et de Hierusalẽ, quæ interficit prophetas, & lapidat eos qui ad se missi sunt.

CANON XXV.
De structura templi interrogantibus discipulis. Et de his qui in tecto sunt, ne descendant tollere aliquid de domo: & qui in agro sunt, ne reuertantur tollere tunicam. Et de prægnantibus & nutrientibus.

CANON XXVI.
De sole obscurato, & luna & stellis.

CANON XXVII.
De seruo fideli quem constituit Dominus super familiam suam. Et de decem virginibus. De homine peregre profecto, qui tradidit substantiam suam seruis suis.

CANON XXVIII.
De aduentu filij hominis venientis ad iudiciũ cum maiestate sua.

CANON XXIX.
De muliere quæ accessit ad Iesum in domo Simonis leprosi, habens alabastrum vnguenti preciosi.

CANON XXX.
De die prima azymorum, in qua accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi manducare pascha?

CANON XXXI.
Venit Iesus in agrum, qui dicitur Gethsemani, & dicit discipulis suis: Sedete hic donec eam illuc orare. Et tristata est anima eius vsque ad mortem. Et de calice mortis quod dicit: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. De spiritu prompto, & carne infirma. Et rursum de eo quod dixit: Pater, non potest hic calix transire nisi illum bibam? fiat voluntas tua.

CANON XXXII.
De Iuda, qui erat vnus de duodecim discipulis, veniente ad Iesum cum plurima turba vt eum traderet. De gladio quem iussit Petro conuertere in locum suum.

CANON XXXIII.
De Pilato cum sederet pro tribunali, & cum missis ad illum vxor sua, dicens: Nihil tibi sit & iusto isti. De transeuntibus iuxta crucem, qui mouebat capita sua, & dicebant: Hic est qui destruebat templum, & in tri-duum illud reædificabat.

ELENCHI FINIS.

DIVI HILARII PICTAVORVM EPISCOPI, IN EVANGELIUM MATTHÆI, CANONES SEV COMMENTARIVS.

De natiuitate Christi. De Magis cum muneribus, & de infantibus occisis.



LIBER generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahæ, &c.

Gressum, quem Matthæus in ordine regia successione, cum Lucas per sacerdotalem ordinem ediderat: quæ dum vterq; dinumerat, & agnitione in Domino vtriusq; tribus vterque significat, & rectæ generationis gradum ponit: quia sacerdotalis & regie tribus societas, per Dauid ex cõiugio inita, iam à Salathiel in Zorobabel confirmatur ex genere. Atq; ita dū Matthæus paternam originem, quæ ex Iuda proficiscatur, recenset, Lucas verò acceptum per Nathan ex tribu Leui genus edocet: suis vterq; partibus Domino nostro Iesu Christo, qui est æternus & sacerdos, etiam in carnali ortu vtriusque generis gloriæ probauerunt. Quod verò Ioseph potius quàm Mariæ natiuitas recenietur, nihil refert: eadem enim est totius tribus atque vna cognatio. Exemplum autem etiam Matthæus & Lucas dederunt, patres inuicem appellantes, non tam genere quàm gente: quia ab vna tribu cæpta, sub vnus successione & originis familia continetur. Cum enim filius Dauid atque Abrahæ sit ostendendus, ita Matthæus cæpit:

Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahæ.
Non refert quis in originis numero atq; ordine collocetur, dummodo vniuersorum familia cæpta esse intelligatur ab vno. Itaq; cum eiusdẽ tribus sit Ioseph & Maria, dū profectus esse ex Abrahæ genere Ioseph ostenditur: profecta quoq; docetur & Maria. Hec enim in lege ratio seruata est, vt si mortuus sine filiis familiæ princeps esset, defuncti vxorem posterior frater eiusdem cognationis acciperet, susceptoq; filios in familiâ eius qui mortuus esset referret: maneretq; ita in primogenitis successione ordo, cum patres eorũ, qui post nati essent, aut nomine haberentur, aut genere. Sequens illud est, vt quia diximus secundũ rerum fidem generationis istius ordinẽ, nec numero sibi, nec successione cõstare: huius quoq; rei ratio adferatur. Non enim leuis causa est, vt aliud in narratione sit, aliud fuerit in gestis: & aliud referatur in summa, aliud verò teneatur in numero. Nanque ab Abraham vsque ad Dauid quatuordecim generationes numeratæ sunt: & à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis, in quibusdã libris decem & septem deprehenduntur. Sed in hoc non mendacij aut negligentia vitium est. Tres enim ratione præterita sunt. Nam Ioras genuit Ochoziã, Ochoziã verò genuit Ioam, Ioas deinde Amasiã, Amasias autem Oziam. Et in Matthæo Ioras Oziam genuisse scribitur, cum quartus ab eo sit. Hoc ita, quia ex gentili fœmina Ioras Ochoziam genuit, ex Achab scilicet, qui Hiezabel habuit vxorẽ. Deniq; per prophetam, non nisi quarta generatione in throno regio Israelis, quenquã de domo Achab esse futurum dicitur: Purgata igitur labe familiæ gẽtilis tribus, quæ præteritis iam regulis in quarto generationum consequentium ordine numeratur, & vsque ad Mariam genera-

140

DE SYNODIS.

tiones quatuordecim esse scribuntur, cum in numero, decem & septem reperiantur: nullus error esse poterit scientibus non eam solum esse Domino Iesu Christo originem, quæ cepit ex Maria: sed in procreatione corporea, natiuitatis æternæ significantiam comprehendit. Generationis autem ratio simplex est. Nam conceptum ex spiritu sancto, natum ex Maria virgine, omnium opus prophetarum est. Sed plures irreligiosi, & à spirituali doctrina admodum alieni, occasione ex eo occupant turpiter de Maria opinandi, quod dictum sit: Prius quam conuenirent inuenta est in vtero habens. & illud: Noli timere accipere coniugem tuam. & illud: Non cognouit eam donec peperit: non recordantes desponsatam fuisse, & dictum hoc Ioseph volenti eam abicere, quia iustus ipse nollet in eam lege decerni. Igitur ne qua de partu eius ambiguitas existeret, ipse concepti ex spiritu sancto Christi testis assumitur: vt, Dehinc quia desponsata esset, in coniugem reciperetur. Cognoscitur itaque post partum: id est, transiit in coniugis nomen. Cognoscitur enim, non admiscetur. Denique cum transire Ioseph ad Aegyptum admonetur, ita dicitur: Accipe puerum & matrem eius. Et, Reuertere cum puero & matre eius.

Matth. 1.

Ibid. 2.

Luc. 2.

Et rursum in Luca: Et erat Ioseph & mater eius. Et quotiescunque de vtroque fit sermo, mater potius Christi, quia id erat: non vxor Ioseph est nuncupata, quia non erat. Sed hæc quoque ab angelo ratio seruata est: vt tum cum desponsatam eam iusto Ioseph significabat, coniugem nuncuparet. Nam ita ait: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Ergo & coniugis nomen sponsa suscipit, & post partum in coniugem recognita tantum Iesu mater ostenditur: vt quemadmodum iusto Ioseph deputaretur eiusdem Mariæ in virginitate coniugium, ita venerabilis eius ostenderetur in Iesu matre virginitas. Verum homines prauissimi hinc præsumunt opinionis suæ autoritatem: quod plures Dominum nostrum fratres habuisse sit traditum. Qui si Mariæ filij fuisse, & non potius Ioseph ex priore cõiugio suscepti: nunquam tempore passionis Iohanni apostolo transcripserat in matrem, Domino ad vtrumque dicente: Mulier ecce filius tuus, & Iohanni: Ecce mater tua: nisi quod ad desolatam solatium, charitatem filij in discipulo relinquebat. Stellæ autem ortus primus à Magis intellectus, indicat mox gentes in Christo credituras: & homines professionis longè à sciētia diuinæ cognitionis auersa, lumen, quod statim in ortu eius extitit, cognituros. Denique oblatio munerum, intelligentiam in eo totius qualitatis expressit: in auro regem, in thure Deum, in myrrha hominem cõsistendo. Atque ita per venerationem eorum, sacramenti omnino est consummata cognitio: in homine mortis, in Deo resurrectionis, in rege iudicij. Quod verò repetere iter, atque ad Herodem in Iudæam redire prohibentur: nihil à Iudæis petere scientiæ cognitionisque permittitur, sed in Christo salutem omnem & spem locantes, admonemur prioris vitæ itinere abstinere. Parente autem Herode paruuli necem, Ioseph per angelum monetur, vt eum in Aegyptum trãserat: Aegyptum idolis plenam, & omnigenum deum monstra veneratam. Iam post Iudæorum insectationem, & in extinguendo eo prophana plebis assensum, Christus ad gentes inanissimis religionibus deditas transit: & Iudaicam relinquens ignorantiam seculo colēdus infertur, Bethleem, id est Iudæa, martyrum sanguine redundante. Herodis verò furor & infantium mors, populi Iudæi

Ioh. 19.

ci in Christianos sauientis est forma: existimantis se beatorum martyrum cæde posse in omnium fide & professione Christi nomen extinguere. Sed gloriosus per prophetam neci eorum honor redditur, dicentem:

Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt. Matth. 3.

Rachel Iacob vxor fuit diu sterilis, sed nullos ex his quos genuit amisit. Verum hæc in Genesi ecclesiæ typum prætulit. Non igitur illius vox & ploratus auditur quæ nullum habuit amissorum filiorum dolorem: sed huius ecclesiæ diu sterilis, nunc verò secundæ ploratus ex filijs, nō idcirco, quia peremptos dolēbat, auditur, sed quia ab his perimebantur, quos primum genitos filios retinere voluisset. Denique consolari se noluit quæ dolebat: non enim non erant ij, qui mortui putabantur, in æternitatis enim profectum per martyrij gloriam efferebantur. Consolatio autem erat rei amissæ præstanda, non auctæ.

De Iesu regresso ex Aegypto. De prædicatione Iohannis, & baptismo. De Domino baptizato.

CANON II.

POST QUAM mortuo Herode Ioseph per angelum monetur, vt in Iudæam cum puero & matre ipsius redeat. Et reuertens cum Archelaum Herodis filium regnare audisset, timuit eò venire: & per angelum monetur, vt in Galilæam transeat, & in regionis eius ciuitate Nazareth habitet. Reueri ergo ad Iudæam monetur, & reuersus timet: & rursum visu admonitus, transire ad regionem gentium iubetur. Sed aut timere eum qui admonitus sit non oportuit, aut per angelum deferri admonitio mox mutanda non debuit. Verum typica ratio seruata est. Ioseph enim apostolorum habet speciem, quibus Christus circumferendus est creditus. Hi tãquam Herode mortuo, id est, populo eius in passione Domini deperdit, Iudæis prædicare sunt iussi: nulli enim erant ad oues perditas domus Israel. Sed manente hæreditariæ infidelitatis dominatu metuunt & recedunt. Admoniti per visum, sancti scilicet spiritus donum in gentibus contemplantes, ad eas transferrunt Christum Iudææ missum, sed vitam & salutem gentium nuncupatum.

In diebus illis venit Iohannes prædicans in deserto Iudææ, dicens: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Matth. 3.

In Iohanne locus, prædicatio, vestitus, cibus est contuendus: atque ita, vt meminimus gestorum veritatem non idcirco corrumpi, si gerendis rebus interioris intelligentiæ ratio subiecta sit. Fuerant enim prædicanti & locus opportunior, & vestitus vtilior, & cibus aptior: sed subest gestis rebus exemplum, & in eo operatio ipsa meditatio est. Nam & ad desertam Iudæam venit: desertam Dei frequentatione, non populi, & vacuam sancti Spiritus habitatione, non hominum: vt prædicationis locus, eorum quibus prædicatio erat missa, solitudinem protestaretur. Pœnitentiam quoque regno cælorum propinquante pronunciat, per quam est reditus ab errore, & recursus à crimine, & post vitiorum pudorem professio desinendi: vt deserta Iudæa meminisset eum se suscepturam, in quo cælorum est regnum, non vacuam deinceps futuram, si se à veteribus vitiis pœnitentiæ confessione purgasset. Pilis etiam camelorum vestis adtexta, peregrinum prophetica

prophetica istius prædicationis habitum designat: cum exuuiis immundatum pecudum, quibus pares existimamur, Christi prædicator induitur, sitque sanctificatum habitu prophetali, quicquid in nobis vel inutile fuerat ante vel sordidum. Zona autem præcinctio, efficax in omne opus bonum est apparatus: vt ad omne ministerium Christi, voluntatis cingulo firmus accincti. In esum etiam eliguntur locustæ, fugaces hominum, & ad omnem aduentus nostri sensum auolantes: nos scilicet, qui ab omni sermone & congressu prophetarum impius quibusdam corporum salubritas efferebamur, voluntate vagi, in operibus inutilis, in verbis queruli, sede peregrini: nunc sumus sanctorum alimonia, & satietas prophetarum, electi simul cum melle syluestri, dulcissimum ex nobis cibum, nō ex aluæariis legis, sed ex truncis syluestrium arborum præbituri. Tali igitur Iohannes habitu prædicans, venientes Phariseos & Saducæos ad baptismum, progenies nuncupat viperarum: fructum vt dignum pœnitentiæ faciant monet, neque Abraham patrem habere se glorietur, quia ex lapidibus Deus potens est Abraham filios excitare. Non enim successio carnis queritur, sed fidei hæreditas. Dignitas igitur originis in operum consistit exemplis, & prosapie gloria fidei imitatione retinetur. Zabulus infidelis, Abraham fidelis. Nam ille in hominis transgressione fuit perfidus, hic verò iustificatus est ex fide. Igitur vniuersiusque mores atque vita propinquitatem cognitionis acquirunt, vt qui fideles sunt, Abraham propago per fidem sunt: quia autem infideles sunt, in Zabuli progeniem infidelitatem mutantur: quando & pharisei viperarum natio nuncupantur, & gloriatio sanctificati parentis eis inhietur, & ex saxis ac rupibus Abraham filij excitantur, & vt operantes dignos fructus pœnitentiæ sint admonentur: vt qui diabolum patrem habere cœperat, cum eis qui de lapidibus excitarentur, rursum Abraham filij per fidem fiant. Securis verò radicibus arborum appositæ, infructuosarum arborum cæde & concrematione significans inutilis perfidiæ excidium conflagrationi iudicij præparari. Et quia legis opus esset iam inefficax ad salutem, & Iohannes baptizandis in pœnitentiam nunciis extitisset (prophetarum enim officium erat, à peccatis reuocare: Christi verò proprium, saluare credentes) se quidem baptizare in pœnitentiam dicit, sed fortiosem esse venturum, cuius ferendorum ac soluedorum calciamentorum sit indignus officio: apostolis circumferendæ prædicationis gloriam derelinquens, quibus speciosis pedibus pacem Dei erat debitum nunciare. Salutis igitur nostræ & iudicij tempus designat in Domino dicens: *Ille baptizabit vos in Spiritu sancto & igni*: quia baptizatis in Spiritu sancto, reliquum sit consummari igne iudicij.

Matth. 3.

Luc. 3.

Habens ventilabrum in manu purgabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextrigabili.

Ventilabri opus est, ab infructuosis fructuosa discernere. Quod in manu Domini sit, arbitrium indicat potestatis. Triticum suum, perfectos scilicet credendum fructus, horreis recondendum. Paleas verò, id est, inutilium atque infructuosorum hominum inanitatē, igne iudicij concremandas.

Tunc venit Iesus in Galilæam, in Iordanem ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. Matth. 3.

Erat in Iesu Christo homo totus, atque ideo in formula spiritus corpus assumptum, omne in se sacramentum nostræ salutis expleuit. Ad Iohannem igitur

venit ex muliere natus, cõstitutus sub lege, & verbum caro factus. Ipse quidem lauacri egens non erat, quia de eo dictum est, Peccatum non fecit: & vbi peccatum nō est, remissio quoque eius est ociosa: sed assumptum ab eo creationis nostræ fuerat & corpus & nomen, atque ita non ille necessitatem habuit ablucendi, sed per illum in aquis ablutionis nostræ erat sanctificanda purgatio. Denique & à Iohanne baptizari prohibetur, vt Deus: & ita in se fieri oportere, vt homo edocet. Erat enim per eum omnis implenda iusticia, per quem solū lex poterat impleri. Atque ita & prophetæ testimonio, lauacro non eget, & exempli sui autoritate humanæ salutis sacramenta cõsummat, hominem & assumptione sanctificans & lauacro. Ordo etiam in eo arcani celestis exprimitur. Nam baptizato eo, referatis cœlorum aditibus, Spiritus sanctus emittitur, & specie columbæ visibilis agnoscitur, & istiusmodi paternæ pietatis vnctione perfunditur. Vox deinde de cœlis ita loquitur:

Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Filius Dei auditu conspectique monstratur, plebique infidæ & prophetis inobedienti, testimonium de Domino suo mittitur & contemplationis & vocis: ac simul vt ex eis quæ consummabantur in Christo, cognosceremus, post aquæ lauacrum, & de cœlestibus portis sanctum in nos spiritum inuolare, & cœlestis nos gloriæ vnctione perfundi, & paternæ vocis adoptione Dei filios fieri: cum ita dispositi in nos sacramenti imaginem ipsis rerū effectibus veritas præfigurauerit.

De tentatore diabolo. De ieiunio Iesu quadraginta diebus. De Petro & Andrea piscatoribus.

CANON III.

VNC Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt Matth. 4. tentaretur à Zabulo, & reliqua.

Et in desertum traductio, & quadraginta dierum ieiunium, & post ieiunium famæ, & satanæ tentatio, & responsio Domini, magni cœlestisque consilij effectibus plena sunt. Nam quod in deserto ductus est, significatur libertas Spiritus sancti, hominem suum iam diabolo offerentis, & permittentis tentandi & assumendi occasionem, quam non nisi datam tentator habuisset. Erat igitur in diabolo de metu suspicio, non de suspitione cognitio: mouebatur enim quadraginta dierum ieiunio. Sciebat totidem diebus aquas abyssi effusas, exploratâ repromissionis terram, Moyse legem à Deo scriptam, annorum quoque, quibus plebs in eremo vita angelorum habitūque mansit, hunc numerum expletum fuisse. Igitur

E istius temporis metu, in tentando eo quem hominem contuebatur, sumpsit temeritatem. Adam enim pellexerat, & in mortem fallendo traduxerat. Sed ita dignū nequitia eius & scelere erat, vt in eo, cuius morte & calamitatibus gloriabatur, homine vinceretur: & qui Dei beneficia homini inuidisset, ante tentationem Deum in homine intelligere non posset. Tætatur igitur statim post baptismum Dominus, tentatione sua indicans in sanctificatis nobis maximè diaboli tentamenta grassari: quia victoria ei est magis exoptata de sanctis. Non cibum etiam hominum esuriit, sed salutem. Nam post quadraginta dies, non in quadraginta diebus esuriit, Moyse & Helia in eodem ieiunij tempore non esurientibus. Igitur cum esuriit Dominus,

1. Pet. 22.

non mediæ subrepsit operatio: sed virtus illa, quadraginta dierum non mota ieiunio, naturæ suæ hominem dereliquit. Non enim erat à Deo diabolus, sed à carne vincendus: quam utique tentare ausus non fuisset, nisi in ea per esuritionis infirmitatem quæ sunt hominis recognouisset, quam utique in eo senties ita orsus est:

si filius Dei es.

Arceps sermo est, si filius Dei es. Licet esurientem videret, quadraginta tamen dierum in eo ieiuniū pertimescebat: qua rerum ratione indicat, post quadraginta dierum conuersationem, quibus post passionem in seculo erat commoraturus, esuritionem se humanæ salutis habiturum. Quo in tempore expectatum Deo patri munus, hominem quem assumpserat reportauit. Contuendum itaq; nunc illud est, quibus tandem interrogacionibus vsus sit. Ait:

si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.

Fallax diabolus, & ad traducendum artifex callidissimus, posse omnia Christū sciebat, & esuritionē in homine ex ipso ieiunij tēpore sentiebat, ignarus quidnā esuriret. Eā ergo in tentacōe conditionē operis proposuit, per quā & in Deo ex demutatione lapidū in panes virtutem potestatis agnosceret: & in homine oblectamēto cibi patientiam esuriētis illuderet. Sed Dominus nō panem potius quā salutē hominum esuriens, ait:

Non in pane solo uiuit homo.

Quia ipse non solum homo, sed & Deus, licet vsq; in tentationis diem cibo hominis abstineret, Dei tamen spiritu alebatur: ostendens non in pane hoc solitario, sed in verbo Dei alimoniam æternitatis esse sperandam. Sequēs etiam interrogatio talis est, cum eum in summum templi sustulisset:

si filius Dei es, mitte te deorsum, & reliqua.

Laborat tentatione Dominū de excelsis ad inferiora deducere: & positum in templi summo, id est, supra leges & prophetas eminētē, in humilibus cōtinere. Sciebat quidem & ministeria angelorū prompta esse Dei filio, & neq; in lapidem posse offensionis incidere: quippe super aspidem & basiliscum ambulaturum, & conculcaturum leonem & draconem. De his enim quæ in se dicta sunt tacuit, sed superiora memorando, vult quoquo modo obedientiā elicere tentato: relaturus hinc gloriam, si sibi Dominus maiestatis, licet per confidentiam, paruisset. Sed nulla diabolo contigit tantæ fraudis occasio, id ipsum Domino tempore posteriorē testante, cum dicit: Venit princeps huius seculi, & non inuenit in me quicquā. Digna igitur hanc eius petulantiam Domini est secuta responsio.

Non tentabis Deum & Dominum tuum.

Diaboli conatus & tentamenta contundens, & Deū se proteftatur & Dominum, docens à fidelibus abesse oportere iactantiam: quia cum omnia possibilia Deo sint, nihil tamē in tentationem eius audendum sit. Sed iam tertio tota diabolicæ potestatis cōmouetur ambitio. Constituto igitur Domino in monte excelso, vniuersa orbis terrarū regna, eorūq; gloriam obtulit, si modo adoraretur ipse. Iam gemina responsio opinionē suspicionis excefferat. Cibo Adam pellexerat, & de paradisi gloria in peccati locum, id est, in regionē vitæ arboris deduxerat: tertio diuini nominis ambitione corruerat, diis futurum similitē pollicendo. Igitur aduersus Dominum tota iam seculi potestate pugnatur, & creatori suo possessio huius vniuersitatis offertur: vt tenens ordinem fraudis antiquæ, quem neque cibo pellexerat, nec loco mouerat, nunc vel ambitione corrumpere. Sed respōsio Domini dignum de su-

Ioan. 14.

perioribus gradum fecit. Ait enim:

Vade satanas. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

Temeritatis tantæ congruū exitum tulit, cum & criminum suorum in Satana nomen audiuit, & Dominum Deum suum adorādum in homine cognouit. Præbuit etiam huius respōsionis effectū magnum nobis Dominus exemplum: vt contempta humanæ potestatis gloria, & seculi ambitione postposita, solum meminisset Deum & Dominū adorandum, quia omnis seculi honor diaboli sit negocium. Post hāc ergo diaboli fugam, angeli Christi ministrant: ostendentes, à nobis victo calcatoq; diaboli capite, & angelorum ministerio, & virtutum in nos cœlestium officia non defutura.

Cum audisset autem Iesus, quod Ioanes traditus esset, secessit in Galilæam, transiens in Capharnaum.

Et prophetæ Esaiæ rei gestæ ordo est. In piscatorū verò allectione, ex hominum arte futuri eorum officij opus proditur: vt piscibus è mari, ita hominibus deinceps à seculo in locum superiorē, id est, in lumē cœlestis habitaculi protrahendis. Quibus & artem & patrias domos relinquētib; docemur Christum secuturi, & secularis vitæ sollicitudine, & paternæ domus consuetudine non cōtineri. In quatuor verò primū apostolis eligendis, præter rerum fidem, quia & ita gestum est, futurorum Euangelistarum numerus præfiguratur. Galilæā igitur circumiit, & in synagogis prædicat regni euangelium, & omnium ægritudinum infirmitates medendo: factis ipse se profert: vt quem in prophetarum voluminibus legere erant soliti, præsentem operibus contuerentur.

De beatitudine & præceptis. De reconciliatione fratrum. De adulterio. De oculo & manu eriuenda. De iumentis & eleemosyna.

CANON. IIII.

CONGREGATIS igitur pluribus turbis, montem conscendit & docet: in paternæ scilicet maiestatis positus celsitudine, cœlestis vitæ præcepta constituit. Non enim æternitatis instituta, nisi in æternitate positus tradidisset. Denique ita scriptum est:

Aperuit os suum, & docebat eos.

Matth. 5.

Locutū eum fuisse, promptius erat dicere. Sed quia in gloria paternæ maiestatis institerat, & æternitatem docebat: idcirco ad motum spiritus eloquentis obediisse ostenditur humani oris officium.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cœlorū.

Exemplo Dominus docuerat humanæ ambitionis gloriā relinquendā, dicēs: Dominum Deū tuum adorabis, & illi soli seruias. Et cum se per prophetas populū humilem & ad verba sua tremētem, præmonuit esse lecturum: in spiritus humilitate perfectæ beatitudinis posuit exordium. Igitur humilia spirātes, id est, se homines recordantes, in cœlestis regni passione cōstituti, cōscij sibi ex sordētibus ac tenuissimis se principii coalitōs in hanc formam perfecti corporis procreari, & in hunc sentiēdi, contuēdi, iudicandi, agendi sensum, Deo profectū ministrante procedere: nihil quicquā suum esse, nihil propriū, sed cunctis dono parentis vnus eadem & veniēdi in vitam tribu primordia, & vtēdi eadem substantiā ministrari, ac nos optimi illius, qui nobis sit ista largitus, exemplo, perfundē in nos bonitatis esse æmulos oportere, vt boni omni-

bus simus, communia omnia omnibus existimemus. Nulla nos nec secularis fastus insolētia, nec opum cupiditas, nec inanis gloriæ ambitio corrumpat: sed subiecti Deo simus, & de communione viuendi in omnēs communis vitæ charitate teneamur. Magnum etiam in eo quod nati sumus, diuinæ bonitatis futurum profectum existimantes, cuius præminū atq; honos præsentis vitæ operibus sit merēdus: atq; ita per hanc spiritus humilitatem, qua à Deo nobis meminimus & indulta omnia, & deinceps potiora sperāda, cœlorum regnum erit nostrum.

Beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram.

Mitibus, terræ hæreditatem pollicetur: id est, eius corporis, quod ipse Dominus assumpsit habitaculum. Et quia per mansuetudinem mētis nostræ habitauerit Christus in nobis, nos quoq; gloria clarificati ei⁹ corporis vestiemur.

Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur.

Lugentibus æternæ consolacionis solatia repromittit: non orbitates aut contumelias aut damna mœrentibus, sed peccata vt etera flētibus, & criminum quibus obsolescimus, conscientia ærumnōsis hæc sedula in cœlo consolatio præparatur.

Beati qui esurunt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Sitientibus & esurientibus iusticiam, beatitudinem tribuit: significans extensam in Dei doctrinam sanctiorū auiditate bonis perfectæ in cœlo satietatis expleri.

Beati misericordes, quia ipsi misericordiam præstabit Deus.

Misericordibus misericordiam munera præparat. In tantum enim Deus beneuolētiam nostrā in omnes delectatur affectu, vt misericordiam suam sit solis misericordibus præstaturus.

Beati mundo corde, quoniam Deum ipsi videbunt.

Mundis corde conspectum Dei spōdet. Nihil enim pollutum & sordidum ac occursum diuinæ claritatis insistit, & ad conspectum Dei acies obsoletæ mentis hebetatur: eos scilicet & visui & occurfui Dei esse patentes, quibus per animi nitorem ac vitæ puritatē potestas eius sit contuendi. Non enim nisi spiritu perfecti, & iā mortalitate immutati, quod folis mūdīs corde dispositū est, hoc q; in Deo est immortalis cernemus.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

Pacificorū beatitudo adoptionis est merces, vt filij Dei maneant: parens enim omnīū Deus vnus est. Neque aliter transire in nuncupationē familiæ eius licebit, nisi obliuione earū rerum assumpta, quibus possimus offendi, fraternæ inuicē charitatis pace viuamus.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, & reliqua.

Perfecta ad postremum beatitudine eos muneratur, quibus omnia pro Christo pati promptus affectus est: quia ipse iusticia est. His igitur & regnum reseruatur, & merces in cœlo copiosa promittitur, qui in cōtempu seculi pauperes spiritu, & damnis rerum præsentū iacturūq; probrosi, & aduersa maledicta hominū cœlestis iusticiæ cōsultores, ac deinceps gloriosi promissorum Dei martyres, omnem vitæ vsū testimonio veritatis eius impenderint.

Vos estis sal terræ. Quod si sal infatuatus fuerit, ad nihilū valet id quod salietur.

Sal, vt arbitror, terræ nullum est. Quomodo ergo apostolos sal terræ nūcupauit? Sed proprietas est quarēnda dīctorum: quā & apostolorum officij, & ipsius salis natura monstrabit. Sal est in se vno continens aquæ & ignis elementum, & hoc ex duobus est vnū.

Hic igitur in omnē vsū humani generis effectus, in corruptionem corporibus, quibus fuerit aspersus, impertit: & ad omnem sensum conditi saporis aptissimus est. Apostoli autem sunt rerum cœlestium prædicatores, & æternitatis velut fatores: immortalitatē omnibus corporibus, quibus eorum sermo aspersus fuerit, conferentes. Atq; superius Ioannes testis est sacramēti aquæ ignisq; perfecti, dum ait: Ipse vos baptizabit spiritu & igni. Merito igitur sal terræ nuncupati sunt, per doctrinā virtutem salendi modo æternitati, corpora reseruantes: sed natura salis semper eadem est, nec immutari vnquam potest. Verū quia conuersioni homo subiacet, & solus beatus, qui vsq; ad finē in omnibus Dei operibus permanferit, ideo eos sal terræ nuncupatos monet in traditæ sibi potestatis virtute perfiteri: ne in fatuati nihil saliant, & ipsi sensu accepti saporis amisso viuificare corrupta non possint, & proiecti de ecclesiæ prompuriis, cum his quos salierint, pedibus incendientium proterantur.

Vos estis lumen mundi.

Natura luminis est, vt lucem quocunque circumferatur emittat, illatūmq; ædibus tenebras interimat, luce dominante. Igitur mundus extra cognitionem Dei positus obscurabatur ignorantie tenebris: cui per apostolos scientiæ lumen inuehitur, & cognitio Dei claret, & de paruis eorum corpusculis quacunq; inaccesserint, lux tenebris ministratur.

Non potest ciuitas abscondi super montem edificata, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, & reliqua.

Ciuitatem, carnem quam assumpserat, nuncupat: quia vt ciuitas ex varietate ac multitudine cōsistit cohabitantium, ita in eo per naturam suscepti corporis, quædam vniuersi generis humani congregatio continetur. Atque ita & ille ex nostra in se congregacione fit ciuitas, & nos per confortium carnis suis fumus ciuitatis habitatio. Abscondi ergo iam non potest: quia in altitudine positus celsitudinis Dei, admiratione operum suorum & contemplandus & intelligendus omnibus effertur. Sed nec lucerna accenditur, recedenda sub modio. Quis enim fructus est, clausi impensam luminis continere? Verum synagogam dignē Dominus modio comparat: quæ susceptos fructus intra se tantum receptans, certum modum dimensæ obseruatiæ continebat. Nunc tamē fructu omni adueniente se vacuauit, non tamen potens luminis occultendi: atque ideo iam lucerna Christi non recondenda sub modio est, neque operimento occultanda synagogæ: sed in ligni passione suspensa, lumē æternum est in ecclesia habitantibus præbitura. Pari etiam fulgere apostolos monet lumine, vt admiratione operis eorū Deo laus impertiatur: non quod ab hominibus oporteat gloriam querere, quia omnia in honorem Dei sunt agenda, sed vt dissimulantibus licet nobis, pus nostrum his inter quos viuimus eluceat.

Nolite putare quoniam veni dissoluere legem aut prophetas: non veni dissoluere, sed adimplere.

Virtus & potestas verborum cœlestium, magna in se momenta complexa sunt. Lex enim operum posita est, & omnium in fidem eorum, quæ in Christo erant reuelanda, conclusit: cuius & doctrina & passio grande & profundum est paternæ volūtatis arbitrium. Lex autem sub velamento verborum spiritualium naturalitatem Domini nostri Iesu Christi, & corporalitatem & passionem & resurrectionem loquuta est: atque id ita iam ante tempora secularia in ætatis nostræ tēpus esse dispositum, frequens & prophetica & apostolica

moritas est. Igitur post ieiunium dierum quadraginta, satanas tantum suspicionibus anxius, vsq; ad tentandi erupit audacia: ingens in Iesu pertimescens celestis molitionis arcanum. Iesus enim Domino nostro nomen ex corpore est. Itaque & corporalitas eius & passio voluntas Dei & salus seculi est: & vltra humani sermonis eloquium est, Deum ex Deo, filium ex patris substantia, atque intra patris substantiam consistentem, primum in hominem corporatum, dehinc morti hominis conditione subiectum, postremo post triduum in vitam ex morte redeuntem, consociatam spiritus & substantie sue eternitati materiem ad celum assumpti corporis retulisse. Ne igitur aliud existimaremus in operibus suis esse quam contineretur in lege: non soluere se legem professus est, sed implere. Caelum quidem & terram, maxima, vt orbitamur, elementa esse soluenda: ceterum ne minimum quidem posse esse de mandatis legis infectum. In ipso enim lex & prophetia omnis impletur. Sub passione & iam iam spiritu traditurus, magni huius in se certus arcani, potio aceto commixta omnia est professus. Fidem enim gestorum omnia tum prophetarum dicta fumebant. Itaque ne minima quidem mandatorum Dei, nisi cum piaculo Dei constituit esse soluenda: futuros minimos, id est nouissimos, ac penè nullos denunciatis, minima soluentes. Nulla autem his minora possunt esse, quae minima sunt. Minimum autem est omnium, Domini passio & crucis mors: quam si quis tanquam erubescendam non confitebitur, erit minimus. Confitenti verò magnae in caelo vocationis gloriam Dominus esse confiteretur.

Coacta interpretatio.

Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iusticia vestra plus quam scribarum & pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.

Pulcherrimo ingressu opus legis cepit excedere, vt non dissoluerat eam, sed profectu potiore praecelleret: aditum apostolis in caelum, nisi iusticiam pharisaeorum aequitate autissent, denunciatis non futurum. Propositis igitur his quae in lege praescripta sunt, profectu ea non abolitione transgreditur. Lex vetuit occidere, reatu homicidij seueritate iudicij expiatura. Sed male in alterum commotae mentis affectio, idem in euangelij habet poena: & ex praeepto fidei non minus reuera est sine ratione suscepta, quam in operibus legis homicidium.

Et qui dixerit fratri suo racha, reus erit confilio.
Racha, vacuitatis opprobrium est. Et qui spiritu sancto plenum conuicio vacuitatis infirmulet, fit reus concilio sancto: contumeliam spiritus sancti sancto iudicium animaduersione luitatus.

Qui autem statuum dixerit, reus erit gehenna ignis.
Paculi magni periculum est, quem salem Deus nuncupauerit, cum contumelia infatuati sensus lacessere: & stultorum intelligentiam salientem, stultae intelligentiae exasperare maledicto. Istiusmodi igitur, aeterni ignis erit pabulum. Ita quicquid lex in ipsis quidem operibus damnauit, euangeliorum fides pro contumeliosa tantum verborum facilitate condemnat. Mutua igitur vniuersos charitate deuinciens, nullam impacite orationis fieri precem patitur: sed altario munera offerentes, si recordentur habere se cum fratribus aliquid simultatum, reconciliata humana pace reuerti in diuinam pacem iubet, in Dei charitatem de charitate hominum transiuros. Et quia nullum tempus vacuum affectu placibilitatis esse permittit, cito in omni vitae nostrae via reconciliari nos aduersario benignitate praecipit: ne in reditu gratiae morosi in

mortis tempus non inita pace veniamus, nosque aduersario iudici tradat, & iudex ministro, & in carcerem mittamur, & non exeamus inde donec reddamus nouissimum quadrantem. In praeeptis Dominicae orationis remitti nobis peccata nostra oramus exemplo: & data aduersariis conditione veniam, ipsi veniam deprecamur. Hac itaque negabitur nobis, si aliis negetur à nobis: nostroque ipsi iudicio rei sumus, si in iudicij tempus non remissis simultatibus transeamus, aduersario tradente nos iudici, quia manens in eum simultatis nostrae ira nos arguit. Et quia charitas plurimum peccatorum tegit, & errorum nostrorum ambigiosum ad Deum patrona est: nouissimum poenae quadrantem soluemus, nisi precio ipsius aliquatorum criminum culpa redimatur. Quid autem à pluribus in hoc capite sensum sit, non putauit esse tractandum. Hoc enim quod aduersario reconciliari beneuolentia iubemur, ad corporis & spiritus aduersantium sibi concordiam retulerunt: sed nos ordinem doctrinae tenentes, & opus legis euangelicis profectibus excedentes, non putauimus intelligentiae continuationem oportere conuelli.

Audistis quia dictum est, non machaberis, &c.

Fertur suo cursu ordo praeepti, & praetermissis legis operibus, iam in euangelicis adulterio motus tantum oculi incidentis aequatur, & cum fornicationis opere punitur illecebrosa vitii transcurrentis affectio.

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te, &c.

Fit innocentiae gradus celsior, & profectum fides sumit. Carere enim non solum propriis vitii, sed & extrinsecus incidentibus admonemur. Non enim ex causis peccantium membrorum, corporis damna praeepta sunt. Dextero enim oculo non minus sinister erraret. Certè pes sensu concupiscentiae carens damno inutilis est, in quem poenae causa non incidet. Sed quia diuersa inuicem membra, corpus tamen omnes vnium sumus, abiicere à nobis, vel potius eruere propinquitates charissimorum hominum admonemur, si in illis aliquid tale cernamus, ne in confortium criminis eorum de familiaritate veniamus: rectius vitibus & maxime necessariis, tanquam oculi & pedis membris carentes, quam vsq; in societatem gehenna vitiosae propinquitatis teneamur affectu. Esset autem absctio membrorum vitii, si & cordis esse posset effectio. Cum enim concupiscentia efficiantur comparatur, damnum corporis ociosum est, relicto voluntatis instinctu.

Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det illi repudium, &c.

Aequitatem in omnes concilians, manere eam maxime in coniugiorum pace praecipit: legi addens plura, nihil demens. Nec sanè profectus argui potest. Nam cum lex libertatem dandi repudij ex libelli autoritate tribuisset, nunc marito fides euangelica non solum voluntatem pacis indixit, verumetiam reatum coactae in adulterium vxoris imposuit, si alij ex discessionis necessitate nubenda sit: nullam aliam causam discedendi à coniugio praescribens, quam quae virum prostituta vxoris societate pollueret.

Iterum audistis, quia dictum est antiquis: Non periurabis, &c.

Lex poenae profuerat periurio, vt fraudulentiam mentium sacramenti religio contineret: similisq; plebs rudis atque insolens frequentè de Deo suo mentionem haberet familiaritate iurandi: fides verò sacramenti consuetudinem remouet, vitae nostrae negocia in veritate constituens,

constituens, & abiecto fallendi affectu, simplicitatem loquendi audiendique praescribens, vt quod erat esset, non esset verò quod non erat: qui inter est & non, patens esset materia fallendi: & quod vltra est, id omne de malo est. Quod enim est, suum est vt semper sit: quod vero est, naturae est vt non sit. Ergo in fidei simplicitate viuentibus iurandi religione opus non est, cum quibus semper quod est, est: quod non, non: & per haec eorum & opus & sermo omnis in vero est.

Neque per caelum iurabis, quia sedes Dei est, & reliqua.
Non solum reddere nos Deo sacramenta non patitur, quia omnis Dei veritas dicti factique nostri simplicitate retinenda est: sed superflitionem contumaciae veteris condemnat. His enim elementorum nominibus Iudaeis erat religio iurare, & caeli, & terrae, Hierusalè, & capitis sui: quibus in contumeliam Dei sacramento venerationem deferebant. Quid enim momenti erat iurare per caelum Dei sedem, iurare per terram scubellum pedum eius, iurare per Hierusalè urbem breui ob insolentiam & peccata inhabitantium destruendam: cum praesertim in praeformationem ecclesiae, id est, corporis Christi, quae magni regis est ciuitas, esset constituta? Per caput autem iurare cur vellent? Nunquid vel capilli vnus mutandi facultas esse poterat iuranti, cum omnibus colore natura à Deo profecta fuggereret? Atque ita haec sacramentorum pignora plena apud eos piaculi fuisse demonstrat: cum ignorato aut neglecto opifice, religionem operibus impertirentur.

Audistis, quia dictum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente, & reliqua.

Extensam fidei nostrae in aeternum spe rebus ipsis Dominus vult probari: vt ipsa dissimulanda iniuriarum toleratia testis iudicij sit futuri. Lex infidelem Israel intra metum continebat, & iniuriarum voluntatem iniuriarum vicissitudine coercebat. Fides autem nullius tam grauem dolorem esse patitur iniuriarum, vt vltionem expetat, & illatae sibi quicquam vindex sit contumeliae: quia in iudicio Dei & perpeffis iniuriarum plus est consolationis, & poena seuerior iniuriarum. Atque ita non solum ab iniuriarum nos abesse euangelia praecipunt, verumetiam vltionem iniuriarum exigunt dissimulationem. Nam accepta alapa maxillam alteram iubemur offerre, & mille passus onus vehentes progredi in spacium passuum duarum millium, iniuriarum augmento profectum vltionis habituri: ipso virtutum celestium Domino ad incrementum gloriae & maxillas palmis, & flagris scapulas offerente. Non solum autem iudicij humani refugienda esse arbitria praecipit, verumetiam cum damni voluntati vitanda, vt tunicam nobis volenti iudicio exuere, mittamus & pallium: & per spem bonam secularem suppellestem contemnentes inanem gentium cupiditatem, & vanitatem infructuosae auaritia arguamus. Omnibus etiam dari quae poposcerint iubet, & à precibus volentium mutuari, os atque animum non referre, vt his quibus indigent, per nostram munificentiam expleatur, & eorum vel sitim potu, vel famem cibo, vel nuditatem vestitu indulto arceamus: ac sic bonorum eorum quibus à Deo indigemus, digni reperiamur, cum obtinendi meritum indulgenti consuetudo conciliet. In officio quoque dispensanda eius quam accipimus gratia, pronos esse oportere demonstrat, vt boni gratuiti sit dispensatio gratuita: & mutuari volentibus non negemus quod mutuamur à Deo, semper sine habendi damno imperiendi ministerio functuri. *Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum, & reliqua.*
Concluit omnia bonitate perfecta. Amari enim lex

proximum eligebat, & in inimicum licentiam odij dabat. Diligi verò inimicos fides praecipit, & petulantibus humanarum mentium motus publicae charitatis frangit affectu: non solum iram ab vltione depellens, sed etiam in amorem mitigans iniuriosum: quia gentium sit amantes amare, & commune sit diligere diligentes. Voci igitur nos in Dei vt hereditatem ita & imitationem, bonis & iniustis Christi sui aduentu in baptisimi & spiritus sacramento, & solem tribuentis & pluuia: ita nos ad perfectam vitam, per hanc publicae bonitatis concordiam, quia in nobis in caelo perfectus pater sit imitandus: instituit.

Attendite iusticiam vestram, ne faciatis coram hominibus Matth. 6.

&c. Omnem curam rerum praesentium amouet, & attentos tantum esse in spe futuri iubet, neq; sectari vel hominum fauorem ostentatione bonitatis, vel iactantiam religionis orationis publicae copia, sed intra conscientiam fidei fructum boni operis continendum: quia humanae laudis consecratio, eam tantum quam ab hominibus expectet, mercedem sit receptura. Ceterum promerendi Dei expectatio, praemium sit longae patientiae consequutura. Sinistra quoque manus, vt ignoret opus dextrae. Sed nunquid istud natura corporis finit? aut intelligentiae sensum manuum ministeria fortiuntur? Verum vt in Dei scientia opera nostra consistant: cum sub nuncupatione membrorum in his quae geramus, eorum quae nostra sunt, atque nobiscum sunt, conscientia areatur.

De oratione & ieiunio. De thesauro in caelo. De lucerna corporis. De duobus dominis. De cibo & vestitu. De volaribus & liliis agri, & fano. De sollicitudine diei. De festuca & trabe in oculo. Canon. P.



LAVSO quoque cubiculi ostio iubemur orare, atque in omni loco precem fundere docemur: & sanctorum oratio inter feras, carceres, flammam, & de profundo maris, ac bestiae vltre suscepta est. Ergo non occulta domus, sed cordis nostri cubiculum ingredi: & clauso mentis nostrae secreto orare ad Deum, non multiloquium, sed conscientia admonemur, quia dictorum verbis opus omne praecellat. De orationis autem sacramento necessitate nos commentandi Cyprianus vir sanctae memoriae liberavit. Cyprianus. Quanquam & Tertullianus hinc volumè aptissimum scripsit: sed consequens error hominis, detraxit scriptis nostris probabilibus autoritate. *Cum autem ieiunatis, nolite fieri* Matth. 6. *sicut hypocritae tristes. Exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes, &c.* Ieiuniorum profectum docet extra iactantiam consecuti corporis esse oportere, neq; de inedia ostentatione fauore gentium consecrandum, sed omne ieiunium in sanctae operationis decore ponendum. Olet enim fructum misericordiae esse celestis, & propheticus sermo est. Ergo bonitatis operibus caput nostrum, id est, vitae nostrae sensus orandum est, quia intelligentia omnis in capite est: sordetque in facie abluenda, ne quid sit horroris ex vitii, sed magis gratia candoris sit in occursum: atque ita nos in splendorem bonae conscientiae elutos, & in gratia misericordis operis delibutos, Deo ieiunia nostra commendent, Ceterum fugientes in ieiuniis hominum conscientiam vinctis capitibus, & ridiculi magis erimus, & cogniti. *Nolite thesauros in terra, & reliqua.*
Praetermissa igitur humanae gloriae & opulenta sollicitudine, omne placendi Deo curam sumi oportere demonstrat: quia humanam laudem vel corporum vitia, vel

obtreſatio inuidentium corrupat: & hic theſaurus pecuniæ, aut detrimento fit periculoſus, aut furto. Ceterum laus cœleſtis æterna eſt, nec ſubreptis furto ſubtrahenda, nec tinea aut rubigine inuidiæ excedenda: corde noſtro ſedem theſauri vtrâ ſit ſequutus habituro & intelligentiæ noſtræ lumine aut cum pecunia damnosa futuro, aut cum Deo ſempiterno, *Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus.*) Continens ſenſus eſt. De oculi enim officio lumen cordis expreſſit. Quod ſi ſimplex & lucidum manebit: claritatem æterni luminis corpori tribuet, & ſplendorem originis ſuæ corruptioni carnis infundet. Si autem obſcurum peccatis, & voluntate erit nequam, vitiis mentis natura corporis ſubiacebit. Et ſi lumen quod in nobis eſt, tenebroſum ſit, quantas neceſſe eſt ipſarum tenebras eſſe tenebrarum? Quia iam periculoſe ſolet animi generoſitati terrenæ carnis vitioſa origo dominari, longeque magis peccata corporis ingraueſcere, ſi etiam cupiditatibus adiuuatur animorum: ex eoque fueri præter naturam ſuam corpora noſtra tenebroſa, ſi illis mentium lumen extinctum ſit. Quod ſi per ſimplicitatem ſpiritus retinuerimus, lumine ſuo neceſſe eſt & corpus illuminet. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. &c.*) Duum dominorū infidele ſeruitium eſt, nec per eiufdem poteſt eſſe ad ſeculum atque ad Deum cura. In alterum enim neceſſe eſt odium ſit, in alterum amor: quia idem opus diuerſæ dominorum non conueniat voluntati, nec pauperes ſpiritu Deo placentes, ambitioſæ ſeculi eius poſſint apti eſſe iactantiæ. *Ideo dico vobis, ne cogitetis in corde veſtro, quid manducetis: nequo corpori veſtro, quid veſtiatis. Nonne anima veſtra pluris eſt quam eſca, & corpus pluris eſt quam veſtimentum?* Contemptum ſeculi, & fiduciam futurorum toto ſuperiore ſermone præceperat. Nam cum ad iniuriam pronos iubet eſſe, & ad damnum voluntarios, & ad vitionem negligentes, & ad diligendum promiſcuos, & ad humanā gloriam incurioſos: confirmare nos in ſpem bonorum æternorum laborat. Plures enim & amor præſentium, & deſperatio futurorum incertos facit: & aut illecebris caperit, aut infidelitate confundit. Ergo regnū cœlorum, quod prophetæ nunciauerunt, Ioannes prædicauit. Dominus noſter in ſe eſſe poſitum eſt profeſſus, vult ſine aliqua incertæ voluntatis ambiguitate ſperari: alioquin iuſtificatione ex fide nulla eſt, ſi fides ipſa fiat ambigua. Igitur curam nullam eſſe veſtitus & ſibi præcepit, dicens & eſcis animam, & cibo corpus eſſe precioſius. Et quidem pulchrum eſt, præſentium rerum contemptu curam tantum diuinis rebus impendere: ſed altius ſermo deſcendit, & in cœleſtis dicti intelligentiam verbis ſubiecta ratio extenditur. Theſaurum Dominus condi iuſſit in cœlo, & ex oculi lumine corpori quoque ſplendorem ſpopondit, & dominis duobus neminem placere poſſe teſtat⁹ eſt: & poſt hæc ait: *Ideo dico vobis, ne cogitetis in corde veſtro quid manducetis, neque corpori veſtro quid induatis. Quæ conſequuntur, non ſatis propoſitionibus congruunt. Nunquid & vnus domini ſeruus, non poſſit circa veſtem eſſe cibumque ſolicitus? Nunquid per aduerſam valetudinē hebetato oculi lumine obſcurabitur corpus? aut quod corporis lumen eſſe poſſit ex oculo? Nunquid theſaurizare in cœlis ſola nuditas ac fames poterit? Sed quia corruptus circa futurorum curā infidelium ſenſus eſt, calumniantiū quæ in reſurrectione corporum ſpecies ſit futura, quæ in ſubſtantia æternitatis alimonia: & cum ex difficultatibus quæſtionū*

A inutilium quædam vtendarū præſentium voluptatum ratio quæſita eſt, inutili metu circa Dei reuerentiā demorantes, in ſeculi gaudia tranſeunt, atque ita eſt, vt duobus dominis vnus infidele ſeruitium ſit. Igitur ex ſummo pietatis affectu, grauiffimoque diffidenti periculo ante prædicto, ita admonet: *Nonne anima pluris eſt quam eſca, & corpus pluris eſt quam veſtimentum? In dictis Dei veritas eſt, & rerum creandarū efficiencia omnis in verbo eſt: itaque nec quod ſpopondit ambiguum eſt, nec inefficax quod loquutus eſt. Nihil eſt quod nō in ſubſtantiā ſua & creatione corporeum ſit: & omnium ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſiue viſibilium, ſiue inuiſibiliū elementa formata ſunt. Nam & animarum ſpecies, ſiue obtinentium corpora, ſiue corporibus exulantium, corpoream tamen naturæ ſuæ ſubſtantiam fortiuntur: quia omne quod creatum eſt, in aliquo ſit neceſſe eſt. Atque ideo inertiam inutiliſimæ quæſtionis Deus arguens, non patitur, anima & corpore in æternitate ſubſtantiā collocandis, ſpem noſtram futuri in reſurrectione cibi & veſtitus ſolicitudo demorari: ne tanto precioſiora reddenti, corpus ſcilicet atque animam, contumelia in non efficiendis leuioribus inferatur. *Reſpicite volatilia cœli quoniam non ſerunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cœleſtis illa paſcit. Nonne vos magis pluris eſtis illis?*) Sub nomine volucrum exemplo nos immundorum ſpirituū adhortatur: quibus ſine aliquo negotio quærendi & cōgregandi, viuendi tamen tributur de æterni conſilij poteſtate ſubſtantia. Atque vt ad immūdos iſtud ſpiritus referri oportere monſtraret, adiecit: *Nonne vos magis pluris eſtis illis? De comparationis præſtantia, diſcrimen nequitie & ſanctitatis oftendens. *Quis autē veſtrum poteſt adiuuare ad ſtaturam ſuam cubitum vnū? Et de veſtimento quid ſolicit⁹ eſtis?*) Fidem vitalis ſubſtantie noſtræ documento ſpirituū firmavit: opinionem autem habitus futuri, iudicio communis intelligentiæ dereliquit. Cum enim vniverſorum corporum quæ vitam hauferint, diuerſitatem in vnū cōſummatum virum perfectumque ſit excitaturus, ſoluſque potens ſit ad vnū cuiuſque proceritatem cubitum vnū & alterū tertium ve præſtare: de veſtitu, id eſt de ſpecie corporum, cum tanta eius contumelia ambigemus? qui vt equalem atque vniformem omnem hominem efficiat, tantum menſuræ ſit humanæ corporibus additurus. *Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnū ex iſtris, &c.* Lilia non laborant, neque nent: & Salomon coopertus eorū gloria non fuit, propheta magnus, & merito dilectæ ſapientie Deo charus. Sed lilia naſcuntur potius quam operiuntur. Coopertio autem velamentū eſt corporis, non corpus ipſum. Quod ſi ad ſenſum humanæ intelligentiæ refertur, colorem lilij velamenti candor poterat æmulari. Sed lilia non laborantia, neque nentia ſignificari intelligenda ſunt, vt angelorum cœleſtium claritates, quibus extra humanæ ſciētie eruditionem, ſuique operis mercedem à Deo gloriæ candor indultus eſt: ne quid ex proprio labore aut arte exiſtimaretur habuiſſe. Et cum in reſurrectione ſimiles omnes angelis erunt, ſperare nos cœleſtis glorię voluit operimentū, exemplo angelicæ claritatis. Eſt autem in natura iſtius germinis, vt aptiſſimè cœleſtibus angelorū ſubſtantiis cōparetur. Hoc enim efflorefcēs, cum à ſtirpe detēte humi radicis auelliſſe naturā, ſuæ virtutē licet aruiſſe putetur occultat, & redeunte tēpore rurſum lilij ſui honore veſtitur. Ex ſe igit⁹ efflorefcit ac redditur, & quod**

& quod eſt, nec radici poteſt debere, nec terræ: cum A ille qui ſe ſubeat ſuccus, ex ſe ſit. Atque ita annuæ licet huius viriditatis exemplo, virtutem cœleſtis ſubſtantie æmulatur: cum ex eo tantum quod intra ſe acceptum habeat, alatur in florem. Ideo ergo lilia non laborant, neque nent: quia virtutes angelorum ex ea quam adeptæ ſunt originis ſuæ ſorte, vt ſint ſemper accipiunt. *Si enim ſænum agri quod hodie eſt, & cras in ignē mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei?*

Fidei noſtræ inuolabilem confidentiam explororū autoritate confirmat: vt tanto maioris periculi res ſit ambigere, quanto impenſiore cura omnem occaſionē infidelitatis abſtulerit. Fœnum non idcirco naſcitur, vt detur igni, neque ideo veſtiendi eius pecūliaris Deo cura eſt vt cremetur: ſed ſub fœni nomine, nuncupatas eſſe à Deo gentes crebro inuenimus. Germen autem illud eſt, quod virtutis ſuæ flore dilapſo, ad calorem ſolis areſcit. Igitur requies nulla gentibus, neque mortis, vt volunt, compendio quies dabitur: ſed corporalis & ipſis æternitas deſtinabitur, vt ignis æterni in ipſis ſit æterna materies, & in vniverſis ſempiternis exerceatur vltio ſempiterna. Si igitur gētibus idcirco, tantū indulgetur æternitas corporalis, vt mox igni iudicij deſtinetur: quā profanum eſt, ſanctos de gloria æternitatis ambigere: cū iniquis æternitatis op⁹ præſtetur ad pœnā. Omnē igitur expectationē noſtrā in fide reprimiſſionē & virtutis ſuę poteſtate exegit: collocari: vt cura rerū quibus indigemus omiſſa, ab eo potius omnia à quo ipſi vitale exordium ſumpſimus, expetamus, regnumque Dei vitæ noſtræ ſtudiis quæramus. Et hæc recte perfecteque viuentium merces eſt: vt in nouam cœleſtemque ſubſtantiam ex hac corruptibilis corporis materie transferantur. & corruptio terrena cœleſti incorruptione mutetur. Gentium igitur eſt infidelitatis iſtius cura angī: quibus ſeculi amor detentis, & corporis ſanctitatis occupatis, nullum per fidem & confeſſionem Dei in cœleſte regnū iter quæritur & optatur. *Nolite ergo ſolicit⁹ eſſe de craſtino. Craſtinus enim dies ſolicit⁹ erit ſibi ipſe. Sufficit diei malitia ſua.*) Commune iudicium eſt, diem eſſe labentium temporum curſum luce ſolis illuminatum, quem nox interiectu diſcriminat, & interiectu ſuo diei diem ſubrogat. Futuri autem temporis ſignificantiā continetur in craſtino. Ergo de futuro ſolicit⁹ nos eſſe Deus veſtit: incuria autem ſolicitudo relaxat⁹, non negligentia, ſed fidei eſt. Cur enim ſolicit⁹ ſumus in craſtino, cum craſtinus dies ſibi ipſe ſolicit⁹ ſit? Ergo anxietatem noſtram ipſa pro nobis dies ſolicit⁹ depellit. Sed ſolicitudo, vt arbitror, proprius eſt hominis affectus: hanc autem excitat aut curæ aut metus, aut doloris anxietas. Dies verò curſus eſt tēporis: & ſola prouidentia conſecuta, ſolicitudo recipiunt affectum

Conſtituetur ergo dies eſſe animal, quod & caueat, & E proſpiciat, & curet, cui & malicia propria ſufficiat, neque extrinſecus accidendi ſit cumulanda peccato. Sed natura rei, non capit diei deputate mentis affectum: ergo & quod ſibi ipſa ſolicit⁹ eſt, & quod ei malicia ſua ſufficit, & quod inhibemur ſolicit⁹ eſſe de craſtino totū ſub dicti cœleſtis ſignificantiā continetur. Iubetur igitur non ambigere de futuris, ſatis enim vitæ noſtræ malicia, & dierum quibus viuimus peccata ſufficiunt, vt circa eſt purganda & promerenda omnis vitæ noſtræ meditati laborque veſtetur, ne etiam de futurorū diffidentia in expiabiliſſe irreligioſitas contrahatur: cū ceſſante cura noſtra, ipſa in officio ſuo, quæ ſunt futura, ſolicit⁹ ſint, & nobis æternæ claritatis pro-

fectus Dei procurante bonitate, iam non ſolicit⁹ præparetur. *Nolite iudicare, ne iudicemini. Quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis.*) Omne iudicij officiū penitus ſubmouet, nec vllum omnino ſuſcipi patitur. Sed compugnare propoſitis ſubſequentia exiſtimantur, cū dicit: *Quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis.* Sed ſuperius ait: *Nolite iudicare, ne iudicemini.* Nunquid boni iudicij arbitriū ſuſcipi non oportebit? At qui profitetur pro conditione iudicij iudicandos, & vniverſis genere quo menſi ſunt metiendum. Ergo nunquā bene iudicabitur, ſi omnino non erit iudicandum. Sed iam dudum, vt ſuperius cognofcitur, nihil in verbis Dei leue aut inane tractatur: omniſque hic vltra ſenſum gentiliū aurium ſermo eſt. Iudicari enim deſponſionibus ſuis veuit: quia vt iudicia ex incertis rebus inter homines ſumuntur, ita & hoc iudiciū aduerſum Deum ex ſentiendi atque opinandi ambiguitate ſuſcipitur: quod penitus repellit à nobis, vt conſtās poti⁹ fides retineatur, quia nō ſicut in rebus ceteris peccatū ſit perperam iudicaſſe, ſed in his rebus tantummodo de Deo iudicio inutum eſſe ſit criminis. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo non vides? & reliqua.*) In conſequentibus docuit ſolā in ſpiritum blaſphemā extra veniam futuram, cœleſtis omnibus Deo indulgentiā largiente. Peccatum autem in ſpiritum eſt, Deo virtutis poteſtate negare, & Chriſto ſubſtantiam adimere æternitatis: per quem quia in hominē Deus venit, homo rurſum fiet in Deum. Ergo quantum inter feſtucam & trabem diſcriminis eſt, tantum oſtenſit peccatum in ſpiritum conditionem cæterorum criminum excedere, vt cum infideles delicta corporis aliis exprobrēt, vnus peccati quo de promiſſis Dei ambigant, in ſe ante non videāt, in oculo vtroque tanquam in mentis acie inſidente. Fit enim ſæpe, vt aſſumamus nobis arguēdi aliquos autoritatem, ſine vllō propriæ emendationis exemplo: & mendacæ cæcitatē alienæ iactantiam præferamus, ipſi in tenebris corrupti luminis conſtituti: cum difficile quenquam ſit præſtare quod exigit, & optimum ſit exemplo potius docere quam dictis. Cura ergo propriè adhibenda eſt cæcitati: quia ex natura rerum eſt, non prius aliquem purgandæ de oculo fratris feſtucæ idoneum effici poſſe doctorem, quā de mentis ſuæ lumine trabem perſidiæ grauantis eiecerit.

De margaritis ante porcos. De pseudo prophetis. De domo edificata ſuper petram. Canon VI.

Margaritas veſtras ante porcos, &c.) Præceptis & promiſſis Dei nihil precioſius ſanctiūſque eſt, quæ ſanctificatis nobis immortalitatis theſaurū largiuntur. Horum igitur ſacramenta atque virtutes neque in gentes efferre, neque cum hæreticis conferre permittuntur. Canes enim de oblatrandi aduerſus Deum rabie, gentes ſunt nuncupatæ. Porcorum verò hæreticis eſt nomen: quia quamuis vngulæ biſide ſint, acceptam tamen Dei cognitionem non ruminando diſponunt. Ergo & incorporationem verbi Dei, & paſſionis myſterium, & virtutem reſurrectionis non promiſcūè tractare nos conuenit, neque imperitè incurioſeque proferre: ne ignorantiam noſtram, ſi perfecte ſcientiæ deſit inſtructio, proterat atque cœculcent, & infirmitatē in Dño paſſionis irrideant: cōuerſiſque in nos, contradictionū aculeis imperitiam noſtram fidemque diſrumpāt. Sed in his que ignorauimus, via nobis conſequentæ veritatis ape-

itur: quam obtinere in sola precum mora est. Vt igitur sentiamus credamusque omnia, & nullo ambigua voluntatis differamur incerto, orandum est, quaerendum est, pulsandum est: oratione misericordiam, inquisitione profectum, tentamento aditum reperitur. Quinetiam ad spem obtinendi exemplo humani affectus docemur. Nam cum nos filius piscem panem ve poscentibus, non serpentem simus aut lapidem redditori: quanto magis nobis optimus ac praestantissimus pater Deus orantibus perfecte fidei munera largietur, neque sit pro vita: cibo lapidem duritiae gentilis, aut pro baptismi conseruatione serpentem veneni haereticum praestiturus. Consummauit deinde omnia bonitatis exemplo, vniuersos amoris mutui pace coniungens; in eo legis & prophetarum mandata constituens, vt vniuersorum in nos bonitatem optantes, ipsi omnibus boni simus.

Intrate per angustam portam. Quam lata & spaciofa via qua ducit ad perditionem.

Arduum in caelum iter homini est, & aditus angustus ac tenuis. Caeterum perditionis via lata est: hanc plures obtinent, illam porro pauci inueniunt. Paucis enim damna rerum praesentium chara sunt: quibus cupiditates & animi vincere & corporis frangere, & exposita toris seculi viribus illecebrarum omnium lenocinia praeterire, maximum caelestis spei lucrum est. Illis autem quibus solum bonum est scortari, comestare, ambire, insolescere, fastidire, odisse, diripere: plurimus est frequentantium iter tale comitatus. Et quia paucorum est viam angustam inuenire, fraudulentiam eorum qui eam se quaerere mentiuntur exponit, dicens: *Attendite a pseudopropheta, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, & reliqua.* Blandimenta verborum & mansuetudinis simulationem, admonet fructu, operationis expendi oportere: vt non qualem quis verbis referat, sed qualem se rebus efficiat spectemus: quia in multis vestitu ouium rabies lupina contegitur. Ergo, vt spinae vuae, vt tribuli ficus non generant, & vt iniquae arbores vtilia poma non afferunt: ita ne in istis quidem consistere docet boni operis effectum, & idcirco omnes cognoscendos esse de fructibus. Regnum enim caelorum sola verborum officia non obtinent: neque qui dixerit Domine Domine, haeres illius illius erit. Quid enim meriti est Domino dicere, Domine? Nunquid Dominus non erit, nisi fuerit dictus a nobis? Et quae officij sanctitas est nominis nuncupatio, cum caelestis regni iter obedientia potius voluntatis Dei, non nuncupatio repertura sit? *Multi mihi dicent in illa die: Domine Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus & reliqua.* Etiam nunc pseudoprophetarum fraudulentiam & hypocritarum simulantia condemat: qui gloriam sibi ex verbi virtute praesumunt, in doctrinae prophetia & demoniorum fuga, & istiusmodi operum virtutibus. Atque hinc sibi regnum caelorum pollicentur: quasi verò eorum aliquid proprium sit, quae loquuntur aut faciunt, & non omnia virtus Dei inuocata perficiat: cum doctrinae scientiam lectio afferat, demonia Christi nomine exagitet. De nostro igitur est beata illa aeternitas promerenda: praestandumque est aliquid ex proprio, vt bonum velimus, malum omne vitemus, totoque affectu praecipit caelestibus obtemperemus, actualibus officiis cogniti Deo simus, agamusque potius quod vult, quam quod potest gloriemur, repudiatis eos ac repellens, quos a cognitione sua opera iniquitatis auerterint. *Omnis ergo qui audit verba mea, & facit, similem estimabo viro sapienti, qui aedificat domum suam super pe-*

triam, & reliqua.) Sensus est superioribus iunctus. Obiurgans enim pseudoprophetarum iactantiam, & hypocritarum figmenta: per comparationis exemplum, perfecte in se fidei hominem exponit. Quodis qui verba sua & audit & facit, super petram sit aedificatus, & fundamento stabili firmoque incidentium tempestatum impetu non possit dissolui. In petra seipsum Dominus significat, validum excelsi aedificij fundamentum: eum autem qui ex se in sublime opus excreuerit, moueri non posse vel pluuiis, vel fluminibus, vel vento. In pluuiis, blandarum & sensum illabentium voluptatum illecebras significat, quibus primum fides rimis patentibus immaeficit. Postque torrentium procurfus, id est, grauiorum cupiditatum motus incurrat: atque exinde tota ventorum vis circumstantium defauit, vniuersus scilicet zabolice potestatis spiritus inferitur. Sed fundamento petrae homo aedificatus insistet, nec moueri loco suo poterit. Stultus verò haec audita dissimulans, tanquam super arenam opus aedificationis impenderit, infideliter stat, citò pluuiis illabentibus subluendus, & fluminibus propellendus, & ventis differendus, secundum naturam super quas aedificatus est arenarum, cum graui ruinae suae strage soluendus. Atque ita superiorum coturbationum exemplo Dominus nos voluit & efficere quae iussit, & credere quae spondit. Consummatis igitur omnibus, turbae mirabantur doctrinam eius: quia se non scribarum & phariseorum more docuisset. In verborum enim virtutibus, effectus potestatum metiebantur.

De leproso quem curauit Dominus. De puero tribuni paralytico. De socio Petri. De plurimis & diuersis curis. Canon. VII.

D *Descendente eo de monte, secuta sunt eum turbae multae. Et ecce leprosus quidam veniens adorabat eum dicens: Domine si vis potes me mundare, & c.* In exordio sermonis admonuimus, ne quis forte existimaret aliquid rerum gestarum fidei detrahendum, si res ipsas profectus rerum consequentium continere in se docerent. Nihil enim veritati detrahit, imitacione veritas cofecuta. Toto igitur superiore sermone Dñs fidei praecipit tradiderat, legem exarserat: iam inuile atque inefficace excededo significas. Mandatorum obseruantiam exegerat, ante promissorum suorum spem fidissimam imperauerat: quid igitur post haec primum gesserit contuendum est. Adest leprosus, emudari se rogat, purgatur verbi potestate, contactu iubetur silere, sed tamen ostendere se sacerdoti & munus quod Moyses in testimonium fieri praecipit offerre. Curatio igitur obediens & credentis turbae & cum Dño de morte venientis adoratio in leproso ostenditur: quae vitiosa labe corporis cotaminata, audita regni caelorum praedicatione, curari se rogat, contactu corporis visitatur, verbi virtute curatur. Et ostendere se sacerdotibus iubetur: vt praenunciatus in lege factis & operibus cernatur, & in quo lex infirmabatur, in eo virtus intelligeretur: praemium quoque recepta salutis qui purgatus est, Deo offerat. Sed vt donum illud non sit ex auiibus, sed vt homo ipse a fordibus peccati corporis emundatus, in sacrificium Dei transeat: quia quod Moyses in lege praeeperit, testimonium sit, non effectus. *Post haec autem cum introisset Caparnaum, accessit ad eum quidam tribunus rogans eum & dicens: Puer meus iacet in domo paralyticus,*

paralyticus, & c.) Sequitur emundationem leprosi, paralytici pueri curatio. Sed quid istud est, quod non dignum se tribunus pueri dominus profitetur esse, vt Christus domum eius introeat, puerum videat, & praesens praesenti, opem afferat: seque habere milites iubere quod velit, & in potestate posito parere sibi plurimos? Similiter & Dominum curationem verbo posse praestare? De tribuno posuisse me satis sit, principem esse gentium credituram. Quis his princeps sit cui subiecti sunt plures, qui vult scire, Moysi in Deuteronomio canticum, & Salomonis librum Ecclesiasticum: vbi de dispersione gentium quadam locuti sunt, legat: nobis tantum de puero tractatus sit. Succedit deinde in hoc puero post paralytici sanitatem curatio populi de monte descendens, salus gentium. Iacebat enim puer dissolutus in domo humili, corruptibili, & ingressu eius, cuius tamen egens erat, Saluatoris indigna. Et tribunus scit puerum verbo posse sanari: quia salus gentium omnis ex fide est, & in praecipit Domini vita est vniuersorum. Igitur iacentes in seculo, & peccatorum morbis dissolutae gentes existimandae sunt: omnibus vndique artibus fluidis, & ad consistendi officium ingrediendique corruptis. Quarum salutis sacramentum in tribuni puero expletur, non tamen ingressuro domum Christo: quia licet in seculo demoratus sit, vitia tamen seculi & peccata non adit. Miratus deinde fidem ait: *Non inueni tantam fidem in Israel.* Non erat tribunus iste de gentibus: & quomodo in Israel fides talis non est reperta, cum qui crederet esset Israelita? Sed vt similitudinem futuri hanc ipsa veritas emularetur, idcirco verbi ratio subiecta est, tantam fidem quanta gentium est in Israel non reperendam, & cum Abraham & Isaac & Iacob in regno caelorum ex vltimis gentibus quieturos. Perfecta quidem est in puero secundum credentis fidem veritas sanitatis: sed praesentium efficiencia etiam futurorum imagini proficere monstratur, quando & tribuno credente, & puero saluato, nec talis in Israel fides reperta est, & regni caelorum consortium cum Abraham gentibus destinatur.

Cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem, & reliqua.

In focu Petri, vitiosa infidelitatis aestimatur affectio: cui adiacet libertas voluntatis, quae nos quadam sibi coniugij societate coniungit. Ergo ingressu Domini in Petri domum, id est, in corpus, curatur infidelitas peccatorum calore exarctans: & vitiorum agra dominatu, mox deinde sanata officij famulatu ministrat. Nam primus credidit, & apostolatus est princeps: & quod in eo ante languebat, Dei verbo inualefcens ministerio tanquam dubicae salutis operatum est. Recte autem hanc ex focu Petri similitudinem ad affectionem infidelitatis aptari, loco qui de nuru & foceru consequitur tractabimus: nunc autem ideo infidelitas foceru Petri nuncupabitur, quia vsque dum credidit, voluntatis suae seruitio detinebatur.

Vespere vitem facto obrulerunt ei multos demonia habentes, & eiciebat spiritus immundos, & c.

Curacionem promiscuam horis vespertinis, concursu eorum quos post passionem docuit recognoscimus: omnium peccata dimittens, omnium infirmitates auferens, & malarum voluptatum insidentium incentiua depellens, passione corporis sui secundum prophetarum dicta infirmitates humanae imbecillitatis absorbens.

Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos suos ire trans fretum. Et accidens ad eum quidam scriba, ait: Magister sequer te quoocumque ieris, & reliqua.

Multa incurrunt quae sensum communem mouere possunt: at non nos intelligentiam fingimus, sed gesta ipsa nobis intelligentiam impertiuntur. Neque enim res intelligentiae, sed rei intelligentia sublequuntur. Turbae plures sunt, & ire trans fretum Dominus discipulis praecipit. Non existimo cadere in Saluatoris bonitatem, vt circumcursantes relinquere voluerit: & secretum quoddam impertiendae salutis eligere. Deinde consequitur scriba dicens, magistrum se quoocumque ierit secuturum: sed nihil a scriba dictum factum ve legitur, quod posset offendere. Dominus respondit: vulpibus esse foueas, & caeli volucris nidos quiescendi, filio autem hominis, quod reclinet caput suum, locum esse nullum. Et discipulum postulasse dari sibi tempus patris sepeliendi: hoc negatum, & pater atque humani officij vicitam religionem. Ergo rerum tantarum, & tam diuersarum ratio promenda est: atque ita: vt secundum continentem rerum ordinem grauissimas veritatis ipsius causas interioris significati in intelligentia explicet discipulorum nomen non in duodecim tantum apostolis versari existimandum est. Nam praeter apostolos plures fuisse discipulos legimus. Ex omni igitur turba quadam fieri videtur electio: eorum scilicet qui Dominum per multa seculi huius pericula & iactationes essent secuturi. Ecclesia enim instar est nauis, & plurimis locis ita nuncupata est: quae diuersissimi generis & gentis vectore suscepto, subiecta est omnibus & ventorum flatibus, & maris motibus. Atque ita illa & seculi & immundorum spirituum vexatur incurfibus. Propositis enim periculis omnium motibus, Christi nauem, id est: ecclesiam introimus: scientes nos mari vitoque iactandos. Vt igitur ordo typicae significati cohaereret, possetque intelligi fidelium portio conscendentium nauem, & infidelium turba residentium: scribae & discipuli persona subiungitur. Et quidam scriba, qui est vnus ex doctoribus legis, an sit secuturus interrogat. Quasi verò lege non hunc esse Christum, quem sequi esset vtile continetur. Igitur infidelitatis affectum sub differentia interrogationis expressit: quia fidei assumptio non interroganda est, sed sequenda. Vt autem eadem interrogatio infidelitatis esset punita iudicio, Dominus respondit vulpes habere foueas, & volucres caeli nidos quibus requiescant, hominis autem filium non habere vbi caput suum reclinet. Vulpes est animal insidiosum, circa domorum se occultes foueas, & domesticis auiibus insidiat: atque hoc nomine pseudoprophetas nuncupari aliquot locis legimus. Volucres autem caeli saepenumero immundos spiritus cognominari didicimus. Dei ergo filius paucitatem sequentium contuens, & doctori legis dissidenti, an sequeretur ipsum, exprobrat pseudopphetis esse foueas, & immundis spiritibus nidos quiescendi: quod extra nauem relictum, id est, extra ecclesiam positi, effectum sint incolatus pseudopphetarum & habitatio demonum. Filium autem hominis, se scilicet, cui caput Deus sit, non reperire in quos collocata Dei cognitione requiescat: inuitatis omnibus vt in nauem, ita in ecclesiam, paucis metu mris, id est seculi, secuturis. Adest post haec discipulus, non interrogans an sequatur (iam enim sequi oportere se credidit) sed permitti sibi orans sepelire patrem. Accipimus in Dominicae orationis exordio, ita primam precandam: Pater noster qui in caelis es. Ergo quia credentis in discipulo populi persona est, admonetur, vt meminerit quod pater sibi vnus in caelis est.

*rector pas-
sus.*

Matth. 6.

Sequi autem Dominum iubetur, quia & volebat ita, ut mortui mortuum sepeliant. Sed nullum arbitror officium expectari à mortuis posse. Quomodo ergo mortui mortuos humabunt? Primum igitur ostendit, perfectam in se fidem nulla secularis in alterum officij religione esse deuinctam. Deinde, inter fidelem filium patremque infidelem ius paterni nominis non relinquit. Non igitur obsequium humãli patris negauit: sed addendo, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, admontuit non admiseri memoriis sanctorum mortuos infideles. Mortuos autè etiam eos esse qui extra Deum viuunt. Et idcirco mutua mortuis officia relinquenda, ut mortui sepeliantur à mortuis: quia per Dei fidem viuos viu oporteat adhibere.

De discipulis in nauis excitantibus Iesum. De duobus demoniacis in terra Gerasenorum. De paralytico curato & lectum suum ferente. Canon VIII.

Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli. Et ecce tempestas magna facta est in mari, & reliqua.

Matth. 8

MATHÆVM discipulis introgressis tempestas ruit, mare commouetur, nauigantes turbantur. Ipse verò somno confopitus timorem metu excitatur, oratur ut opem afferat. Et increpitis his quod modicæ essent fidei, vento & mari tranquillitatem imperauit: cum admiratione hominum, præceptis eius ventum & mare obedisse. Igitur secundum hæc, ecclesiæ intra quas verbum Dei non vigilauerit, naufragæ sunt: non quod Christus in formam relaxetur, sed quod somno nostro confopiantur in nobis. Maximè autem illud accidit, ut à Deo præcipue in periculi metu & vexatione speremus: atque utinã vel spes sera confidat sese periculum posse euadere, Christi intra nos seruitur vigilante. Perpetuam autem nobis obiurgationis suæ recordationem relinquit, dicens: *Modicæ fidei, quid timidi estis?* Metum scilicet motuum secularium cum quibus Christi fides vigilat, nullum esse oportere. Consequitur deinde hominum admiratio dicentium: *Qualis hic homo est, quia uentis & mare obediunt ei?* Non discipulorum hic sermo, sed gentium est. Nam cum superius & discipulos tantum nauem introisse, & à discipulis excitatum esse dixisset: nunc admiratos esse homines significat, hominem in ipsa admiratione dicentibus: quia nominum cõuersione intelligitur, omnia opera Christi omnemque eius virtutes ut Dei esse laudandas, quia patuli gentilis miserrimique erroris stultitiam demonstrat, quod eum ex humilitate passionis hominem potius nuncupent, quam ex virtutibus Deum.

Et cum uenisset & trans fretum in regione Gerasenorum, occurrerunt ei duo homines demonia habentes, de monumentis exeuntes periculosi nimis. & reliqua. Duum hominum occursum, demonum in duos homines longa possessio, & periculosa transeuntibus via, & transfugendi in porcos deprecatio, & purgatis hominibus gregis ipsi per præceptum in mare casus, dehinc pastorum in oppidum fuga, populi de ciuitate progressus, & ne urbem Dominus adiret, legatio, & reditus eius in patriam, & illic paralytici lecto iacētis oblatio, & pro fidei merito in tempore ipso peccatorum remissio, & murmur scribarum, & virtutis confessio, & paralytici etiã sub onere lectuli in domum reditus, & hominum admiratio, hæc habet cau-

fam. In exordio generis humani in tres fuit humani generis diuisio, Noe scilicet filiorum, ex quibus secundum prophetiam Genes. Sem in possessione Dei lectus est. Extra urbem autè, ista est, extra legis & prophetarum synagogam, duos homines in monumentis demones detinebat: duarum scilicet gentium origines, intra defunctorum sedes & mortuorum reliquias obsederant, efficitur prætereuntibus uia uitæ præsentis infestâ. Igitur ut esset in rebus gerendis futuri plena meditatio, ueniente Domino duo homines occurrunt, ut occursum eorum concurrentium ad salutem uoluntas indicaretur. Sed in hominibus demones proclamant, cur sedere inuideat, cur ante iudicij tempus infestet. Adiacebat etiã eis duobus gentium populis plebs ex Sem genere Sadducæorum, quorum hæresis ex Iudæis negatæ resurrectionis piaculum est. Videtes igitur demones, non sibi iam locum in gemitibus dereliqui, ut patiar habitare se in hæreticis deprecatur: quibus occupatis, totus in mare impetu rapido per præceptum gregis coactus est, in cupiditate scilicet secularium, demonum præcipitur instinctu: in aquis multis, id est, cum reliquorum gentium infidelitate moritur. Atque etiã in hoc typica ratio seruata est, ut non satis esset dixisse præcipitatos in mare: nisi etiã adderetur, & mortui sunt in aquis multis. Quorum principes, atque pastores rerum talium admiratione turbati ad urbem ueniunt, & quæ gesta sunt nunciant. Urbis illa Iudaici populi habet speciem qui Christi operibus auditis, Domino sub obuiam pergit, prohibens ne fines suos urbemque contingeret (neque enim euangelicam legem percepit) à qua repudiat in ciuitate suam reuertitur. Deo ciuitas fidelium plebs est. In hanc igitur nauem, id est ecclesiam, inuectus introiit. Iamque in paralytico gentium uniuersitas offertur medecina, & curationis ipsius uerba sunt contuenda. Non dicitur paralyticus: Sanus esto, non dicitur: Surge & ambula, sed dicitur: *Consans esto fili, remissa sunt tibi peccata tua.* In Adam uno peccata uniuersis gentibus remittuntur. Hic itaque angelis ministrandus offertur, hic filius nuncupatur, qui primum Dei opus est: huic remittuntur animæ peccata, & indulgentia primæ transgressionis ex uenia est. Non enim paralyticum peccasse aliquid accepimus: cum præsertim alio in loco idem Dominus dixerit, cæcitatem à natiuitate non ex peccato aut proprio aut paterno fuisse contractam. Veritatis deinde ordo succedit in gestis, quamuis futuri species expleatur in dictis. Mouet scribas remissum ab homine peccatum. Hominem enim tantum in Iesu Christo contuebantur: & remissum ab eo, quod lex laxare non poterat. Fides enim sola iustificat. Deinde murmurationem eorum Dominus introspicit, dicitque: facile esse filio hominis in terra peccata dimittere. Verum enim nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus: ergo qui remittit Deus est, quia nemo remittit nisi Deus. Deus in homine manens curationem homini præstabat: & nulla et agendi aut loquendi erat difficultas, cui subest totum posse quod loquitur. Porro autem ut ipse in corpore positus, intelligi posset esse, qui & animis peccata dimitteret, & resurrectionem corporibus præstaret, ait:

Ut sciatis quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittere peccata, ut paralytico: Surge, tolle lectum tuum.

Satis fuerat dixisse, *Surge*: sed quia omnis erat perficiendi operis ratio explicanda, adiecit: *Tolle lectum tuum, & uade in domum tuam.* Primum remissionem tribuit peccati, dehinc uirtutem resurrectionis ostendit: tunc uirtute lectuli, infirmitatē ac dolorē corporis docuit abfuturum:

abfuturum: postremò reditum in domum propriam, ter in paradisi credentibus esse reddendum, ex quo Adam parens uniuersorum peccati labe dissolutus excefferat. *Uidentes autem turbæ timerunt.* Opus istud admiratio potius consequi, non metus debuit: sed manet etiã ordo mysterij, ut ueritati presentium futurorum species adiecta sit dictorum & factorum. Domini uirtutem turbæ timent. Magni enim timoris res est, non dimissis à Christo peccatis in mortem resoluti: quia nullus sit in domum æternam reditus, si cui indulta non fuerit uenia delictorum. *Et honorificauerunt deum, qui tantam dedit potestatem hominibus.* Conclusa sunt omnia suo ordine, & cessante iam desperationis timore honor Deo redditur, quod tantam dedit hominibus potestatem: sed soli hoc Christo erat debitum, soli de communionem paternam substantiæ hæc agere erat familiare. Non ergo hoc uenit in admirationem quod posset ista (quid enim non posse Deus crederetur?) alioquin laus de uno homine, non de pluribus extitisset: sed delati Deo honoris hinc causa est, quod potestas hominibus hac uia data sit per uerbum eius, & peccatorum remissionis, & corporum resurrectionis, & reuersionis in cælum.

De Mattheo publicano. De pharisæorum, & discipulorum Ioannis ieiunio. De aditu panni rudis. De profluio mulieris. De filia principis excitata à mortuis. De duobus cæcis. De turdo & muto. Canon IX.

Matth. 9.

Et cum transiret inde Iesus, uidit hominem sedentem in teloneo Mattheum nomine, & ait illi: *Sequere me, & reliqua.* Mattheum publicanum sedentem in teloneo sequi se iubet, & concedens in domum conuiuium instruit, & cum eo publicanorum & peccatorum turba discumbit: pharisæis discipulos obiurgantibus, cur magistro cum publicanis cibus esset. Quibus respondit: Sanis medico opus non esse, sed curatione ægrotos indigere: euntē se iubet discere quid sit, misericordiam malle quam sacrificium. Publicanorum nomen ex uita est, qui relictis legis operibus, gerere se uisum communi & publico maluerunt. Ergo è domo, id est, ex peccatis corporis, Mattheum Dominus euocauit, in cuius mentem ingressus recumbit. Hic enim idem Euangelij istius scriptor est, & de peccati sui domo exiens, Dominum ipse suscepit, interiore eius habitatione illuminatus, intra quem Euangelicis cibus peccatoribus & publicanis conuiuium diuite copia præparatur. Aemulatio deinde agit Iudæos, Dominum publicanis & peccatoribus communicare, quibus ille aperto infidelitatis uelamine uerba legis exprompsit. Se quidem ægrotis opem ferre, & medicinam egenis præstare: eis autem qui se sanos existimarent, necessariam curationem nullam esse. Sed ut intelligerent, neminem suorum sanum esse, admonuit ut sciret quid esset: Misericordiam uolo, non sacrificium: legem scilicet sacrificiorum obseruatione deuinctam opem ferre non posse, sed salutem uniuersis in misericordiam indulgentiam referuari. *Non enim ueni iustos uocare, sed peccatores in penitentiam.* Omnibus uenerat, quomodo ergo non se iustus uenisse dicit? Erant ergo quibus necesse non erat ut ueniret? Sed nemo iustus ex lege est. Ostendit ergo inanem iusticiam esse iactantiam: quia sacrificijs infirmis ad salutem misericordia erat uniuersis in lege positus necessaria. Nam si iusticia fuisset ex lege, uenia per gratiam necessaria

ria non fuisset. *Tunc accesserunt ad eum Ioannis discipuli dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequentes, discipuli autem tui non ieiunant?* Ieiunabant pharisæi & discipuli Ioannis, & apostoli non ieiunabant. Sed istis spiritaliter respondit, sponsumque se Ioannis discipulis ostendit. Ioannes enim repositam in Christo omnem uitæ spem spondit, & recipi à Domino discipuli eius adhuc eo prædicante non poterant: usque in eum enim lex & prophetæ sunt, & nisi lege finita in fidem Euangelicam, eorum nemo cõcederet. Quod uero præsertim sponso ieiunandi necessitatem discipulis non esse respondit: presentie suæ gaudium & sacramentum sancti cibi edocet, quo nemo se præsertim, id est, in cõspectu mentis Christum continens, indigebit. Ablato autem se ieiunatos esse dicit: quia omnes non credentes resurrexisset Christus, habituri non essent cibum uitæ. In fide enim resurrectionis, sacramentum panis cœlestis accipitur: & quisquis sine Christo est, in uitæ cibi uenitio relinquetur. Ut autè intelligerent, non posse sibi in ueteribus positis perfecta hæc salutis sacramenta committi, comparationis posuit exemplum. Pannum rudem uestimento ueteri non addi, quum uetustatis infirmitatem uirtus adsumenti rudis dissoluat: & uinum nouum ueteribus utribus non infundi. Feruētis enim uusti calor utres ueteres abrumpit: infirmas uidelicet uetustate peccatorum & animas & corpora, nouæ gratiæ sacramenta non capere. Fiet enim scissura peior, effusioque uino utres ueteres peribunt. Duplex enim talium erit reatus, si præter uetustatem peccatorum suorum uirtutem nouæ gratiæ non sustinebunt. Atque ideo & pharisæos & discipulos Ioannis noua non accepturos esse, nisi noui fierent.

Et cetero loquente, ecce princeps unius accessit & adorabat eum, dicens: Domine filia mea modo defuncta est, ueni & pone manum super eam, &c.

Preces principis, fides mulieris, turbæ in domo cõuentus, & cæcorum duum clamor, muti & surdi & demonia oblatio, ex superioribus dictis connexæ sibi intelligentiæ tenent ordinem. Princeps hic, lex esse intelligitur, quæ Dominum orat: plebs, quam ipsa Christi prædicatio aduentus eius expectatione nutruerat, uitam mortuæ reddat. Nam nullum principem credidisse legimus. Ex quo persona principis huius orantis merito in typum legis aptabitur. Cui quidem Dominus opem spondit, ad quam præstidam profecutus est. Sed prior cum apostolis peccatorum turba saluatur. Et cum primum electionem, quæ ex lege destinabatur, uiuere oportuisset: anterior tamen in mulieris specie salus publicanis & peccatoribus redditur. Hæc itaque ad Domini prætereuntis occursum tactu ueluti Domini sanam se de profluio sanguinis futuram esse cõfudit: sordibus scilicet polluta corporis sui, & interioris uitæ immundicijs dissoluta, simbriam uelutis per fidem festinat attingere: donum uidelicet Spiritus sancti de Christi corpore modo simbriæ exeuntis cum apostolis conuersata contingere, sitque mox sana. Ita alteri salus, dum alij defertur, est reddita. Cuius fidem & constantiam Dominus laudauit: quia quod Israeli parabatur, plebs gentium occupauit. Est autem in simplici intelligentia magna uirtutis Dominicæ admiratio: cum potestas intra corpus manens, rebus adducit efficientiam adderet sanitatis, & usque in uestium simbrias operatio diuina procederet. Non enim diuisibilis & comprehensibilis erat Deus, ut corpore re clauderetur. Ipse enim dona in spiritu diuidit, ceterum non diuiditur in donis. Virtutē autē eius fides ubique

consequitur: quia ubique est, & nusquam abest. Et assumptio corporis non naturam virtutis in cludit, sed ad redemptionem suam, fragilitatem corporis virtus assumptis: quæ tam infinita, tam libera est, vt etiam ostendit, non ex salute fidem, sed per fidem salutem expectandam. Cæci enim quia crediderant viderunt, non quia viderant crediderunt. Ex quo intelligendum est, fide merendum esse quod petitur: non ex impetratis fidem esse sumendam. Ingressus deinde Dominus domum principis, synagogam videlicet, cui in canticis legis hymnus luctuum personabat: & irridetur à plurimis. Nunquam enim illi Deum in homine crediderunt, quin potius prædicari resurrectionem ex mortuis riserunt. Apprehensam igitur puellam manu, cuius apud se mors erat somnus, retraxit ad vitam. Nanque vt rarus hic esse ex lege credentium electionis numerus intelligi possit, turba omnis expulsa est, quam vtique saluari Dominus optasset: sed irridendo dicta gesta que eius, resurrectionis non fuit digna consortio. Et exeunte fama in vniuersam terram illam, in electionis salutem donum Christi atque opera prædicantur. Exeuntem igitur Dominum mox cæci duo sequuntur. Sed cæci & egressum & nomē Domini quomodo scire potuerunt? Quinetiam & filium Dauid nuncupant, & saluari se rogant. In cæcis duobus ratio totius superioris præfigurationis absoluitur. Ex his enim filia principis esse monstratur, Pharisei scilicet & discipuli Ioannis, qui Dominum iam superius in commune tentauerant. His igitur nescientibus à quo salutem peterent, indicauit, & his saluatorem suum in corpore ex Dauid genere monstrauit: & cæcis vetere peccato, quia Christum nisi admoniti non videbant, lumē menti inserit. Quibus Dominus, si credidissent, visum pollicetur, credentibus præstat, & silentium imperat: quia apostolorum erat propriū prædicare. Quinetiam post hæc, in muto & surdo & dæmoniaco, gentium plebs indiga totius salutis offertur. Omnibus enim vndique malis circumfessa, totis corporis vitiis implicabatur. Et in eo rerum ordo seruatus est. Nam dæmon prius eijcitur, & tum reliqua corporis officia succedunt. Deus quippe cognitione superstitionum omnium vana effugata, & visus & auditus & sermo salutis inuehitur: cuius facti admirationem talis turbæ est consecuta confessio. *Nunquam sic apparuit in Israhel.* Eum cui per legem nihil afferri opis potuerat, verbi virtute saluari: quodque laudes Dei homo mutus surdusque loqueretur. Salute autem gentibus data, ciuitates omnes & castella omnia virtute ingressus Christi illuminantur, & omnem infirmitatē veterni languoris euadunt.

Miseratus turbarum Dominus, duodecim discipulos præmittit cum potestate & doctrina.
Canon X.

Matth. 9.

Videns autem turbas, miseratus est: quod d essent videntes non minus oportet introspicere quam rerum: quia, vt diximus, paria in dictis atque in factis significationum momenta consistunt. Turbarum Dominus miseretur vexatarum & iacentium, tanquam gregis sine pastore dispersi: & ait, messiem multam, paucos operarios, orandum Dominum messis, vt operarios plures in messiem eijciat.

Et discipulis conuocatis, dedit potestatem eijciendorum spirituum immundorum, curandæque ciuitatis infirmitatis, omniumque languoris. Hæc igitur licet in præsens gesta sint,

Matth. 10.

quid tamen in futurum significant contuendum est. Nullus in turbas vexator irruerat, neque casu aliquo motisque percussæ iacebant. Quomodo ergo iacentes vexatæque miseratur? Immundi videlicet spiritus dominante violentia vexatam, & sub legis onere ægotam plebē Dominus miseratur: quia nullus adhuc his pastor esset, custodiam sancti Spiritus redditurus. Erat autem doni istius copiosissimus fructus, sed nondum messus à quoquam. Eius enim copia haurientium multitudinem vincit. Nam quantumlibet assumatur à cunctis ad largiendum se, tamē illis semper exuberat. Et quia plures esse vtile fit per quos ministraretur: rogari Dominum messis iubet, vt in messem operarios plures eijciat: ad capessendum scilicet quod præparabatur donum Spiritus sancti messem copiam Deus præstat. Per orationem enim ac precem hoc nobis à Deo munus effundetur. Atque vt messem illam messoresque numerosos ex his duodecim primū apostolis diffundendos indicaret: cōuocatis illis dedit eijciendorum spirituum potestatem, & omnem infirmitatis medendæ. Huius enim doni virtutibus, poterat & turbator expelli, & infirma curari. Et dignum est præceptorum singulorum significantiā contueri. Abstinerē se à vicijs gentium admonentur: non quod non etiam ad salutem gentium mitterentur, sed vt opere & vita gentilis ignorantie abstinerent. In ciuitatem Samaritanam vetiti sunt introite. Nunquid non potius Samaritanam ipsē curauit? Sed vt ecclesias hæreticorum non adeant admonentur. Nihil enim differt ab ignorantia peruerfitas. Mittuntur deinde ad oues perditas domus Israel. Atqui in eum luporum ac viperarum linguis & faucibus sauiuerunt. Sed legislatio obtinere priuilegium Euangelij debebat. Hoc minus Israel scelus sui excusationem habiturus, quod plus sedulitatis in admonitione sensisset. Tota deinde in Apostolos potestas virtutis dominicæ transfertur: vt qui in Adam in imaginem & similitudinem Dei erant figurati, nunc perfectam Christi imaginem & similitudinem fortiantur, nihil à domini sui virtutibus differentes, & qui terrestres antè erant, cœlestes modò fiant. Prædicent regnū cœlorum propinquare, imaginem scilicet & similitudinem Dei, nunc in cōsortium veritatis assumi: vt sancti omnes qui cœli nuncupati sunt, Domino conregnent: infirmos curent, mortuos suscitent, leprosos emundent, dæmones eijciant. Quicquid malorum Adæ corpori Satanæ instinctus intulerat, hoc rursum ipsi de comunione dominicæ potestatis emundent. Et vt ex toto, secundum Genesis prophetiam, Dei similitudinem consequantur, dare gratis quod gratis acceperunt iubentur: vt sit scilicet ministratio gratuita muneris gratuiti. Aurum, argentum, pecuniam possidere inhihentur in zonis, & peram in via ferre, & duas tunicas & calciamenta, & virgam in manibus assumere, Et dignus mercede sua est operarius. Non inuidiosus (vt arbitror) thesaurus in zona est. Et quid sibi vult auri, argenti, atque æris in zona inhihita possessio? Zona est ministerij apparatus, & ad efficaciam operis præcinctio. Ergo ne quid in ministerio nostro venale sit admonemur: neque hoc apostolatū nostri opus fiat auri, argenti, ærisque possessio. Nec peram in via ferre, curam scilicet secularis substantiæ relinquendam: quia omnis thesaurus sit perniciosus in terra, corde nostro illic futuro, vbi condatur & thesaurus. Non duas tunicas. Sufficit enim nobis semel Christus indutus: neque per prauitatem intelligentiæ nostræ, altera deinceps vel hæreseos, vel legis veste induamur. *Nō calciamenta.* Nunquid

Nunquid humanorum pedum infirmitas patiens est nuditatis? Sed in sancta terra, & peccatorum spinis atque aculeis non obfessa, vt Moyse dictum est nudis pedibus staturi, admonemur non alium ingressus nostri habere, quam quem à Christo accepimus apparatus. *Neque virgam in manibus.* Id est, potestatis externæ iure non indigi, habentes virgam de radice Iesse: nam quæ alia fuerit, non erit Christi: instructi omni superiore sermone ad conficiendum iter seculi, gratia, viatico, veste, calciamento, potestate. in his enim operantes, digni mercede nostra reperiemur, id est, per horum obseruantiam cœlestis spei præmia recepturi.

In quamcunque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus est. *Reliqua.* Leuia fortè Dominus dedisse Apostolis præcepta existimabitur: quod vsque ad monita introeundi, habitandi, morandi, exeundi que summiserit. Hæc quidem intellecta simpliciter sanctorum modestiæ congruunt, vt cum dignis sit hospitalitas, neque per incuriam aut ignorantiam cohabitatione probrosæ familiæ polluantur: sed introeuntes ciuitatem de digno iubet interrogare, & cum eo habitare vsque ad profectionem. Domum quoque ab introeuntibus pacifice saluari. Quæ si digna est, & pacis comunione sit digna: si indigna, pax inuicem reuertatur. Qui autem non receperint eos, sermonesque eorum: his excusso pedum puluere, æternæ maledictionis semina relinquenda. Hæc non mediocriter sensus intelligentiæ commouent. Si enim successuri hospitio non erunt, nisi ante quis dignus sit interrogauerint: quomodo indigna domus postea reperietur? Et quomodo sermones eorum non audiet, & ipsos non audiens, & ipsos non recipiens? Aut enim hoc in eo qui iustus est non est verendum: aut si indignus reperitus sit, nec comunio erit habitationis ineunda. Et quid interrogasse proderit & quesisse de digno, si aduersus indignum hospitium & obseruantiam præcipiatur & pœna? Sed instruit eos Dominus, non admisceri eorum domibus ac familiaritatibus, qui Christum aut insectantur, aut nesciunt. Et in quancunque ciuitatem intrauerint, interrogare quis eorum habitatione sit dignus: id est, si cubi ecclesia sit, & Christi habitator: neque quoquam alibi transire, quia sit domus digna, & iustus hospes. Quod autem ab introeuntibus saluari domū voce præcepit, dicens: *Dicite, pax huic domui: & si digna domus reperta sit, venire super eam pacē oportere: si verò indigna, ad ipsos pacem reuertit: si iam primo ingressu in saluationis officio dicta pax est: quomodo postea veniet, aut quomodo postea reuertetur? Aut enim dici pax antea non habuit, quam vtrum digna esset probaretur: aut si digna fuit & saluata cum pace est, conditio & venturæ & reuersuræ pacis non potest ex ratione superioribus coherere. Quæ ergo dictorum sit proprietas monstrandum est. Iudæorum plures erant futuri, quorum tantus in fauorem legis affectus esset: vt quamuis per admirationem operum in Christo credidissent, tamen in legis operibus morarentur. Alij verò explorandæ libertatis quæ in Christo est curiosi, transisse se ad Euangelia ex lege essent simulaturi. Multi autem etiam in hæresin per intelligentiæ peruersitatem traduceretur. Et quia huiusmodi omnes fallentes, & audientibus blandientes, penes se esse veritatem catholicam mentiuntur: ideo superius admonuit, dignum cum quo habitandum sit esse querendum. Quia verò per verborum fallaciam incidere ignorantes in istiusmodi hospitium possent: domo ipsa quæ digna sit dicta, id est, ecclesia quæ catholica dici-*

tur, cautè & diligenter vtendum. Salutandam quidem cum pacis affectu, sed ita vt potius pax dicta quam data sit. Nam ita præcepit: *Salutate eam, dicentes: Pax huic domui.* Ergo pax saluationis in verbis est, & orationis sermone tribuenda. Porro autem pacem propriam, quæ viscera miserationis sunt, non oportere in eam venire nisi digna sit: quæ si digna reperta non fuerit, sacramentum pacis cœlestis intra propriam eorum conscientiam continendum. In eos autem qui audita cœlestis regni prædicatione Apostolorum præcepta spererint, egressu eorum, & signo pulueris pedibus excussis, æterna maledictio relinquatur: nescio quæ enim insistenti in loco cum eo in quo insisterit loco videtur comunio, & sit inter eos quædam corporis consociatio. Ergo omne domus illius habitationisque peccatum intra ipsam excusso puluere pedum relinquatur, nihilque sanctitatis de insistentium apostolorum vestigijs mutatur: vt quorum aditu ingressuque delicta terrenæ originis auferuntur, eorum testimonio infidelitas cum omni terræ suæ puluere iudicetur.

Tolerabilis in die iudicij terra Sodomorum & Gomorrhorum erit, quam ciuitati isti. Quia illis ignorato Christo errasse sit leuius: his verò inexpiabile sit, aut prædicatum non recepisse, aut receptum non sanctè neque catholicè prædicasse. Et quidem plures hos qui vana furorē in Apostolos desæuituri essent, futuros esse significat, cum se eos sicut oues in medio luporum ait mittere: prædicens simplices sicut columbas, & prudentes sicut serpentes esse oportere. Sed columbæ simplicitas in absoluto est. Quæ autem sit serpentis prudentia contuendum est. Nescio quid in illo prudentiæ consilijque extet, licet quædam hinc aliqui memoriæ mandauerint: quod vbi se in manus hominum venisse intelligat, omni genere ab ictu caput subtrahat, idque aut collecto in orbem corpore cõtegat, aut foueæ immergat, cædique partem reliquam derelinquat. Nōsque hoc exemplo oportere, si quid acciderit persecutionum, caput nostrum, quod est Christus, occulere: vt ablatis nobis in omnes cruciatus, fidē ab eo accipiamus iactura corporis comuniamus. Sed omnis hic Domini de Iudæis atque hæreticis sermo est.

Tridet frater fratrem, & pater filium, & insurgent filij in parentes. Id est, familiam inter se eiusdem domus dissidere: quia de parentum cognationumque nominibus, populi quondam vnitas indicatur. Nunc hostili inuicem odio, diuersisque iudicijs, etiam regibus terræ offerendos, dum extorquere aut silentium nostrum, aut conuenientiam tentant, testes & gentibus futuri. Quo testimonio excusatio ignoratæ diuinitatis adimenda sit persequētibus: gentibus verò via pandenda credendi Christum, pertinacibus inter sæuientium pœnas confessorum vocibus prædicatū. Instructos igitur nos serpentis prudentia monet esse oportere. Hunc antequam Adam traduceret, iam sapientē Genesis nuncupauit: & prudentiam eius malignantis consilij ordine docuit. Primum enim animum sexus mollioris aggressus est, spe deinde illexit, & comunionem immortalitatis spondidit: & per hæc tanta præmia, opus consilij & voluntatis suæ gessit. Pari igitur opportunitate introspecta, vniuscuiusque & natura & voluntate verborum adhibenda prudentia est: spes bonorum futurorum reuelanda, & cœlestia perfectæ fidei præmia proferenda. Et quod ille mentitus est, nos prædicemus ex vero, secundum sponsonem Dei, angelis similes futuros esse qui credent: vt mentes plebitū faciles & absolutas, circumseuientibus licet lupis &

Solacium
qui doctis
quoque nō
nunquam
obrepit.

hæreticis, promissis regnorū cælestium occupemus, & rerum fidem serpentis prudentia columbæ simplicitate tradamus. Monet etiam traditis abesse oportere curam responsionis, sed expectandum potius quid spiritus Dei suggerat. Quia fides nostra omnibus præceptis diuinæ voluntatis intenta, ad responsionem scientiæ instruetur: in exemplo habentes Abraham, cui postulat ad hostiam Isaac nō defuit aries ad victimam. Ex vna deinde in duas vrbes fugam suadet: quia prædicatio eius primū à Iudæa effugata transijt ad Græciam, dehinc diuersis intra Græciæ vrbes Apostolorū passionibus fugata, tertio in vniuersis Gentibus demoratur. Sed vt ostenderet gentes quidem apostolorum prædicationi credituras, verum vt reliquum Israel crederet, esse aduentui suo debitum: ait. Amen dico vobis: non consummabitur ciuitas Israel, donec veniat filius hominis. Post plenitudinem scilicet gentium, quod erit reliquum Israel ad implendum numerum sanctorum, futuro claritatis suæ aduentu in ecclesiam cōuocandum. Non est discipulus super magistrum, neque seruus super dominum. Multum proficit ad tolerantiam assumptionem rerum imminuentium cognitio, maximè si patientiæ voluntas præsumatur exemplo. Dominus noster lumen æternum & dux credentium, & immortalitatis parens, discipulis suis futurarum passionum solatia ante præmisit: ne se quis discipulus magistro potiorum, ac super dominū solatia ante præmisit: ne se quis discipulus magistro potiorum, ac super dominum esse seruus existimaret. Si enim patrifamiliās cognomentū per inuidiam dæmonis addiderunt, quanto magis in domesticos eius omnia iniuriarum & contumeliarum genera perficerent? Sed ea nihil nos terreant, gloriæ loco potius amplectentes, si Domino nostro vel passionum conditionibus adæquemur. Nihil est occultum quod non reuelabitur. Diem scilicet iudicij ostēdit, quæ abstrusam voluntatis nostræ conscientiam prodet: & ea quæ nunc occulta existimantur, luce cognitionis publicæ deteget. Igitur non minas, non consilia, non potestates infestantium monet esset metuendas: quia dies iudicij nulla hæc fuisse atque inania reuelabit.

Et quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Non legimus Dominum solitū fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam in tenebris tradidisse: sed quia omnis sermo eius carnalibus tenebræ sunt, & verbum eius infidelibus nox est. Itaque id quod à se dictum est, cum libertate fidei & confessionis vult esse loquendum. Idcirco quæ in tenebris dicta sunt, prædicari iussit in lumine: vt quæ secreto aurium commissa sunt, super tecta, id est excelso loquentium præconio audiantur. Cōstanter enim Dei ingerenda cognitio est, & profundum doctrinæ Euangelicæ secretum lumine prædicationis apostolicæ reuelandum: non timentes eos quibus cum sit licetia in corpora, tamen in animam ius nullum est, sed timentes potius Deum, cui perdende in gehenna & animæ & corporis sit potestas. Nonne deo passeres asse veniunt, & vnus ex illis non cadit in terram sine voluntate patris vestri. Non est (vt puto) crimini, agere aucupitū, neque venditio passerum habet culpam: & quod ait, vnus ex illis non cadit super terram sine voluntate patris vestri, contra apostolicum dictum facere videtur quod ait: Non est pecudum Deo cura. Et autoritati eius multum derogabitur, si sensisse aliter quā in Euāgelij traditum est reperietur. Nec sanè apostolis multum dignitatis tribuetur, si passeribus antestabūt. Locutus hic ex sensu superiore proficitur. Iniquitates

1. Cor. 9.

enim eorum exaggerantur qui tradituri sunt, qui infestaturi, qui in fugam coacturi, quibus propter nomen Domini esse odio nos oportet, qui omne ius suum in solis corporibus exerceant, potestatem in animam nō habentes. Hi igitur passeres duo asse veniunt. Et quidem quæ sub peccato vendita sunt, redimit ex lege Christus. Ergo quod venditur, corpus atque anima est: & cui venditur, peccatum est: quia Christus & de peccato redemit, & animæ ac corporis est redemptor. Qui igitur duo passeres asse vendunt, seipsos peccato minimo vendunt natos ad volandum, & ad cœli penitus spiritualibus efferendos. Sed capti precijs præsentium voluptatum, & ad luxum seculi venales, totos se talibus auctionibus nundinantur. Sed quærendum est, quomodo vnus ex illis sine voluntate Dei non cadet. Dei voluntas est, vt vnus ex illis magis euolet, sed lex ex constitutione Dei profecta decernit vnū ex eis potius decidere. Quomodo autem si euolarent vnū essent, id est, corpus in naturam animæ transiret, & grauitas illa terrenæ materiæ in profectū & substantiam animæ aboleretur, fieretque corpus potius spirituale: ita peccatorum precio venditis, in naturam corporum animæ subtilitas ingrauescit, & terrenā cōtrahit ex vitiorum sordē materiā, sitque vnū ex illis quod tradatur in terram. Plurimis autem eos antestare passeribus cum dicit, ostendit multitudinē infidelium, electionem fidelium præesse: quia his casus in terram sit, illis volatus in cœlum. In numerum autem aliquid colligi, diligentiam ac sollicitudinis cura est. Neque enim dignum negocium est peritura numerare. Vt igitur nihil ex nobis periturū esse cognosceremus, quia multo passeribus meliores sumus: ipso capillorū nostrorum supputatorū numero indicatur, saluis nobis ex solido futuri: cum quod innumerabile in nobis sit, conseruandi & affectū & potestate numeretur. Nullus igitur corporum nostrorum casus est periclitandus, neque vllus interimendæ carnis admittendus est dolor: quando pro naturæ suæ atque originis conditione resoluta, in substantiam spiritualis animæ refundatur. Et quia doctrinis talibus confirmatos oportet liberam confitendi Dei habere constantiam, etiam conditionem qua teneremur adiecit: negaturū se eum patri in cœlis, qui se hominibus in terra negasset: eum porro qui confessus coram hominibus se fuisset, à se in cœlis confitentem. Qualesque nos nominis sui testes hominibus fuisset, tali nos apud Deum patrem testimonio eius vsuros.

Nolite arbitrari quoniam veni pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare filium aduersum patrem, & filiam aduersus matrem, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Quæ ista diuisio est? Inter prima enim legis præcepta accepimus: Honora patrem tuum & matrem tuam. Et ipse Dominus ait: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quid sibi vult missus potius gladius in terram, & separatus à patre filius, & filia à matre, & nurus aduersus socrum, & hominis domestici eius inimici? Igitur exinde publica autoritas impietati proferetur. Vbi que odia, vbi que bella & gladius Domini, inter patrem & filiū, & inter filiam matremque defauiens. Et in Luca quidem talis de hoc sermo est: Erunt enim ex hoc quinque in vna domo diuisi, tres in duos, & duo super tres diuidētur. Nunquid nō in maiorem numerum potest agnationis domestica familia diffundi? Aut præscripto temporis cōtinebatur, vt ex hoc essent quinque tantū in domo vna, iudēmq; diuisi?

Exod. 20.
Ioa. 14.

Luc. 12.

diuisi? Ergo qui sit gladius in terra, quæ proprietatis minimum, & in numero quinque que ratio, & quomodo tres in duos, & duo super tres diuidendi, & quatenus homini domestici eius inimici, contuendum est. Singularum quidem rerum & vniuersæ quæstionis primum natura est explicanda: nec minus intelligentiam nostram sensus & superior & consequens adiuuabit. Gladius telorum omnium telum acutissimum est, in quo sit ius potestatis, & iudicij seueritas, & animaduersio peccatorum: & huius quidem teli nomine noui Euangelij prædicationem appellatam, frequēs in prophetis autoritas est. Dei igitur verbum nuncupatum meminerimus in gladio: qui gladius missus in terram est, id est, prædicationem eius hominum cordibus infusam. Hoc igitur quinque habitantes in domo diuidit, tres in duos, & duo super tres. Sed tria tantum in homine reperimus, id est, corpus & animam & voluntatem. Nam vt corpori anima data est, ita & potestas vt iure vtendi se vt vellet indulta est: atque ob id lex est preposita voluntati. Sed hoc in illis deprehenditur qui primi à Deo figurati sunt, in quibus cœptæ originis ortus effectus est. Non traductus aliunde: sed ex peccato atque infidelitate primi parentis sequentibus generationibus cœpit esse corporis nostri pater peccatum, mater animæ infidelitas. Ab his enim ortum per transgressionem primi parentis accepimus. Nam voluntas vnicuique sua adiacet. Ergo iam vnus domus quinque sunt. Pater corporis peccatum, mater animæ infidelitas: & incidens voluntatis arbitrium, quod totum hominem quodam coniugij sibi iure adstringit. Huic infidelitas socrus est, nos ex ea natos, atque à fide metūque Dei peregrinantes accipiens: vt inter infidelitatem voluptatēque possessos, & ignorantia Dei & in omnium vitiorum oblectatione detineat. Cum ergo in nouamur baptismi lauacro, per virtutem ab originis nostræ peccati atque autoribus separamur, recitque quadam executione gladij Dei, à patris & matris affectionibus discedimus: & veterem cum peccati atque infidelitate sua hominem exuentes, & per spiritum anima & corpore innouati, necesse est vt ingenti & vetusti operis consuetudinē oderimus. Et quia corpus ipsum per fidem mortificatū in naturam animæ quæ ex afflatu Dei venit, quamuis id ipsum adhuc in materia sua extet, euadat, quia communio ipsis inuicem concilietur ex verbo: idcirco iam vnū atque idem cum anima velle cœpit effici, scilicet vt illa est spiritualis, quibus libertas volūtatis à socru sua, id est, ab infidelitate diuisa, ius suum omne cōcedit: vt quod erat libertas voluntatis, deinceps animæ sit potestas. Fitque grauis in domo vna dissensio, & domestica nouo homini erunt inimica: quia ille per verbum Dei diuisus ab illis, manere & interior & exterior, id est & corpus & anima, in spiritū nouitate gaudebit. Ea verò quæ ingenta & à quadam prosapia antiquitate deducta, consistere in his quibus oblectata sunt concupiscent: & origo carnis & origo animæ, & libertas potestatis in duos diuidentur, animā scilicet & corpus hominis noui, quæ vnū atque idem velle cœperunt: diuisique tres duobus subiacebunt, in dominatum eorum de spiritus nouitate potioribus. Et idcirco illi qui domesticas nominum caritates dilectioni eius prætulerunt, futurorum bonorum indigni erunt hereditate. Pergit deinde eodem præceptorum & intelligentiæ decursu, Nam postea quā relinquebā omnia que in seculo carissima sunt imperauerat, adiecit: Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus.

Quia qui Christi sunt, crucifixerunt corpus cū vitij & concupiscentia. Et indignus est Christo, qui non crucem suam in qua compatimur, commorimur, consepelimur, confurgimus, accipiens Dominum sit secutus, in hoc sacramento fidei spiritus nouitate victurus. Qui inuenit animam suam, perdet illam. Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Verbi scilicet potestate, & veterum dimissione vitiorum, proficiet lucrum animæ in mortem, & damnum in salutem. Ergo suscipienda mors est in nouitate vitæ, & cruci Domini confingenda sunt vitia: & aduersus persequentes contemptu præsentium gloriose confessionis retinenda libertas est, & damnosum animæ lucrū refugium: scientibus cuiquam ius in animam non relinqui, & detrimento brevis vitæ sœnus immortalitatis acquiri. Qui recipit vos, me recipit: qui me recipit, recipit eum qui me misit. Reliqua. Vniuersis doctrinæ affectum & præceptorum sedulitatem impendit. Et qui periculum nō recipientium Apostolos excussi pulueris testimonio denunciasset, recipientium meritum vltra gratiam sperati officij commendat: docetque in se etiam mediatoris officium, qui cum sit receptus à nobis, atque ille profectus ex Deo sit, Deus per illum transfusus in nos sit. Atque ita qui Apostolos recipit, Christum recipit: qui verò Christum receperit, patrem Deum recipit: quia non aliud in Apostolis recipit quā quod in Christo est, neque in Christo est, neque in Christo aliud est quā quod in Deo est. Perque hunc ordinem gratiarum, non aliud est Apostolos recepisse quā Deum: quia & in illis Christus, & in Christo Deus habitat. Qui prophetam recipit, habitatem recipit in propheta: sitque prophetæ mercede dignus, prophetam prophetæ nomine recipiens. Par quoque accepit iustum merces deputatur, sitque iustus ex honore iustitiæ. Ac sic cōsummat iustitia ex fide, & mercedem acquirit officium plures consequendæ æternitatis occasione Deo largiente: quando in recipiēdo iusto & propheta, ipse reuerentiæ affectus & iusti honorem accipiat & prophetæ. Et qui cuique potum dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide, & reliqua. Non inane esse bonæ conscientie opus docuit: neque spem fidei, alienæ infidelitatis crimine laborare. Prouidens enim plures futuros tantum Apostolatus nomine gloriosos, omni verò vitæ suæ opere improbabilis, cōsistēque diu fallere diūque mentiri: tamen obsequium quod ipsis sub religionis opinione delatum sit, mercede operis sui speique non fraudat. Nam licet ipsi minimi essent, id est, peccatorum omnium vltimi (minimum autem est quo minus nihil aliud est) non inania tamen in eos etiā leuia, quæ sub frigida aquæ nomine designat, officia esse decernit. Non enim peccatis hominis, sed discipuli nomini honor præstitus est. Atque ita probitate obsequentis, fallentis se probra non lædunt: cum mercedem suam dantis fide, non affumentis mendacio consequatur.

Ioannes de carcere ad Iesum mittit, & Iesus de Ioanne ad turbas loquitur. Item confessio Iesu ad patrem. Canon XI.

Ioannes autē cum audisset in carcere opera Christi, mittens ad eum discipulos suos, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Ioannes detentus carcere Dominū ignorat? & propheta tantus Deum suū nescit? At qui venturum vt prætor nunciavit, cōsistentem vt propheta

Mat. 11.

agnouit, aduentē vt confessor veneratus est: vnde tam variā & tam abundanti eius sciētiae error obrepfit? Sed consequens de eo Domini testimoniū, sentiri hoc ita non sinit. Neque sanē credi potest, spiritus sancti gloriam in carcere posito defuisse, cum Apostolis virtutis suae lumen esset in carcere positus ministraturus. Sed praebetur in his quae in Ioanne gesta sunt, in intelligentia amplior. Et cum facti efficiētia, gratia in eō expressa sentitur: vt propheta ipse, ipso quoque conditionis suae genere prophetaret, quia in eo forma legis elata est. Christū enim lex annūciauit, & remissionem peccatorum praedicauit, & regnum caelorum spondit: & Ioannes totū hoc opus legis expleuit. Igitur cessante iam lege quae peccatis plebis inclusa, & populi vincita vitijs, ne Christus posset intelligi, vinculis & carcere continebatur. Ergo ad Euangelia contuenda lex mittit, vt infidelitas fidem dīctorum contempletur in factis: & quod intra eum peccatorum fraude sit vincitū, per intelligentiam libertatis Euangelicā absoluat. Tali igitur Ioannes exemplo non suae, sed discipulorum ignorantiae consulit: ipse enim venturū in remissionem peccatorum praedicauit. Sed vt scirent nō aliū à se praedicatū, ad opera eius intuenda discipulos suos misit: vt auctoritatem dīctis suis illius opera conferrēt, neque Christus alius expectaretur quā cui testimonium opera praestitissent. Et cum totum se Dominus rerum miraculis prodidisset, caecorum scilicet visu, claudorum cursu, leproforum curatione, furdorū auditu, voce mutorum, vita mortuorum, pauperum praedicatione, ait: *Beatus qui in me non fuerit scandalizatus.* Nunquid aliquid iam in Christo erat gestū quod Ioannem scandalizaret? Nō vtique. Nam in ipso doctrinae suae cursu & operis morabatur. Sed superioris sententiae vis & proprietates contuenda est, quid illud sit quod pauperes bene nuntiantur: id est, qui perdidissent animam, qui crucem suam acceperint & sequentur, qui humiles spiritu sient, quorum regnum praeparatur in caelo. Ergo quia in Domino haec passionum vniuersitas conueniret, futurāque esset crux sua plurimis scandalum: beatos eos professus est, quorum fidei nihil tentamēti deferret crux, mors, sepultura. Itaque cui rei Ioannes cauisset ostendit, dicens: Beatos eos quibus aliquid in se scandalum non fuisset: nota metu eius, discipulos suos Ioannes vt Christum audirent viderentque, misisset. Ac ne istud referri ad Ioannē posset, tanquam aliquid scandalizatus esset in Christo: a-beantibus illis, ad turbas de eo locutus est. *Quid existis in deserto videre? arundinem vento moueri?* Desertū, sancto spiritu vacuum sentiendum est: in quo habitatio Dei nulla sit. In arundine enim homo talis ostēditur, de gloria seculi vitae suae inanitate speciosus, ipse autē fructu veritatis cauus, exterior placens & nullus interior: ad omnem ventorum motum, id est, in mundorū spirituum flatum mouendus, neque ad cōsistendi firmitatem valens, & animi medullis inanis. Ergo cum dicit: *Quid existis in deserto videre? arundinem vento moueri?* hoc loquitur: Nunquid e vultu videre hominem cognitione Dei vacuum, & ad immundorum spirituum flatum vagantem? Nam increpantis affectu potius quā cōfirmantis haec loquitur: ostendens scilicet non eum in Ioanne conspici, qui & inanis & mobilis sit. *Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitus? Ecce qui mollibus vestitur, in domibus regū sunt.* Vēstē habitū corporis quo induitur anima significat: quod luxu ac lasciujs mollescat. Sed qui vestiti mollibus sunt in domibus regū sunt. In regibus, transgressorū ange-

lorū nuncupatio est: hi enim seculi sunt potētes, mundiq; dominātes. Ergo vestiti mollibus in domibus regum sunt, id est, eos quibus per luxum fluida & dissoluta sunt corpora, esse daemonum habitationem, consimilem sedem propositis suis atque operibus eligentium. *Sed quid existis videre? Prophetam? Dico vobis etiam plus quā prophetam, &c.* Gloriam omnem Ioannis Dominus ostendit, dicens esse eum vltra prophetam: quia soli ipsi licuerit & prophetare Christum & videre. Et quomodo Christum ignorare creditur, qui missus in angeli potestate viam venturo parauerit? & quo ex natis mulierū nullus maior propheta surrexit? Nisi quod qui minor eo est: id est, qui interrogatur, cui nō creditur, cui testimonium nec opera sua praestant: hic in regno caelorum maior est.

A diebus autem Ioannis baptistae usque nunc regnū caelorum vim patitur. & vim facientes diripiunt illud. Vt rerum natura exigit vim potior afferet, minorque erit cui vis afferatur. Quid ergo est quod diripiens est, quodque vim patitur: contuendum est. Infidelitatem discipulorū Ioannis Dominus aduerterat, turbae etiā opinionem de eius nuncio intellexerat, in crucis scandalo ingens fidei periculū sentiebat, ire potius Apostolos ad oves Israel perditas iusserat: ipsos constitui oportebat in regno, & in Abraham & Isaac & Iacob familia ac natione retineri. Sed omnis haec praedictio profectū publicanis & peccatoribus sufferebat. Ex his enim iam credentes, ex his iam Apostoli, ex his iam regnum caelorum. Ceterum Ioanni à plebe non creditur, auctoritatem Christi opera non merentur, crux futura erat scandalo. Iam prophetia cessat, iam lex expletur, iam praedictio omnis includitur: iam Heliae spiritus in Ioannis voce praemittitur. Alijs Christus praedicatur, & ab alijs agnoscitur: alijs nascitur, & ab alijs diligitur. Sui eū, respuunt, alieni suscipiunt. Proprii insectantur, completuntur inimici. Haereditatem adoptio expetit, familia rejicit. Testamentum filij repudiant, serui recognoscunt. Itaque vim regnum caelorum patitur, inferentēque diripiunt illud: quia lex Israel patribus debita, à prophetis nunciata, à Christo oblata, fide gentium occupatur & rapitur. *Cui autem similem astimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, & clamantibus inuicem, &c.* Tonus hic sermo infidelitatis opprobrium est, & de affectu superioris querimoniae descendit: quia insolens plebs per diuersa praedicationum genera edocta non fuerit. In pueris scilicet prophetas significās, qui in medio synagogae tanquam in publico fori conuentu populum coarguant: quod cantantibus sibi officio corporis nō obsecundauerint, id est, quod dīctis suis nō paruerint. Ad cantū enim modum saltātium motus aptatur. In simplicitate autē sensus vt pueri praedicauerunt, & ad confessionem psallendi Deo prouocauerunt: vt cantico Moyli continetur, vt Esaiā, vt Dauid, vt ceterorū prophetarum. Rursūque eos in penitentiā peccatorū, & ad dolorem ac luctum veterum delictorū nec Ioannis praedictio inflexit. Quibus & lex grauis visa sit, potus cibique praescriptis & difficilis & molesta: peccatū in se, quod daemonium nuncupat, habēs: quia per obseruantiae difficultatē necesse sibi esset in legem peccare. Rursūq; in Christo Euangelij praedictio vitae libertate nō placeat, per quā difficultates legis & onera laxata sint, & ad eam publicani peccatorūque crediderint. Atque ita tot & tātis admonitionū generib; frustra habitis, nec per gratiā iustificetur, & à lege sint abdicati. *Et iustificata est sapientia à filijs suis.*

Diripi regnū caelorum quid

Ab his scilicet, qui vim facientes regno caelorum, illud fidei iustificatione diripiunt: contentes iustum sapientiae opus esse, quia munus suum ad fideles & obsequentes à contumacibus infidelibus transtulerit. Est autē non ociosum hoc in loco, virtutem dīcti cōtueri: *Et iustificata est sapientia.*

De se vtique locutus est. Est enim ipse sapientia: non ex efficiētis, sed ex natura. Res enim omnis habet potestatem. Ceterum negotiū omne potestatis effectus est: vt non idem est opus virtutis & virtus, vt efficiens discernitur ab effecto. Plures enim eludere dīctum Apostolicum quod ait: Christum sapientiam & Dei virtutem, his modis solent: quod in eo ex virgine creando efficac Dei sapientia & virtus extiterit, & in natiuitate eius diuina prudentia & potestatis opus intellegatur, sitque in eo efficiētia potius quā natura sapientiae. Quorum ne quid tale intelligi posset, ipsum se sapientiam nuncupauit: eam in se, non quae eius sunt ostendens. Est enim sapientie opus, fides, charitas, spes, pudicitia, ieiunium, cogitatio, humilitas, humanitas: sed haec naturae opera sunt, non ipsa natura: & non in his quae sunt consistit res ipsa quae faciat, cum Apostolus Dei virtutem & Dei sapientiam dixerit, quia ex ea sapientia quae erat creata, sapientia est.

Va tibi Choroazin & Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta essent virtutes quae factae sunt in vobis, et reliqua.

Inobedientiae maledictum cum obedientiae benedictione decernitur. Primum enim Iudaeis oportuit praedicari, sed priuilegio praedicationis infidelitatis cumulatur inuidia: cum credentium arguatur exemplo, quibus nulla factorum admiratione proposita, salus omnis ex fide sit. Dominum enim in Bethsaida & Capernaum muti laudant, ceci vident, surdi audiunt, claudi circumcurrunt, inortui sentiunt: & nulla fidei voluntate rerum tantarum admiratio commouebat, cum sola gestorum auditio reuocare ad metum atque ad fidem sapere debuisset. Sed non solum Tyri & Sidonis, sed ipsa Sodomorum & Gomorrhorum facient leuia peccata: quia forte illis credendi fuisset affectus, si talium virtutum contemplatio contigisset.

In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi Domine pater caeli & terrae, quia abscondisti haec à sapientibus, & reuelasti ea paruulis & reuolasti.

Dignē superioribus dīctis confessio talis adiungitur. Nam tamēti optabilis fuerit salus Israel, tamen non extra gaudium Domino erat praedicta olim fides gentium. Caelestium enim verborum arcanā atque virtutes sapientibus absconduntur, & paruulis reuelantur. Paruulis malicia, non sensu: sapientibus verō stultitia suae praesumptione, non prudentiae causis. Factiq; huius aequitatem Dominus patens: voluntatis iudicio confirmat: vt qui dedignantur paruuli in Deum fieri, stulti deinceps in sapientia sua fiant. Ac ne quid in illo minus quā quod in Deo est aestimaretur, omnia sibi à patre ait tradita esse, solique se patri cognitū, patrēque soli sibi notum, vel cui ipse reuelare voluisset: reuelaturus ei, à quo vt reuelare velit oretur. Qua reuelatione eandem virtutisque in mutua cognitione esse substantiam docet, cum qui filium cognosceret, patrem quoque cogniturus esset in filio: quia omnia ei à patre sint tradita. Tradita autem non alia sunt, quā quae in filio soli nata sunt patri: nota verō filio soli esse, quae patris sunt: atque ita in hoc mutuae cognitionis secreto intelligitur, nō aliud in filio quā quod in patre ignorabile sit extitisse. Legis deinde difficultatibus laborantes, & peccatis seculi oneratos

ad se aduocat: dempturūque se laborem omnisque promittit, si modo eius iugum tollant, mandatorum scilicet suorum praeccepta suscipiant, eumque sacramento crucis adeant: quia corde humilis & mitis sit, & in his animabus suis requiem inueniant: iugi suauis & leuis oneris blandimenta proponens, vt credentibus eius boni scientiam praestet, quod solus ipse nouit in patre. Et quid iugo ipsius suauis? quid onere leuius? Probabilem fieri, scelere abstinere, bonū velle, malum nolle, amare omnes, odisse nullum, aeterna cōsequi, praesentibus non capi, nolle inferre alteri quod ipsi sibi perpetui sit molestum.

Discipuli spicas vellunt: Manus arida hominem sabbato curauit. Caecum & daemiacum curauit. De blasphemia spiritus. De fructu arboris bonae & malae. De omni verbo ocioso. De signo Iona. De Niniuitis & regina Aethiopia. De septē spiritibus & octauo. De matre Iesu & fratribus.

CANON XIII

In illo tempore abiit Iesus per segetes sabbati: Matth. 12. discipuli autem eius esurientes ceperunt vellere spicas & manducare.

Et egressus in segetem, & dies sabbati, & discipulorum esuritus, & spicarum praecceptio, & pharisaeorum infimulatio, & Domini responsio, habent, vt caetera, subiacentem interioris causae intelligentiam. Omnes enim (vt diximus) factorum veritates, in ipsis illis gestorum effectibus sui similes atque ex se intelligendam, futurae veritatis imaginem consequuntur. Ac principio contuendum sermonē hunc ita ceptum esse:

In illo tempore abiit Iesus per segetes.

Id est, in eo tempore quo patri Deo gratiam de data gentibus salute cōcessus est: vt idem sensus & superiora & consequentia cōtineret. Ergo per reliqua curamus. Ager mundus est, sabbatum ocium est, seges crediturorum profectus in messem est. Ergo sabbato in agrum profectus, in legis ocio Domini progressus in hunc mundum est: segetem eam, id est, facionem humani generis inuisens. Et quia esuritus famēs est salutis humanae: spicas praecerpere ac vellere, scilicet sanctorum se salute satiare discipuli festinant. Neque enim homini congruit cibus spicae, neque praecceptorum esus est vtilis aristarum: sed futuri fidem facti species exequitur, & virtus interiecta verborum sacramentum & esuritionis & satietatis absoluit. Pharisaei qui penes se claue m caelorum esse existimarent, illicita agere discipulos coarguant: quos Dominus facti eius in quo sub rerum argumento prophetiae ratio cōtinetur, admonuit Dauid vnā cum his qui secum aderant esurientem panibus illicitis expletum fuisse. Neque enim si non licebat fieri, Dauid creditus fuit fecisse sine crimine. Verū sine criminis piculo factis prophetat in lege, vt ipse cum ceteris panibus propositionis expletus sit: ita ostendens Christum cum Apostolis salute satiare satandum, quod Iudaeis illicitum videretur. Alterius quoque eos admonet prophetiae, vt consummari in se omnia quae anterius sunt dicta, cognoscerent in lege. Sabbatum in templo sacerdotēs violant sine crimine: templum se ipsum scilicet indicans, in quo per Apostolicam doctrinam populo legis infideliter ociante, salus gentibus datur: quia maior ipse sit sabbato, & absque violatae legis culpa

Euangelica fides operetur in Christo. Atque ut ostenderet omnem rerum efficientiam hanc speciem futuri operis continere, adiecit:

Si enim sciretis quid est misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes.

Opus salutis non in sacrificio, sed in misericordia est: & lege cessante, in Dei bonitate saluatur. Cuius rei donum si intellexissent, nunquam condemnasset innocentes, id est, Apostolos: quos infirmulati erant transgressæ legis inuidia, cum sacrificiorum vetustate cessante vniuersis per eos misericordie nouitas subueniret: neque existimasset sabbati præscripto Dominum sabbati contineri. Hæc in campo dicta gestaque sunt. Et post hæc synagogam ingresso, hominem aridæ manus offerunt, interrogantes an curare sabbatis liceret: occasionem arguendi eum, ex responsione querentes. Quos decidentis in foueam ouis concludit exemplo, quam sine crimine sabbato extrahere sint soliti: rectiusque homini, qui oui præstet, medendum esse. Neque in ministerio salutis humanæ existimandum sabbatum posse violari, quod extrahendæ de fouea ouis sollicitudo non violet. Subiicitur recte talis Domino curatio. Nam post reditum de fegete, ex qua iam Apostoli fructus salutis acceperant, ad synagogam venit: etiam illinc missis operarios paraturus, qui plures postmodum vna cum Apostolis extiterunt. Hi igitur curantur. In manu enim dandæ salutis substantiam non habebant. Et manus officium cessabat, & ministerium corporis quo aliquid agitur, atque impertitur, aruerat. Dominus igitur manum cum iussit extendere, quæ restituta est ei sicut altera: curatio omnis in verbo est, & manus sicut altera redditur, id est, similis ministerio Apostolorum in officium dandæ salutis efficitur: docetque pharisæos ægre ferre non oportere operationem humanæ salutis in Apostolis, cum ipsis ad officij eiusdem ministerium manus sit reformanda, si credant. Sed inuidia facti pharisæos commouet, & aduersus eum ineunt consilium: quia contuentes hominem in corpore, Deum in operibus non intelligebant. Sciensque eorum consilia secessit, ut à consiliis malignantium procul absfuturus cognosceretur. Plurisque turbæ eum secutæ sunt: ab infidelibus videlicet recedenti, fidelium comitatus assistit. His verò quos curat, silentium imperauit. Sed nunquid curationis taciturnitas iubebatur? Non utique. Nam salus vnicuique reddita, erat sibi ipsa testis. Sed iubendo secretum, & gloriam de se iactatiam declinat, & nihilominus cognitionem sui præstat in eo ipso, dum admonet de se taceri, quia obseruantia silentij ex re quæ sit silèda proficiscitur. Quinetiam per hanc tacendi de se voluntatem, dictorum per Esaiam effectus impletur: de cuius prophetia illud nunc tatum admonemus, hunc & dilectum à Deo, & paternæ beneplacitum voluntati, & spiritum Dei super eum esse, & ab eo iudicium gentibus nunciari, & arundinem quæ quassata sit non esse contractam, & linum fumigans non extinctum: id est, caduca & quassata gentiū corpora non fuisse contrita, sed in salutem potius referuata: neque exiguitatem ignis tantum iam in lino fumiganti extinctam, ex Sion Israel, & ex reliquiis veteris gratiæ spiritum non ablatum, quia resumendi totius luminis in tempore penitentia sit facultas. Sed istud intra certi temporis statuta præscribitur, donec eiiciat victoriam ad iudicium, sublata scilicet mortis potestate, iudicium claritatis suæ reditu introducat, in nomine eius perfi-

Esai. 42.

dem gentibus credituris.

Tunc oblatus est ei homo demonium habens, cæcus & mutus, & reliqua.

Sequitur demoniaci, & cæci, & muti opportuna curatio. Non enim sine ratione, cum turbas omnes curatas in commune dixisset, nunc extrinsecus demonium habens cæcus & mutus offertur: ut sine ambiguitate aliqua, idem intelligentiæ ordo sequeretur. Spicas vellere, id est, homines seculi præcepere, Apostolos pharisæi arguebant: misericordia super sacrificium prædicabatur: manus aridæ homo oblatus in synagoga curatur. Atque hæc ad conuertendum Israel non solum nihil proficiunt, verumetiam pharisæi consilium necis ineunt. Oportebat igitur, ut post hæc in vnius huius forma gentium salus fieret: ut qui erat habitatio demonis & cæcus & mutus, Deo capax pararetur, & Deum cõteretur in Christo, & Christi opera Dei confessione laudaret. Stupuerunt igitur isti opus turbæ, sed pharisæorum ingrauescit inuidia. Nã quia humanam infirmitatem hæc tanta eius opera excederent, pudorem confessionis suæ maioris perfidia scelere declinant: ut quia hæc opera esse existimare hominis non possent, & confiteri Dei nollent, omnem hanc eius ex Belzebub principe demonum esse dicerent in demones potestatem.

Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit illis: Omne regnum diuisum contra se, desolabitur.

Sermo Dei diues est, & ad argumentum positus intelligentiæ, plurium de se exemplorum copiam præbet: & vel simpliciter intellectus, vel inspectus interitus, ad omnem profectum est necessarius. Sed relictis his, quæ ad communem intelligentiam patent, causis interioribus immoremur. Omne regnum diuisum contra se, desolabitur. Responsurus ad id quod de Belzebub erat dictum: in eos ipsos quibus respondebat, responsionis ipsius conditione retorquet. Lex enim à Deo est, & regni Israel pollicitatio ex lege est, & Christi ortus & aduentus ex lege est. Si regnum legis contra se diuiditur, dissoluatur necesse est: & potestas omnis diuisione detrahitur, & regni virtus aduersum se separata cõsumitur: ac si regnum Israel amisit ex lege, quum adimpletionem legis in Christo plebs legis impugnet.

Sed & ciuitas & domus diuisa contra se, non stabit.

Domus quoque & ciuitatis, eadem est ratio quæ regni. Sed ciuitas hic Hierusalem indicatur, gentium semper gloriosa dominatu. Nunc postquam in Dominum suum furore plebis exarsit, & Apostolos eius cum credentium turbis effugabit, discedentium illinc diuisione non stabit: atque ita quod mox consecutum est, per hanc diuisionem, ciuitatis illius denunciat excidium.

Si enim satanas satanem eiecit, aduersus se diuisus est.

Dicti superioris maleuolentiam, quo eum in Belzebub hæc agere loquebatur, eo ipso quo locuti sunt genere condemat: non intelligentes confessos se fuisse Belzebub esse diuisum. Et si ad diuisionem suam coactus est, ut demone demones perturbaret, & aduersus se diuisio ipsa consisteret: hinc quoque existimandum esse, plus eo eo qui diuiserit, quam in his qui diuisi sint, inesse virtutis. Ergo iam diuisus est, & aduersum se coactus est, regnumque eius diuisione tali est dissolutum. Quod si in virtute Belzebub Christus demones eiicit, huius eorum, id est, Apostoli in eius nomine eiiciunt? Atque idcirco dignè sunt in eos iudices constituti: quibus id dedisse Christum aduersus demones potestatis reperitur, quod ipse sit negatus habuisse.

habuisse. Ergo si discipuli operantur in Christo, & ex spiritu Dei Christus operatur: adest Dei regnum, iam in Apostolos mediatoris officio transfusum. Sed cum per Belzebub posse Christus arguitur, Deus blasphematur in Christo: atque ita in Deum, inexpiables cõuicij contumelia per pharisæos in Belzebub nomine comparatur.

Quomodo potest intrare quis in domum fortis, & vasa eius diripere, & reliqua.

Contusam à se in tentatione prima omnem zabolus indicat potestatem, quia nemo domum fortis intrareat eiusque vasa diripiat, nisi fortem alligauerit, & tunc domum eius diripiet: & necesse est hæc agens, illo forte sit fortior. Ligatus est ergo, tum cum satanas à Domino nuncupatus, ipsa nequitia suæ nuncupatione cõstrictus est: cui ita vincito spolia detraxit, & domum abstulit: nos scilicet quondam arma eius, regniq; militiam in ius suum redegit, victorq; atq; vincito domum sibi ex nobis vacuam & vtilem comparauit. Lõgè autem à se esse, ut aliquid ab eo mutatus sit potestatis ostendit, ut quando qui secum nõ est, aduersum se sit: & qui secum non congregat, dispergat. Ex quo ingentis periculi res intelligitur: malè de eo opinari, cum quo non esse, id ipsum est quod contra esse: & non congregare, dispergere.

Omne peccatum & blasphemia remittitur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittitur.

Pharisæorum sententiæ, & eorum qui ita cum his sentiant peruersitatem feuerissima definitione condemnat: peccatorum omnium veniam promittens, & blasphemiam spiritus indulgentiam abnegans. Nã cum cætera dicta gestaque liberali venia relaxetur, caret misericordia si Deus negetur in Christo: & in quo sine venia peccatur, beneuolentiam iteratæ admonitionis impendit. Omnino peccata cuiusque generis remittenda, blasphemiam in spiritum sanctum non remittendam. Quid enim tam extra veniam est, quam in Christo negare quod Deus sit, & consistentem in eo paterni spiritus substantiam adimere: cum in spiritu Dei opus omne consummet, & ipse sit regnum cælorum: & in eo Deus sit mundum reconcilians sibi? Ergo quicquid contumelie exiterit in Christo, id omne extabit in Deo: quia in Christo Deus, & Christus in Deo sit.

Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos: aut facite arborem malam, & fructus eius malos, & reliqua.

Sermo se & in præsens exierit, & effert in futurum. Nam in præsens Iudæos refellet: qui cum intelligerent Christi opera ultra humanam esse virtutem, nollent tamen quod Dei sint confiteri. Futuram autem omnem fidei peruersitatem coarguit, eorum scilicet qui diuinitatem & cõmunionem paternæ substantiæ Dominum detrahentes, in diuersa hærefeos studia efferbuerunt: neutri facientes, nec inter gêtes sub venia ignorantia habitantes, nec in veritatis cognitione versantes. Arborem se in corpore positum significat: quia per interiorum virtutis suæ fecunditatem, exeat vberitas omnis in fructus. Igitur aut arbor bona facienda cum bonis fructibus est, aut mala constituenda cum malis fructibus: quia ex fructibus suis de se arbor ipsa testabitur. Non quod secundum arborum naturam arbor mala possit cõstitui quæ bona sit, aut eadè ipsa cum ramis suis bona esse si mala sit: sed ut per hanc significantiam intelligeremus, Christum aut tanquam inuitum relinquendum, aut tanquam bonum bonorum fructuum utilitate retinendum: quia aduersum fi-

lium hominis dicta sub venia sint, blasphemiam autem spiritus careat venia. Cæterum medium se agere, & Christo aliqua deferre, negare quæ maxima sunt: venerari tanquam Deum, Dei cõmunionem spoliare, hæc blasphemiam spiritus est: ut cum per admirationem operum tantorum Dei nomen detrudere non audeas, per maleuolentiam mentis & sensus, generositatem eius quam cõfiteri es coactus in nomine, abnegata paternæ substantiæ cõmunionem deerpas. Atque ideo etiam in eo Dominus bonitatis suæ munus extendit, dicēs autem malam arborem cum malis fructibus, aut bonam cum bonis fructibus esse faciendam: quia in malæ arboris opinione, sub secreto indulgentiæ Dei reposita sit venia, qua omne peccatum sit remittendū: in bona confessione, fructus æternus sit: ne incidentes mediam inter vtrunque sententiam, cum constitutere malum nõ audeamus, cõfiteri bonum nolimus, indissolubili corruptæ de se opinio: is iudicio relinquatur. Omnem autem ita sentiendi corruptelam, ex nature vitio proficisci docuit, dicens: De malo thesauro non nisi quæ mala sunt posse proferri, & omnis ociosus, id est, ineptus & inutilis dicti rationem Deo esse reddendam: quia de confessionis nostræ verbis aut cõdemnandi sumus, aut iudicandi, talem futuri iudicij beneuolentiam recepturi, qualem de cœlestis gloriæ Domino sententiam tenuerimus. Signum deinde rogatur ut præstet, quod se ex Iona signo daturum esse respondit: ut sicut triduo & totidem noctibus Iona in ceti ventre detētus sit, ita se intra interiora terræ pari tēporis spacio demoraturum. Sed maiorem futuram gentium fidem monstrat. Niniuitæ enim Iona prædicante penitentiam egerunt, & à Deo veniam penitendi confessione meruerunt. Sed & Austri reginam nunc in exemplum ecclesiæ præsumpta, sapientiam admirata Solomonis: ex vltimis terræ partibus venit, audire quam erat admirata sapientiam. Cumulat igitur inuidiam comparatio, & Iudæos sine excusatione facit fides gentium: ut cum illi prophetis, id est, Ionæ Salomonique crediderint, Christo isti non credant, Iona Salomonique potiori. Et idcirco in resurrectione eos iudicabunt, quia in his repertus timor Dei fuerit, quibus lex non erat prædicata: hoc magis indigni venia, quia ex lege sunt infideles, quo plus fidei in eis qui legem ignorauerunt sit reperitum.

Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit, & reliqua.

Continens lectio est, & ex ipso initio sermonis exordio, & sensu superiore proficisci indicatur. Ex verbi enim coniunctione cõpedit, sed totius propositæ comparationis ratio tractanda est. Exiens ab homine immundus spiritus, arida & inaquosa loca circuit, in quibus nullus fons vitæ effluebat. Et cum requiem non inueniet, tum intra se loquetur, congruum sibi esse, ad domum suam vnde exiuit reuertii, quam inueniet vacantem, scopis mundatam & ornatam: assumetque, secū septem nequiores se spiritus, qui introeuntes habitabunt, & nouissima hominis illius primis peiora fient. Et quidem Dominus absoluit, dicens:

Sic erit generatiõ huic pessima.

Non igitur ambigere possumus, totum hoc ad personam populi huius esse referendum: sed contuendum est quatenus proposita singula singulis temporibus rebisque reddantur. Superius, nempe in Niniuitarum & reginæ Austri nomine iustificata fides gentium est: sed longe antea, post multa in Deum, & grauius

peccata, Iudæis data lex est: Et peccata quidem eorum libro Moysi continentur. Verum post tot diuinæ virtutis documenta, id est, decem plagis percussam Ægyptum, & columnam nubis ac luminis die nocteque famulantem, & in Erythreo mari ita præbitum, & fontes ruptis faxis effluentes, & ministratam esurientibus mannam, & ad postremum in quadraginta annorum tempore, vita atque habitu angelorum populorum viventem: adoratum supplicatumque postea peccudibus & faxis, hisque cum choris canticisque saltatum, & metalla deos nuncupata. Ergo insidentem plebis istius pectoribus spiritum immundum, lex quæ postea data est interuictu suo eiecit: & veluti quadam custodia circumiecta potestatis exclusit. Qui illinciens, circum gentes desertas atque aridas oberrauit, domum veterem delinquens: vt in his vsque in diem iudicij non inquietata habitatione quiesceret. Sed rursus Dei gratia imperita gentibus, postquam in aqua lauacro fons viuus effluxit, habitandi cum his locus nullus est: & cum iam in his requiem non habeat, intra se reputans, optimum credit regredi in eam ex qua profectus est domum. Hæc emundata per legem, & prophetarum ornata præconiis, & Christi aduentu præparata, vacua inuenitur: à qua & custodia legis abscesserit (quia omnis lex vsque ad Ioannem est) & ad habitandum non receptus sit Christus. Atque ita & habitare vacua est, & deserta custodiis: cum tamen venienti habitatori, præeuntium solitudine & mundata sit & ornata. Septem igitur spiritus nequiores assumuntur, quia tot erant gratiarum munera destinata cum Christo, quæ in eo multiformis illa Dei sapientia, septiformi gloria collocauit: vt tanta iniquitatis fieret possessio, quanta futura fuerat gratiarum. Atque ita nouissima hominis illius peiora erunt prioribus: quia ex Iudæis immundus spiritus metu legis exceperat, nunc vice, tanquam vltione repudiata ab eis gratia reuertitur. Et quia totum istud in paternæ maiestatis virtute loqueretur, nunciandi sibi quod foris à matre atque à fratribus expectaretur, manum in discipulos extendens, eos sibi fratres esse matremque respondit: quicumque voluntati paternæ obsecutus esset, cum esse & fratrem & fororem & matrem: formam seipsam vniuersis agendi sentiendique constituens: propinquitatum omnium ius atque nomen, iam non conditione nascendi, sed de ecclesiæ communionem retinendum. Cæterum non fastidiose de matre sua sensisse existimandus est: cum ipsi in passione positus, maximæ solitudinis tribuerit affectum. Est autem etiam in eo typica ratio seruata, vt mater eius & fratres foris starent, cum vtique ingrediendi ad eum haberent vt ceteri potestatem. Sed quia in sua venit, & sui cum non receperunt: in matre eius ac fratribus synagoga & Israelitæ præfigurantur, ingressu eius atque aditu abstinens.

Sedens in nauicula Iesus turbis parabolas loquitur. De seminante bonum semen. De tritico & tritico. De grano sinapis. De fermento abscondito in farina. Expositio tritici. De thesauro in agro. De bona margarita. De reti misso in mare.

CANON XIII.

Matth. 13. *In illa die exiit Iesus, & sedebat secus mare: & congregatae sunt ad eum turbae, ita vt in nauiculam ascenderet.* Sed ille Dominum in nauis, & turbas fo-

ris stetit, ex subiectis rebus est ratio. In parabolis enim erat locutus: & facti istius genere significat, eos qui extra ecclesiam positi sunt, nullam diuinæ fermonis capere posse intelligentiam. Nautis enim ecclesiæ typum præfert: intra quam verbum vitæ positum & prædicatum, hi qui extra sunt, & harenæ modo steriles atque inutiles adiacent, intelligere non possunt. De parabolis autem iam à Domino absolutis loqui otiosum est.

Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.

Regni mysteria fides percipit. Hæc in quibus fuerit proficiet, & incrementis profectus sui abundabit: in quibus verò non fuerit, etiam quod habent auferetur ab eis. Damnum scilicet legis ex fidei inopia declarat, quam fidem Iudæi non habentes, legem vsque quam habuerant perdidit: & ideo perfectum fides Evangelica habet donum, quia suscepta nouis fructibus ditat, repudiata verò etiam veteris substantiæ opes detrahit.

Vestri autem beati oculi qui vident, & aures quæ audiunt.

Apostolici temporis beatitudinem docet, quorum oculis atque auribus contigit Dei salutare visere & audire: prophetis atque iustis cupientibus videre & audire plenitudinem temporum destinatorum, & expectationis istius gaudium Apostolis referuatum.

Simile est regnum celorum grano sinapis. & reliqua.

Grano sinapis se Dominus comparauit, acri maxime, & omnium feminum minimo: cuius virtus ac potestas tribulationibus & pressuris accenditur. Granum hoc igitur postquam in agro satum fuerat, id est, vbi à populo comprehensus & traditus morti, tanquam in agro satione quadam fuit corporis conspultus: vltra mensuram omnium olerum excrescit, & vniuersam prophetarum gloriam excedit. Oleris enim vice, tanquam ægroto Israeli data est prædicatio prophetarum. Sed iam ex ramis arboris ex solo in sublime prolata cæli volucres inhabitant. Apostolos scilicet ex Christi virtute protensos & mundum inumbrantes, in ramis intelligimus: in quos gentes in spem vitæ aduolabant, & aurarum turbine, id est, diaboli spiritu flatuque vexata, tanquam in ramis arboris requiescent.

Simile est regnum celorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farina mensuris tribus, donec fermentatum est totum.

Fermentum de farina est, quod virtutem acceptam aceruo generis sui reddit. Huic se Dominus comparauit. Quod acceptum mulier, synagoga scilicet, per iudicium mortis abscondit: arguens legem & prophetas Evangelii dissolutos. Hoc autem in farina mensuris tribus, id est, legis, prophetarum, Evangeliorum, æqualitate coopertum, omnia vnium facit: vt quod lex constituit, prophetæ nunciauerunt, id ipsum Evangeliorum profectibus expleatur. Fiuntque omnia per Dei spiritum eiusdem & virtutis & sensus: nihilque aliud ab alio mensuris æqualibus fermentatum dissentiens reperitur. Quamquam ad fidei sacramentum, id est, ad patris & filij & spiritus sancti vnitatem, sed & ad trium gentium vocationem, ex Sem, Cam & Iaphet, tres mensuras farine esse referendas, sensisse multos memini. Sed nescio an hoc ita opinari ratio permittat, cum tamen omnium gentium vocatio sit æque, tamen in his Christus non abscondus sit, sed ostensus: & in tanta infidelium multitudine non fermentatum sit totum. In patre autem & filio & spiritu sancto, in ea admixti extrinsecus fermenti necessitate, in Christo omnia vnium sunt.

necessitate, in Christo omnia vnium sunt.

Iterum simile est regnum celorum thesauro abscondito. & reliqua.

Per similitudinem thesauri in agro, spei nostræ opes intra se positas ostendit, quia Deus in homine sit repertus: in cuius precium omnes seculi vendendæ sunt facultates, vt vestitu, cibo, potuque, indigentium, æternas ecclesiæ thesauri diuitias cõparemus. Sed cõtuentum est, inuentum thesaurum & absconditum fuisse: cum vtique, qui inuenit, & secreto & tempore quo abscondit auferre potuisset, & auferens emendi necessitate caruisset. Sed vt rei, ita & dicti fuerit ratio explicanda. Ideo enim abscondus est thesaurus, quia & agrum emi oportebat. Thesaurus enim in agro, vt diximus, Christus intelligitur in carne: quem inuenisse est gratum: Euangeliorum enim prædicatio in abscondito est. Sed vtendi & possidendi huius thesauri, cum agro potestas non potest esse sine precio: quia cælestes diuitiæ non sine damno seculi possidetur. Et de margarita par ratio est. Sed ad negociatorem iam diu in lege versantem proficiens hic sermo est: qui longo ac diutino labore ad margaritæ scientiam peruenit, & ea quæ sub onere legis adeptus sit, derelinquit. Diu enim est negociatus, & margaritam aliquando qualem optabat, inuenit: cui & vnus huius desiderati lapidis precium, reliqui laboris iactura est comparanda.

Iterum simile est regnum celorum reti misso in mare. & reliqua.

Merito prædicationem suam reti comparauit, quæ in seculum veniens, sine seculi damno habitantes intra seculum congregauit, modo retis, quod in mare penetrans ita agit de profundo, vt per omne elementum illius corpus euadens, clausos intra ambitum suum extrahat, nõsque ex seculo in lumen veri solis educat: in bonorum electione, & malorum abiectioe futuri iudicij examen ostendens.

De scriba in regno celorum. De fratribus & sororibus Domini. De Ioannis capite in disco. De quinque panibus & duobus piscibus. Vbi super mare ambulabat, & Petrummersum crexit.

CANON XIII.

Matth. 13. *Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Vtique. Et ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno celorum &c.*

Non turbis, sed discipulis est locutus, & intelligentibus parabolis dignum testimonium reddidit: ipsos scilicet sub patrisfamilias nomine sibi comparas, quod doctrinam de thesauro suo nouorum spiritus sancti ac veterum sint adepti: quodque scribas propter scientiam nuncupat, quod intellexerit ea quæ illa noua & vetera, id est, in Evangelii & in lege protulerit, & eiusdem patrisfamilias, & vnus vtraque thesauri.

Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde & venit in patriam suam. & reliqua.

Inhonoratur Dominus à suis quamquam & docendi prudentia & operandi virtus admirationem commoueret, infidelitas tamen eorum veritatem iudicij non recipit. Non enim credunt hæc in homine dum agere: quin etiam patrem ipsius, matrem fratresque nuncupant, & paternæ artis quodam opprobrio laceant. Sed planè hic fabri erat filius, ferrum igne vincens,

omnem seculi virtutem iudicio decoquens, massamque formantis in omne opus vtilitatis humanæ: formam scilicet corporum nostrorum, & materiam in diuersa membrorum ministeria, & ad omnia æternæ vitæ opera fingentis. In his igitur scandalizabantur omnes: & inter tot tamque magnifica quæ gerebat, corporis eius contemplatione commouebatur. Quibus Dominus inhonorabilem in patria sua prophetam esse respondit, quia in Iudæa esset vsque ad crucis sententiam contemnendus. Et quia panes solos fideles Dei virtus est, propter eorum incredulitatem omnibus diuinæ operibus virtutis abstinent.

In illo tempore audivit Herodes tetrarcha famulum Iesu. & reliqua.

Frequenter monuimus, omnem diligentiam Evangeliorum lectioni adhibere oportere: quia in his quæ gesta narrantur, subesse interioris intelligentiæ rationem reperitur. Habet enim omnium operum, narratio suum ordinem: sed gestorum effectibus causa subiacenti species præformatur, vt in Herode ac Ioanne intelligitur. Nam & Herodes princeps erat populi, & Herodiadem uxorem Philippi fratris sui in matrimonium suum iure potestatis assumpserat. Et huic Herodiadi erat filia: & natali die, cum saltans placeret, potestatem cuius vellet præmij, sacramento iurantis accepit: & Ioannis caput, qui in carcere diu habitauerat puella, matre admonente, disco sibi inferri præcæta est. Et Herodes tristis licet, sacramento fidem reddidit, & matri puella manus exhibuit: & sepulto co discipuli eius ad Dominum transeunt. Audistisque his Dominus in nauiculam in loca deserta secessit, & sequentium se turbarum vexationem miseratus est, & dimitti eas in castella ad comedendos cibos Apostoli admonent: & Dominus respondit, necessitatem eò reuertendi ipsos non habere, darsque his cibum præcipit. Et solos se quinque panes & duos pisces habere causantur. Et offerri sibi eos iussit, turbamque substrato sepeo accumbere, & oblata benedixit, & turbæ manducanda comminuit, & dedit discipulis vt offerrent: & saturatis omnibus supplementa cophinorum duodecim superfuerunt, cum tamen extra mulierum puerorumque numerum, quinque milia virorum expleta essent. Et discipulos nauiculam conscendere, & trans fretum præcedere iubet, dimissaque ipse turba in montem orare solus ascendit: factoque vespere solus fuit, & nauis mari medio vento aduersante fluctibus iactabatur. Et quarta vigilia Dominus venit super mare ambulans, videntisque turbati sunt, & inanis visus phantasma credentes, clamauerunt præ timore: quibus mox Dominus locutus est, & constantes esse iussit. Et ex plurimis, Petrus respondens, postulatit vt ad Dominum super aquas veniret: qui de nauicula descendens, & progressus aliquantulum, vento inualecente timere cepit & mergi. Quam apprehendens Dominus, obiurgat cur fidei modicæ sitingressusque nauem, tranquillitatem vento & mari quiescente reuocauit. Igitur hæc vt commemorauimus gesta sunt: sed his omnibus personis, effectibus, causis, numeris, modus adicit, vt quæ gesserunt, præter gerendi manus instinctumque, quem quis ex natura sua sumpsit, extrinsecus omnia gesserint in exemplum: hoc maiore ita opinandi reuerentia, si tam diuersarum causarum efficiendam vna atque eadem intelligentia consequitur. Sermo igitur ad originem propositionis referendus est. Ioannes, vt frequenter admonuimus, formam prætulit legis: quia lex Christum prædicauit.

& Ioanes profectus ex lege est, Christum ex lege prænuncians. Herodes verò princeps est populi: & populi princeps, subiecta sibi vniuersitatis nomen causamque complectitur. Ioannes ergo Herodem monebat, ne fratris sui uxorem sibi iungeret. Sunt enim atque erant duo populi, circumcissionis & gentium. Sed Israël lex admonebat, ne opera gentium infidelitatemque sibi iungeret. Gentibus enim focia infidelitas est, quæ ipsi tanquam vinculo coniugalis amoris annexa est. Hi igitur fratres ex eodem humani generis sunt parente. Ob hanc itaque asperam admonitionis veritatem, Ioannes tanquam lex in carcere continebatur. Die autem natalis, id est, rerum corporalium gaudiis Herodiados filia saltauit. Voluptas enim tanquam ex infidelitate orta, per omnia Israël gaudia totis illecebræ suæ cursibus efferebatur, cui se omnem etiam sacramento venalem populus addixit. Sub peccatis enim & seculi voluptatibus, Israël vitæ æternæ munera vendiderunt. Hæc matris suæ, id est, infidelitatis instinctu, deferri sibi Ioannis caput, id est, gloriam legis orauit: quia lex incestuosum Israël autoritate diuinorum præceptorum arguebat. Sed superius Herodes significatus est Ioannem velle occidere, & metu populi demorari, quia sicut propheta habebatur: nunc verò petita ipsius nece, cum præsertim religione sacramenti detineretur, quomodo tristis efficitur? Contrarium videlicet est, tunc eum voluisse, nunc nolle: & præsens molestia, anteriori non conuenit voluntati. Verum in superioribus gestæ rei ordo est, in his autem nunc species causæ consequentis exponitur. Gloriam legis voluptas ex infidelitate orta occupauit. Sed populus boni eius, quod in lege erat, conscius voluntatis conditionibus non sine aliquo certi periculi sui dolore concedit, scitque se tali præceptorum gloria non oportuisse concedere: sed peccatis tanquam sacramento coactus, & principum adiacentium metu atque exemplo deprauatus & vitiosus, illecebris voluptatis etiam moestus obtemperat. Igitur inter reliqua dissoluti populi gaudia, in disco Ioannis caput affertur: damno scilicet legis voluptas corporum, & secularis luxuriam augetur. Ita per puellam ad matrem defertur: ac sic probrosus Israël & voluptati & infidelitati suæ familie, scilicet ante gentium gloriam legis addixit. Finitis igitur legis temporibus, & cum Ioanne conspultis: discipuli eius res ita gestas Domino nunciant, ad Euangelia scilicet ex lege venientes. Ergo Dei verbum lege finita nauem conscendens ecclesiam adit, & in desertum concedit. Relicta quippe conuersatione Israël, in vacua diuinæ cognitionis pectora transit. Turba hæc audiens, Dominum de ciuitate pedes sequitur in desertum: de synagoga videlicet ad ecclesiam concedit. Quam videns misertus est, & omnem languorem eius infirmitatemque curat: obsestas scilicet mentes & corpora infidelitatis veterino, ad intelligentiam nouæ prædicationis emundat. Et cum discipuli dimitti turbas in castella proxima ad coemendos cibos admonerent, respondit: Non habent necesse ire: ostendens eos, quibus mederetur, venalis doctrinæ cibo non egere, neque necessitatem habere regredi ad Iudæam cibumque mercari, iubetque Apostolis ut eis escam darent. Nunquid ignorabat non esse quod dari posset: & humanarum mentium interna conspiciens, modum repositi penes Apostolos cibi nesciebat? Sed erat omnis typica ratio explicanda. Nondum enim concessum Apostolis erat, ad vitæ æternæ cibum cæle-

stem panem perficere ac ministrare. Quorum responsio ad spiritualis intelligentiæ ordinem tendit. Solos enim se quinque panes & duos pisces responderunt habere: quia adhuc sub quinque panibus, quinque libri legis continebantur, & piscium duorum, id est, prophetarum & Ioannis prædicationibus alebantur. In operibus enim legis, tanquam ex pane erat vitæ prædicatione autem Ioannis & prophetarum, in virtute aquæ vitæ humanæ spem confouebant. Hæc igitur primum quia in his adhuc erant, Apostoli obtulerunt: sed ex his Euangeliorum prædicatione profecta monstratur, & his originibus deducta in maiorem virtutis suæ abundantiam crescit. Acceptis igitur panibus atque piscibus, Dominus respexit ad cælum: Benedixit & fregit, patri agens gratias, post tempora legis ac prophetarum se in Euangelicum cibum verti significans. Accumbere post hæc super focum panis & piscium saturatus, non iam in terra iacens, sed lege suffultus: & tanquam terræ sceno, fructibus operis sui vnusquisque subternitur. Dantur quoque Apostolis panes, quia per eos erant diuinæ gratiæ dona reddenda. Plebs deinde quinque panibus & duobus piscibus pascitur & expletur, & fragmenta panis & piscium saturatis accumbentibus, vsque in duodecim cophinorum plenitudine abundauerunt: Dei scilicet verbo ex doctrina legis prophetarumque veniente, multitudo satiatur, & referuata gentium plebi ex æterni cibi ministerio, in duodecim Apostolorum plenitudinem, copia diuinæ virtutis exuberat. Idem autem edentium numerus inuenitur, qui futurus erat crediturorum. Nam sicut libro Praxeon continetur: ex Israelitici populi infinitate, virorum quinque milia crediderunt. Rerum enim admiratio, vsque in mensuram causæ subiactis extenditur. Contrafractique cum piscibus panes, saturato populo, in tantum deinceps cumulantur augmentum, quantum & credentis populi, & esplendorum cælesti gratia Apostolorum numerus destinabatur: ut & modus numero, & numerus modo obtemperaret, & intra fines suos ratio conclusa, ad consequentis euentus conditionem, ipso diuinæ virtutis moderamine contineretur. Vincit autem humanam intelligentiam opus facti. Et cum frequenter quædam sint, quæ conceptu sensu, sermo non explicet: in his tamen ipsa sensus sublimitas ingrauescit, & ad rei contemplationem pro difficultate tam inuisibilis negocij obstupescit. Acceptis enim panibus quinque, in cælum Dominus respexit, honorem eius à quo erat ipse confessus: non quod carnalibus oculis contueri patrem esset necesse, sed ut qui adessent intelligerent, à quo virtutis tantæ accepisset effectum. Dat deinde discipulis panes. Non quinque multiplicantur in plures: sed fragmentis fragmenta succedunt, & fallunt semper præfracta frangentes. Crescit deinde materies: nescio vtrum in mensurâ loco, an in manibus sumentium, an in ore edentiū. Ne mirere fontes fluere, inesse vvas vitibus, & vuis vina diffundi, & omnes mundi opes annuo quodam meatu indefessoque defluere: autorem enim huius vniuersitatis tantus panis profectus ostendit, per quem tali incremento modus pertractatæ materiæ adderetur. Agitur enim in opere visibili inuisibilis motio: & arcanorum cælestium Dominus, arcana negocij præsentis operatur. Superat autem omnem naturam virtus operantis: & supergreditur facti intelligentiam ratio virtutis, & sola relinquitur admiratio potestatis. Ordo etiâ causarum operumque, consequitur.

Miraculum de multiplicatione panum & piscium omnium.

Petri præsentia.

Petrus ceteros apostolos sibi anteit.

Conscendere post hæc in nauem discipulos præcepit, donec turbas ipse dimitteret: et dimissa turba montem conscendit orare, et vespere facto solus erat.

Horum ratio distinguenda temporibus est. Quod vespere solus est, solitudinem suam in tempore passionis ostendit, cæteris trepidatione dilapsis. Quod autem nauem conscendere discipulos iubet, & ire trans fretum dum turbas ipse dimittit, & dimissis turbis ascendit in montem: esse intra ecclesiam, & per fretum, id est, per seculum ferri vsque in id tempus iubet, quo reuertens in claritate aduentu, populo omni qui ex Israël erit reliquus, salutem reddet ipse, eiusque peccata dimittet: dimissioque, vel in cæleste regnum potius admisso, agens Deo patri gratias, in gloria eius & maiestate consistet. Sed inter hæc discipuli vento ac mari differuntur, & totis seculi motibus immundo spiritu aduersante iactantur. Sed quarta vigilia Dominus venit: quarto enim tum ad ecclesiam vagam & naufragam reuertetur. In quarta enim noctis vigilia, totidem sollicitudinibus eius numerus reperitur. Prima enim vigilia fuit legis, secunda prophetarum, tertia corporalis aduentus: quarta autem in reditu claritatis. Sed inueniet fessam: & antichristi spiritu, & totius seculi motibus circumactam. Veniet enim maxime anxius atque vexatis. Et quia de antichristi consuetudine ad omnem tentationem nouitatem solliciti erunt: etiâ ad Domini aduentum expauescent, falsas rerum imagines, & subrepentia oculis fragmenta metuentes. Sed bonus Dominus statim loquetur, timoremque repellit, dicetque, Ego sum: aduentus sui fide metum naufragij imminens abspellens. Quod verò ex omnium consistentium in nauis numero, respondere Petrus solus audeat, & iuberi sibi, ut super aquas ad Dominum veniat precatur: passionis tempore voluntatis suæ designat affectum, tum cum solus retrò veniens, & vestigiis Domini inhaerens, contemptis seculi, ut maris, motibus, pari ad contemnendam mortem virtute comitatus est: sed infirmitatem futuræ tentationis timiditas eius ostendit. Nam quamvis incedere ausus esset, tamen submergebatur: per imbecillitatem enim carnis & metum mortis, etiam vsque ad negandi necessitatem coactus est. Sed proclamata, & salutem orat à Domino. Clamor iste, penitentia ipsius gemitus est. Nondum enim passo Domino in confessionem reuersus est, & negandi veniam habuit in tempore: Christo postea pro vniuersorum redemptione passuro. Quod autem trepidanti illi, non virtutem persuenienti ad se Dominus indulget, sed manum extendit, apprehensumque sustinuit: hæc ratio est: Non erat quidem Petrus Domini sui indignus accessu, nam & tentauit accedere: sed & typicus in eo ordo seruatus est. Non enim Domino seculi motus tempestatæque calcanti, quicumque passionis esse particeps poterat: solus enim passurus pro omnibus, omnium peccata soluebat: nec socium admittit, quicquid vniuersitati præstatur ab vno. Ita cum esset ipse redemptio vniuersorum, erat etiam Petrus ante redimendus, ad redemptionis istius fidem cum in Christi martyrem referuatur. Et hoc in Petro considerandum est, fide eum cæteros anteisse. Nam ignorantibus cæteris, primus respondit: Tu es filius Dei viui. Primus passionem, dum malum putat, detestatus est. Primus & moriturus se, & non negaturum spopondit. Primus lauare sibi pedes prohibuit. Gladium quoque aduersus eos, qui Dominum comprehendebant, eduxit. Ascensu autem eius in nauim, ventum & mare esse sedatum: post cla-

ritatis suæ reditum, æterna ecclesiæ pax & tranquillitas indicatur. Et quia tum manifestus adueniet, rectè admirantes vniuersi loquuti sunt:

Vere filius Dei est.

Cōfessio enim vniuersorum tum & absoluta & publica erit: Dei filium non iam in humilitate corporea, sed in gloria cælesti pacem ecclesiæ reddidisse.

Cum transfretasset, venerunt in terram Genesar: et cum cognouissent eum viri loci illius, adorabant eum.

Multa & media inciderunt, quæ nos post quinque milium virorum & cōgregationem & fatietatem, reddendæ rationis studio memorata sunt: sensus autem vsque in hunc locum idem est. Finitis enim legis temporibus, & ex Israël quinque milibus virorum intra ecclesiam collocatis, iam credentium populus occurrat: iam ipse ex lege per fidem saluus, reliquos ex suis infirmos agrotosque offerens Domino, oblatique fimbrias vestimentorum contingere optabant, sani per fidem futuri. Sed ut ex veste tota fimbriæ, ita ex Domino nostro Iesu Christo sancti Spiritus virtus exiit: quæ Apostolis data, ipsis quoque tanquam ex eodem corpore exeuntibus, salutem his qui contingere cupiunt, subministrat.

Tunc accesserunt ad eum scribae et pharisæi ab Hierosolymis, dicentes, etc.

Aboluta & dictorum & gestorum in consequentibus ratio est, nam his quæ propolita fuerant, ipse respondit: Omnem plantationem quæ non à patre sit, eradicandam dicens, id est, traditionem hominum eruendam, cuius fauore legis præcepta transgressi sunt: & ideo esse eos duces cæcos, vitæ æternæ iter quod non videant pollicentes, cæcisque ipsis & dicitibus cæcorum casum in foueam esse communem.

De lauandis manibus. Et non ea que in os intrant, sed ea que ex ore exeunt inquinare. De filia Chananæa mulieris. De septem panibus et paucis piscibus

CANON XV.

Egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illius egressa, clamauit, & reliqua. *Matth. 15.*

Diuerſa curationum genera diuerſos cauſarum complectuntur effectus: ſed res atque ſermo ordinem ex ſuperioribus ſumit. Infidelitatem enim phariſæorum, & opprobrium cæcorum ducum, ex humanarum traditionum ſuperſtitionibus coarguit. Et poſt hæc ad regiones Tyri & Sidonis venit, & Chananæa à finibus illis egreſſa, clamat atque orat: & Dominum Dauid filium cōſtitetur, & filia suæ opē poſcit. Dominus ſilet, diſcipuli pro ea rogāt: quibus ſe perditis omnibus domus Iſrael miſſum eſſe reſpōdit. Illa verò adorās, adiuuari ſe poſtulat, cui Dominus ait: Illicitum eſſe panem filiorum canibus offerri. Viciffimque illa reſpōdit: Decidētibus de mēſa dominorum micis, alii catellos ſolere. Poſtque fidē eius Dominus collaudat: & in tēpore ipſo puellæ ſanitas reddita eſt. Ut igitur illa quæ geſta ſunt interior traditio conſequatur: quæ Chananæa perſona ſit, ex ipſis verborum virtutibus contuendū eſt. Fuiſſe atque etiā eſſe penes Iſrael proſelytorum plebem, fides certa eſt: quæ de gentibus in legis opera tranſcendit, & vitæ anterioris egreſſa religione, peregrinæ dominantis legis tanquam domo continebatur. Chananæi autem fuerunt, terras, in quibus nunc Iudæa eſt, incolentes: qui vel bello conſumpti, vel in loca vicina diſperſi, vel in ſeruitutem deiſictorum conditione ſub-

iecti, nomen tantum sine patria sede circumferunt. Plebs igitur hæc Iudeis admixta de gentibus est. Et quia non est ambiguum in ea turba quæ credidit, partem nonnullam profelytorum fuisse: meritò hæc Chananaea profelytorum formam præferens, existimabitur fines suos egressa, ex gentibus scilicet in populi alterius nomen excedens. Quæ pro filia, videlicet gentium plebe orat: & quia Dominum cognouit ex lege, Dauid filium nuncupat. In lege enim virga de radice Iesse, & Dauid filius æterni & cœlestis regni rex conuincitur. Ipsa quidem curatione iam non eget, quæ Christum & Dominum, & Dauid filium confiteretur: sed filia suæ, plebi videlicet gentium, dominatu immundorum spirituum occupate, opem poscit. Dominus tacet, silentij pœnitentia Israel priuilegium salutis referuans. Et miserantes discipuli preces iungunt. Sed arcanum ille paternæ voluntatis cœtinens, ouibus se perditis Israel missum esse respondit, vt absolutè liqueret, typum ecclésiæ Chananaeæ filiam continere: cum illa posceret quod aliis deferebatur, non quod non & gentibus impertienda salus esset. Sed suis Dominus atque in sua venerat, primitias fidei his à quibus erat ortus explicat, cæteris deinceps Apostolorum prædicatione saluandis. Atque ideo ait:

Non licet accipere panem filiorum, & dare canibus.

Delatus Israel honor, affectus in eum Dei cumulat inuidiam: iuxta quem plebs gentium accipit canum nomen. Sed Chananaeæ iam ipsa per fidem salua, & interioris certa mysterij respondit, micis quæ de mensa exciderint pasci catellos: canum opprobrio, iam sub blandimēto diminutiui nominis mitigato. Et vt silentium Domini intelligeremus ex ratione temporis, nõ ex voluntatis difficultate proficisci: adiecit,

O mulier, magna est fides tua.

Salutis suæ scilicet ipsa iam certa, quin etiã de gentium congregatione confidat: quo in tempore ita credentes, mox, vt puella, ab omni dominatu immundorum spirituum liberabuntur, & cœtinuo facti fides sequitur. Nam post præfigurata in Chananaeæ filia gentium plebem, continuo in monte obfessi vario genere morborum, à turbis Domino offeruntur, id est, à credentibus infideles ægroque vt adorent & procidant instruantur: quibusque salus redditur, atque ad sentiendum, contuendum, laudandũ, comitandumque Deum, omnia & mentis & corporis ministeria reformantur.

Iesus autem conuocatis discipulis ait: Misereor turbæ huic, quia triduum est iam quod perseverat mecum, & reliqua.

Tenet ordinem cursus operandi, sed & operibus iisdem sermonũ par ratio succedit. In filia enim Chananaeæ ecclésiæ formam constitutam meminimus: & consequentis populi curationem, concursum ægrotarum gentium esse tradidimus. Nunc ergo diligenter & dicta Domini & facta tractanda sunt: vt videamus an superioris tractatus, atque huius sermo, ita vt à nobis intelligi traditus est, etiam ex consequentibus eiusdem intelligentiæ accipiat autoritatem. Misereor turbæ Dominus, quod triduum secum maneat: quam dimittere ieiuniam non vult, ne in via præ inedia deficiat. Causantur discipuli panes non esse tantos, quibus expleri futurarumque possint. Percunstatum est Dominus quot panes haberent. Responderunt illi: septem panes esse, & paucos pisces. Turbis iubetur in terram discumbere: & Dominus panes ac pisces acci-

piens gratias egit, ac fregit, & discipulis præfacta vt offerrent dedit. Sed fragmenta panum septem paucorumque piscium, explent virorum quatuor milia: ita tamen, vt replendis septem sportis præfractus panis, saturatis omnibus, abundauerit. Et occurrunt quidem multa quæ noua sunt. Discipuli vnus diei ieiunium miserantes, quinque milia virorum ad coemendos cibos remitti in castella voluerunt: nunc toto triduo tacent. Et deinceps sceno superior turba subternitur, hæc accumbit in terra. Illic quinque panes, hic septem offeruntur: illic duo pisces, hic indefinitus, sub paucitatis tamen significatione numerus est: illic quinque milia virorum, hic quatuor: illic duodecim cophini, hic septem sportæ replentur. Et superioribus quidem puto esse responsum, & omnia iuxta personam populi congruenter esse subiecta. Nunc quoque competentem rei atque causæ rationem afferre tenemur: vt quemadmodũ illa Iudaicæ credentium congruunt plebi, ita hæc populo gentium comparantur. Ordo igitur idem in sermone Domini est, qui in consequenda gratia manet. Venturi enim ad baptismum, prius confitentur credere se in Dei filio, & in passione ac resurrectione eius: & huic professionis sacramento fides redditur. Atque vt hanc verborum sponsonem quædam rerum ipsarum veritas consequatur: toto in ieiuniis passionis dominicæ tempore demorantes, quadam Domino compassionis societate iunguntur. Igitur siue ex sponsonis sacramento, siue ieiunio: omne illud passionis dominicæ cum Domino agunt tempus. Et huius spei atque comitatus Dominus miseratus, ait triduo secum esse. Quos ne in vitæ secularis cursu, id est, in vitæ opere defectio labefactaret, vult cibo suo alere, atque ad peragendum totius itineris fortitudinem panis sui virtute firmare: conquereutibus discipulis, panes in deserto: nullos esse. Atqui in superioribus exemplum sumpserant, nihil impossibile Deo esse: sed gestorum causæ rationem interioris intelligentiæ moluntur. Quantus enim Apostolorum in saluando Israel fauor fuerit, beatissimi Pauli epistolæ docent: atque ideo eodem demorante, nunc in concursu gentium & de pane causatio, & de ieiunio silentium introducit. Panes igitur septem offeruntur. Nulla enim ex lege & prophetis gentibus salus sumitur, sed per gratiam spiritus viuunt: cuius septiforme, vt per Esaiam traditur, munus est. Ergo spiritus per fidem salus gentibus est, quæ in terram recumbunt. Nullis enim legis operibus fuerant ante substrata: sed peccatorum & corporum suorum originari hærentes, ad donum spiritus septiformis vocantur. indefinitus piscium numerus, diuersorum donorum & charismatum partitiones ministrationsque significat: quibus fides gentium, gratiarum diuersitate satiatur. Sed quod septem sportæ replentur, redundans & multiplicata septiformis spiritus copia indicatur, cuiusque largiter exuberans: fitque saturatis nobis ditior semper & plenior. Quod verò quatuor milia virorum congregantur, multitudo innumerabilium ex quatuor orbis partibus intelligitur. Ad formam enim futuri in tot partium milia plebs dinumerata satiatur, quotidem de partibus ad cœlestis cibi donum concursura essent milia creditorum. Turba igitur dimittitur satiata & expleta. Et quia omnibus diebus vitæ nostræ nobiscum Dominus manet: nauem, id est ecclésiam, credentium plebe comitatus ingreditur.

De

De Iona propheta signo, & de fermento phariseorum. De confessione Petri. De benedictione Domini. Et de se abnegando qui Christum sequi voluerit.

CANON XVI.

Matth. 16.

T accesserunt ad eum Pharisei & Sadducei tentantes: & rogauerunt eum, vt signum de celo illis ostenderet, & reliqua.

Adfunt Pharisei & Sadducei legis fiducia insolentes, dedignantēque opera virtutum, fidei signum ostendi sibi de celo precantur: humilitatem in Christo carnis & corporis contuentes, doctrinam ex his quæ sub hominis habitu gerebat dedignantur accipere. Quorum insolentiam & inanitatem irridens, multa eos de natura cœli conicere solere respondit: quum rubicundo aut ortu, aut vespere, serenum nimbosumue pronunciant. Porro autem ignorare eos temporum signa, cum omnibus lex & prophetæ aductus sui iudicium, quæ gereret admiratione significent: vt quemadmodum sidem tempestatis cœli vel matutini, vel vespere rubor redderet, ita manifestam temporum cognitionem virtutum atque operum indicia præstare deberent. Sed ortus è cœlo signum his terreste constituit, vt eos intra confessionem humilitatis corporeæ contineret: dandum dicens Ione signum. Huic se Dominus comparat, quæ ad futuræ passionis effectum in prædicationem pœnitentiæ ad Niniuas pari specie præmiserat. Nanque Iona ventis defœuentibus proiectus è nauis est: & deuoratus à ceto, post triduum viuus emissus, non retentus à monstro, non cibi conditione confectus: sed cœtra humani corporis naturam integer & illæsus in auras superas virtute dominicæ præfigurationis euadit. Hoc ergo potestatis suæ signum constitutum esse demonstrat, ipse remissionem peccatorum per pœnitentiam prædicans, de Hierusalem vel synagoga immundorum spirituum dominante flatu eiciendus, & Pilati potestati, id est, seculi iudicio tradendus, & à morte tanquam elementi eiusdem monstro glutendus: & post triduum ex ea contra conditionem hominis, quem assumpserat, non retentus, viuus atque incorruptus emergens. Ea igitur quæ in homine de conceptu virginis sumpto, diuinarum erant plena virtutũ, cognosci atque intelligi de se voluit, & prophetæ signo & hominis exemplo.

Et relictis illis abiit.

Non sicut locis aliis legitur, Dimissis turbis abiit: sed quia infidelitatis error insolentium animos obtinebat, non dimississe eos scribitur, sed reliquisse.

Et cum venisset trans fretum, obliti sunt discipuli eius panes accipere. Iesus autem dixit illis: Attēdite vobis à fermento phariseorum & sadduceorum, &c.

Absoluta omnis de fermento phariseorum & sadduceorum obscuritas est. Quod autem abstinere se eo Apostoli iubetur, non admiseri doctrinam Iudæorum monentur, quia legis opera in effectum fidei & præformationem rerum consequentem constituta sint: vt in quorum tempora atque ætatem veritas contigisset, nihil vltra in veritatis similitudine spei positũ arbitrentur, ne doctrina phariseorum Christum nesciens, effectus veritatis euangelicæ corrumperet.

Venit autem Iesus in partes Casaræ Philippi, & interrogat discipulos suos, & reliqua.

In processu sermonis atque operis, absolutius discipulis cognitionem suam præstat: & quædam intelligendũ se formam rationemque constituit. Est au-

tem hæc vera & inuolabilis fides ex Deo æternitatis, cui ob id quod semper filius fuerat, semper & ius patris & nomen sit (ne si non semper filius, non semper & pater sit) Deum filium profectum fuisse: cui sit ex æternitate parentis æternitas. Nasci autem eum voluntas eius fuit, cuius in virtute ac potestate inerat vt nasceretur. Est ergo filius Dei ex Deo: Deus, vnus in vtroque: theoteta enim, quam deitatem Latine nuncupant, æterni eius parentis ex quo nascendo est profectus, accepit. Accepit autem hoc quod erat: & natum est verbum quod fuit semper in patre. Atque ita filius & æternus & natus est: quia non aliud in eo natum est, quàm quod æternum est. Hunc igitur assumptum esse corpus, & hominem factum esse, perfecta confessio est: quia sicut æternitas naturæ nostræ corpus accepit, ita cognoscendum est, naturam corporis nostri æternitatis assumere posse virtutem. Igitur quia summum in fide ista bonum est, à discipulis requiritur quem se homines esse dicerent: & adiecit, hominis filium. Hæc enim confessionis tenenda ratio est, vt sicut Dei filium, ita & filium hominis meminerimus: quia alterum sine altero nihil spei tribuit ad salutem. Aditis itaque, quæ diuersæ de eo erant, hominum opinionibus, quid de se ipsi sentiant quærit. Petrus respondit:

Tu es Christus filius Dei viui.

Sed Petrus conditiones propositionis expendit. Dominus enim dixerat: Quem me homines esse dicunt, filium hominis? Et certè filium hominis cœtemplatio corporis præferbat. Sed addendo, quem me esse dicunt, significauit præter id quod in se videbatur, esse aliud sentiendum: erat enim hominis filius. Quod igitur de se opinandi iudicium desiderabat? Non illud arbitramur, quod de se ipse cœfessus est: sed occultum erat de quo quærebatur, in quod se credentium fides debebat extendere. Et dignum planè confessio Petri præmium cœsecuta est, quia Dei filium in homine vidisset. Beatus hic est, qui vltra humanum oculos intendisse & vidisse laudatus est: non id quod ex carne & sanguine cœtinens, sed Dei filium cœlestis patris reuelatione conspiciens: dignusque iudicatus, qui quod in Christo Dei esset, primus agnosceret. O in ecclésiæ fundamentum noui nominis felix ecclésiæ fundamentum: dignusque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. O beatus cœli ianitor, cuius arbitrio clauis æterni aditus traduntur, cuius terreste iudicium prædicata autoritas sit in cœlo: vt quæ in terris aut ligata sint aut soluta, statuti eiusdem conditionem obtineant & in cœlo. Iubet etiam discipulis, ne loquantur quod ipse est Christus: alios enim spiritus sui testes esse oportebat, legem videlicet & prophetas. Cæterum resurrectionis testimonium, propriũ est Apostolorum. Et quia scientium in spiritu Christũ beatitudo monstrata est: negata rursum humilitatis & passionis eius periculum declaratur. Nam cum prædicare cœpisset, oportere se Hierosolymem ire, pati deinde plura à senioribus plebis, & à scribis & principibus sacerdotũ: occidi etiam, & post diem tertium resurgere: apprehendens eum Petrus, ait:

Abstine à te Domine, non erit istud. At ipse conuersus, Petro dixit: Vade retro post me satana, scandalum mihi es.

Vt enim Dei munus est, Christum in spiritu Deum nosse: ita zabolus opus est, Christum in homine nescire. Atque eiusdem periculi res est, vel corpus dicere sine Deo: vel Deum sine corpore. Corpus autem carnis huius in æternitate spiritus, Deo nullũ est: verum

humanae salutis causa Christus in corpore est, quod assumptis ex homine. Igitur post praedicationem passionis accipiens diabolus facultatem (vsque ad tempus enim ab eo fecerant, quia incredibile satis Apostolis videretur, eum in quo Deus erat esse passibilem) sumens hanc humanae infidelitatis occasionem, opinionis istius Petro insinuauit affectum, & inique ita passionem detestatus est, vt dixerit, Absit: quo verbo, rerum detestandarum execratio continetur. Sed scies Dominus zabolicae artis instinctum; Petro ait: Vade retro post me id est, vt exemplo se passionis sequatur. In eum vero per quem opinio haec suggereretur conuersus, adiecit: Satana, scandalum mihi es. Non enim conuenit existimare, Petro satanae nomen & offensio-nem scandali deputari: post illa indultae & beatitudinis & potestatis tanta praecordia. Sed quia infidelitas omnis diaboli opus est: Petri responsione Dominus offensus, cum opprobrio nominis, infidelitatis istius est detestatus autorem.

Tum Iesus dixit discipulis suis: si quis vult post me venire, abneget seipsum, & reliqua.

O beatum damnium, & iactura felix. Discere nos Dominus detrimento animae & corporis voluit, & esse sui similes hortatur: quia ipse in figura Dei constitutus, vsq; ad mortem humilis & obediens factus, principatum potestatis totius quae in Deo est, accepit. Sequendus igitur est cruce assumpta: & passionis suae si non forte, attamen voluntate comitandus est. Quid enim prodest occupasse mundum, & toto terrena potestatis dominatu opibus seculi incubare: si perdenda anima, & suscipiendum vitae detrimentum est? Quae autem commutatio pro anima, cum fuerit amissa, quaeretur? Cum angelis enim Christus adierit, reddens singulis vt merebuntur. Quid offeremus ad vitam? Praeparatos credo terrenarum opum futuris commercii thesauros, ambitiosos dignitatum famaeque, titulos, aut veteres delegatae nobilitatis imagines? Neganda sunt haec omnia, vt melioribus abundemus: & contemptu vniuersorum Christus sequendus est, & aeternitas spiritualium, terrenorum est damno comparanda.

Vbi in monte cum Moysse & Helia videtur, & vox de caelo auditur. Vbi puerum lunaticum saluat. De credentium fide. De didrachma postulat. & staterem in ore piscis inuenit.

CANON XVII.

AMEN amen dico vobis, quoniam sunt quidam de adstantibus istis, qui mortem non gustabunt, donec videant filium hominis venientem in regno suo, &c.

Docet Dominus & rebus & verbis: & fidem spei nostrae, aequaliter sermo atque opus instruunt. Graue enim onus infirmitati humanae imposuerat, vt cum sensum vitae homines ex viuendi affectu habere cepissent, fructum eius qui praesens corporibus blandiebatur amitterent: negarentque se sibi, id est, quod esse cepissent, esse se nollent: cum sensus huius exordium ex affectu voluntatis habuissent. Deinde opinionem spei ambiguae incertaeque; sequerentur: cum in his quae praesentia haberentur, illecebrae gaudij blandientis existerent. Opus ergo erat veri ac manifesti exempli auctoritate, vt contra vim sensumque iudicij optabile fieret praesentium damnium, lucro deinceps non ambiguo futurorum. Igitur postquam & tollendam crucem, & perdendam animam, & damno mundi com-

mutandam vitae aeternitatem monuerat: conuersus ad discipulos, ait quosdam ex his futuros, qui gustaturi mortem non essent, donec filium hominis in regno sui gloria contuerentur. Ex conditione autem gustatus, tenuem quandam fidelibus libationem mortis ostendit. Itaque verba res sequitur. Nam post sex dies, Petrus, Iacobus & Ioanes assumuntur seorsum, & in excelso monte consistunt: ipsique inspectantibus Dominus transfiguratur, & toto claritatis suae habitu circumspendet. Et in hoc quidem facti genere, seruat & ratio, & numerus, & exemplum. Nam post sex gloriam dominicam habitus ostenditur: sex milium scilicet annorum temporibus euolutis, regni caelestis honor praefiguratur: tribusque assumptis, de trium origine, Sem, Cham, Japhet, futura electio populi ostenditur. Quod autem Moyses & Helias ex omni sanctorum numero assuntur: medius inter legem & prophetas Christus in regno est. Cum his enim Israelem, quibus testibus praedicatus est, iudicabit. Similique vt & humanis corporibus decreta esse resurrectionis gloria doceretur: cum Moyses conspicibilis adstitisset. Ipse autem Dominus sit niue ac sole candidior, supra opinionem scilicet nostram caelestis luminis splendore conspicuus. Petro autem vt tria illic tabernacula fierent offerenti, nihil responderetur: nondum enim vt in hac gloria consisteret, erat tempus.

Sed loquente adhuc eo, nubes eos candida innumbravit: & diuinae virtutis spiritu ambiuntur. Hunc esse filium, hunc dilectum, hunc complacitum, hunc audiendum, vox de nube significat: vt idoneus ipse praecceptorum talium autor esset, qui post seculi damnium, post crucis voluntatem, post obitum corporeum, regni caelestis gloriam ex mortuorum resurrectione facti confirmasset exemplo. Territos deinde & confertatos eleuauit: vt solum contuerentur, quem medium constituisse inter Moysen & Heliam viderant. Ad futuri enim formam, atque ad facti fidem, Moyses & Helias in monte consistenterant. Silentium enim rerum gestarum quas viderant imperat, donec a mortuis resurgeret. Hoc enim fidei praemium reseruabatur: vt honor redderetur his, apud quos non leuis sola praecceptorum autoritas reperiretur. Infirmos enim sanauerat ad vocis auditum: vt cum essent Spiritu sancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent. Solliciti etiam de temporibus Heliae requirunt. Quibus respondit Heliam esse venturum, & restituere vniuersa: id est, reliquum quod deprehenderit ex Israel, ad cognitionem Dei reuocaturum. Sed in virtute ac spiritu Heliae Ioannem venisse significat, in quo gratia quaeque atque aspera exercuissent: vt Domini aduentum praenunciatis, passionem quoque praecurreret, & iniuriae & vexationis exemplo.

Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolutus, dicens: Domine miserere filio meo. Reuerso ad turbas Domino, a patre genibus aduoluto puer offertur daemniacus, frequenter & in aquam decidens & in ignem: cui curationem afferre discipuli non potuerunt. Obiurgatis his, & increpato daemone, sanus puer factus est. Crediderunt quidem Apostoli, sed nondum erant perfectae fidei. Nam Domino in monte demorante, & ipsis cum turbis residentibus, quidam tempore eorum fidem relaxauerant, atque idcirco ait:

Generatio incredibilis & peruersa, quousque ero vobiscum. Quia absente se, antiquae infidelitatis consuetudo subreperat. Docet igitur, eos nihil salutis afferre posse, qui

se, qui medio Euangeliorum & iterati aduentus sui tempore, a fide tamquam Domino absente decesserint. Denique quarentibus a se, cur daemonium eicere non potuissent, respondit, de inopia fidei effectum fuisse, ne possent: quae si in illis tanquam granum sinapis esset, monti huic vt in loco in locum transirent, cum efficiendi potestate praeciperent. Sed iam de monte decesserat, & inter turbas haec loquebatur. Itaque & se granum sinapis nuncupauit, omnium minimum: & diabolium mentem cognominauit, quia in illa spiritualis nequitiae sunt: caelestisque virtutes per eos eiciendas, & in altitudinem maris tanquam in profundum inferni abiiciendas, quos in hanc efficaciam ieiunium & oratio profecerunt. Tenebimus quoque etiam eum ordinem, vt sub discipulorum nomine pharisaeorum & scribarum persona tractetur: quibus lex curandum vt discipulis populum, tanquam pater filium, cum Dominus abesset obtulerit. Qui peccatis dominantibus, nunc in ignem iudicij decidebat, nunc in aquam diutinarum sordium suarum consuetudine mergebatur. Hi igitur nihil opis attulerunt: quia demorante Moysse cum Domino in monte, effecti fuerunt infideles, vt typica ratio impleatur. Discipuli mirantur se eicere daemone non potuisse: cum omnis potestas non solum daemone fugandorum, verum etiam mortuorum excitandorum esset indulta. Quia vero vltra cum his lex futura non esset, ait: Generatio incredibilis & peruersa (non enim ad eos quos sanctificauerat, videret haec loqui) quousque, inquit, ero vobiscum? Quia fidem non habentes, ipsam illam quam habebant, amissuri erant legem: quam fidem si in se habuissent, quia ipse granum sinapis, verbi virtute hoc peccatorum onus, & grauem infidelitatis molem, ab eo qui offerebatur populo eiecissent: & tanquam in mare montem, sic ad conuersionem gentium & seculi transfuissent.

Ipsis autem conuersantibus in Galilaea, dixit Iesus: Eun- rum est ut filium hominis tradatur in manus hominum. Sequitur molestia cognitionem passionis. Nodum enim sacramentum ineunde crucis, resurrectionis virtute fuerat reuelatum. Et cum venissent Iesus Capernaum, accesserunt qui didrachmam exigebant ad Petrum. Dominus didrachmam soluere postulat: hoc enim omni Israeli lex pro redemptione animae & corporis constituerat in ministerio templi seruientium. Sed lex, vt scimus, futurorum umbra est. Non enim aeris precium Deus desiderabat: vt tam exigua impensa, criminibus corporis atque animae quaedam redemptio concederetur. Vt igitur inscriptos nos & professos, & Christi nomine consignatos offeramus in Christo, qui verum Dei templum est: pro testimonio filij Dei huius didrachmae oblatio constituta est. Itaque Petrum post conuentionem silentem, tali sermone praenuntiat:

Quid tibi videtur, Simon? Reges terra a quibus accipiunt tributum aut censum? &c. Nunquid ambiguum est, filios regum tributis obnoxios non esse? Et quibus regni veritas est, eos esse liberos a seruitute? Sed sermo interius intendit. Postulatur didrachma a populo. Lex enim in eam fide, quae per Christum erat reuelanda, concluditur. Ergo haec eadem didrachma consuetudine legis, tamquam ab homine posebatur a Christo. Sed vt ostenderet, legi se non esse subiectum, & vt in se paternae dignitatis gloriam contestaretur, terreni priuilegij posuit exem-

plum: censu aut tributis regum filios non teneri, potiusque se redemptorem animae nostrae corporisque esse, quam in redemptionem sui aliquid postuladum, quia regis filium extra communionem oporteret esse reliquorum. Scandalo igitur praestat vt soluat, carcerum debito legis est liber. Dehinc sub rerum praesentium effectu, & significantiam legis, & constantiam Euangelicae libertatis exposuit: vt cognosci promptum esset, quid didrachma praefiguraret in lege. Ire Petrus iubetur ad mare, hamumque mittere, & primi piscis ascendens os requirere, repertumque in eo staterem pro se ac Domino offerre. Didrachmam Dominus postulat, id est, denarios duos, cur staterem Petrus offerret? Deinde cum primum piscem admouetur inquirere: ascendenti ostenduntur & plures. Nunquid etiam natura piscium ferret, vt in litore oporteret reperitum staterem ore potius contineret, non intra viscera conderet? Subest igitur efficiendis praesentibus rebus, ratio interior. Destinatus enim ad praedicationem Petrus, & piscator hominum factus, doctrinae hamum misit in seculo: quo appositi cibi dulcedine, vagos ex eo fluctuantisque protraheret. Huic adhuc beatus ille primus martyr a Domino, qui ore suo quadrigeminum denarium continebat: id est, Euangelici numeri unitate, Dei gloriam, dominumque Christum in passione contiens, praedicabat. Stephanus igitur primus ascendit, Stephanus staterem ore continuit: in quo etiam didrachma nouae praedicationis, tanquam duo denarij, habebatur. Hoc lex praefigurabat: huius veritatis umbram, tanquam corporis imaginem circumferbat. Hac redemptio animae & corporis designabatur, ideoque ait: Da pro me & te: quia iam talis non didrachma, sed stater, & pro Christo erat & pro Christi praedicatione soluendus.

De infantibus inhiabit. De humilitate eorum assumenda. De manu & pede, & oculo erucendo. De oue perdit. De corripicndis fratribus secreta primum, tum duobus testibus, postremo ecclesia praesente. Et quod semper ignoscendum. Qui conseruimus, remisso sibi a Domino debito, suffocauit.

CANON XVIII.

In illa die accesserunt discipuli ad Iesum descendentes: Quisputas maior est in regno caelorum? & reliqua.

Non nisi reuersos in naturam puerorum introire regnum caelorum Dominus docet: id est, per simplicitatem puerilem vitia corporum nostrorum animaeque reuocanda. Pueros autem, credentes omnes per audientiae fidem nuncupauit. Hi enim patrem sequuntur, matrem amant, proximo velle malum nesciunt, curam opum negligunt: non insolescunt, non oderunt, non mentiuntur, dictis credunt, & quod audiunt verum habent. Et haec omnium affectionum assumpta nobis & consuetudo & voluntas, caelorum iter peruium praestat. Reuertendum igitur est ad simplicitatem infantium: quia in ea collocati, speciem humilitatis dominicae circumferemus. Si qui autem in Christi nomine tales receperint, Christi recepti praemium consequentur. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, id est, qui offendiculum temptationis intulerit: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Tot tantaeque res non ociose comparatae sunt: & mo-

la, & asinaria, & cum ea in mari mergendus, & hoc ei expediens. Communi omnium sensu, quod expedit, vtile est. Quid ergo vtilitatis est, mola asinaria collo suspensa demergi? Mors enim tam grauis proficiet ad poenam: & nescio quomodo erit vtile, id expetere, quod vltimum sit malorum. Quid ergo sentiri oporteat, quaerendum est. Molæ opus, labor est cæcitatibus: nam clausis iumentorum oculis aguntur in gyrum. Et sub asini quidem nomine, frequenter gentes cognominatas reperimus. Igitur gentes quod agunt, nesciunt: & in vitæ suæ opere detentæ, cæci laboris ignorantia continentur. Iudæis autem scientiæ iter in lege præstratum est. Qui si Christi Apostolos scandalizauerint, rectius illigata collo mola asinaria demessi in mari fuissent, id est, gentium labore depressi, in ignorantia seculi demorarentur: quia illis tolerabilius fuerit nescisse Christum, quam istis prophetatum non recepisse.

Ve huic mundo ab scandalis. Necessè est enim venire scandala, veruntamen vna homini illi per quem scandalum venit.

Humilitas passionis scandalum mundo est. In hoc enim maxime ignorantia detinetur humana: quod sub deformitate crucis, æternæ gloriæ Dominum noluit accipere. Et quid mundo tam periculosum, quam non recepisse Christum? Veruntamen sub hominis nuncupatione, autorem scandali huius Iudaicum populum designat, per quem omne hoc mundo periculum comparat: vt Christum in passione abnegent, quem lex & propheta passibilem prædicauerunt. Ideo verò necesse esse ait venire scandala: quia ad sacramentum reddendæ nobis æternitatis, omnis in eo passionis humilitas esset explenda. Superius autem in abscondendis manu vel pede, propinquitatum contineri nomina exposuimus: atque ideo cognationem generis Israelitæ relinquendam, veluti quadam membrorum recisione significat, quia per eum mundo scandala comparentur.

Videte ne contemnat is vnum de pusillis istis, qui credunt in me.

Aptissimum vinculum mutui amoris imposuit, ad eos præcipuè qui verè in Domino credidissent. Pusillorum enim angeli quotidie Deum vident: quia filius hominis venit saluare quæ perita sunt. Ergo & filius hominis saluat, & Deum angeli vident: & angeli pusillorum præsumunt fidelium orationibus. Præesse angelos absoluta auctoritas est. Saluatorum igitur per Christum orationes angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculosè ille contemnitur, cuius desideria ac postulationes ad æternum & inuisibilem Deum, ambitiosè angelorum famulatu ac ministerio peruehuntur. Atque vt ingentem esse in cælis lætitiæ reditu humanæ salutis ostenderet, comparationis posuit exemplum: eius qui oues nonagintanouem in montibus reliquisset, & errantem vnā requisisset: qua inuenta plus gaudij sit, quam habebatur in nonagintanouem conseruatione lætitiæ. Ouis vna, homo intelligendus est: & sub homine vno, vniuersitas sentienda est: sed in vnus Adæ errore, omne hominum genus aberrauit. Ergo nonagintanouem non errantes, multitudo angelorum cælestium opinanda est: quibus in cælo est lætitiæ & cura salutis humanæ. Igitur & quaerens hominem, Christus est: & nonagintanouem relicti, cælestis gloriæ multitudo est: cui cum maximo gaudio, errans homo in Domini corpore est relatus. Merito igitur hic numerus per litteram & Abrahamæ additur, & consummatur in Sara: ex Abram

enim Abraham nuncupatur, & ex Sarai Sara accepit nomen. In vno enim Abraham omnes sumus, & per nos qui vnum omnes sumus, cælestis ecclesiæ numerus explendus est: atque ideo & creatura omnis reuelationem filiorum Dei expectat. Ideo congemiscit & dolet: vt numerus qui per Alpha Abrahamæ additus est, & qui in Rho consummatus in Sara est, ad cælestem constitutionem incremento credentium impleatur.

Quod si peccauerit in te frater tuus, vade & corripue eum. & reliqua.

Eum ordinem continentæ charitatis nobis Dominus imposuit, quem ipse in conseruando Israel tenuerit: iubet enim peccantem fratrem ab eo solo in quem peccauerit, corripi atque obiurgari. Ipse enim sacrificantem diis alienis populum Iudaicum, maiestatis suæ aduentu, & toto præsentis potestatis terrore corripuit: tum cum idem populus Dei propinquantis aduentum, extra montem licet positus, ferre non potuit inobedientiam, vnum atque duos iussit adhiberi, vt in ore duum testium fides verbi ac veritas maneat. Quia insolenti Israel lex & propheta & Ioannes est missus, testibusque illis vt peccare desineret conuentus est. Tercio ipso Domini aduentu, tanquam coetu ecclesiæ inspectantis admonitus est: frustra que habitis his obiurgationibus, publicani aut ethnici vilitate negligitur. Ad terrorem autem metus maximi, quo in præsens omnes continentur, immobile seueritatis apostolicæ iudicium præmisit: vt quos in terris ligauerint, id est, peccatorum nodis innexos reliquerint, & quos soluerint, confessione videlicet veniæ receperint, in salutem: hi apostolicæ conditione sententiæ in cælis quoque aut soluti sint aut ligati. In tantum igitur humanæ pacis studuit concordia: vt vnitatis merito omnia quæ à Deo precanda sint, impetranda esse confirmet. Et vbi duo atque tres pari spiritu ac voluntate collecti sint, ibi se medium eorum pollicetur futurum. Ipse enim qui pax atque charitas est, sedem atque habitationem in bonis & pacificis voluntatibus collocauit.

Quærenti deinde Petro an peccanti in se fratri septies remitteret, respondit: Non vsque septies, sed vsque septuagies septies.

Omnimodo ad similitudinem nos humilitatis ac bonitatis suæ instruit, & mollièdis ac frangèdis turbidorum motuum nostrorum aculeis, placabilitatis suæ confirmat exemplo: quippe peccatorum omnium veniam per fidem tribuens. Neque enim naturæ nostræ vitia, indulgentiam merebantur. Ergo venia omnis ex eo est: cum etiam ea quæ in se sint peccata, post reditum confessionis indulgeat. Soluenda quidè per Cain poena in septuplum constituta est: sed peccatum illud in hominem est. In Abel enim fratrem peccatum vsque ad necem fuerat: sed in Lamech supplicium vsque ad septuagies septies est constitutum, & in eo (quantum existimamus) constituta in auctores Dominicæ passionis est poena. Sed Dominus per confessionem credentium huius criminis veniæ largitur: id est, per baptismi munus obrectatoribus ac persecutoribus gratiam salutis indulget. Quanto magis oportere ostendit sine modo ac numero veniam à nobis esse reddendam: nec cogitandum quoties remittamus? Sed vt irasci his qui in nos peccant, quoties irascendit necessitas extiterit, desinamus. Quæ vtiq; veniæ assiduitas docet, nullum omnium omnino penes nos iræ tempus esse oportere: quæ omnium omnino peccaminum veniam Deus nobis suo potius

potius munere quam nostro merito largiatur, neque enim fas est, nos ex præscripto legis dandæ veniæ numero concludi: cum per euangelij gratiam, sine modo nobis à Deo fuerit indulta. Quin etiã ad perfectæ bonitatis affectum comparationis posuit exemplum, in quo seruo vnde redderet non habenti, omne Dominus debitum relaxauit: cõseruoque suo seruus ille exiguum, quod sibi debebatur extorquens, per hoc voluntatis suæ vitium donum munificentia Domini & libertatis amisit. Absoluta autem comparationis eius est ratio, atque ab ipso Domino omnis exposita est.

De transtru Iesu in Galilæam. Et quod non liceat eunuchis dimittere. De eunuchis. De infantibus inhibitis. Diuitem difficile introire in regnum celorum. Canon. X. I. X.

Matt. 23.

Factum est cum locutus esset sermones istos Iesus, transtrulit se in Galilæam, & venit in fines Iudææ, &c. Galilæos in Iudææ finibus curat. Potuerat nanque ægrotorum turbas non fatigare, & intra ipsam Galilæam opem ferre debilibus: sed typica ratio etiam locorum erat explenda priuilegiis, vt peccata gētium in eam veniam quæ Iudææ parabatur admitteret. Tunc accesserunt ad eum pharisæi, tentantes eum & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa?

Genes. 2.

In eo sermone qui de vxore & de repudio est, occurrit illud, aliter scriptum esse in Genesi, quam nunc in præsens Dominus sit locutus. Illic enim sub verbis Adæ res omnis referatur: hic Dominus indicat ab eo, qui & hominem figurauerit & mulierem fecerit, omnia illa dicta esse. Sed nos secuti apostolicæ auctoritatem, qui hoc mysterium grande esse professus sit, se autem in Christo atque in ecclesia accipere: locum hunc sicuti est intactum relinquamus. Admonemus tamen legētem, vt quotiescunque de hac eadem quaestione se consulat, verborum virtutes, & quibus Dominus responderit, & quibus discipuli vsi sint, diligenter aduertat: Pauli autem apostoli de hoc affectu, vel silentis, vel interdum sub alijs locis tractantis, expendat. Nobis circa eunuchos sermo sit & voluntas. In vno posuit naturam, in altero necessitatem, in tertio voluntatem. Naturam, in eo qui ita nascitur: necessitatē in eo, qui ita factus est: voluntatem in illo, qui spe regni cælestis talis esse decreuerit: cui nos similes effici, si tamen possumus, admonuit. Tunc oblatis ei infantibus, vt manus his imponeret & oraret. Discipuli autem prohibebant eos, & reliqua. Nouū est discipulos prohibuisse, ne infantibus ad Christum accederent: qui offerebantur, vt super eos manū imponeret & oraret. Res Euangelica, vt diximus, inter præsentis & futuri effectum, mediam vtrique rei & congruam rationem temperauit: vt his qui efficiebantur, futuri species adhereret. Infantibus quidè verè oblatis sunt, sed verè inhibiti sunt: sed hi gentium forma sunt, quibus per fidem & auditum salus redditur. Verum ex affectu primum saluandi Israel, à discipulis inhibentur accedere. Inhibendi quidem voluntas placabilitati apostolicæ non cõuenit. Sed typicam consummationem prohibendorum infantium subreptit instinctus, quos Dominus ait non oportere prohiberi, quia talium sit regnum cælorum. Munus enim & donum Spiritus sancti, per impositionē manus & precationem, cessante legis opere erat gentibus largiendum. Et ecce vnus accessit ad eum & ait illi: Magister, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? & reliqua. Op-

portunè post sermone superiore, quo & infantibus inhibiti sunt, & talium regnum cælorum esse responsum est: succedit hic iuuenis, requirēs quibusdam bonis operibus vitæ æternam habere posset. Iuuenis iste & interrogauit, & insolens fuit, & rursum mœstus est factus: resque omnes quæ scriptæ sunt, gesta factaque sunt. Sed admonuimus ea quæ sub Deo agebatur, præsentium effectibus consequentiū formam prætulisse, atque ita semper in scripturis cælestibus sermonē omnem temperatum fuisse: vt non minus his quæ gerebantur, quam eorum quæ gerenda essent, similitudini conueniret. Iuuenis hic nanque formā Iudaici populi habet, in lege insolentis, & nihil præter præcepta Moysi spei expectantis à Christo: cui Dominus in responsione ipsa, seueritatem iudicij ex se futuri protestatus est: dicens: Quid me vocas bonum? Is enim cui necesse sit impia & iniqua punire, nomine bonitatis abstinet, solum hoc nomē Deo patri referuās, qui se iudicem dando officio seueritatis exuerit: nō quod bonus & ipse non esset, sed quod congrua in eum seueritate iudex esset futurus. Hunc igitur ex lege insolentē, sollicitū de salute remittit ad legem: vt in ea ipsa in qua gloriaretur intelligeret, nihil se exinde recti operis fecisse. Verbis enim legis ei Dominus respondit. Sed adolescens tantquam populus insolens & gloriās, in lege confidit: cui tamen obsecutus ex-nullo est. Iustus enim fuerat non occidere, prophetas interfecerat, Non mœchari: hic corruptelam fidei & legi adulterij intulerat, & diis alienis adoleuerat. Non furari: hic antequam libertatem credēdi in fide Christum redderet: furto legis præcepta dissoluit. Nō falsum testē fieri: hic Christum negauit ex mortuis. Patrem & matrem iustus est honorare: hic ipse se à Dei patris atque ab ecclesiæ matris familia, abdicauit. Proximum tantquam se amare præceptus est: hic Christū, qui omnium nostrum corpus assumpsit, & vnicuique nostrum assumpti corporis cõditione factus est proximus, vsque in poenam crucis persecutus est. Vt igitur his depositis ac reliquis omnibus vitiis, in legem reuertetur est iustus. Sed respōdit hæc omnia fecisse se à iuuetute sua: & quaerit quid adhuc sibi restet. Sed, vt diximus, neque superiora illa egerat ad quæ remittitur: & in ipsis glorians, tanquam consummatus hæc loquitur. Cui Dominus respondit: Vendēda omnia bona sua esse, & danda pauperibus: & tunc eum futurum esse perfectum, habiturumque thesaurum in cælis. Respondetur hic quidem iuueni, pulcherrimo illo ac maxime vtili relinquēdi seculi precepto, quo iactura terrenæ substantiæ cælorum opes emendatæ sunt. Sed in eo quod bona sua vendere & dare pauperibus iubetur, confidentiam legis relinquere admonetur, & eam felici commercio mutare: & vt meminerit vmbra in ea veritatis esse, quæ deinceps pauperibus, id est gentibus sit sub ipsius veritatis corpore diuidentia. Hæc autem neminem posse efficere, nisi qui sequi cœperit Christum. Sed adolescens auditis his, tristis recessit. Multam enim opulentie fiduciam habebat ex lege: atque in eo etiam typicæ efficientiæ ratio seruata est, vt cum adolescentem hunc esse significet, ipse superius dixerit, ab omni se iuuetute sua præceptis his quæ habentur in lege seruauisse: cum adolecētia infra iuuentutem sit, & posterior ætatis gradus non possit intra priores terminos contineri. Sed hoc ideo: vt à iuuetute seruiente, longum iam in opere legis populi tempus ostenderet. Dehinc Dominus cognito adolescentis mœlitudine, respondit:

Difficile diuitem venturum in regnum cælorum,)

Diuitem se igitur Israel (vt diximus) legis fiducia gloriatur: huic difficilis est aditus in cœlum, veteres opes sub Abraham nomine inanis profapia ambitione retinenti. Quinetiam adiecit: Camelum facilius per foramen acus posse transire, quam cœlorum regnum diuitem introire. Habere criminis non est, sed modus in habendo retinendus est. Nam quomodo impertendum est, quomodo communicandum, si impertienti & communicandi materia non relinquitur? Ergo nocenter magis habere, quam illud ipsum habere sit crimen. Sed periculosa cura est, velle discere: & graue onus innocentia subit, incrementis opum occupata. Rem enim seculi, famulatus Dei non sine seculi istius vitii assequetur. Hinc difficile est diuitem regnum cœlorum adire. Atque etiam quia vti plures his quæ habent recte possent, ea in sermone Domini ratio seruata est, vt non absolute regnum cœlorum nemo introire possit: sed intelligi possit futurorum raritas ex difficultate. Hæc quidem ad simplici sensus intelligentiam pertinet: verum eodem cursu interioris causæ ordo retinendus est. Adolecens (vt diximus) insolens, vbi iacturam legis facere præcipitur, mœstus & tristis est. Est autem huic populus erux & passio scandalum, & idcirco ipsi nihil salutis ex ea est. Sed gloriatur in lege, & cohæredes gentes asperratur, & transire in Euangelicam libertatem recusat: atque ideo difficile regnum cœlorum introibit. Pauci enim eorū & iuxta multitudinem gentium admodum rari erant credituri: vt difficile præduratam in lege voluntatem, ad prædicationem euangelicæ humilitatis inflecterent. Sed facilius camelus per foramen acus transibit. Non conuenit camelo cum acus foramine: neque in angustis cavernæ exiguisimæ, recipi poterit beluæ ingentis informitas. Sed in primordio libri, sub vestitu Ioannis, in camelo gentes significari admonuimus. Pecu enim hoc verbis obedit, metu continetur, ieiunij patiens est, & oneri suo quadam disciplinæ ratione succumbit: cuius exemplo, gentium immanitas ad obedientiam præceptorum cœlestium emollitur. Hæc igitur angustissimum iter regni cœlestis introeunt. Acus scilicet, quæ est verbi noui prædicatio, per quam corporum vulnera assuuntur, & dissuta vestium retexuntur, & mors ipsa compungitur. Ergo huius nouæ prædicationis hoc est iter: in quod facilius informitas gentium introibit, quam opulencia diuitis, id est, gloriantis in lege.

De spe Apostolorum. De nouissimis primis efficiendis. Vbi conducuntur operarij ad vineam. De filiis Zebedæi. De primo accubitu. De duobus cæcis se-

entibus. Canon. XX.



Aditis itaque istis discipuli admirantur & metunt, dicentes: neminem posse saluari. Dominus respondit: hoc impossibile esse apud homines, possibile apud Deum. Rursum illi dictis Domini hæc reddunt: reliquisse se omnia, & cū ipso esse. Quibus Dominus, cū sederit in maiestatis suæ sede, sessuros super sedes duodecim, ac totidē tribus Israel iudicatos spondit: omnibusque qui vniuersa reliquerint propter nomen eius, fructum centupli præmij reseruatum. Multos autem ex nouissimis primos futuros, & ex primis futuros nouissimos. Multa sunt quæ nō sinit nos simplici intellectu dicta Euangelica suscipere. Interpositis enim nonnullis rebus, quæ ex natura humani sensus sibi contraria sunt, rationem quarere cœlestis intelligentiæ admonemur. A-

postoli dicunt, & sequi se Christum, & se omnia reliquisse. Quomodo igitur sunt tristes, & quomodo metunt dicentes saluum esse neminem posse. Namq; & ab aliis fieri poterat, si quid fecissent ipsi. Deinde cum fecissent quare metus vel vnde susceptus est? Ad dicitur etiam in responsione Dñi, hæc apud homines impossibilia, possibilia apud Deum. Nunquid apud hominē impossibilia erant, quæ & apostoli fecisse se gloriantur, & fecisse eos Dñs agnoscit: & deinceps plures vsque ad martyrij beatitudinē essent omnia relicta? At nūquid est Deo quo egerē possit: relictaque; sit aliquid quod iactura rerum quas habeat sit sequendum, vt soli ipsi hoc facere possibile sit? Omnis itaque hic sermo est spiritualis. Apostoli enim spiritualiter audientes, neminem ex lege posse saluari, cum ipsi etiam nunquam in lege essent (Nam vehemens eos amor legis fauor detinuit) hi igitur, nondum pœnitens Euangelici mysterij veritate cōperta, metuunt neminem saluum esse posse sine lege: quia omnem salutē etiam nunquam in lege cōstituit. Sed Dominus magis absolute ratione, eorundem & ignorantiam & metum soluit, dicens: *Hoc quidem impossibile est apud homines, possibile autem apud Deum.* Quid enim Iudæo tā sine effectu videtur: quàm vt ab homine magis salutem expetat quàm ex lege? quàm vt in crucis scandalo legis, & testamētum, & adoptio, & hæreditas negligatur? Quid autem Dei virtuti tam possibile est, quàm vt per fidē saluet? vt per quam regeneret? vt per crucem vincat? vt per Euangelia adoptet? vt per resurrectionē ex morte viuificet? Quibus auditis apostoli cito credunt, seseque omnia reliquisse profitentur. Sed hanc eorum obedientiam citò Dominus muneratur: omnē difficultatem superioris quæstionis absoluens, cū dicit. Vos qui secuti me estis, in regeneratione iudicabitur duodecim tribus Israel. Secuti in regeneratione sunt lauacro baptismi, in fidei sanctificatione, in adoptione hæreditatis, in resurrectione ex mortuis. Hæc enim illa regeneratio est, quam Apostoli sunt secuti, quam lex indulgere non potuit, quæ eos super duodecim thronos in iudicandis duodecim tribubus Israel, in duodecim patriarcharum gloria copulauit. Cæteris quoque contēptu seculi se sequētibz, ceteris fructus copiam pollicetur. Hic centesimus fructus est, qui in centesima oue cū cœlesti lætitia expletur. Hic ceteris fructus est, quæ perfectæ terræ vbertas consequetur. Qui ecclesiæ honor iam in Saræ cognomēto est destinatus: & iactura legis, ac fide Euangelica promerendus est. Atq; ita ex nouissimis primos efficiendos, quia nouissimi efficiantur ex primis. *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios, & reliqua.* Comparatio omnis per se absoluta est: sed personis distinguenda, & discernenda temporibus est. Patremfamilias hunc, Dominum nostrū Iesum Christum existimari necesse est: qui totius humani generis curam habens, omni tempore vniuersos ad culturam legis vocauerit. Vineā verò, legis ipsius opus & obedientia: denariū autē, obedientiæ ipsius præmium significare intelligimus. Et de denario iam superius tractauim⁹. De vinea verò, opportuni⁹ in cōsequētibz rationē afferemus. Forū autē pro seculo accipi res ipsa admonet, æquabiliter turbis hominū calūniarū iniuriarūque cōtentionibus, & diuersorū negotiorū difficultatibus semper tumultuosus. In prima igitur hora, tēpus cōstituti testamētī ad Noe, ex matutini significatione noscēdū est: tertia autē hora ad Abraham, sexta ad Moysen, nona ad Dauid & prophetas. Totidē enim testamenta

Matth. 24

testamenta humani generis constituta per singulos reperiuntur: quot eisdem ad forum enumerantur egressus. In duodecima autem hora, corporei aduentus tempus ostendit. Nam ex omni numero qui spacio præsentis seculi est constitutus, in eandem rationem conuenit ortus eius ex Maria, in quam duodecimæ horæ tempus ex die. Diuisione enim per quingentesimum numerum facta, in omni sex milium annorum summa; tempus corporei ortus eius vndecimo diuisionis totius calculo supputatur. Et quidem diuersus ad duodecimæ horæ operarios sermo est. Primis enim sed & cæteris dictum est, Ite ad vineam: merces tamen denarij cum primo est constituta. Nam cæteris, iustæ solutionis promissa spes est. Nouissimis verò dicitur. *Quid hic statim?* Quia quamuis ad Israel lata lex fuerat, voluntas tamen gentium non excluderetur à lege. Qui responderunt: *Nemo nos conduxit.* Debitum danque erat per orbem terrarum Euangelium prædicari, & gentes fidei iustificatione saluari. Hi igitur mirantur ad vineam. Et cū sero esse cœpisset, donum constituta: in totius diei labore mercedis, primi operarij hora vespere consequuntur. Merces quidem ex dono nullo est, quia debetur ex opere: sed gratiam Deus omnibus ex fidei iustificatione donauit. Verum secundum insolentiam populi iam sub Moyses cōtumacis, hinc murmur operantium est, hinc gratuita mercedis inuidia est: quodd sine longi laboris difficultate, & sub æstus nomine non longè in eos Zabolici instinctus calore fragante idem, præmium redhibeatur operantibus. Sed ideo quod apud homines impossibile est, possibile est apud Deum: mercedem legis optimè & inculpabiliter custoditæ donum gratiæ per fidem credentibus primis ex nouissimis largitur. Et ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit duodecim discipulos, & ait illis: *Ecce ascendimus Hierosolymam, & reliqua.* Iam sine scandalo audituris apostolis, sacramentum crucis Dominus exponit. Denique nulla hūc sermonem mœstitia consequitur. Confirmatis scilicet superiore sermone, per fidem crucis nouissimos primos futuros: diuitibus autem, id est, confidentibus legi, in eandem crucem scandalizantibus iniuriam iter ad regnum cœlorum futurum. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, & reliqua.* Non sine aliquo momento rerum ita effectum fuisse existimandum est, vt mater filiorum Zebedæi Dominum deprecaretur. Nunquid & filiis petendi familiaritas non erat? Sed erat gestorum effectibus prophetandum. Apostoli quidam iam ex lege crediderant, quæ eos in fidem Euangelicam nutruerat. Itaque in matre filiorum Zebedæi lex intelligitur: quæ confidentia priuilegij sui pro credētibus ex se populis deprecatur. Quæ quia superius audierat primos nouissimos, & nouissimos primos futuros: deferri filiis suis orat, vt in Domini regno vnus ad dexteram eius sedeat, alter ad sinistram. Cui Dominus respondit, nescire eam quid oret. Nihil quidem de gloria apostolorum ambigebatur, & iudicatos eos sermo superior exposuit: denique in medio sermone an calicem suum possent bibere interrogat. Non vti que de communis poculi genere loquebatur. Neque enim labor est bibere de calice: sed ille de calice sacramenti passionis interrogat. At illi qui iam martyrij libertatem constantiamque retinebant, bibitos se pollicentur. Dominus collaudans eorum fidem ait, martyrio quidem eos secum compati posse: sed læuæ eius ac dexteræ asidere, aliis à Deo patre fuisse depositum. Et quidem, quantum ar-

bitramur, ita honor iste aliis est reseruatus, quod tamen nec apostoli ab eo erunt alieni: qui in duodecima patriarcharum sede confidentes, Israel iudicabunt. Et quantum sentire ex ipsis Euangelis licet, in regno cœlorum Moyses & Helias asidebunt. Nam cum respondisset Dominus, visuros quosdam de Apostolis antequam mortem gustarent, filium hominis venientem in regno suo: assumptis Petro & Iacobo & Ioanne, apparuit cum gloriæ suæ habitu, Moyses & Helias in monte comitantibus. Et hos quidem eosdem prophetas duos præuenientes aduentum eius intelligimus, quos Apocalypsis Ioannis ab antichristo perimendos esse dicit: licet variæ vel de Enoch, vel de Hieremia, plurimorum extiterint opiniones, quod alterum eorum sicut Heliam mori oporteat. Sed non possumus veritatis fidem, quam Dominus tribus superioribus testibus reuelauit, sensus uostri opinione corrumpere: neque alios veteres existimare, quàm qui ad sponsonem fidei venisse conspecti sunt. Et quamquam ultra Euangelicam veritatem non necesse sit opinari, tamen si quis conditionem & mortis & sepulchri Moysi diligenter aduerterit, & secretarum scripturarum, secundum Apostoli auctoritatem, cognitionem adeptus sit: intelliget omnia ita esse tractata, vt Moyses poterit iam videri. Et hæc quidem instruen di causa sunt dicta. Cæterum vt ratio spiritualis intelligentiæ plena esset, pro duobus Dominum mater orauit. Duæ enim sunt vocaciones ex Israel: vna discipulorum Ioannis altera Apostolorum & phariseorum. Nam post passionem Ioannis superius legimus discipulos eius ad Dominum transisse. Ideo igitur pro duobus oratur, quia Euangelio Christi hæc vocaciones geminæ crederunt. Post hæc igitur decem discipuli contristati sunt de fratribus duobus: verum ipsorum duam discipulorum nulla mœstitia est. Hoc ratio non patitur vt alterius contumelia alius fiat mœstus. Certè etiam pro se decem mœli esse potuissent (sub duorum enim nominibus negatum hoc omnibus videbatur) sed typicus ordo seruatus est. Apostoli de se certi erant, ideo solum mœsti sunt de duobus: quia etiam his duabus vocationibus quæ ex lege sunt, consortium gloriæ huius optabant. Ita enim rationem futuri & præsentis sermo moderatur, vt nō de se, neque decem neque duos solliciti scriberentur: & in decem solitudine de duobus, præsentis negocij efficientiæ obtemperaretur. Volens igitur Dominus proprietatem istius figuratiōnis ostendere, atque hanc præsumptionem eos qui erant ex lege venturi, de prærogatiua Israelitici nominis velle præsumere: docet principatum ab his, non modo gentium capeffendum, sed ministris & feruentibus, & non eos quibus ministratum sit ad gloriam honoris maximi aduocandos: exemplo scilicet patriarcharum & prophetarum qui feruerint, exemplo etiam Apostolorum qui ministrauerint, exemplo etiam Domini qui animam suam pro redemptione nostræ salutis impenderit. Ad gloriam autem humilitatis istius cœnæ eos & conuiuij modo instruit, monens in locis eminentioribus accubari non oportere: ne forte eo adueniente qui clarior est, per Dominum cœnæ occupato loco cōcedendū contumelia admonitus decedat. Porro autem si in humilibus occubuerint, aduenientibus humilioribus, ad gloriam loci celsioris accedet: atque ita non præsumere aliquid honoris decet, sed humilitatis operibus promereri. *Et egredientibus illis ab Hiericho, secuta est eum turba multa: & ecce duo cæci sedentes super viam audierunt quod Iesus transiret, & c.*

Superius per figuram duum filiorum Zebedæi, de Israelitico populo tractatum est: qui ex semine Sem erat ortus. Competenter igitur cæci duo viam obfideant: populi videlicet gætium duo ex Cham & Iaphet procreati, egressus & iter eius obseruant: sibi que cæcis visum reddi deprecantur. Denique eos turba obiurgat cur clament, & vt fileant increpat: non quod silentium causa honoris exigent, sed acerbe à cæcis audiunt quod negabāt, Dominum esse Dauid filium. Illuminatis enim cæcorum mentibus Dens in homine prædicabatur, vt verum esset quod à Domino dictum est: In iudicio mundi huius veni, vt qui videt non videant, cæci vero respiciant. At illi magis clamabant. Et demorante legis populo, vehementiorem fidei suæ protestatū calorem. Sed Dominus miseretur, & quid volunt requirit: illi verò aperiri oculos suos precatur. Quibus miseretur oculos contigit, & visum cognoscendi Dei reddidit. Atque vt typus crediturarū gentium expleretur: cælestis gratiæ cognitione percepta, qui cæci fuerant videntes Dominum sunt secuti.

De asina & pullo eius. De cæcis in templo nymmulariis. De sicca maledicta. De duobus filiis ad vineam missis. De publicanis & meretricibus. Canon. XXI.

Matth. 21.

INCESUS misit duos ex discipulis suis, dicens: *Ite in castellum quod contra vos est, &c.* Duo discipuli ad vicum mittuntur: vt asinam ligatam cum pullo eius abfoluant, atque ad Christum perducant. Et si quis interroget cur ita fiat: respondeant Domino necessarios, ac statim emittendos. Post superiorem sermonem quo in duobus filiis Zebedæi duplicem ex Israel vocationem significatam meminimus, competenter nunc duo discipuli ad soluendam asinam & pullum destinantur: quia duplex erat ex gentibus plebis vocatio consecutura. Erant enim atque sunt Samaritæ profecti quondam per secessionem ex lege, & sub quadā obseruantia suæ consuetudine seruientes: erant etiam gentes indomitæ & feroces. Igitur duo mittuntur vt soluant ligatos & obstrictos, & erroris atque ignorantia vinculis præpeditos, & mittuntur extra Hierusalem: extra eam enim hæc duæ vocationes habebantur. Cæterum mater filiorum Zebedæi, intra Hierusalem Dominum orauit. Duabus enim vocationibus, Israel vel per Apostolos vel per Ioannem ex lege saluatur. Verum adæque per Philippum Samaria creditur: per Petrum autem, Cornelius Christo tanquam primitiæ gentium adductus est. Quod autem instruantur, vt quærenti respondeant Domino necessarios & mox emittendos: id est, eos ipsos gæti suæ prædicatores fidei Euangelicæ esse reddendos. Impleta igitur est propheta, quæ inuocatum asina & pullo nouo Dominum venturum in Hierusalem nunciabat. Sed gestorum effectibus prophetatur. Asina nanque de vico soluitur atque exhibetur: Samaria videlicet alieno & peregrino obfessa dominatu per apostolos soluitur, & Domino suo redditur. Pullum verò idem Dominus ascendit, nouellum, contumacem, durum: atque hæc omnia gentilis ignorantia vitia domantur, & tor animorum ferocitates victo Deo fractæ sunt. Omnis autem hæc species futuri ordinem tenet: & parabolicis significationibus, rerumque presentium conditionibus, futuri forma præmittitur. Erat enim Dominus in claritatis suæ aduentu gentes possidens: earumque mentibus tanquam victor insidens, toto comitatus sui agmine prædicabitur, patriarcharū

prophetarū atque apostolorū. Nam gloria suam in vestimentis patriarcharū Domino subternunt. Eorū enim & generationibus & hominibus & insectationibus est. Dñs prophetatus: ei que omni dignitatis suæ ornatu cōcedentes, seq; sedili subternentes, docent omnem gloriam suam præparationi dominici aduentus fuisse substratam. Illic etiam propheta vestimenta sua incedentis itineri subternunt. Hanc enim viam gentium vestruratum Dominum prædicauerunt: quicquid seculi amore postposito, mortibus se & lapidationibus offerendo, ipsis quodammodo corporibus exuerunt ad ingressum viæ talis oblati. Apostoli quoque excisarum arborum ramos post vestimenta subternunt, sed nulla in hoc est humani officij reuerentia. Rami enim incedentem impedirent, & implicitum iter facerēt. Propter ingressum: verum exprimitur omnis ratio prophetiæ, & futuri forma seruat. Igitur infructuosarum arborum rami, id est, fidelium quondam gentium fructus, per apostolos itineri Domini subternuntur, & saluatoris iustificatur ingressu: & per eos inceditur, & gratissimum sit incedenti Deo ex ramis infecundæ radicis officium. *Turba autem et præcedens et consequens clamabat: Osanna fili David, benedictus qui venit in nomine Domini.* Sed crucifigendum quomodo turba collaudat, aut quomodo odium meruit ex fauore? Verum laudationis verba, redemptionis in eo expriment potestatem. Nam Osanna Hebraico sermone significatur redemptio domus David. Deinde Dauid filium nuncupant, in quo agnoscerent regni æterni hæreditatem. Postremo benedictum in nomine Domini venientem confitentur. Atqui acclamandum ab his erat, Crucifige blasphemum. Sed peragunt formam futuri gesta præsentia: & compugnantibus licet eorum inter quos hæc gerebantur affectibus, quamuis mox diuersa essent consecutura, rerum tamen cælestium fidem etiam inuitorum meditatū operatio. Commouetur deinde Hierosolyma, rerum enim nouitas motum attonitis afferebat. Templum verò introiit, id est, ecclesiam traditæ à se prædicationis est ingressus: à qua primum omnia sacerdotalis ministerij vitia iure potestatis expellit. Reddida enim ab omnibus gratuita tradiderat, quæ gratuita fuerant consecuti: quia neque emi aliquid per corruptelam sacerdotis aut vendi, libertas doni debebat admittere. Cathedras autem, præcipue vendentium columbas euerit. Quæ porro dignitas est in nudinis columbarum? aut quod priuilegium in auium istarum commercii reseruatū est: vt vendentes eas honorem sibi arrogent cathedrarum? Sed in omni loco admonemur, altius verborum virtutes in istiusmodi significationibus contuendas. In columba secundum prophetiæ exempla, sanctum Spiritum intelligimus: in cathedris, sacerdotum sedes est. Ergo eorum qui sancti Spiritus donum venale habent, cathedras euerit, quibus ministerium à Deo commissum, negociatio est admonitionis eius commemorans autoritatem, quæ in propheta teneatur. Scriptum est: *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Sed neque emerit Iudæos in synagoga, neque vendere Spiritum sanctum posse existimandum est. Non enim habebant vt vendere possent, neque erat quod emere quis possit: sed præfiguratio futurorum dictis presentibus continetur. Ecclesiæ vitia in ipso aduentu Domini claritatis esse purganda. Infirmos quoque cæcorū & claudorū curauit in templo: & publicas ei operationes fauor populi cōsecutus est.

Locho d' Hieronimo notatus, in quo lapsus est at D. am brosius.

Deut. 14.

Inuident

Inuident autem puerorum clamoribus principes sacerdotum, eumque admonent cur ista audiat: in redemptionem enim venisse domus Dauid prædicabatur. Quibus respondit: *Non legiſſe eus, E x ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Cessantibus enim prudentium iudiciis, hanc sibi à pueris atque infantibus, quorum sit regnum cælorum confessionis gloriam præparatam: quia prudētes & principes seculi sapientiam Dei reprobaauerint, Christum autem regenerationis paruuli lactentesque sint prædicaturi. *Ex his dictis ciuitatem egressus reliquit eos, atque in Bethania mansit.* Inidēlem videlicet synagogam deserens, in ecclesia gentium demoratur. *Mane autem transiens in ciuitatem, esuriit: & videns arborem ficu vnam secum viam venit ad eam, & reliquit.* Idem etiam nunc rerum cælestium ordo præmittitur. Nam in ficu, synagoga positum exemplum est. Dato enim penitentia spacio, videlicet tempore quod inter passionem & reditū claritatis est medium, venit esuriens plebis huius salutem, & inueniet in fecundam: foliis tantummodo vestitā, id est verbis inanibus gloriantem, sed fructibus vacuam, operibus quippe bonis sterilem, & expectabis prouentibus nudam: Et quia penitendi tempus excesserit: in perpetua sententia iudicij cælestis arefcit. Et in eo quidē bonitatis dominicæ argumentum reperimus. Nam vbi afferre voluit procuratæ per se salutis exemplum, virtutis suæ potestatem in humanis corporibus exercuit: regno futurorum & animæ salutem curis presentium ægritudinum commendans. Nunc verò vbi in contumaces formam seueritatis constituēbat, futuri speciem damno arboris indicauit: vt infidelitatis periculum sine detrimento eorum, in quorum redemptionem venerat, indicaretur. Admirantur verò discipuli, arborem in momento dicti ipsius aruisse: quia presentis facti efficaciam futuri imaginē præferēbat. Cum enim in regno cælesti aduenēret, in tempore ipso aduentus eius, infidelitatis Iudaicæ sterilitatem æternæ damnationis sententia consequetur. Quos Dominus si fidem habuerint: non solum hæc, sed & maiora horum eos posse confirmat. Illi quidem iudicari erant Israel secundum antecedentes sponſiones: sed etiam ius omne in Zabulo, quem montem nuncupat, essent consecuturi. Ait enim ita: *si fidem habueritis, non solum de sicca facietis: sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare, & fiet.* O ingēs fidei præmium: cuius merito in tantum potestas credentium extollitur, vt iudicari vnuerſos, pari seueritatis sententia in damnatione seculi, zabolū celsitudinē molemque demergant. Contuendum autem est, qua ratione synagoga ficus arbori comparetur. Hæc nanque arbor, distimiliter à cæterarum arborum & natura & cōditiōe florefcit. Nam flos ei primus in pomis est, sed nō his quæ maturitatem vt emerſerint cōsequuntur: Grōssa enim hæc & communis vsus, & prophetica autoritas nuncupauit. Verum postea interna seculi virtute exuberante, eiusdem speciei atque formæ poma prorumpunt: quibus prorumpentibus ista traduntur, & salutis quibus continebantur radicibus decidunt, aliaque illa exuentia vsque ad maturitatem factū prouehuntur. Sed de superioribus illis, si quando incidit vt in sinu virgularum ex ramulo eodem prodeuntium emerſerint: manēt semper, & non sicut grōssa cæteris decidit: sed hæret sola, pomaque cætera maturitate præueniūt. Et hos pulcherrimos fructus arbor illa ex se dabit: qui cum grōssis cæteris promergentes, de medio virarumque virgularum clauiculo proferētur.

Igitur ex conditione arboris, propria & competens synagoga similitudo propolita est. Primos enim populi fructus, quos ab exordio protulerat, grōssorum amissit exemplo: quia plebem eius inutilem, fidelis & pertinax, & vsque ad consummationem temporum manens populus gentium protrusit. Veruntamen credentes primi ex Israel apostoli, & inter legem & Euangelia grōssorum modo hærentes: cæteros resurrexerunt gloriæ tempore anteibunt. Et quidem iam in exordio Genesis, in huius rei formam pudorem suum Adam atque Eua huius arboris foliis texerūt, cum se ipsos ad aduentum Domini vocantis occulerent: quia synagoga infidelis, & legis mandata transgrediens, impudentia suæ sceditates & turpitudinum confusionem, infructuosus esset verborum velamentis, tanquam ficus foliis contextura. Atque hæc quidem de natura arboris interiecta sunt, vt comparationis proprietates intelligi possit. Reliquus itaque gestorum ordo est contuendus. Pharisæi multa exinde viderant in gentibus magis digna miraculis: sed nunc maxime solliciti sunt, & interrogant in qua hæc faciat potestate. Res enim sub presentium gestorum effectibus ingens futurorum complectebatur arcanum: Atque idcirco ex eo specialiter interrogandi reperit instinctu, sub quo totius periculi præformatio præferēbatur. Dominus respondit, dictum esse se in qua hæc faceret potestate: si modo illi interroganti sibi respondissent, Ioannis baptisma vtrum de celo, an ex hominibus putarent esse. At illi responsionis periculo cunctatū cogitantes si de celo profecti essent, confessione sua se reos reprehendendos, cur cælestis testimonij autoritati non credidissent: si ex hominibus dixissent, turbas verebantur. Plures enim prophetam Ioannem habebant. Responderunt itaque nescire se. Non vtique de celo nesciebant, cum conuincit veritate professionis suæ metuūt: sed verum de se, etiam cum fallendi voluntate dixerunt. Per infidelitatem enim suam, de celo esse Ioannis baptisma nescierunt. Quod autem ex hominibus esset, idcirco non potuerunt scire: quia non erat. *Homo quidam habebat duos filios, &c. reliqua.* Multa & graua sunt, quæ confundere intelligentiam possunt: nisi prioris & posterioris sensus ordinem tenuerimus. Quis enim hic existimari poterit filius senior: qui iterum se ad opus negauerit, & per penitentiam emendatus eō rursum profectus sit? Atqui Israel non penituit: sed in dominum manus intulit, & vnuerſitas eius Deum suum impio ore crucifixit. Iuniorē autem quem sentiemus, qui iterum se sepopōderit & nō abierit? Sed gentiū peccatorumque plebs, id quod sponſionem effecit. Abiit enim, & ad opus ad quod vocabatur egressa est. Quomodo ergo ea esse quæ nō abiit sentietur? Deinde ipsa pharisæorum responsio quid momenti habeat quærendum est. Dicūt volūtati iuniorē obedisse. Hoc rerum ratio non patitur, vt simulata professio meritum perfectæ veritatis obtineat: vt plus sit fecisse spondentem, quam perfecisse omnia non pollicentem. Quis autem non malit negari sibi id quod poscat, dummodo quod poposcit fiat, quam non fieri quod spondeatur vt fiat: cum facti effectus ex desperatione sit grator, spes autē destituta plus doleat? Nisi fortē poscentium voluntas sola sibi adulatione spondentium blandiatur. Recordandum igitur est, propositionem comparationis istius ex eo sermone descendere, qui initus sit de Ioanne: vt infidelitatis cunctationem, & ex ea silentij necessitate istiusmodi positum eos obiurgaret exemplum.

Genes. 3.

P iij

Sed sicut in cæteris admonuimus, hic quoque memi-
niffe nos oporteret rationi rerum præsentium aliquid
interdum ea conditione deesse, vt futurorum species
sine damno aliquo præfigurata efficiantur expleatur.
Primus filius est populus ex pharisæis in præsens à
Deo per Ioannis prophetiam vt præceptis suis obtem-
peraret admonitus. Hic insolens & inobediens & di-
citis præsentibus contumax fuit: habens in lege fidu-
ciam, & pœnitentiam peccatorum gloria prærogatiuæ
ex Abraham nobilitatis aspernans. Qui deinceps o-
perum miraculis post Domini resurrectionem pœni-
tens sub Apostolis credidit, facti fide ad voluntatem
Euangelicæ operationis regressus, anterioris insolent-
iæ culpam pœnitendo confessus est. Filius autem mi-
nor, plebs est publicanorum & peccatorum, ipsa pec-
cati in qua tum demorabatur conditione posterior:
cui præceptum sit per Ioannem, vt à Christo expe-
ctaret salutem, & ab eo baptizata crediderit. Sed quod
ait, spondidisse eam iuram se & non isse, ostendit cre-
didisse eam quidem Ioanni: sed quia Euangelicam ac-
cipere doctrinam non nisi post passionem Domini per
Apostolos potuit (tum enim erant humanæ salutis sa-
cramenta peragenda) non isse eam significat. Deni-
que non ait noluisse, sed non abiisse. Res extra culpam
infidelitatis est: quia in facti erat difficultate ne fieret.
Non igitur ire statim ad opus quod præceptum est no-
luit: sed quia iri non poterat, non iit. In eo enim ne-
cessitatis mora sine crimine voluntatis ostenditur. Et in
responsione quidem pharisæorum quædam est neces-
sitas prophetiæ. Nam inuiti licet, consentient, quis ob-
secutus sit voluntati: iunior scilicet filius, obediens
professione, licet non efficiens in tempore quia fides
sola iustificat. Atque ideo publicani & meretrices in
regno cælorum erunt priores: quia Ioanni credide-
runt, & in remissionem peccatorum baptizati, aduentum
Christi confessi sunt, curationum opera laudauerunt,
sacramentum passionis acceperunt, virtutem resurre-
ctionis agnouerunt. Principes autem sacerdotum &
pharisæi videntes hæc & contemnentes, qui iustifica-
ti per fidem non erant, nec per pœnitentiam regressi
sunt ad salutem: atque ideo in perpetuum, fructus eo-
rum sub maledictione ea quæ in ficu arbore præfor-
mabatur, arefcit.

*De vinitoribus, qui missos ad se ob recipiendos fructus
interficiunt. De inuitatis promissus, & de veste
nuptiali. Canon. XXXI.*

ALIAM parabolam audite. Homo erat pater-
familias: & plantauit vineam, & septem cir-
cudedit ei, & fodit in ea torcular, et turrim
edificauit, et reliqua.) Quæstio omnis in ab-
soluto est. Nam etiam ipsi principes sacerdotum &
pharisæi de se dici hæc intelligentes, in iram accensi
sunt: sed personarum proprietates & rerum compara-
tiones sunt proferendæ. Patremfamilias hic patrem
Deum intelligimus: qui populum Israel in prouentus
optimorum fructuum plantauerit, quiquid eos sancti-
ficatione paterni nominis, id est, nobilitate Abrahæ
& Isaac & Iacob, intra fines suos tanquam septo ali-
quo custodiae peculiaris incluserit, Prophetas quoque
quædam quasi torcularia aptauerit, in quos multi mo-
do quædam vbertas sancti Spiritus feruētis influeret.
In turri autem, eminentiam legis extruxerit: quæ &
in cælum ex solo egressa prouheret, & ex qua spe-
culari Christi posset aduentus. In colonis verò, prin-

cipium, sacerdotum & pharisæorum est species qui-
bus in plebem potestas est permessa doctrinæ. In ser-
uis verò qui missi sunt vt fructus perciperent, varius
& sæpe repetitus progressus est prophetarum. Missi
autem rursus plures prioribus, tēpus illud est, quo post
singulorum prædicationē plurimus in vnū prophetatiū
numerus emissus est: qui variis temporibus verberati
& lapidati & occisi sunt, fructus institutæ plebis edo-
ctæq; repetētes. In filio verò ad vltimum missio, Do-
mini nostri & aduentus & passio est: qui extra Hieru-
salem tanquæ extra vineam in sententiâ damnationis ab-
iectus est. Consilium verò colonorum, & hæredita-
tis occiso hærede præsumptio spes inanis est, gloriam
legis perempto Christo posse retineri. In patris fami-
liâs reditu, tempore iudicij gloria est in filio paternæ
maiestatis assistens. In responsione autē ipsorum prin-
cipum & pharisæorum, redditur dignus Apostolis le-
gis hæreditas. Sec hic filius, lapis est ab ædificatori-
bus improbatus, & in fastigium angularis electus: & in o-
culis omnium mirabilis, & inter legem atque gentes
lateris & ædificij vtriusque coniunctio. *simile est re-
gnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo: et mi-
ssi seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, et c.*) Et hæc qui-
dem parabola distinguenda temporibus est, & dignos-
cenda personis est. De persona regis & filij, absoluta
intelligentia est. Fecisse autem patrem nuptias filij, & sic
inuitasse, noua ratio est. Nam nuptias facere, & auto-
ris & temporis est nuptiarum. Verum hic nuptia, vitæ
cælestis & in resurrectione suscipiendæ æternæ gloriæ
sacramētum est. Merito igitur à patre sunt factæ: quia
æternitatis huius societas, & noui corporis despōsata
coniunctio, perfecta iam habebatur in Christo. Et in
hos quidem loco, admonemus ita vt & in superiore,
vbi de repudij conditione tractatū est, diligenter quæ
de ratione resurrectionis significata sunt contueri: &
id quod sub parabola Adæ ad Euam hic nuptia, quia
sacramētum magnū sit, ne incuriosè relinquatur, Qui
autem admonentur vt veniant inuitati, antea populus
Israel est: in gloriam enim æternitatis per legē est ad-
uocatus. Serui missi qui inuitatos vocarent, apostoli
sunt: eorum enim erat proprium, commonefacere eos
quos inuitauerant prophetæ. Qui verò iterum cum
præceptorum conditione mittuntur: apostolici sunt
viri, secessores apostolorum. Tauri autē saginati, glo-
riosa martyrum species est: qui confessione Dei tan-
quam hostia electa sunt immolati. Saginata verò, sunt
homines spirituales: tanquam cælesti pane ad euolan-
dum aues paratæ, cæteros accepti cibi vbertate exple-
turæ. His enim omnibus iam paratis, & in numerum
cōplacitæ Deo multitudinis regni cælestis gloria tan-
quam nuptiæ nunciatur. Sed eorum quoque admo-
nitionem ita neglexerunt, vt aliqui eorum ambitione
seculi tanquæ in agro occuparetur: plures verò ob pec-
cuniæ cupiditatem negotiatione detinerentur: cæteri
autē missos seruos, quot in ipsis Apostolis expletū est,
affectos iniuriis occiderunt. Sed tam immanis facti sce-
lus, vltio digna consequitur. Missi exercitus cælestes
omnem eorum congregationē iudicio Dei vrēt, & flam-
mis æterni ignis succedent: quia contra humanitatis
affectum homicidarū odiis saeuierunt. Quoniam verò
de iudicij tēpore & resurrectionis ista loqueretur: ser-
monē eundē ad congregationē gentium retulit. Indig-
nis em̄ repertis his qui primi inuitati fuerāt, iubet iri
ad exit⁹ viarū: dono enim gratiæ vitæ anterioris crimi-
na remittuntur. Nā sæpissime viâ tēpus seculi intelligē-
dam monuimus. Atq; ideo ad exitus viarum iubentur
ire,

Matth. 22.

Genes. 22.

ire, quia omnibus retroacta donantur. Vocari deinde
omnes sine aliqua exceptione ad nuptias iubet: & ma-
lissimū cū bonis veniunt. Vocatio quidem bonos effi-
cere debuerat, quia sancta est, & ex optimo affectu in-
uitatis profecta est: sed per vitium inenendatæ volun-
tatis, discrimen est vocatorum. Et quia in fallendis ho-
minibus plurimum artis soleat habere simulatio, quæ
si nos vel secreto mentis alienæ vel simplicitate iudi-
cij nostri fefellerit, tamen Deū latere non possit: ideo
ingressus Deus felicitis resurrectionis istius cœtum, &
hominem accumbentem sine nuptiali veste conspi-
ciens, interrogat quomodo sit ingressus. Nunquid in-
uitandorum habitum designauerat? Deinde cū in-
uitari quousque iussisset, quomodo vnus omnibus po-
terat esse vestitus? Aut si certus ex consuetudine con-
uiuantiū in nuptijs potuisset inhiberi. Sed quia malos in-
telligere non omnium est, & humana simplicitas diffi-
cile fraudulentiam simulatæ mentis intelligit: idcirco
hunc malū & indignum cœtu nuptialis Deus solus in-
uenit. Vestitus autem nuptialis est gloria Spiritus san-
cti, & candor habitus cælestis: qui bonæ interrogatio-
nis confessione susceptus, vsque in cœtum regni cœlo-
rum immaculatus & integer referatur. Hic itaque
tollitur, & in exteriores tenebras mittitur: quia multi
vocati sunt, & pauci electi. Non est igitur paucitas in
inuitatis, sed raritas in electis: quia in inuitante sine ex-
ceptione publicæ bonitatis humanitas est, in inuitatis
verò de iudicij merito probitatis electio est.

*De tributo Cæsari dando, & de imagine Cæsaris. De ea-
dem septem fratrum uxore. De mandatis maxi-
mis. De David filio. Canon XXXIII.*

Matth. 22.

Nec abierunt pharisæi & consilium fecerunt vt
resum caperent in verbo, & reliqua.) Frequen-
ter pharisæi commouentur: & occasionem
insimulandi cum habere ex præteritis non
possunt. Cadere enim vitium in gesta eius & dicta nō
poterat: sed de malitiæ affectu, in omnem se inquisitiō-
nem reperiunda acculationis extendunt. Nanque à
seculi vitijs atque à superstitionibus humanarum reli-
gionum, vniuersos ad spem regni cælestis vocabat.
Igitur an violaret seculi potestatem, de proposito in-
terrogationis conditione pertentant: an videlicet red-
di tributum Cæsari oporteret. Qui interna cognitio-
num lecreta cognoscens (Deus enim nihil eorum quæ
intra hominem sunt absconsa non speculatur) afferri
sibi denarium iussit: & quæsiuit cuius & inscriptio es-
set & forma. Pharisæi responderunt, Cæsaris eam esse.
Quibus ait, Cæsari reddenda esse quæ Cæsaris sunt:
Deo autem reddenda esse quæ Dei sunt. O plenā mi-
racali responsionem, & perfectam dicti cælestis abso-
lutio. Ita omnia inter contemptum seculi & con-
tumeliam ledendi Cæsaris temperauit, vt curis omni-
bus & officijs humanis deuotas Deo mentes absolue-
ret: cum Cæsari quæ eius essent reddenda decerneret. Si
enim nihil eius penes nos resederit, conditione red-
dendi ei quæ sua sunt non tenebimur. Porro autem si
rebus illius incubamus, si iure potestatis eius vitmur,
& nos tanquam mercenarios alieni patrimonij pro-
curatori subiicimus: extra querelam iniuriæ est, Cæsari
reddiberi quod Cæsaris est: Deo autem quæ eius
sunt propria reddere nos oportere: corpus, animam,
voluntatem. Ab eo enim hæc profecta atque aucta re-
tinemus: proinde condignum est, vt ei se totum red-
dant, cui debere se recolant & originem & profectū.
In illa die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse

*resurrectionem, & reliqua.) Sadducæi extra fidem re-
surrectionis sunt. Et quia eam Dominus prædicaret,
calumniam diuinis rebus ex efficiendi voluntate pro-
ponunt: septem videlicet fratrum eandem coniungem,
cuiusnam eorum in resurrectione futuram esse respon-
deat. Atque ita quidem publica opinio accipit, de re-
surrectionis conditionibus nihil in scripturis propheta-
libus contineri. Sed Dominus ait: Erratis, nescientes
scripturas, neque virtutem Dei.) Ergo scriptum est: &
cessare debet ambiguitas, quam autoritas tanta con-
demnat. Hanc enim eandem calumniam afferre plu-
res solent, in quam formam muliebris sexus resurgat:
& an rursus cum ipsis naturæ suæ & corporis officijs
reformatur. Nos quidem temerè locum hunc à cun-
ctis fermè præteritum contingimus: sed admonemus
id tantum Domino fuisse propositum, cuius vxor sit
deputanda de septem: Dominum autē obiurgasse cur
errarent, nescientes scripturas Deique virtutem, quia
non nubent neque nubentur. Et quid suffecerat ad-
uersus Sadducæos ita sentientes, opinionem corporeæ
illecebræ recidisse, & officijs cessantibus inania hæc
corporum gaudia sustulisse: sed adiecit, *Erunt similes
angelis Dei.)* Quia igitur eas angelis similes sacramen-
tum scripturarum & diuinæ virtutis potestatis futuras
esse demonstrat: qualis in scripturis autoritas est de
angelis opinandi, talem in resurrectione spei nostræ sen-
sum oportet esse de feminis. Et hæc quidem de resur-
rectionis conditionibus propositæ reddidit quæstio-
ni: de ipsa verò resurrectione, aduersum infidelitatem
eorum ita locutus est. *Non legistis quod dictum est vobis
à Deo dicente: Ego sum Deus Abrahæ, & Deus Isaac, &
Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuorum.)*
Sermo enim hic ad Moysem sanctis istis patriarchis iā
pridem quiescētibus extiterat. Ergo quorū erāt Deus,
hi Deum habebant. Nihil autem poterant habere si
non erant. Quia in natura rei est, vt esse id necesse sit
cuius sit alterum. Atque ita Deum habere viuentium
est, cū Deus æternitas sit, & non sit eorum quæ mor-
tua sunt habere id quod æternū est. Et quomodo esse
illi futurique semper negabuntur, quorū se esse pro-
fiteatur æternitas? *Pharisæi autem audientes quod sibi-
entium imposuisset Sadducæis, congregati sunt aduersus eum:
& interrogauit eum vnus ex his legis doctor, & reliqua.)**

Succedunt Sadducæis tentantibus Pharisæi. Et il-
lis quidem, cōgruenter fuerat de resurrectione respō-
sum: vt in lege ipsa ex qua erant profecti, cōtineri spe-
randæ resurrectionis fidem conuincerentur. Pharisæi
verò habere se scientiam legis gloriabantur: quæ ad
futurorum speciem prælata, imaginem consecutura
veritatis continebat. Querunt autem quod mandatū
potissimum esset in lege: non contuentes meditatio-
nem legis in Christo fuisse perfectam. Et quidem in-
solentium ignorantia legis ipsius verbis responsū
est, quæ responsio omnem in se veritatis est comple-
xa doctrinā. Propriū enim Domini nostri Iesu Christi
officium est, cognitionem Dei afferre: & intelligen-
tiam nominis eius potestatisque præstare. Missus enim
venerat: & ex æternitate deductus, his quæ erant Deo
placita perfungebatur. Respondit itaq; primum esse
mandatum: Diliges Dominū Deū tuū in toto corde
tuo, & in tota anima tua, & in tota mēte tua. Nō enim
aliud ille efficiebat, quæ quod lex cōtinebat: quia præ-
cepta legis, eorum quæ gesturus ipse erat formam com-
plectebatur. Admonet igitur cognitionis eius quam
habere se gloriabantur in lege: Deum omnipotentē
cum omni affectu mentis, cordis, animæ, diligendum:
P iiii

vt admonitionem suam præmissa legis mandata firmarent. Deinde adiecit: *Hoc est magnum & primum mandatum. secundum verò simile est huic: Diliges proximum sicut teipsum.* Sed mandatum sequens & simile, significat idem esse & officij & meriti in vtroque. Neque enim aut Dei sine Christo, aut Christi sine Deo potest vitilis esse dilectio. Alterum igitur sine altero, nullum ad salutem nostram affert profectum. Et ideo in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Quia lex & prophetia omnis Christi deputabatur aduehnti: & aduentus eius per supplementum eorù cognoscendi Dei intelligentiam præstabat. Nam de proximo, frequenter admonuimus, non alium intelligendum esse quam Christum. Cum enim patrem, matrè, filios, caritati Dei præponere inhibeamur: quomodo dilectio proximi, diligendi Dei simile mandatum est? Aut relinquitur aliquid quod amori Dei possit æquari: nisi quia similitudo præcepti parem caritatem diligendi patrem & filium exigebat? Atque vt legis ipsius verbis argui possent, & de proximo manifestior intelligentia panderetur: requirit, Quid illis videretur, Christus cuiusnam filius futurus esset. Qui responderunt: Dauid. Quibusque ait: Quomodo in spiritu Dominus à Dauid nuncuparetur, qui eius filius futurus esset? Et quomodo ab eo dictum esset: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Erat quidem verum, Christum ex Dauid semine procreandum: sed similitudo nominis quia Dominus Domino dicebat, & qua à dextris collocabat, donec omnes inimicos subderet pedibus ipsius, significabat & de consortio nominis substantiæ vnitatem, & de assidendi inuitatione iudicium, & de vniuersorum subiectione virtutem: vt meminissent in eo qui ex Dauid oriebatur, æternæ virtutis & originis substantiam contineri, & Deum in homine mansurum.

De cathedra Moysi, super quam sederunt scribe & pharisæi. De clauso ab iherusalem regno cælorum. Et ab iherusalem comedunt domos viduarum, circumuentibus mare & aridam, & dicentibus: Quicumque iurauerit in templo, nihil est. Et de decimationibus mentam & anetum. Et de edificantiis sepulchra prophetarum. Et de Hierusalem, quæ interficit prophetas, & lapidat eos qui ad se missi sunt.

Canon XXI III.

Matth. 23.

INCESVS locutus est turbis & discipulis suis, dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribe & pharisæi, & reliqua.

Legis de se testantis gloriam prætulit, quæ imaginè in se futuræ veritatis expresserat: in omnibus enim Christi meditabatur aduentum. Quicquid enim in ea continebatur, in profectum manifestandæ eius cognitionis assumptum est. Iubetigitur præceptis pharisæorum obtemperari, quia in Moyfi cathedra sederunt: iubet legis mandatis omnibus obediri, sed à factis eorum atque operibus abstineri, vt mores hominum atque infidelitas non legis doctrina vitetur. Ipsi enim subdito sibi populo grauissima legis onera imponunt, ne digitum quidem suum contingendis ipsis admoventes. Quinetiam præcipiunt Deum ex toto corde diligi, & proximum tanquam se amari: ipsi aduersum legis sibi latæ testimonium, Deum in Christi passionibus persequentes. Verborum quoque suorum gloriam tanquam phylacteria dilatantes, quibus vitæ æternæ autor Deus non fit intellectus in Christo: sed ex honore legis emissos tanquam fimbrias

ex veste magnificent, qui totius legis ignari, neque opera neque virtutem eius ipsius legis agnouerint: Amantes primos accubitus in conuiujs, qui igni æterno (conuiuantibus potius cum Abraham gentibus) deputantur: Et primas cathedras in synagogis, ipsi doctorem suum secundum legis & prophetarum testimonium nescientes: Sed & salutationes in foro, quibus humilitas cordis & ministerium in omnes est imperatù. Vocari etiam ab hominibus magistri volunt, doctrinæ legis ignari: & magistrum salutis perpetuæ respicientes. Quæ quia omnia prophana atque peruersa essent, factorum imitatione damnantur: legis autem audientia & doctorum obedientia, quia Christum loquebantur: exigitur. Verum in contrarium discipulis iam se scientibus, totius humilitatis præcepta consummat: vt meminissent omnes fratres esse, id est, filios patris vnus: & per nouæ natiuitatis generationem terreni ortus excessisse primordia, & vnum sibi esse omnibus cælestis doctrinæ magistrum, & gloriam honoris æterni humilitatis conscientia capessendam: quia insolentiam Deus humilem effecturum sit, & humilitatem elaturum in gloriam. *Væ vobis scribe & pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum.* Simulationem eorum penæ significatione condemnat. Væ enim vox dolentis est. Cludere autem eos regnum cælorum ideo ait, quod in lege meditationem eius quæ in Christo est veritatis occultent, & corporeum aduentum à prophetis prædicatum doctrinæ simulatione abscondant: ipsique non adeuntes viam æternitatis in Christo, adire quoque cæteros non sinant. *Væ vobis scribe & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum.* Hinc illa sunt veritatis inficiæ, hinc ad eundem cæteris salutis inhiibitio & regni cælestis obseratio: vt in obediendis viduarum domibus retineatur ambitio, vt longæ orationis dignatione spolientur, vt ab his cælestis cognitio tanquam à thesauro reposita: opulentia expetatur, vt legis dignitas gratiæ silentio perseueret. Et ideo accipiat amplius iudicium: quia & penam proprii peccati, & reatum alienæ ignorantia debent. *Væ vobis scribe & pharisæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridam.*

In maris & terræ peragratione, significat in totis orbis finibus eos esse Christi Euangelio obrectaturos: & legis iugo contra iustificationem fidei aliquos subdituros. Profelyti enim sunt ex gentibus in synagogâ recepti, quorum futurorum raritas in vno indicatur. Neque enim post Christi prædicationem, doctrinæ eorum fides relicta est: sed quisquis fuerit acquisitus ad plebem filius sit gehennæ, penæ soboles, & æterni iudicij hæreditas: quia adoptio ex gentibus Abraham familiam factura sit. Ideo autem penæ duplicatæ erit filius: quia neque remissionem peccatorum sit gentiliū consecutus, & societatem eorum qui Christum persecuti sunt sit secutus. *Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicumque iurauerit in templum, nihil est.* Reuerentiam humanarum obseruationum, & contumeliâ prophetiæ traditionis exprobrat: quod inanibus honorè darent, & detraherent honorandis. Legem namque ipse dederat, & lex non inficientiam continebat, sed meditabatur effectus. Nam ornatus altarij atque templi, non dignitate de cultu cõciliabat: sed futurorù speciem eodẽ decore fingebat. Nã aurû, argētû, orichalcum, margaritæ, cristallus, propriam significantiam pro natura viuificuusque metalli complectuntur. Igitur redarguit quod aurum templi & dona altaris pro sacramentorum religionibus venerentur, cum honor potior esset & altaris & templi: quia ad futurorum speciem & aurum

Væ vobis dolentis.

aurum templo, & donum dedicaretur altari. Et ideo adueniente Christo inutile esse fiduciam legis: quia non in lege Christus, sed lex sanctificaretur in Christo, in qua veluti sedes thronusque sibi positus sit. Qui quia religiosus habebatur, religionem ab eo necesse est qui in illo confidat acceperit: atque ita stulti cæci que sint, sanctificante præterito sanctificata venerantes. *Væ vobis scribe & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anetum, & reliqua.* Montis occulta & obscuram volūtatem iniquitatem redarguit: quod ea quæ in decimis mente atque aneti lex præscribit efficiant, vt implere legem ab hominibus existimetur: misericordiam verò atque iustitiam: & fidem & omnem benevolentia affectum reliquerint, quod proprium hominis officium est. Quia decimatio illa holeris, quæ in præformationem futurorum erat vitilis, non debebat omitti: effici autem hoc oportebat, vt fidei & iustitiæ & misericordiæ partibus sancti, non imitatione fingendæ, sed veritate retinendæ voluntatis operibus placeremus. Et quia minus piaculi est decimationem holeris potius quam benevolentia officium præterire: irridet eorum in colandis culicibus diuigiliam, quorum in glutidæ camelis esset incuria, peccata videlicet leuia vitantium & grauius deorantium. Par quoque in eos penæ denūciatio est, qui calices & paropsides extrinsecus eluentes, eorù interiora non mudent: & iactantiam inutilis studij sequentes, vitilitatis perfectæ ministerium derelinquant. Calicis namque visus interior est: qui si obforduerit, quid proficiet lotus exterior? Atque ideo interioris conscientia nitor est obtinendus, vt ea quæ corporis sunt forinsecus eluantur. Sepulchris quoque eos comparauit, quæ humano opere cultuque splendentia, mortuorum ossibus & cadaverum immundicijs interius sordescant: præferant scilicet inanibus verbis iustitiæ speciositatem, habeant vero intra se conscientia suæ mentisque foetorem.

Væ vobis scribe & pharisæi hypocritæ, qui edificatis sepulchra prophetarum, & reliqua.

Iudicij forma in absoluto est, & vnicuique nostrum ex natura sensus atque opinio æquitatis imponitur: vt minus ex eo venia iniquitatis opus habeat, quo magis æquitatis imponitur: vt minus ex eo venia iniquitatis opus habeat, quo magis æquitatis ignorata non fuerit. Prophetas namque omnes, legis populus occidit: in odium enim eorum, amaritudine obiurgationis accensum sunt. Nam voce publica, furta, cædes, adulteria, sacrilegia eius coarguebant. Et quia indignum eum cælesti regno ob hæc opera denunciabāt, & hæredes testamenti Dei gentes futuras prædicabant: vario penarum genere confecti sunt. Sed parentum facta posteritas ita detestata est, vt prophetæ libros venerentur, memorias adornent, sepulchra instaurant: talique reuerentia, extra culpam se esse paterni sceleris testentur. Qui ergo prophetas cum grauissimo piaculo occisos fatentur: quia venia Christum qui prophetarum scopus est condemnabunt, cum ea quæ detestentur etiam multiplicato facinore perficiant? Atque ideo & serpentes & viperina generatio sunt, quia mensuram paternæ voluntatis implebunt. Et quomodo effugiet iudicium, detestantes eadem prophetarum: & vsque ad crucis mortem Dominum persequentes? A quibus propter Apostolos, qui de futurorù reuelatione prophetæ sunt, & de Christi agnitione sapientes, de legis intelligentia scribe, cæcos, lapidatos, crucifixos, & à ciuitatibus in ciuitates fugatos, omnis sanguis iustorù ab Abel vsque ad Zachariã redundauit: vt quibus obedi-

si fuisset, priororù criminù esset venia præstita, ab his ob eosdem interemptos penæ in eos qui peremerint paternorum quoque facinorum cogere. *Hierusalem Hierusalem quæ interficis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, &c.* Inter multa obiurgationum genera semper misericordiæ suæ protestatur affectum, cuius hinc omnis querela est, quod regredi in salutem quam præstabat abnuerent. Occiderat enim prophetas, & ad se missos lapidauerant. *Hierusalem.* In ciuitatis nuncupatione, habitantium facinus ostenditur. Et idcirco Abel sanguis & Zachariæ, in hanc eorum posteritatem venturus ostenditur: quia iam in his habitans Christus & prædicans erat passus. Quod si creditum ei fuisset, non solum extra penam necis prophetarum credentium fides fuerat: sed illam ipsam dominicæ passionis sententiam esset venia cõsecuta. At verò cum nec post resurrectionem creditum ei fuerit: etiam vltio ab his Abelis & Zachariæ sanguinis repositur. Quamuis enim corporeus hæc loquatur, & opem vniuersis homo reperitur exhibitus: frequenter tamen cõgregare eos voluit prædicationibus prophetarum. Sed frustra hunc impendit affectum, & in casum. Tanquam gallina congregans pullos suos continere eos sub alis suis voluit: terrena videlicet ratio est, domestica auis factus, quodam corporis sui tanquam alarum operimento, calorẽ vt pullis suis vitæ immortalis indulgens, & in volatum velut noua generatione producens. Pullis enim alia nascendi ratio est, alia viuendi. Nam primum quorum testis tanquam claustro corporis continentur: dehinc postea parentis sedulitate conforti, exeunt in volatum. Huius igitur familiaris ac penè terrenæ auis more, congregare eos intra se voluit: vt qui conditione nascendi editi iam fuissent, nunc alterius generationis ortus & calore confouentis renati, in cæleste regnum tanquam pennatis corporibus euolarent. Quod quia noluerunt: domus eorum deserta & vacua relinquetur, id est, indigni habitatione sancti Spiritus erunt. Sua enim domus, non Dei esse cõeperunt: & in contumacia infidelitatis manentes, vsque in id tempus eum non videbunt, quo in Domini nomine reuertentem, etiam inuita infidelitatis confessione benedicent.

De structura templi interrogantibus discipulis. Et de his qui in templo sunt, ne descendant tollere aliquid de domo. Et qui in agro sunt, ne reuertantur tollere tunica suam. Et de prægnantibus & nutrentibus. Canon XXV.

ET EGRESSUS de templo ibat: & accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei structuram templi, & reliqua. Matth. 24.

Post comminationem desereret, extra culpam se esse paterni sceleris testentur. Qui ergo prophetas cum grauissimo piaculo occisos fatentur: quia venia Christum qui prophetarum scopus est condemnabunt, cum ea quæ detestentur etiam multiplicato facinore perficiant? Atque ideo & serpentes & viperina generatio sunt, quia mensuram paternæ voluntatis implebunt. Et quomodo effugiet iudicium, detestantes eadem prophetarum: & vsque ad crucis mortem Dominum persequentes? A quibus propter Apostolos, qui de futurorù reuelatione prophetæ sunt, & de Christi agnitione sapientes, de legis intelligentia scribe, cæcos, lapidatos, crucifixos, & à ciuitatibus in ciuitates fugatos, omnis sanguis iustorù ab Abel vsque ad Zachariã redundauit: vt quibus obedi-

ne quis fallax ignorantibus possit obrepere. Venturi enim erant etiam eorum tempore, qui se Christum essent nuncupaturi. Ut igitur fides pestifero mendacior detrahi posset, admonitio præcessit. Venit enim Samaritanus Simon Zabologicis instructus & operibus & dictis pluribus factorum miraculis deprauavit. Et quia hoc in Apostolorum tempora conueniret, ait: Nō est finis. Sed nē tunc quidem cum gentes aduersus se mutuo & regna cōcurrent, & fames ac terræ motus erūt: quia in his non vniuersitatis huius dissolutio est, sed dolorum initia, malis omnibus exinde cepturis. Confirmat igitur eos ad tolerantiam passionum: fugæ, verberationis, interitus, & publici in eos odij, propter nomen eius. Atque his quidem vexationibus multi turbabuntur, & tantis insurgentibus malis scandalizabuntur, & vsque in mutuum odium cōsuecuntur. Et falsi propheta erunt (vt Nicolaus vnus ex septem diaconibus fuit) multoque ementita veritate peruerent: & abundante nequitia caritas frigescat. Sed vsque in finē perseuerantibus salus reseruata est: ac tum per omnes orbis partes viris apostolicis dispersis, Euangelij veritas prædicabitur. Et cum vniuersis fuerit cognitio sacramenti cœlestis inuēta, tum Hierusalem occisus & suis incumbet: vt prædicationis fidem & infidelium pœna & metus ciuitatis eruta consequatur. Hæc igitur in eam vt fuerant prædicta perfecta sunt: & lapidatis, fugatis, peremptis apostolis, fame, bello, captiuitate, consumpta est. Ac tum fuit digna non esse, cum eiectionis prædicatoribus Christi, indignam Dei prædicatione se præbuit. Sequitur deinde & iudicium aduentus futuri. Cum abominationem desolationis stantem in loco sancto videbunt: tunc claritatis reditum intelligendum. Et de quo quidem, beatissimo Daniele & Paulo prædicantibus, superfluum nos puto habere sermonem: de antichristi enim temporibus hæc locutus est. Abominatio ex eo dictus, quod aduersus Deū veniens honorem sibi Dei vindicet. Desolationis autem abominatio, quia bellis & caedibus terram cum piaculo desolaturus sit, atque à Iudæis susceptus loco sanctificationis, insistent, vt vbi sanctorum precibus Deus inuocabatur, illic ab infidelibus receptus Dei honore venerabilis sit. Et quia proprius iste Iudæa erit error, vt qui veritatem respuerunt, suscipiant falsitatem, Iudæam deseri monet, & transfigere in montes: ne admixtione plebis illius Antichristo credituræ visa, vt contagio afferatur, sed omnibus qui tunc fideles erūt, tutiora futura sint deserta montium, quam frequentata Iudæa. Quod autem ait: *Et qui in tecto sunt, non descendant tollere aliquid de domo.* Præceptum istud secundum humanam intelligentiam rationem dictum factique non recipit. Qui enim in tecto est, & Iudæam sit relicturus, nisi descendens ex eo abire non poterit. Aut quæ utilitas est, consistere in tecto, & nō in domo manere? Sed frequenter admonuimus proprietates verborum & locorum contuendas, vt momenta præceptorum cœlestium consequamur. Tectum est domus fastigiū, & habitationis totius celsa perfectio. Domus enim nulla dici poterit vel esse sine tecto. Qui igitur in consummatione domus suæ, id est, in corporis sui perfectione consistit, regeneratione nouus, spiritu celsus, & diuini muneris absolute perfectus: non descendere in humiliora rerum secularium cupiditate debet, neque interioribus corporis illecebris prouocat de tecti sui sublimitate decedere. *Et qui in agro erit, non reuertatur tollere tunicam suam.* Scilicet positus in operationem præcepti, non ad curas pristinas reuer-

Simon Samaritanus

Nicolaus

tatur. Neque aliqua corporis indumenta desideret: ob quæ reuersus, veterum exinde peccaminum quibus antea contegebatur, erit tunicam relaturus. *Vt prægnantibus & nutriendis.* Simpliciter quidem istud propter moram fugæ accipi potest: quia ventris onere impeditas, imminet tempore ruinam effugere sit molestū. Sed quid conditio sexus & generationis ordo commouit? Nisi forte ætas illa mulierum quæ in illa tempora inciderint, proprie sit futura maledicta. Sed absit istud, vt quicquam sit quod homini nisi sua culpa malum fiat. Non igitur de fœtarum onere Dominum admonuisse credendum est, cum dicit, *Vt prægnantibus: sed animarum peccatis repletarum ostendisse grauitatem, que neque in tecto posita, neque in agro manentes repositæ iræ tempestatē vitare possint.* Dolor enim prægnans ex natura cōsequitur: & partus sine totius corporis vexatione nō funditur. Quæ ergo tales animæ reperientur, in suo & onere & dolore continebuntur. Illis quoque vix erit quæ nutrietur. Est infantia lacte reseruata est: ac tum non minus ad fugam inutilis, quàm ea quæ etiamnum lacte alatur. Et quomodo vix illi quæ nutriatur: cum nihil inter sit ætatis ac temporis, nutrirī lacte & decessisse de lacte? Sed perinde hic etiam infirmitatem animarum, quæ ad cognitionē Dei tanquam lacte educantur ostendit: quæ perfecti cibi virtute indigentes, tenui diuinæ cognitionis infirmoq; gustatu imbuantur. Et idcirco vix ipsi erit: quia & ad effugiendum antichristum graues, & ad sustinendum imperitæ, nec peccata effugerint, nec cibum veri panis acceperint. Atque idcirco orare admonemur, ne vel hyeme fuga nostra, vel sabbato sit: id est, ne aut in peccatorum frigore, aut in ocio bonorum operum reperiamur. Quia grauis vexatio incumbet, & intolerabilis cunctis, nisi quod causa electorum Dei, diebus illis sit breuitas afferenda, vt vim incumbentiū malorum coarctatum degrassandi tempus exuperet. Et quia in magna vexatione positus, pseudopropheta tanquam præsentem in Christo opem sint indicaturi, multis in locis Christum esse atque haberi mētiuntur, vt in antichristi famulatum depresso vexatōsque deducant: nunc in desertis esse dicentes, vt errore deprauent: nunc in penetralibus asserentes, vt dominantem potestate concludant. Sed se Dominus non loco occultandum, nec à singulis contuendum esse profiteatur, sed vbicunque & in conspectu omnium præsentē futurum modo fulguris, quod ab Oriente elatum, lumen suum vsque ad Occidentis plagam spargit, & vnde cunq; micans vbicunque cernetur. At ne vel loci quidem eius in quo futurus esset, esse ignari, ait: *Vbicunque fuerit corpus, ibi cōgregabuntur aquilæ.* Sanctos de volatu spiritualis corporis aquilas nuncupauit: quorum (congregantibus angelis) conuentū futurum in loco passionis ostendit. Et indignè illi claritatis aduentus expectabitur: vbi nobis gloriam æternitatis, passione corporeæ humilitatis operatus est.

De sole obscurato, & luna & stellis. De signo sicus. De diei aduentus Domini incertitudine. De assumendis & relinquendis. Et de vigiliantia seruanda. Canon XXVI.

S Tarim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & reliqua. Gloriam aduentus sui, & claritatis reditum indicat obscuritate solis, defectione lune, casu stellarū, virtutum cœlestium motu, ostensione signi salutaris, lamentatione

mentatione gentium cognoscentium filium hominis in Dei gloria: & ad collectionem sanctorum destinatione angelorum, tum tubæ, id est, iam publicæ libertatis hortatu. Sic erit de grano sinapis arbor ingens: sic de lapide montis contrita imagine orbem terræ mons occupans: sic ciuitas omnibus contemplabilis: sic lucens vniuersis lumē in lychno: sic ex humilitate mortis Deus gloria. Quam omnium rerum indicio, scire nos voluit tēpus nostræ redemptionis: quo ex corruptione corporum, in honorem spiritualis substantiæ transferemur. Cognoscendi autem temporis signum, in similitudine ficus arboris posuit: cuius cum ramus tener fuerit atque fronderit, tum prope esse ætas intelligeretur. Sed longè alia natura & æstatis & arboris est. In veris enim inijs intumescit: & non exiguum tempus est medium, inter id quod ætas ingruit, & arboris ramus tenerescit in frondes. Ex quo, non de arbore hoc dictum esse noscendum est. Et quidem iam superius de arboris istius proprietate tractauimus. Huius etiam folijs Adam legitimus indutum, & pudorem conscientie texisse: id est, tanquam peccati veste sub lege circumdatum. Ramus igitur, sic antichristus esse intelligitur: zabolii filius, peccati portio, legis asseritor. Qui cum tenerescere cœperit atque frondescere: tunc proxima esse ætas, id est, dies iudicij sentietur. Frondescere autem quadam peccatorum exultatione viriditate noscitur. Erit enim tum flos criminorum, & honor facinorosorum, & gratia prophanorum: quibus tamen æstus, id est, calor æterni ignis in proximo est. Atque vt fides certa esset futurorum, amen dicendo, professionem veritatis adieci: generationē nostram præterire non posse, nisi vniuersa ista transcurrerent, eaque quæ firma existimantur cœlum & terrā non futura, verba autem sua non posse non esse: quia illa ex conditione creationis suæ, id est, profecta de nihilo, habeant id in se necessitatis, vt non sint: hæc autē ex æternitate deducta, in id se contineant virtutis vt maneant. De fine autem temporum curam sollicitudinis nostræ ademit, diem illum dicens nemini esse cognitum: & non solum angelis, sed etiam sibi ignoratū. O diuinæ bonitatis inæstimabilem misericordiam. Nūquid Deus pater cognitionem diei celandi filiū proposito abnegauit, cum dictum ab eo sit: *Omnia mihi à patre meo tradita sunt?* Ergo non omnia à patre accepta deueheret, Deique verbum non tam futuri in se fidem contineat quàm facti: ideo extra definitionē dies posita est, vt largum licet Deus pœnitentiæ nobis tempus indulgens, incerti tamen metu semper nos sollicitos detineret: & ipse nulli loquendo, voluntatem dandi huius diei nulla dicti sui definitione cohiberet, quia secū dum diluuij tempus, in ipso vitæ nostræ cursu omnia agentibus ac pœnitentibus, magnus ille dies adierit. Quin etiam in assumendis fidelibus futurū esse discrimen ostendit, cum duobus in agro positus, assumatur vnus, & alter relinquatur: & duabus molētibus improbetur altera, altera eligatur: & ex duobus qui in lecto erunt, adhæreat vnus, alter deseratur. Infidelium enim & fidelium discrimen, in relinquendis alijs, & alijs assumendis docet. Dei enim ira ingrauescente, sancti (vt propheta ait) in promptuarijs reconduntur: perdi verò ad cœlestis ignis materiem relinquuntur. Duos igitur in agro, id est, duos populos fidelium & infidelium, in seculo tanquā vitæ huius opere, dies Domini deprehendet: separabuntur tamen relicto alio, & alio assumpto. De molentibus quoque par ratio est.

Mola, opus legis est. Sed quia pars Iudæorum vt pe apostolos creditur, ita per Heliam est creditura, & iustificanda per fidem est: ideo vna per eandem fidē boni operis apprehendetur, alia vero in infructuoso legis opere relinquetur, molens in cassum, & nō factura cœlestis cibi panem. Duo autem sunt in lecto, eandē passionis dominicæ requiem prædicantes: circa quam & hæreticorum & catholicorum eadem atque vna cōfessio est. Sed quia vnitatem patris & filij, & communem eorum theotetem, quam deitatem nuncupamus, catholicorum veritas prædicabit, & eandem rursus plurimis contumelias hæreticorum falsitas impugnet, idcirco ex duobus in lecto alter relinquatur & alter assumitur: quia fidem confessionis vtriusque in vno assumendo, & in altero relinquendo, diuini arbitrij iudicium comprobabit. Atque vt ignorantiam illam diei omnibus taciti, non sine vtili silentij ratione esse sciremus: vigilare nos propter aduentum furis admonuit, & orationum assiduitate detentos omnibus præceptorum suorum operibus inhærere. Fur enim esse ostendit zabulum, ad detrahenda ex nobis spolia perugilem, & corporum nostrorum domibus insidiantem: vt ea incuriosis nobis & somno deditis, consiliorum suorum atque illecebrarum iaculis perfodiat. Paratos igitur esse nos conuenit: quia diei ignoratio intentam sollicitudinē suspensæ expectationis exagitet.

De seruo fidei quem constituit Dominus super familiam suam. De decē virginibus. De homine peregre profecto, qui tradidit substantiam suam seruis suis. Canon XXVII.

Visum est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, &c. Quamquam in commune nos ad indefessam vigilantiam curam adhortetur: speciale tamen populi principibus, id est, episcopis, in expectatione aduentus suo sollicitudinem mandat. Hunc enim seruum fidelem atque prudentem præpositū familiæ significat, commoda atque utilitates commissi sibi populi curantem. Qui si dicto audiens & præceptis obediens erit, id est, si doctrinæ opportunitate & veritate infirma confirmet, disrupta cōsolidet, deprauata conuertat, & verbum vitæ in æternitatis cibum alenda familiæ dispensat, atque hæc agens hisq; immorans deprehendatur: gloriam à Domino tanquam dispensator fidelis & villicus vtilis consequetur, & super omnia bona constituetur, id est, in Dei gloria collocabitur, quia nihil sit vltra quod melius sit. Quod si contuens longam Dei patientiam, quæ in profectum humanæ salutis extenditur, aduersum seruos infolēscet, & seculi malis vitijque se tradet, præsentū tantum curam in cultu ventris exercēs: desperata die Dominus adueniet, eumque à bonis quæ sponderat diuider, portionemque eius cum hypocritis in pœnæ æternitate constituet: quia aduentum desperauerit, quia mandatis non obtemperauerit, quia præsentibus studuerit, quia vita gentium vixerit, quia desperatione iudicij commissam sibi familiam fame, siti, cæde vexauerit. *Tunc similitudine regnum calorū decem virginibus, & reliqua.* Ex dictis superioribus, ratio quoque huius sermonis intelligi potest. De die enim magno Domini omnis est sermo, quo occulta humanarū cogitationū diuini cognitione prodētur: & vera expectati Dei fides non ambiguit spei meritum consequetur. Absolutè enim in quinque prudentibus, & in quin-

M. math. 24.

que fatuis fidelium atque infidelium est constituta diuisio: quo exemplo, Moyses decem verba duabus tabulis conscripta acceperat. Necessè enim erat, omnia ea in vtraque conscribi. Et duplex pagina inter proprietatem dexteræ & sinistræ, diuisionem sub vno licet testamento bonorum malorumque signabat. Sponsus atque sponsa, Dominus noster est in corpore Deus. Nam vt spiritus carni, ita spiritui caro sponsa est. Denique tuba excitante, sponso obuiam tantum proditur. Erunt enim iam ambo vnum, quia in gloriam spiritualem humilitas carnis excesserat. Primo autē profressu vitæ huius officijs occurrere in resurrectione, quæ est à mortuis, præparamur. Lampades igitur animarum splendentium lumen est, quæ sacramento baptismi splenduerunt. Oleum, boni operis est fructus. Vasa humana sunt corpora: intra quorum viscera thesaurus bonæ conscientiæ recondendus est. Vendentes sunt hi, qui misericordia fidelium indigentes, reddunt ex se petita commercia: indigentia suæ scilicet satietate boni operis nostri conscientiam ementes. Hæc enim indefecti luminis copiosa materies est, quæ misericordiam fructibus & emenda est, & recondenda. Nuptiæ immortalitatis assumptio est: & inter corruptionem atque incorruptionem ex noua societate cõiunctio. Mora sponsi, pœnitentiæ tempus est. Expectantium somnus, credentium quies est: & in pœnitentiæ tempore mors temporaria vniuersorum. Noctē media clamor, cunctis ignorantibus, tubæ vox est, Domini præcedentia aduentum: & vniuersos vt obuiam sponso exeant excitantis. Lampadum assumptio, animarum est reditus in corpora: earumque lux conscientia boni operis elucens, quæ vasculis corporum continetur. Prudentes virgines hæc sunt, quæ opportunum in corporibus operandi tempus amplexæ, in primum se occursum aduentus dominici præparauerunt. Fatuæ autem, quæ dissolutæ ac negligentes, præsentium tantum sollicitudinem habuerunt: & immemores promissorum Dei, in nullam se spem resurrectionis extēderunt. Et quia prodire obuiam fatuæ extinctis lampadibus non possunt: deprecantur eas quæ prudentes erant, vt oleū mutuēt. Quibus responderunt non posse se dare, quia non sit fortè quod omnibus satis sit: alienis scilicet operibus ac meritis neminem adiuuandum, quia vnicuique lampadi suæ emere oleum sit necesse. Quas hortantur vt redeant ad emendum: si vel sero præceptis Dei obsequendo, cū lampadum luce sponsi dignæ efficiantur occursum. Quibus morantibus sponsum ingressus est, atque vnā cum eo in nuptias, sapientes (quæ comparato lampadum lumine opperiebantur) introcunt: id est, in cœlestem gloriam, sub ipso statim aduentu dominicæ claritatis incedunt. Et quia iam pœnitentiæ nullum est tempus: fatuæ accurrunt, aperiri sibi aditum rogant. Quibus respondetur à sponso, quia nescio vos. Non enim in officio aduenientis affuerant, neque ad vocem tubæ excitantis occurrerant, neque introeuntium comitatu adhæserant: sed morantes & indignæ, introeundi ad nuptias tempus amiserant. *Sicut enim homo peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis sibi stantiam suam, & reliqua.*) Diuisio pecuniæ inæqualis est, sed non ad diuidentem referenda diuersitas est. Ait enim, vnumquēque secundum virtutem suā accepisse. Ergo in quantum quis capax esset accepit: & extra moderantis arbitrium est, quod erat in iure sumētis. Patrem familiās, seipsum esse significat. Peregrinationis tempus, pœnitentiæ spatium est: quo in cœlis à dextris Dei affidens, potestatem vniuerso generi hu-

mano fidei atque operationis euāgelicæ permittit. Igitur vnusquisque secundum fidei suæ mensuram, talentum, id est, euāgelij prædicationem, à prædicante suscepit. Hæc enim incorrupta substantia est, hoc Christi patrimonium æternis hæredibus referuatum. Sed feruus ille qui quinque talenta accepit, populus ex lege credentium est: ex qua profectus, meritum ipsius rectè probèque perfunctus, euāgelicæ fidei operatione duplicauit. In ratione autem ponenda iudicij examen est: quo cœlestis verbi vsus, & reditus dispensati talenti postulat. Igitur cui erant quinque commissa, Domino reuerso, de quinque decem obtulit: talis scilicet in fide repertus, qualis in lege: qui decem verborum quinque libris Moysi, præceptorum obediētiam per gratiam euāgelicæ iustificationis expleuerit. Igitur iubetur in gaudium Domini introire, id est, in honorē gloriæ Christi recipitur. Ille verò, feruus cui duo talenta commissa sunt, gentium populus est, fide atque confessione & filij iustificatus & patris: Dominus noster Iesum Christum Deum atque hominem & spiritum & carne confessus. Nam & corde fides, & ore confessio est. Hæc ergo huic sunt duo talenta commissa. Sed vt prior ille omne sacramētum in quinque talentis, id est, in lege cognouerit, idque ipsum fide euāgelij duplicauerat: ita iste incremento duum talentorum, atque operatione promeruit, ratione ac reditu dissimili. Par tamen à Domino munus amborum est, vt gentium fidem exæquatam credentium ex lege scientiæ nosceremus: nam cum laudatione eadem iubetur in gaudiū Domini introire. Est autem duplicatio sumptæ pecuniæ, operationem fidei addidisse: & quæ opinione crediderant, rebus factisque gessisse. Qui verò vnum talentum accepit, & in terram recondidit, populus est in lege persistens, totus carnalis & stupidus, & nihil spirituale intelligens: vt quem virtus prædicationis euāgelicæ non subeat, sed propter inuidiā saluandarum gentium, in terra receptum talentū absconderit: neque ipse vtens, neque vtendum alijs dispēset, sed sufficere sibi legem existimet ad salutem: atque ideo cum ab eo ratio expostularetur, ita ait: Timui te, tanquam per reuerentiam ac metum veterum præceptorum, vsu euāgelicæ libertatis abstineat, dicatque, Ecce quod tuum est, velut in his quæ Domino præcepta sunt fuerit immoratus. In terram verò abscondere, hoc est: nouæ prædicationis gloriā sub obtræctione corporis passionis occultare. Qui cum Christum dominū ad salutem gentium missum fuisse non posset abnuere (nam & aduentus & passio eius ex lege est) obtemperare tamen euāgelij ipse noluerit. Ait enim: *Scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & colligis vbi non sparsisti.*) Rerum præsentium natura non fert messem esse sine semine, & colligi quæ sparsa non fuerint: sed totus spiritualis hic sermo est. Diximus enim huc populum esse de lege, non ignorantem Domini aduentum & gētium salutem, sed infidelem: quippe cū sciat metendos illic iustitiæ fructus, vbi lex lata non sit: & colligendos ex gentibus, qui non ex Abraham sint stirpe dispersi: & idcirco durus hic homo sit, scilicet sine lege iustificatus, sine dispersione collectus, & sine fatione messurus. Atque ideo hoc magis sine venia erit cur prædicationem occultauerit, & commissum sibi talentum suffoderit, cum sciret messurum esse sine semine, & collecturū esse quæ non sparsit: sed potius oportuisse eum nummularijs dare, id est, vniuerso generi hominum, quod seculi negocijs occupetur, vsum crediti sibi talenti communicare, Domino reditus eius à

singulis

singulis postulaturo. Ob quam culpam, talentum ab eo non tam euāgelij quod suffoderat quàm legis auferretur, eique qui quinque duplicauerit datur: Domino dicente, *Omni enim habenti dabitur, & habundabit: qui autem non habet, etiam quod habet auferretur ab eo.*)

Potest quidem habens abundare: quia facile est per incrementum vel munificentiam, vel laboris, opulentum posse ditescere. Sed quo modo non habens habeat ad damnū? Hoc ideo, quia habentibus vsum euāgeliorum, etiam legis honor redditur: non habenti autem fidem Christi, etiam id quod ex lege habere sibi videbatur honoris, auferretur.

De aduentu filij hominis ad iudicium in maiestate sua.
Canon. XXXVIIII.

Matt. 25.

Quomodo autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, & reliqua.)

Omnem ipse rationem huius sermonis abfoluit. De iudicij enim tempore aduentumque commemorat, quo fideles ab infidelibus separabit atque ab infructuosis fructuosa discernet, hædos videlicet ab agnis, & in dextra ac sinistra collocans vnūquenque, digna aut bonitatis aut malitiæ suæ sede constituet: iudicis se in minimis suis, id est, iis qui sibi cum humilitatis suæ expectatione famulentur, & esurientibus alijs, & sitientibus potari, & peregrinantibus conseruari, & nudis contegi, & infirmis visitari, & sollicitis consolari. Ita enim in vniuersorum fidelium corporibus mentibusque transfunditur: vt hæc humanitatis officia, aut gratiam suam impensa mereantur, aut offensam negata commoueat. Post quem sermonem quo se venturum in reditu claritatis ostenderat, nunc passurum esse se admonet: vt sacramentum crucis, admixtum esse gloriæ æternitatis agnoscerent. Sumitur inter hæc perimendi eius à Iudæis consilium: & congregatis principibus sacerdotum, occasio tanti facinoris expectatur.

De muliere quæ accessit ad Iesum in domo Simonis leprosi, habens alabastrum unguenti preciosi.
Canon. XXXI.

Matt. 26.

Quomodo esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi, & reliqua.)

Sub ipso tempore passionis nō ex nihilo est, vt mulier vnguentū preciosum recumbentis Domini capiti infuderit. Dehinc, vt discipuli irascerentur & dicerent, vendi istud potius in vsu pauperum debuisset: tum, vt Dominus & mulieris factum comprobaret, & æternam cum prædicatione euāgelij operis huius esse memoriam sponderet: postremò, vt post id Iudas ad vendendam salutem eius erumperet. Mulier hæc in præfiguratione gētium plebes est, quæ in passione Christi gloriā Deo reddidit. Caput enim eius perunxit: caput autem Christi Deus est. Nam vnguentum boni operis est fructus, & propter corporis curam mulierum sexui maximè gratū est. Igitur omnem curam corporis sui, & totum preciosæ mentis affectum in honorem Dei laudemque transfudit. Sed discipuli fauore saluandi Israelis, vt sæpenumero commouentur: vèdi hoc in vsu pauperum debuisset. Sed neque mulier hæc venale vnguentum circumferebat, & pauperes fidei indignos instinctu prophetico nuncupauerunt: atque hanc gentium fidem emi potius ad salutem egeni huius populi debuisset. Quibus Domi-

nus ait, plurimum esse temporis quo habere curā pauperum possent: cæterum non nisi ex præcepto suo salutem gentibus posse præstari, quæ secum infuso mulieris eius huiusmodi vnguento sine consensu: quia regeneratio non nisi commortuis in baptismi professione redhibetur. Et idcirco vbi prædicabitur hoc euāgelium, narrabitur opus eius: quia cessante Israel: euāgelij gloria fide gentium prædicatur. Quæ amulatione in Iudæ persona Israel prophanus accessus, omni odio ad extinguendum nomen Domini incitatur.

De die prima æzymorum. Canon. XXX.

Quomodo autem die æzymorum accesserit discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi pascha manducare? & reliqua.)

Ibidem.

Discipuli ire ad quem hominem iubentur: & ei dicere quod cum eo Dominus pascha cum discipulis facere vellet. Qui præceptis obtemperauerunt, & pascha parauerunt. Sed oportuerat eos scire quod pergeret, & de hominis nomine edoceri. Alioqui incerti ad quem mitterentur, quomodo missi quæ præcepta fuerant exequerentur? Verum sermo prophetiæ, rerum præsentium effectibus admiscetur. Hominem enim, cum quo pascha celebraturus esset, non nominat: nondum enim Christiani nominis honor credentibus erat præstitus, qui verè sunt Deum mentis ac fidei oculis contuentes, vt cum eo pascha Domini apostolos præparare sciremus, cui in tempore Domini nouum nomen esset addendum. Post quæ Iudas proditor indicatur, sine quo pascha accepto calice & fracto pane conficitur: dignus enim æternorum sacramentorum communionem non fuerat. Nam discessisse statim hinc intelligitur, quod cum turbis reuersus ostenditur. Neque sanè bibere cum eo poterat, qui non erat bibiturus in regno: cum vniuersos, tum bibetes ex vitis istius fructu, bibiturus secum postea polliceretur. *Hymnusque dicto, in montem reuersi sunt.*) Consummatis scilicet vniuersis diuinorum mysteriorum virtutibus, gaudio

& exultatione communi in cœlestem gloriam efferuntur. Futuræ quoque eos infirmitatis admonuit, & nocte eadem omnes metu atque infidelitate turbandos. Cuius rei fides etiam auroritate prophetiæ veteris cõtinebatur, percusso pastore oues esse spargendas: se tamen resurgentem in Galilæam præcessurum esse, vt infirmitatem eorum sponione reditus sui consolaretur. Sed Petrus pro fidei suæ calore respondit, cæteris licet scandalizantibus nunquam se scandalizaturum. In tantum enim & affectu & charitate Christi efferebatur, vt & imbecillitatem carnis suæ, & fidem verborum Domini non cõtueretur: quasi verò dicta eius efficienda non essent. Cui ait: *Ante quàm gallus cantet, ter me negabis.*) Sed tam ille, quàm cæteri ne mortis quidem metu decessuros se de confessione nominis eius pollicentur. Ad omnem enim fe ministerij constantiam, intrepida fidei voluntate firmauerant.

Veni Iesus in agrum, qui dicitur Getsemani, & orat patrem, &c. Canon. XXXI.

Quomodo venit cum illis Iesus in agrum, qui dicitur Getsemani, & dicit discipulis suis: Sedete hic donec eam illuc orare.)

Matt. 26.

Fidem discipulorum, & constantiam deuotæ sibi voluntatis acceperat. Sed & turbandos & diffidiosos sciebat. Quos confidere in loco iubet dum progredieretur orare.

Q

Et assumpsit Petrus, Ioannem Zebedæi filios. Quibus assumptis, tristis esse mœstusque cepit: & ait, tristem animam suam vsque ad mortem esse. Aliquorum ea opinio est, quod cadere propter se mœstus in Deum potuerit, eumque futuræ passionis metus fregerit: quia dixerit, Tristis est anima mea vsq; ad mortem, & illud: Pater si possibile est, transeat a me calix iste. Et rursum: Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma. & ad postremum, bis ad ipsum: Pater si non potest hic calix transire, nisi illum bibam, fiat voluntas tua. Volunt enim ex infirmitate corporis erumnam spiritui adhaerere, ac si virtutem illam incorruptæ substantiæ, imbecillitatis suæ sorte assumptio carnis infecerit, & æternitas naturam fragilitatis acceperit. Quæ si ad metum tristis est, si ad dolorem infirma, si ad mortem trepida: iam & corruptioni subdita erit, & incidet in eam totius infirmitatis affectio. Erit ergo quod non erat, de angore mœsta, de timore sollicita, de dolore perterrita: ac sic æternitas demurata in metum, si potest esse quod non erat, potuit proinde hoc quod erat aliquando non esse. Deus autem sine mensura temporum semper est: & qualis est, talis æternus est. Aeternitas autem in infinito manens, vt in his quæ fuerant, ita in illis quæ consequentur extenditur: semper integra, incorrupta, perfecta, præter quam nihil quod esse possit extrinsecus sit relictum. Non ipsa in aliquo, sed intra eam cuncta: potes ita largiri nobis ipsa quod suum est, vt sibi nihil de eo quod sit largita decedat. Sed eorum omnis hic sensus est, vt opinetur metum mortis in Dei filium incidisse, qui asserunt nõ de æternitate prolatum, neque de infinitate paternæ substantiæ extitisse, sed ex nullo illum qui omnia creauit effectum: vt assumptus ex nihilo sit, & cœptus ex opere, & confirmatus ex tempore. Et ideo in eo doloris anxietas, ideo spiritus passio cum corporis passione. Ideo metus mortis, vt qui mortem timere potuit, & mori possit. Qui verò mori potuit, licet in futurum erit, non tamen per eum qui se genuit ex præterito sit æternus. Quod si per fidem vitæque probitatem capaces euangeliorum esse potuissent, scirent verbum in principio Deum, & hoc à principio apud Deum, & natum esse ex eo, qui erat, & hoc in eo esse qui natus est, quod is ipse est penes quæ erat antequam nasceretur: eandem scilicet æternitatem esse, & gignentis & geniti. Mori igitur nihil in Deo potuit, neque ex se metus Deo vllus est. In Christo enim Deus erat mundum reconcilians sibi. Sed introspectendus omnis hic sermo est, vt quia mœstum fuisse Dominum legimus, causas mœstitudinis reperiamus. Admonuerat superior omnes scandalizatos. Petrus de se cõfidens respondit, etiam si cæteri perturbarentur, se non commouendum: quem Dominus etiam ter se negaturum esse respondit. Sed & ille & cæteri omnes discipuli, ne si in ipsa quidem morte positi sint, pollicentur sese negaturos. Et procedens, iussit discipulos suos cõfidendum oraret. Assumptisque Petro, Iacobo & Ioanne: cepit tristis esse. Ergo non ante tristis est quam assumit, & omnis metus illis esse cepit assumptis: neque ita non de eo orta est, sed de his quos assumpserat, mœstus. Et quidem recordandum est, non alios hic assumptos fuisse, quam ipsos illos, quibus vêturus in regno suo filius hominis ostensus est: tum cum assistentibus in monte Moyse & Helia, toto æternæ gloriæ suæ honore circumdatus est. Sed quæ tum assumendorum eorum, eadem & nunc fuit causâ. Denique ait: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Nunquid ait:

ibid.

Tristitia quomodo in Christo.

Tristis est anima mea propter mortem? Certè non ita Nam si de morte erat metus, ad eam vtique referri per quam erat debuit. Sed aliud est vsque in id, aliud ob id metuere. Et causam nõ facit quicquid in fine est, quia vsque in id quod ab altero cœptum sit differatur. Superius igitur dixerat: Scandalum patiemini in me in ista nocte. Sciebat exterrendos, fugandos, negaturos: sed quia spiritus blasphemia nec hic nec in æternū remittitur, metuit ne se Deum abnegent, quem cæsum & conputum & crucifixum essent contemplaturi. Quæ ratio seruata in Petro est, qui cum negaturus esset, ita negauit: Non noui hominem. Quia dictum est vsque ad mortem. Non itaque mors, sed tempus mortis in metu est: quia post eam resurrectionis virtute fides esset firmanda credentium. Sequitur illud: *Sustinete & vigilate mecum. Et progressus procidit in faciem suam orans.* Manere secū peruigiles admonet. Sciebat enim ingruente zabulo fidem eorum consopendam. Et patrem secum vigilantiam imperat, quibus eadem passio imminerebat: deinde orat, *Pater meus si possibile est transeat a me calix iste. sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Transire a se calicem rogat. Nunquid ait: Transeat me calix iste? Hæc enim futura erat pro se timentis oratio: sed aliud est, vt transeat deprecari. In eo enim quod a se transit, ipse ille à molestia transeuntis excipitur. Qui autem, vt a se transeat rogat: non vt ipse prætereatur orat, sed vt in alterum id quod a se transit excedat. Nunquid impossibile erat non pati Cruciatum? Atqui superius fundadum in remissionem peccatorum, corporis sui sanguinem consecrauerat. Quomodo ergo ait: Pater si possibile est? & quomodo: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis? Totus igitur super his qui passuri erant, metus est: atque ideo quia non est possibile se non pati, pro his rogat qui passuri post se erant, dicēs: Transeat calix a me, id est, quomodo a me bibitur, ita ab his bibatur: sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Ideo autem si possibile est: quia & carni & sanguini horum grauis terror est, & difficile est eorū acerbitate corpora humana non vinci. Quod autem ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis: vellet quidem eos non pati, ne fortè in passione diffidant, sed cohæreditatis suæ gloriam sine passionis difficultate mereantur. Non ergo vt non patiantur rogat dicens: Non vt ego volo: sed vt quod pater vult, bibendi calicis in eos ex se transeat firmitudo: quia ex voluntate eius non tam per Christum vinci diabolum, quam etiam per eius discipulos oportebat. Post quæ ad discipulos redit, & dormientes deprehendit: & Petrum coarguit, cur secum vna saltem hora non vigilet. Petrum ideo ex tribus, quia præ cæteris non se scandalizaturum fuerat gloriatus. Superioris autem metus sui indicat causas, dicens: *Orate ne intretis in tentationem.* Hoc erat igitur quod volebat, & ideo in oratione tradiderat: Non inducas nõs in tentationem, sciens quid in nos infirmitati carnis liceret. Cur autem ne in tẽtationem venirent orare eos admonuisset, ostendit dicens: *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.* Non vtique de se: ad eos enim hic sermo conuersus est. Aut quomodo nunc sit spiritus promptus, si superius tristis est anima vsque ad mortem? Sed vigilare præcepit & orare: ne in tentationem incidant, ne infirmitati corporis succumbat. Et idcirco si possibile est, vt a se transeat calix orat: quia bibendi eius, caro omnis infirma sit. Rursum verò discēdēs orauit dicēs:

Blasphemia in spiritum.

Pater

Pater si non potest transire calix iste nisi illum bibam, fiat voluntas tua. Passuris discipulis per fidei iustificacionem, omnem in se corporis nostri infirmitatem assumpsit: cruci quæ secum vnuerfa ea, quibus infirmabamur affixit. Ideo peccata nostra portat, & pro nobis dolet: quia fidei in nobis calore seruente, cum aduersum diabolum passionis bello sit decertandum, omnes imbecillitatum nostrarum dolores cum corpore eius & passione moriuntur. Et ideo transire ab eo calix non potest, nisi illum bibat: qui pati nisi ex eius passione non possimus. Verum quod iterum reuersus reperit dormientes: ostendit absentia suæ tempore plures quodam fidei somno detinēdos. Sed rursum orauit, idem repetens: reuersusque qui vigilare iusserat, qui conpositos obiurgauerat, *Dormite iam & requiescite.* Post orationem frequentem, post discursus recursumque multiplices, metum demit, securitatem reddit, in requiem adhortatur, voluntatem patris iam de nobis securus expectat dicens, *Fiat voluntas tua:* quia transiture in nos calicem bibens, infirmitatem corporis nostri, & timoris sollicitudinem, & ipsium dolorem mortis absorberet. Quod autem ad eos reuertēs, dormientesque reperiens primū reuersus obiurgat, secundò silet, tertio quiescere iubet: ratio ista est, quod primū post resurrectionem dispersos eos & diffidentes ac trepidos deprehēdit: secundò, misso spiritu paraclēto, grauitatis ad contuendam euāgelij libertatem oculis, visitauit. Nam aliquandiu legis amore detenti, quodā fidei somno occupati sunt. Tertio verò, id est, claritatis suæ reditu, securitati eos quietique restituit.

De Iuda, qui erat vnus de duodecim discipulis, veniente ad Iesum cum plurima turba et eum traderet. De gladio quem iussit Petro conuertere in locum suum. Canon. XXXII.

Et adhuc eo loquente, Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo plurima turba. In his omnibus passionis est ordo. Sed in osculo Iudæ hæc fuit ratio: vt doceremur inimicos omnes, eosque quos scimus defauituros in nos esse, diligere. Osculū enim eius Dominus non respuit. Quod autem ait Iudæ, *Fac quod facis,* citò traditionis suæ potestatem sub verbi huius conditione præmittit. Nam qui iuris sui habebat aduersum traditores aduocare plusquam duodecim legiones angelorum, longè facilius vnus hominis & consilijs & artibus potuisset occurrere. Denique Pilato ait: Non haberes in me potestatem, nisi data tibi esset. Dat igitur in se potestatem dicēdo: *Fac quod facis:* scilicet quia voluntatis criminis pro facti pensatur inuidia, re perageret, quod voluntate iam faceret. *Vnus autem ex his qui erant cum eo, gladium exerebat, seruo principis sacerdotum autem abscondit: cuiusque Dominus ait, Conuertere gladium tuum in locum suum.* Omnes enim qui gladio vtuntur, gladio peribunt. Ergo hic ipse iam iudicatus est, quia gladio vtens gladio interibit? Sed non omnibus gladio vtentibus mors solet esse per gladiū. Nā plures, aut febris, aut alius accidēs casus absumit: qui gladio aut iudicij officio, aut resistendi latronibus necessitate sint vsi. Igitur ab apostolo seruo principis sacerdotum auricula defecatur: populo videlicet sacerdotio seruienti, per Christi discipulū inobediēs auditus exciditur, & ad capacitatem veritatis hoc quod erat inaudiens amputatur. Turba autem omnis aduersus Dñm gladijs armata processerat. Recōdi gladiū præcepit: quia eos nõ humano, sed oris

1000. 19.

sui gladio esset percipitur. Cæterum si secūdum sententiā eius omnis gladio vtēs gladio periretur: rectè ad necē eorū gladius exerebatur, qui eodē vtēbantur ad faciē. Reliqua verò gestorū ordinē habēt. Falsi testes cõquiriti: sacerdotes eius ipsius in quā gloriabatur legis ignarus, etiā sacramēto, an ipse Christus esset fidē quærēs: quasi occultē de eo lex prophetæ; loqueretur. Quin etiā is ipse Christū est confessus inuitus, Dño dicente: Tu dixisti. Cuius maiestate audita vestē sibi discidit, ipsum videlicet quo contegebatur velamentū legis abrumpēs. In palmis verò atq; spitis, ad consummandā hominis humilitatē, vnuerfa in eū contumeliarū genera exerebantur. Diligenter autem contuendū est, qua conditione Petrus negauerit: quāquam de hoc superius tractatū est. Nam primo ait, nõ se intelligere quid diceret: sequēti, non se ei adhæreset: tertio verò se hominem non nõsse. Et verè propē iam sine piaculo hominem negabat, quē Dei filiū primus agnouerat: tamen quia ex infirmitate carnis vel ambiguus extitisset, amarissimè fleuit, recolens trepidationis istius culpam, se nec admonitum potuisse vitare. Traditur deinde Pilato gentium iudici. Nõ enim iudicari reus poterat ex lege, ipse sine dolo atque peccato. *Tunc videns Iudas, qui eum tradiderat quoniam damnatus esset, &c.* Iudas agens pœnitentiā, precium sanguinis Christi reddidit sacerdotibus: vt licet ipse venditi sanguinis iusti autor esset, tamē euentium infidelitatem ipsa professio vendentis argueret. *Qui responderunt, Quid ad nos? Tu videris.* Professio audax atque cæca est. Emisse se iusti sanguinem audiunt, & extra iudicij reatum futuros esse se credunt: cum tamen dicendo, *Tu videris,* facinus ipsum in vendente constituitur, contra autem vendentis testimonio scelus euentium confirmetur. Secedens itaque suspendit se, damnato Christo. Ita mortis Iudæ tempus est comparatum, vt sub passione Dñi commotis in fernis que omnibus & reuulsis, & in obliuionem officij sui vnuerforum elementorum procuracione stupefacta: nec inter mortuos visitaretur, nec inter viuos post resurrectionem haberet pœnitentiæ facultatem. De argenteis verò redditus, quia precij sanguinis esset, neque in ad corbanā, id est, in oblationū peccunia admiseri liceret: consilio inito emitur ager figuli, & in sepulturā peregrinorū deputatur. Magnū in hoc prophetiæ sacramentum, & in factis & in dictis miraculi plena meditatio. Figuli opus est de luto vasa formare: cuius in manu sit, ex luto eodē vas, aut id ipsum, aut pulchrius reformare. Agrū autē seculū nun cupari, ipsi Domini nostri verbis continetur. Christi ergo precio seculum emitur, id est, vnuerfita eius acquiritur: & in sepulturā peregrinorū atq; inopū deputatur. Nihil hinc pertinet ad Israel, & totus hic seculi empti vsus alienis est: his videlicet, qui in precio Christi sanguinis sepelientur, quo vnuerfa sunt empta. Omnia enim à patre accepit, quæ in cœlis & que in terra sunt, & ideo hic ager figuli est, quia Dei omnia sunt: cuius in manu sit, nos vt velit tanquā figulus reformare. In hoc igitur agro Christo cõmortui & cõsepulti, huius peregrinationis nostræ æternā requiē sortiemur. In cuius rei fidē Hieremiæ prophetia subditur, vt in facti istius opere tãtè ante diuinæ vocis autoritas ostēderetur. *Interrogati autem Pilato, an ipse esset rex Iudeorum, respondit: Tu dicis.* Sed perquam diuersus sermo est, qui fuerat ad sacerdotem. Illi enim quærenti, an ipse Christus esset, dixerat: Tu dixisti. Hoc ideo, quia lex omnis venturum Christum prædicauerat, respōdetur tanquam de præ-

Idem An. hysius.

Matth. 27.

Q. ij

teritis sacerdoti, quia semper venturum Christum ex lege ipse dixisset: huic vero legis ignaro, in interroganti an ipse esset rex Iudæorum, dicitur, Tu dicis: quia per fidem presentis confessionis salus gentium est, & quod hoc de se ille qui antea ignorabat loquatur, quod hi negent qui antea loquebantur.

De Pilato cum sederet pro tribunali, & cum misisset ad illum uxorem suam, dicens: Nihil tibi sit & iusto isti. De transeuntibus iuxta crucem, &c. Canon. XXXIII.

Math. 27.

Edente autem Pilato pro tribunali, misit ad illum uxorem suam dicens: Nihil tibi sit & iusto isti. Species in ea gentium plebis est: quæ iam fidelis, eum cum quo conuersabatur in credulum populum, ad Christi fidem aduocat. Quæ quia ipsa multum sit passa pro Christo, in eandem gloriam futuræ spei illum cum quo conuersabatur inuitat. Denique Pilatus & manus lauit, & populo Iudaico innocentem se à Domini sanguine esse testatur: quia Iudæi suscipiunt in se ac filios suos fusi Domini sanguinis crimen, quotidie in confessionem fidei ablutum gentium populus demigrat. Offerenti verò Pilato, ut secundum solennis diei priuilegium, quo vnus ex reis postcentibus dimitti oportebat, ut Iesum absolueret: Barraban potius hortatibus sacerdotibus populus elegit. Interpretatio autem nominis Barraba, est patris filius. Iam itaque arcanæ futuræ infidelitatis ostenditur, Christo patris filium præferendo, antichristum scilicet hominem peccati & zabolii filium: potiusque adhortantibus principibus suis, eligunt damnationi reseruatam, quam salutis autoris. Cæso deinde Domino imponitur chalmys coccinea & vestis purpurea, & corona spinea, & harudo dextra: & genu positò adoratur, illuditur, susceptis videlicet omnibus corporis nostri infirmitatibus: omnium deinde martyrum, quibus regnum secum erat debitum, sanguine in cocci colore perfunditur: preciosoque prophetarum ac patriarcharum in purpura honore vestitur. Spinis quoque, id est compungentium quondam peccatis gentium coronatur: vt ex rebus perniciosis atque inutilibus, quæ capiti eius, id est, Deo circumdata moliantur, gloria quæreretur. Peccatorum est enim aculeus in spinis, ex quibus Christo victoriæ corona contexitur. In calamo verò, earundem gentium infirmitas atque inanitas manu comprehensa firmatur: quin etiam capiti eius illiditur. Capiti, vt opinor, de ictu calami non grandis iniuria est: sed typica in eo ratio seruatur, vt infirmitas gentium corporum manu Christi comprehensa, etiam in Deum patrem, qui caput eius est, acquiescat. In his autem omnibus Christus dum illuditur adoratur. (Precedentes autem, homini cuiusdam Cyrenensis lignum passionis imponunt.)

Barabbas quid.

Indigus enim Iudæus erat Christi crucem ferre: quia fidei gentium erat relictum & crucem accipere & cõpati. Locus deinde crucis talis est, vt positus in medio terræ, & tanquam in vertice huius vniuersitatis insistentis, ad capessendam Dei cognitionem vniuersis gentibus esset æqualis: Oblatum quoque vinum fellis admixtum bibere recusauit: non enim æternæ gloriæ incorruptioni peccatorum amaritudo miscetur. Vestis verò eius sorte potius diuisa quam scissa, mansuram incorruptionem corporis indicabat. Atque ita in ligno vitæ cunctorum salus & vita suspenditur: cui duo latrones, læuæ ac dextræ affiguntur, omnem humani

generis vniuersitatem vocari ad sacramentum passionis Domini ostendentes. Sed quia per diuersitatem fidelium atque infidelium, fit omnium secundum dextram sinistramque diuisio: vnus ex duobus ad dextram situs, fidei iustificatione saluatur. Additur etiam illud opprobrium, quo se ipse Israel infidelitatis arguere indicatur: Hic est qui destruebat templum Dei, & in triduum illud reedificabat. Hoc igitur maximum omnium, & veluti difficilimum imponitur. Quid ergo veniæ erit, cum post triduum reedificatum Dei templum in corporis resurrectione cernetur? Quod autem latrones ambo conditionem ei passionis improbrant: vniuersis etiam fidelibus scandalum crucis futurum significat. Nox autem ex die, diuisio temporis est. Ita enim tertius dierum trium totidemque noctium numerus expletur: & occultum diuinæ operationis mysterium totius creationis stupore sentitur. Clamor verò ad Deum, corporis vox est: recedentis à se verbi Dei contestata disfidium. Denique cur relinquitur exclamat, dicens

Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Sed relinquitur, quia erat homo, etiam morte peragendus. Quin etiam hoc quod per calamum datum in sponsia acetum, cum gustasset proclamans spiritum reddidit, diligenter est contuendum. Vinum & honor est immortalitatis & virtus: quod per vitium aut incuriæ aut vasis coactescit. Hoc igitur cum in Adam coactuscisset, ipse accepit & potauit ex gentibus. In calamo enim ex sponsia vt potaret offertur, id est, ex corporibus gentium vitia corruptæ aternitatis accipit, & in se atque immortalitatis communione ea quæ in nobis erant vitia transfudit. Denique in Ioanne postquam potauerat dixit, Consummatum est: quia omne vitium humanæ corruptionis hausisset. Et quia nihil agendum esset extrinsecus, spiritum cum clamore magnæ vocis emisit: dolens non omnium se peccata potare. Et deinceps velum templi scinditur: quia inde populus est diuisus in partes, & veli honor cum custodia angeli protegentis aufertur. Mouetur terra: Capax enim huius mortui esse non poterat. Petri scissæ sunt: Omnia enim tum valida & fortia penetrat Dei verbum & potestas æternæ virtutis iruperat. Et monumenta aperta sunt: Erant enim mortis claustra reserata. Et multa corpora sanctorum dormientium surrexerunt. Illuminas enim mortis tenebras, & infernorum obscura collustrans: in sanctorum ad presens conspitorum resurrectionem, mortis ipsius spolia detrahebat. Vt autem infidelitatis facinus Israeli accumularetur: centurio & custodes hanc totius naturæ perturbationem contuentes, Dei filium confitentur. Quod autem à Ioseph rogato Pilato vt corpus redderet, & sindone inuoluitur, & in monumento nouo in petra exciso ponitur, & saxum monumenti ostio aduoluitur: quantum sit ordo gestorum & sepelire eum esset necesse, qui resurrecturus esset ex mortuis, tamen non sine rerum aliquarum momento expressa sunt singula. Ioseph apostolorum habet speciem: & idcirco quantum in duodecim apostolorum numero non fuerit, discipulus Domini nuncupatur. Hic munda sindone corpus inuoluit. Et quidem in hoc eodem linteo reperimus de cælo ad Petrum vniuersorum animatum genera summissa. Ex quo fortè non superflue intelligitur sub linteis huius nomine conspeliari Christo ecclesiam: quia tum in eo, vt in cõfusione ecclesiæ, mundorum atque immundorum animalium fuerit congesta diuersitas. Domini igitur corpus tanquam per apostolorum

Joan. 19.

apostolorum doctrinam infertur in vacuum & in nouam requiem lapidis excisi: scilicet in pectus duritiæ gentilis quodam doctrinæ opere excisum Christus infertur, rude scilicet ac nouum, & nullo antea ingressu timoris Dei peruium. Et quia nihil est, quod præter eum oporteat in pectora nostra penetrare, lapis ostio aduoluitur: vt quia nullus antea in nos diuinæ cognitionis autor fuerat illatus, nullus absque eo postea inferatur. Metus deinde furandi corporis, & sepulchri custodia atque obsignatio, stultitiæ atque infidelitatis testimonium est: quod signare sepulchrum eius voluerit, cuius præcepto conspexissent de sepulchro mortuum suscitatum, Mortus verò terræ tempore minuto diei dominici resurrectionis est virtus: cum cõfuso mortis aculeo, & illuminatis illius tenebris, resurgente virtute cœlestium Domino, infernorum trepidatio commouetur. Angelus verò terre & cœlo descendens & lapidem reuoluens, & sepulchro adfidens: misericordiæ Dei patris insignis est, resurgenti filio ab inferis, virtutum cœlestium ministeria mittentis. Atque adeo prior esse resurrectionis est index, vt quodam famulatu paternæ volûtatis resurrectio nunciaretur. Sed cõfessum Dominus mulierculis per angelum adhortatis occurrit, & consalutat: vt nunciata expectantibus discipulis resurrectionem, non angeli potius quam Christi ore loqueretur. Quod verò primum mulierculæ Dominum vident, salutatur, genibus aduoluntur, nunciare apostolis iubentur, ordo in contrarium causâ principalis est redditus: vt quia à sexu isto cœpta mors esset, ipsi primum resurrectionis gloriæ, & visus & fructus & nunciis redderetur. Emitur verò à custodibus, qui omnia hæc viderant, argento resurrectionis silentium, & mendacium furti, honore scilicet seculi & cupiditate: quia in pecunia honor eius est, Christi gloria denegatur.

FINIS.

DIVI HILARII PICTAVORVM EPISCOPI IN PSALMORVM EXPLANATIONEM PROLOGVS.

Psalmorum varia diuisio.

ARIAS esse plurimorum de psalmorum libro opiniones, ex libris ipsis quos scriptos reliquere, compertum habemus. Nam aliqui Hebræorum eos in quinque libros diuisos volunt esse: vt sit vsque in quadragesimum psalmum liber primus, & à quadragesimo vsque ad Septuagesimum primus liber secundus, & eo vsque ad octogesimo octauum liber tertius, & vsque in centesimum quintum liber quartus: ob quod homines in consummatione sua habeant, fiat, fiat, Concludatur deinde in centesimo quinquagesimo psalmo liber quintus. Alij verò ita inscribendos psalmos existimauerunt: Psalmi David, quo titulo intelligi voluit, eos omnes à David fuisse conscriptos. Sed nos secundum apostolicam autoritatem, librum psalmorum & dictum meminimus: Scriptum est enim in libro psalmorum: Fiat domus eius deserta, & episcopatu eius accipiat alter. Ergo neque secundum quosdam Hebræos quinque libri, neque secundum plurimorum simplicitatem psalmi David dicendi sunt: sed secundum apostolicam autoritatem liber psalmorum esse noscendus est.

Autores

Sunt autem plures eorundem psalmorum scriptores.

Nam aliquibus David autor præscribitur, in aliquibus Salomon, in aliquibus, Asaph, in aliquibus Iditum, in aliquibus filiorum Choræ, in aliquo Moyfi. Ex quo absurdum est psalmos David cognominare: cum tot autores eorum ipsis inscriptionum titulis edantur. Et liber psalmorum rectius esse dicitur: diuersis in vnus volumen prophetis, diuersorum & autorum, & temporum congregatis. Visum autem aliquibus est, Hieremiæ, & Aegæi, & Zachariæ, quorundam psalmorum superscriptionibus nomina prænatura: quum horum nihil in authenticis Septuaginta translatorum libris ita editum reperitur: adeo vt etiam in plurimis Latinis & Græcis codicibus, sine horum nominibus simplices tantum psalmorum tituli præferantur. De his autem qui sine autorum nominibus sub diuersis superscriptionibus habentur, antiquorum virorum ista traditio est: quod ex eo psalmo, cuius autor in superscriptione proponitur, qui deinceps sine autorum superscriptione succedunt, eius esse existimandi sunt, qui anterioris psalmi autor inscribitur, vsque in eum psalmum, quo nomē alterius autoris præferatur. Vt si psalmi alicuius superscriptio talis sit: Psalmus David: cæteri qui sine titulo consequantur, David esse credatur, donec propheta alterius nomē in superscriptione ponatur: & ex eo vsque in alterum prophetam, qui sine inscriptione medijs sunt, eius sint, qui in anterioris psalmi superscriptione autor cœptus sit anteferri. Quod si fortè aliquis per id intelligentiæ huic fidem detrahet, quod in his psalmis, qui in eum psalmum cui Moses autor prælati sunt, subsequuntur, scriptum sit, id est, in nonagesimo octauo, Moses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuhel inter inuocantes nomen eius, nõ posse à Mose eum prophetarum videri oportere, cum Samuhel nomen, qui tanto postea quam Moses natus est, extet in psalmo: meminere, nulli mirum aut difficile videri oportere, vt tantus propheta tanti prophetæ, postea licet futuri nomē addiderit: cum in regnorum libris Io. 3. Reg. 13. fia regis sit antequam nascatur, prophetatum, propheta dicente: Altarium, altarium, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur David, Iosias nomen eius. Per quod nõ incredibile esse oportere, vt Samuhel à Mose prædicatus sit, Maxime cum secundum Hieremiam dicentem: Nec si stet Moses & Samuhel, Mosi cognominatus & coæquatus sit ex merito sanctitatis. Quæ traditio (ab Esdra quantum creditur, psalmos post captiuitatem in vnus librũ colligente, profecta) si falsa aut improbabilis existimabitur: ab his qui cõtradicit, autores horum psalmorum demonstrari necesse est. Absolutum enim est, non potuisse eos nisi prophetis prophetantibus prophetari: Non est ergo ambigendum, ea quæ in psalmis dicta sunt, secundum euangelicam prædicationem intelligi oportere: vt ex quacunque licet persona prophetæ scriptus sit loquutus, tamen totum illud ad cognitionem aduentus Domini nostri Iesu Christi, & corporationis, & passionis & regni & resurrectionis nostræ gloriam virtutemque referatur. Sunt autem omnes prophetæ ad mundilium sensum, & prudentiam seculi clausæ atque obsignatæ, secundum illud Esaiæ: Et erunt vobis omnia verba hæc, tanquam eloquia libri huius signati. Quod si quidem homini scienti literas dicitur: Lege ista, dicit: Non possum legere, signatum est enim. Et si dabitur liber hic in manus homini nescienti literas, & dicitur: Lege hunc, respondet: Nescio literas. Imperitia legendi & intelligendi librum prophetæ sub persona vtriusque hominis monstrata est, cum intelligentia docti ad legē-

psalmorum qui certi qui dubij.

psalmi sine titulis.

Nomen ad in prophetis etiam nõ nã.

Esdra psalmorum Esra archus.

Psalmi cantant euangelicam historicam.

Obscuritas in psalmis. Esai. 29.

Summa ar-
gumēti psal-
morum.

LUC. II.

Fides aperit
prophetia re-
condita.

APOC. 3.

APOC. 5.

LUC. 24.

dum, signaculum clausi, mysterij non adeuntis, illius A
 indocti ignorantia per communem vtriusque intelli-
 gendi inopiam comparatur. Sunt enim vniuersa alle-
 goricis & typicis contexta virtutibus: per quæ omnia
 vniuersi Dei filij in corpore & gignendi, & patiedi,
 & moriendi, & resurgendi, & in æternum conglorifi-
 catis sibi qui in eum crediderint, regnandi, & ceteros
 iudicandi sacramenta panduntur. Et quia scribæ & pha-
 rissai Dei filium natum in corpore non recipientes, om-
 nibus prophetica intelligentia aditum denegarent, sub
 denunciatione poenæ ita à Domino arguuntur: Væ
 vobis legis doctores, qui abstulistis clauem scientiæ.
 Ipsi non introitis, & introeuntes non finitis introire.
 Negantes enim Christum, cuius aduentus opus est pro-
 phetarum, clauem scientiæ abstulerunt: quia cogni-
 tionem legis, quæ aduentum Domini corporeum præ-
 dicauit, fides corporei aduentus abnegata, præcludit.
 Et hoc quidem ex omni scripturarum prophetarum
 genere dictum esse intelligendum est: vt nisi in adq̄-
 tum Domini ex virgine in hominem procreandi in-
 tellecta & recognita fuerint, intelligentia earum vis
 obsignata habeatur & clausa. Tamen nequaquam psal-
 morum librum nisi per fidem aduentus eius posse in-
 telligi, ita beati Ioannis Apocalypsi docemur: Et an-
 gelo Phaladelphia Ecclesiæ scribe. Hæc dicit sanctus
 & verus qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo
 claudet: qui claudit, & nemo aperit: Clauem igitur
 Dauid habet, quia ipse per hæc vi quadam signacula
 quæ de corporalitate eius, & passione, & morte, & re-
 surrectione, & gloria, & regno & iudicio Dauid de
 eo in psalmis prophetat, absoluit: aperiens quod nemo
 claudet, & claudens quod nemo aperit. Quia per
 hanc quæ in illo expleta est prophetiam, aperiet, quod
 nemo præcludet: & contra expleta in eo prophetiæ
 fide abnegata, claudet quod nemo possit aperire. Nul-
 lus enim nisi ille in quo hæc propheta & expleta sunt,
 clauem intelligentiæ huius impartiet. Denique id ip-
 sum consequenter docuit dicens: Et vidi super dex-
 tram sedentis in throno librum scriptum deintus & de-
 foris, signatum signaculis septem: & vidi alterum an-
 gelum validum, prædicantem voce magna: Quis est
 dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Et
 nemo potuit, neque in caelo, neque in terra, neque in-
 fra terram aperire librum, neque videre ipsum. Et fle-
 bam, quia nemo dignus repertus esset aperire librum,
 neque videre ipsum. Et vnus de senioribus ait mihi:
 Noli flere, ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid,
 aperire librum, & septem signacula eius. Liber iste, &
 præterita, & futura in his, quæ intus & foris scripta e-
 rant, continens, à nemine dignus est aperiri: & apo-
 stoli fletus ob desiderium intelligentiæ, & dolorem
 difficultatis exoritur. Sed vicit leo ex tribu Iuda, &
 radix Dauid, librum & signacula eius: aperire: quia
 solus septem illa, quæ superius docuimus, signacula,
 quibus liber clausus est, per sacramentum corporatio-
 nis suæ & diuinitatis absoluit. Id ipsum autem Domi-
 nus post resurrectionem testatus est, dicens: Quoniam
 oportet omnia impleri quæ scripta sunt in lege Moy-
 si, & in prophetis, & in psalmis de me. Per hæc ergo
 omnis prophetiæ liber & signatus & clausus est: quia
 creditis his quæ impleta per eum sunt, cuncta illa quæ
 signata & clausa sunt, & aperientur, & absoluuntur. Et
 quanquam omnia, à diuino spiritu per Dauid dicta esse,
 ipsa Domini professione nossemus: tamen etiam id ip-
 sum prophetiæ huius species docet, supernæ & cœles-
 tis in eo doctrinæ scientiæ extitisse. Eo enim cum or-

gano prophetatū est, Græcè psalterio, Hebraicè Na-
 bla nūcupato: quod vni omnium musicorum organorum
 rectissimū est, nihil in se vel peruersum continens, vel o-
 bliuū. Neque quod ex inferioribus locis in sonum
 concentus musici commouetur, sed in formam domini-
 ci corporis constitutum organū, sine vilo inflexu de-
 flexuue directum est: organum ex supernis comotum
 & impulsū, & in cationē supernæ & cœlestis institu-
 tionis animatum, nō humili & terreno spiritu, vt cæ-
 tera terræ organa, personum. Nō enim ille humilia at-
 que terrena in ipso corporis sui organo prædicauit, si-
 cut ipse testatur est: Qui est de terra, de terra est, & de
 terra loquitur: qui autem de caelo venit, quæ vidit &
 audiuit, testatur. Per hūc ergo supernū spiritum Deus
 catur in psalmis: in forma Domini ci corporis, in quo
 cœlestis spiritus est loquutus: forma quoque terrena
 huius & musici, & ex supernis concinētis organi, com-
 parata. Non est autem ignorandum, in discretum apud
 Hebræos numerum esse psalmorum, sed sine ordinis
 annotatione esse conscriptos. Non enim illic primus,
 secundus, aut tertius, aut quinquagesimus, aut cente-
 simus prænotantur: sed sine præscriptione aliqua ordi-
 nis numerique permixti sunt. Esdras enim, vt antiquæ
 traditiones ferunt, incompositus es, & pro autorum
 ac temporum diuersitate dispersos, in volumen vnum
 collegit & retulit. Sed septuaginta seniores, secundum
 Moyli traditionē ad custodiendam legis doctrinam in
 synagoga manētes, posteaquam illis à rege Ptolemæo
 transferēda ex Hebræo in Græcum sermonem totius
 legis cura madata est: spirituali & cœlesti scientia vir-
 tutem psalmorum intelligētes, in numerum eos atque
 ordinem redegerunt: singulis quibusque numeris pro-
 efficientia sua in absolute perfectione, perfectorum &
 efficientium psalmorum ordinem deputantes. Et quan-
 quam id ipsum ex singulorum psalmorum virtutibus intelli-
 gi possit: tamē absolutissimè in gestorum & tēporū histo-
 ria docemur, psalmorum scilicet collatione secundum
 perfectorum numerorū esse efficiētā ordinatas. Psalmus
 enim tertius secundū historiā quinquagesimo psalmo
 posterior est: inscriptio nanque vtriusque multo in-
 teruallo temporis ætatisque diuersa est. Nam ille quæ
 sub Vria & Dauid sunt gesta, completitur: ille autem
 fugam Dauid Absalon filio suo olim persequente sig-
 nificat: & virtus ac sacramentū numeri perficit, hunc
 & illum pro competentibus & sibi congruis numeris
 collocari. Inscriptio verò quinquagesimi psalmi, se-
 cundum historiā quinquagesimi & primi psalmi in-
 scriptione posterior est. Sed quinquagesimi numeri
 virtus & defectio exigebat, & Doech Idumei impæ-
 nitens in Dauid odium postulat, anteriorem post-
 poni, & posteriorē anteferri: vt remissio peccatorum
 in numero quinquagesimo collocaretur, & pena per-
 fidie numerum constituta remissionis excedens care-
 reret venia, cum & tempus & numerum poenitentiae
 perdidisset. Nam cum in quinquagesimo, in quo est
 sabbata sabbatorum secundum Iubilei anni præfor-
 mationem peccatorum remissio sit constituta: com-
 petēter hic psalmus in quo poenitentia antelata pec-
 catorum remissio postulat, in ordine est huius nu-
 meri collocatus. Tribus verò quinquagesimis psal-
 morum liber continetur: & hoc ex ratione ac numero
 beatæ illius nostræ expectationis existit. Nanque qui
 & prima quinquagesima, & secunda deinde quin-
 quagesima psalmum, & tertia rursum quinquagesi-
 ma in qua finis est, libri consummationem diligenter
 aduertat: prouidentiam dispositorem in hunc ordinē
 psalmorum

psalterium
quid sit.

Christi au-
pus psal-
mum est.
Ioa. 3.

Quatuor-
que psalmus

Septuaginta
addiderunt
numeros.

Mysterium
merorum a
psalmis.

ogdoas in
euangelijs.

Tribus.

psalmorum cum dispensatione salutis nostræ intelli-
 get conuenire. Cum enim primus gradus sit ad salutē
 in nouū hominē post peccatorū remissionem renasci,
 sitque post poenitentia confessionē regnū illud Domi-
 ni in sanctæ illius ciuitatis & cœlestis Hierusalē tem-
 pora reseruatum, & postea consummata in nos cœles-
 gloria in Dei patris regnū per regnū filij proficiamus,
 in quo debitas Deo laudes vniuersitas spiritū prædi-
 cabit: facillē intelligimus in singulis psalmorum virtuti-
 bus sub quinquagenariæ numero collocatis sacramen-
 tum dispensationis huius quinquagenariæ contineri.
 Esse autem hæc sabbata sabbatorū, septenarius nume-
 rus per septem in septuaginta connumeratus ostendit:
 quem tamen ogdoas, quia dies eadem prima quæ octa-
 ua, secundum euangelicam plenitudinem in vltimo
 sabbato adiecta consummat. Et hæc quidem sabbata
 sabbatorū ea ab apostolis in singulis connumerata sunt, vt
 his quinquagesimæ diebus nullus neque in terrā strato
 corpore adoraret, neque ieiunio festiuatē spiritualis
 huius beatitudinis impediret: quod id ipsum extrinse-
 cus etiam in diebus dominicis est constitutum, qui vlti-
 ma sabbati numerum per plenitudinem euangelicam
 prædicationis accedunt. Nanque cum in septimo die
 sabbati sit & nomē & obseruantia constituta: tamen
 nos in octaua die, quæ & ipsa prima est, perfecti sabbati
 festiuitate lætamur. Et dignum est hanc ogdoas
 perfectam sacramentis cœlestibus virtutem, in psalmo
 eo qui octauo in numero dispositus est, conueniri, cui
 pro torcularibus titulus adiectus est: vasculis in nouos
 fructus præparatis. Et ad feruentis musti liquorē conti-
 nendum innouatis. Et numerus iste, ad percipiendos
 fructus euangelicos, caducis his corporū nostrorum va-
 sculis reformatis secundū ogdoas est euangelicam
 destinatus. Et hoc psalmi istius textus & sermo testa-
 tur. Ogdoas quoque istius virtus, etiā in virtute sex-
 ti psalmi & numeri, quo pro octauo oratio est contine-
 tur: & hoc numeri ratio perficit, vt & in sexto pro o-
 ctauo esset oratio, & in octauo titulus pro torcularibus
 adderetur. Tribus autē in numeris hæc torcularium su-
 perscriptio reperitur. Nam & octauus, & octogesima,
 & octogesima tertius psalmus hunc habet titulum, vt
 in numeris perfectis perfectæ huius beatitudinis ordo
 consisteret: ita tamen, vt simpliciter ogdoas, & ogdoas
 decadem, sacramentum triadice (quæ à nostris trini-
 tas est nuncupata) concluderet. Et hanc quidem og-
 doas perfectionem, etiam in centesimo atque deci-
 mo octauo psalmo cognoscere possumus. Nam in octo-
 num numerum per octonos versus secundū Hebræos
 singularum literarū initia collecta sunt: sed & ipsa vir-
 tus psalmi sacramentum ogdoas edocet. Sunt autem
 in eo ogdoas viginti duæ. Nam octoni versus singu-
 larum literarum inijs deputantur: & hoc ea ratione
 efficitur, vt quia psalmus iste perfectum virum secun-
 dum doctrinam euangelicam consummat, per omnes
 viginti & duas Hebræi sermonis literas, sub sacramen-
 to ogdoas erudiremur. Et ea causa est, vt in viginti-
 duos libros lex testamenti veteris deputetur: vt cum
 literarum numero conuenirent. Qui ita secundum tra-
 ditiones veterum deputantur, vt Mosis sint libri quin-
 que: Iesu Naue sextus: Iudicum & Ruth, septimus: pri-
 mus & secundus regnorū, in octauū: tertius & quartus
 in nonum: Paralipomenon duo, in decimū: sermo-
 nes diert Esdræ, in vndecimū: liber psalmorum, in duo-
 decimū: Salomonis prouerbia, Ecclesiastes, Canticum
 canticorum, in tertiumdecimū, & quartumdecimū, &
 quintumdecimū: Duo decim autē prophetæ, in sex-

tumdecimū: Esaias deinde & Hieremias cum lamen-ta-
 tione & epistola, sed & Daniel, & Ezechiel, & Iob,
 & Hester, viginti & duum librorum numerum con-
 summent. Quibusdam autē visum est, additis Tobia &
 Iudith, viginti quatuor libros secundū numerū Græ-
 carum literarum connumerare. Romana quoque lin-
 gua media inter Hebræos Græcōque collecta. Quia
 his maximè tribus linguis sacramentū voluntatis Dei,
 & beati regni expectatio prædicatur: ex quo illud Pi-
 lati fuit, vt his tribus linguis regem Iudæorum Domi-
 num Iesum Christū esse præscriberet. Nam quamuis
 multæ barbæræ gentes Dei cognitionem secundū apo-
 stolorum prædicationē, & manentiū hodie illic eccle-
 siarum fidem adeptæ sint: tamen specialiter euangeli-
 ca doctrina in Romani imperij (sub quo Hebræi &
 Græci continentur) sede consistit. Cōsequens autem
 est, secundum octonariū hunc viginti & duarū ogdo-
 adum numerum, eum qui subiectus est, in quindecim
 canticis graduum psalmorum numerum cōtineri. Post
 perfectam enim illam præcedentiū ogdoadum doc-
 trinam, hoc canticum graduum in quindecim psal-
 mis, & duobus perfectis numeris oportuit conuenire:
 hebdomade scilicet & ogdoade, id est, septimo & o-
 ctauo numero. Nam per obseruantia legis, quæ in heb-
 domade est constituta, & euangelicum profectum, qui
 ogdoas & præsentis religionis & sperata expectatio-
 ne perficitur, isto cantico graduū in cœlestia & æter-
 na cōscenditur. Nam & in templo per hunc numerum
 graduum principes sacerdotum in sanctorū sancta cō-
 scendebant: vt quia neque hebdomas legis sine eu-
 angeliorum ogdoade, neque ogdoas euangeliorum sine
 legis hebdomade virum posset præstare perfectum:
 quisquis illa perfecte credidisset, in his perfectis &
 beatis sanctis sanctorū perfectū hūc virū, qui in quin-
 decim graduum cantico est, hebdomadis & ogdoadis
 numerū locaret. Quanquam verò hæc à nobis secundū
 numeros in legis obseruantia cōpletos, & in sacramēto
 euangelico distributos ita dicta sunt: tamē absolutius v-
 niuersiusque numeri virtutē ex superscriptionibus psal-
 morum & dictorum ipsorum intelligētā cōsequemur.
 Sunt autē superscriptionū omnium tituli diuersi. Nam
 præter eos qui autorū suorum nominibus, aut causarum
 aut tēporum significationibus prænotantur, sunt alij
 quibus titulus in fine est: alij quibus tātum psalmus cā-
 tici, vel cāticū psalmi: & necesse est diuersas causas di-
 uersarum superscriptionum extitisse. Nō enim sine
 tanta rerum diuersitate hic titularum ordo conuertitur:
 vt nunc in finem, nunc psalmus, nunc canticum,
 nunc canticum psalmi, nunc psalmus cāticū, ad distin-
 ctionē psalmi quæ subiaceat præferatur. Et quāquam
 in singulis quibusque psalmis singularū quarūque in-
 scriptionum causas præstare nitamur: tamen ad com-
 pendium studiosæ intelligentiæ, in breuem sermonem
 virtutem superscriptionum omnium coartamus. Finis
 est, cuius causa cetera sunt, ipsum autem nulli alij cau-
 sam suam præstat. Ob finem enim omnia, nihil verò
 aliud post finem. Namque ad finem tenditur, sed in
 fine definitur. Ita finis & anteriorum perfectio est: &
 ex se nihil in aliquid aliud protendens, propria in se-
 met sui ipsa possessio est. Psalmi igitur qui inscribun-
 tur, in fine, tituli intelligēdi sunt, vt ex perfectis atque
 absolutis bonorū æternorū doctrinis & speciebus exi-
 stāt: quia ad ea quæ in his dicuntur, fidei se nostræ cur-
 optatæ & ad eptē beatitudinis fide requiescat. In mu-
 sicis verò artibus hæc sunt officiorū & generū varietates.
 Q. iij

Tres lin-
guae.

Tituli psal-
morum quid
habeat my-
sterij.

Titulus in
finem quid
velit.

Psalmus,
stāt: quia ad ea quæ in his dicuntur, fidei se nostræ cur-
optatæ & ad eptē beatitudinis fide requiescat. In mu-
sicis verò artibus hæc sunt officiorū & generū varietates.
Q. iij

Psalmus est, cum cessante voce, pulsus tantum organi continentis exauditur. Canticum est, cum cantantium chorus libertate sua utens, neque in consonum organi adstrictus obsequium, hymno canora tantum vocis exultat. Canticum autem Psalmi est, cum organo praecinente subsequens & aemula organo vox chori cantantis auditur: modum psalterij modulibus vocis imitata. Psalmus verò cantici est, cum choro ante canente humanae cantionis hymno ars organi consonantis aptatur, vocisque modulibus praecinentis pari psalterium suavitate modulatur. His ergo quatuor musicae artis generibus, competentes singulis quibusque psalmis superscriptiones sunt coaptatae. Ex virtutibus autem psalmorum, & ex ipsius doctrinae musicae diversitatibus causa vniuscuiusque superscriptionis ostenditur. In eo enim psalmo, in quo tantum psalmus inscribitur, fidelium operum, & religiosorum gestorum, aut doctrina, aut confessio continetur: cum propheta commemorando quae egerit, ad doctrinam nos gestorum similitudinem instituit, motu corporis organi nostri ad pios officiorum vsus temperato. At verò cum canticum tantum in titulo ponitur: scientia in eo spiritualis, & intelligentia caelestis arcana, quam quis per cognitionem sapientiae consequitur, exiit: cum non commemoratis fidei operibus, solum doctrinam perfectae de Deo cognitionis ostendit. Non enim statim, omnis scientia in bono opere est, neque rursus omne opus bonum verae scientiam consequitur. Ob quod & illud, quod in tertio superscriptionum genere est Canticum psalmi, cum bonorum operum efficientiae scientia & doctrina coniungitur. Prius enim in bonis operibus viuendum est: ut perfecta posset ea quae deinceps succedit diuini sacramenti esse cognitio, secundum id quod dictum est: *Dei desiderasti sapientiam, serua mandata, Dominus praestabit tibi eandem.* Praestat ergo Dominus sapientiam his, qui per meritum operum gratiam intelligentiae consequuntur. Ex his ergo operum doctrinaeque studijs, psalmi illius qui canticum psalmi superscribitur, erit causa noscenda. Vbi autem est psalmus cantici, illic per cognitionis scientiam vsus boni operis tractatur: cum desideratam nobis fidelium gestorum efficientiam praestet anterior de Deo adepta cognitio. Haec igitur musicae artis quadrifaria diuersitas, psalmorum est diuersitati coaptata: ut psalmus per organi corporis motum in commemoratione gestorum sit, canticum verò per sapientiae cognitionem habeat in se doctrinae scientiam. Canticum verò psalmi est, cum praecunte gestorum merito cognitio praestatur. Psalmus deinde cantici, cum per adepta scientiae cognitionem fidelium gestorum opus inchoatur & geritur. Per has ergo superscriptionum proprietates intelligentiam psalmorum quaerere oportebit: quia vnicuique generi prophetiae in proprietate titularum vnumquodque genus musicae comparationis aptatum est. Eos verò qui sine inscriptione vlla significationis alicuius habeantur, ut est primus vel secundus, & ceteri complures alij, intelligendum est ex doctrina Spiritus sancti ad spirituales cognitionem generalis scientiae fuisse cantatos: ut vnusquisque ex his secundum fidei suae sinceritatem, rationem intelligentiae spiritualis expeteret. Aliae verò superscriptiones, quae aut res gestas secundum historiam significant: aut tempora, aut dies, aut aliud aliquid complexae sunt, vel ex interpretatione nominum, vel ex comparatione gestorum, vel ex consimiliu specie, ex quibus rebus psalmus consistat ostendunt: ut sicubi est pro die sabbati, aut pro occultis filij,

Psalmus.

Canticum.

Canticum psalmi.

Psalmus cantici.

Augustinus.

aut pro die octauo, per corporalem superscriptionum significantiam spiritualis psalmi intelligatur editio: vel cum illius Dauid, vel illi Dauid, vel Absalon, vel Saul, vel Doech in titulo sub gestorum historia praenotantur, in eo per pronominum qualitates vt illi, vel illius Dauid, aut per nominum virtutes, vt est Absalon, & Saul, & Doech, prophetiam quae in psalmo sit, consequantur. In diapsalma verò, quod interiectum plurimis psalmis est, cognoscendum est demutationem aut personae, aut sensus sub conuersione modi musici inchoari: vt sicubi diapsalma intercesserit, aut aliquid aliud dici, aut etiam ab altero dici, aut in altero artis musicae modulo cantari intelligendum sit. De personis ac sensibus, vbi diapsalma intercedere reperimus, rationem afferre tentabimus. Ceterum modum musicae disciplinae conseruare translatio Graeca & Latina non potuit. Haec autem in compendiosam breuitatem scilicet ad ipsam psalmorum expositionem sermo collegit. Est autem diligens perpensumque iudicium expositionis psalmi vniuscuiusque praestandum, vt cognoscatur qua vnusquisque eorum clauem intelligentiae aperiendus sit. Nam liber omnis similis est vbi pulchra atque magna, cui aedes complures diuersaeque sint, quarum fores proprijs clauibus diuersisque claudantur: quae cum vnum in locum congestae permixtaeque sint, volenti vnamquamque aedem aperire, maximam ignaro afferant difficultatem, vt clauem vniuscuiusque aedis inueniat: sicque aut familiaris scientiae cognitam clauem citò ex copia illa congestae in vnum varietatis eligere, aut ingentis laboris aptam & congruam clauem aperiendi vniuscuiusque aditus inuenire: quia ratio & qualitas non sinat, non suas clauem clauibus disparibus coaptare. Itaque secundum Domini misericordiam aperiendi vniuscuiusque psalmi clauem reperturi, huius ipsius primi psalmi aditum propria sua & congrua clauem pandamus.

CLAVIS SIVE INTROITVS IN PRIMVM PSALMVM.

PRINCIPALIS haec in psalmis intelligenda est: ex cuius persona, vel in qua ea quae dicta sunt intelligi oporteat, posse discernere. Non enim vniformis & indiscreta est eorum constitutio, vt non & auctores habeant & genera diuersa. Inuenimus enim in his frequenter personam Dei patris solere proponi, vt in octogesimo octauo, cum dicitur: *Exaltaui electum de plebe mea.* Inueni Dauid seruum meum, in oleo sancto meo vniuersi. Ipse inuocabit me, pater meus es tu, & susceptor salutis meae. Et ego primogenitum ponam cum, excelsum super reges terrae. Personam verò filij in plurimis ferè introduci, vt in decimo septimo psalmo: *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: & in vicissimoprimo: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Hunc autem primum psalmum vel ex persona patris, vel ex persona filij non posse intelligi, res ipsa absolute docet, cum in eo ait: *Sed in lege Domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* In eo enim psalmo, in quo personam patris designari meminimus, propria ei & apta memorantur, cum dicitur: *Ipse inuocabit me: pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis meae.* Et in eo in quo filius loqui docetur, ipse se ex his quae commemorat dictorum suorum proficitur auctorem, dicens: *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi.* Dum enim

Diapsalma quid.

Carmen.

Clavis psalmi.

Persona a quo in quem.

Psalm. 88.

Augustinus docet haec dici ex persona patris.

Psalm. 17. enim

enim & pater dicitur inuocabit me, & filius ait: *Populus seruiuit mihi, ipse se esse qui de se loquatur, ostendunt.* At verò nunc cum dicitur, *Sed in lege Domini fuit voluntas eius, nulla Domini persona de se loquentis ostenditur: sed beatitudinem potius, eius videlicet viri, cuius in lege Domini voluntas sit praedicat.* Persona itaque prophetae, cuius ore Spiritus sanctus loquitur, nunc esse noscenda est: officio oris eius ad cognitionem nos sacramenti spiritualis erudiens. Et cum haec loquatur, quaerendum est de quo viro eum loqui intelligere debeamus. Ait enim: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit.* Sed in lege Domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet: & omnia quae eumque faciet, bene dirigentur. Multos vel praesenti sermone vel ex literis ac scriptis eorum comparati sentisse de psalmo, quod significari in eo Domini noster Iesus Christus atque intelligi debeat: cuius beatitudo in his quae subiecta sunt, praedicetur. Sed id nec modo, nec ratione docuere, bonae quidem opinionis affectus: quia omnis ad eum prophetia est referenda psalmorum. Sed vbi & quando ad eum prophetiae ipsius sermo se referat, rationabilis scientiae discernendum est veritate: Ea autem quae in exordio psalmi posita sunt, minime personae eius dignitateque conueniunt: & incautam hanc ita praedicandi facilitatem illa ipsa coarguunt, quae continentur in psalmo. Cum enim dicitur: *E: in lege Domini fuit voluntas eius, cum lex per Deum filium lata sit, quomodo ad eum ob id beatitudo referetur, quia voluntas eius in lege Domini fuerit, cum Dominus ipse sit legis? Quod autem lex eius sit, in psalmo septuagesimo septimo ipse testatus est, quum ait: Attendite popule meus in legem meam, inclinate aures vestras in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum.* Et haec Matthaeus euangelista ab eo dicta esse conueniat, dicens: *Ideo in parabolis loquebatur, vt impleretur quod dictum est: Aperiam in parabolis os meum.* Prophetiam ergo suam rebus Dominus expleuit. Nam in his in quibus loquatur se sponderat, parabolis est loquutus. Id autem quod ait: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est iuxta decursus aquarum, in quo comparatiue beatitudinis profectus ostenditur, quomodo personae eius poterit coaptari, vt sit Dei filio plantatum lignum beatius? ob quod beatus sit, quia aliquando similitudinem eius profectus beatitudinis consequatur.* Dehinc cum secundum Sapientiam & Apostolum, & ante secula, & ante tempora aeterna sit, & primogenitus omnis creaturae sit, & in ipso, & per ipsum creata sint omnia: quomodo his rebus ei fiet similis, beatus est, quae ab ipso sunt cum neque creatoris virtus ad beatitudinis suae perfectionem comparatione egeat creaturae, neque primogeniti antiquitatis in eo quod erit tanquam lignum, tempus praeposterae comparationis admittat. Id enim quod erit, per exponendum adhuc tempus, non potest videri vt aut fuerit, aut iam sit in rerum natura. Quicquid autem iam est, non eget dilatione temporis vt ad aliquid inchoetur: quia antiquitate exordij sui esse iam permittet. Itaque quia haec a diuinitate vnigeniti filij Dei Domini nostri Iesu Christi intelliguntur aliena: vir ille hic a propheta beatus praedicari opinandus est, qui se ei corpori quod Dominus assumpsit, in quo homo natus est, conformem se studio aequitatis, & totius iustitiae perfectione praestiterit. Et

sanè id intelligi oportere plenius psalmi expositio demonstrabit. Speciosissimum autem hoc & indignissimum incipiendorum psalmorum sanctus Spiritus sumpsit exordium, vt humanam infirmitatem per spem beatitudinis ad innocens religionis studium, adhortaretur, vt sacramentum Dei corporati doceret, vt communionem gloriae caelestis polliceretur, vt poenam iudicij denunciaret, vt differentiam resurrectionis ostenderet, vt prouidentiam Dei retributione monstraret. Perfecta scilicet consummataque ratione tantae prouidentiae ordinem inchoauit, vt humanam imbecillitatem ad fidei studium beati viri spes illiceret, spei beatitudinem comparata ligni similitudo sponderet, insolentem verò impietatem intra metum denunciata impijs seueritas coerceret, meriti differentiam in consilijs sanctorum conditionis ordo distingueret, Dei magnificentiam in cognoscendis iustorum vijs aequitas constituta monstraret. Nunc & res ipsas & eorum verba tractemus.

Summa argumenti totius psalmi.

DIVI HILARII PICTAVORVM EPISCOPI IN PRIMVM PSALMVM ENARRATIO.

BEATVS vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit. Sed in lege Domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Quinque generum obseruantia beato viro subesse propheta commemorat. Primam in impiorum consilium non eundi, alteram in peccatorum via non consistendi, tertiam in cathedra pestilentiae non sedendi, tum deinde voluntatis in lege Domini ponendae, postremam in ea die nocturne meditandi. Ergo necesse est differre impium a peccatore, peccatorem a pestilente, maxime cum sit impijs consilium, peccatori via, cathedra pestilentiae. Dehinc cum in consilio impiorum eatur potius quam stetur, in via verò peccatoris statur magis quam eatur. Quarum rerum causas vt intelligere possimus discernendum est, quantum differat peccator ab impio, vt per id intelligi possit, cur peccatori via, & impio consilium deputetur. Dehinc cur & in via standum, & in consilium eundum sit: cum humana consuetudo, & in consilio standum, & in via eundum esse decernat. Non omnis qui peccator est, & impius est. Impius autem non potest non esse peccator. Et sumamus ex vsu conscientiae communis exemplum. Patres suos amare possunt filij, licet ebriosi sint, & lasciuui, & prodigi: & inter haec vitia cauent impietate, qui non carent crimine. Impij verò licet in principis sint continentiae frugalitatisque virtutibus, omne tamen quodcumque aliud extra impietatem erit crimen in contumelia parentis excedunt. Igitur secundum hoc propositum exemplum, impium discerni a peccatore non dubium est, & impios quidem eos esse naturam ipsam iudicij communis ostendit, qui cognitionem Dei expetere fastidiunt, qui nullum esse mundi creatorem irreligiosa opinione praesumunt, qui mundum in hunc habitum ornatumque fortuitis motibus constituisse commemorant: qui ne quod iudicium creatori suo ob vitam recte criminoseque gestam relinquunt, volunt ex naturae necessitate se nasci: & ex eadem rursum necessitate dissolui. Horum igitur omne consilium fluctans, incertum ac vagum est, & in eisdem ac per eadem sine vlla consistendi statione desertur. Non

Quinque in beato viro.

Impius & peccator quod differat.

Impietas quid proprie.

enim tenet modum definitionis alicuius. Creatorem mundi disputatio docere aua nō est. Cū enim quæras cur mundus & quando, & in quantum? & vtrum mundus homini, an homo mundo? & mors ob quid vel quousque vel qualis? Circa hæc impietatis suæ cōsilia agitur semper, & vadit, loco consistendi in his cōsilijs non reperit. Sunt & alia cōsilia impiorum: eorum scilicet qui in hæresin delapsi, nec noui, nec veteris testamenti legibus continentur. Quorum sermo in orbem semper & circulum erroris inflexus, nihil tenens, & in nullo consistens, indefinitæ scientiæ cursu recitū, si que iactatur. Quorum impietatis est, Deū non ex Dei ipsius professione, sed ex arbitrij sui voluntate metiri, ignorantes non minoris impietatis esse Deum fingere quam negare. A quibus cū requiras quo spei ac fidei suæ sine sic sentiant, confunduntur, perturbantur, dissimulant, circumerrant, & finem ipsum eius de qua queritur disputationis euitant. Beatus ergo vir est qui in hoc impiorum consilium non abiit, id est, qui ipsam illam in hoc consilium cundi non admiserit voluntatē: quia quæ impia sunt vel cogitasse iam crimen est. Sequens autem est, vt qui in impiorum consilium non abiit, in peccatorum quoque via non stet. Plures enim sunt qui cū per confessionem Dei ab impietate discreti sunt, non tamen à peccato per id liberi sunt, in ecclesia quidem manentes, sed ecclesiæ disciplinam non tenentes, vt auari, ebriosi, tumultuosi, procaces, superbi, simulators, mēdaces, rapaces. Et ad hæc quidem nos vitia naturæ nostræ propellit instinctus. Sed vt vtile est, nos à via hac qua ferimur abscedere, sic neque consistere illic, adhibito decedendi ex ea nō moroso recursu. Et idcirco beatus vir est, qui in via peccatorum non stetit, natura quidem in viam hanc deferente, sed ex via hac fidei religione referente. Tertius quoque hic obtinendæ beatitudinis ordo est, in cathedra pestilentia nō sedere. Sederunt in cathedra Moysi pharisæi docentes, sedit & Pilatus in tribunali. Cuius itaque cathedræ sessionem existimabimus pestilentē? Non vtique Moysi. Dominus enim sedentem potius quàm sessionem cathedræ improbandum dicit: Super cathedram, inquit, Moysi sederunt scribæ & pharisæi, quæcunque dixerint facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Cathedræ huius sessio pestilens non est, cuius obedientia dominica autoritate præcipitur. Illa ergo erit pestilens, cuius contagium Pilatus manus abluendo deuitat. Multos enim etiam in metu Dei constitutos, secularium tamen honorum ambitio corrumpit, & volunt ecclesiæ legibus subditi, fori legibus iudicare. Sed quamquam ad hæc ipsa officia quæ agunt, ferant secum religiosam voluntatem, beneuolos sese continentēque præstando: tamen necesse est eorū in quibus diuersantur negotiorum quodam pestilenti contagio polluantur. Publicarum enim causarum ordo manere eos volentes etiam in ecclesiasticæ legis sanctitate non finit. Et quamuis religiosi propositū tenaces sint: tamen necessitate sedis obtentæ, cū ad contumeliam, cū ad iniuriam, cū ad pœnam cunctante licet voluntate coguntur, facit eos necessitatis ipsius participes: cū tanquam lue morbida imbuuntur. Et idcirco hanc eorum cathedram pestilentia propheta cognominat, quia contagione sua voluntatē religiosæ mentis inficiat. Sed beatitudinem viri nondū, vel in impiorum consilium nō isse, vel in peccatorum via non stetit, vel in pestilentia cathedra nō sedit, consummat. Possunt enim hæc & in seculari viro reperiri: vt vnum Deum esse creatorem mundi opinetur: vt à peccatis se per studium modestiæ innocentiæque refrenet: vt honorū dignitatibus priuatæ & tranquillæ vitæ ocium anteponat. Sed perfectum nūc Deo virum propheta conformans, & quem in magnis æternæ beatitudinis constituit exemplis, nō communibus tum ad id docet vsum esse virtutibus, sed his consummandum esse, vt beatus sit, quæ sequuntur: *Sed in lege Domini fuit voluntas eius.* Abstentio: superiorum inutilis est, nisi in consequentia adhibeatur intentio: scilicet vt in lege Domini voluntas sit. Non expectat propheta vt metus sit. Plures enim intra legem metus cohibet, paucos verò voluntas constituit in lege: quia timoris est, non audere timenda negligere: perfectæ verò religionis est, præscriptis velle parere. Et idcirco beatus ille est, cuius in Dei lege non timor est, sed voluntas. Sed deest interdum & aliquid voluntati: & perfectam beatitudinem solum velle non obtinet, nisi voluntatem sequatur operatio. Sequitur namque: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* Beatum hunc virum continua legis meditatio & indefessa consummat. Sed fortè id humanæ infirmitatis natura non patitur: per quam quiescendum, dormiendum, cibo vacandū est, ob quæ à spe consequendæ beatitudinis etiam necessitate naturalium decidamus: cū aliquando à meditatione diurna atque nocturna negotij corporalis intercessione sit desinendum. Simile quoque huic dicto Apostoli dictum est: Sine intermissione orates. Quasi verò non recuperando vires suas, naturæ nostræ necessitas possit sine interpellatione temporis semper orare. Meditatio itaque legis non solum in verbis legentis est, sed & in operis religione: neque vt libros tantum & scripturas recenseamus, sed vt ea quæ scripturis ac libris continentur, gestis rebūque meditemur, & diurna nocturnaque opera legem semper exerceamus, vt illud Apostoli est: Omnia quæcunque facitis, in gloriam dei facite, siue cum manducatis, siue cum bibitis, siue cum aliud agitis. Per hoc enim efficitur, vt sine intermissione oremus: cū per opera Deo placita, & in gloriam eius semper exercita, sancti cuiusque viri vita omnis oratio fit: ac sic secundum legē noctū dique viuendo, vita ipsa nocturna legis erit & diurna meditatio. Sed consummata viri huius beatitudine, qui impiorum consilij, & peccatorū vijs, & pestilentia cathedra se abstinens Dei legem volens die & nocte meditatur, docendum est quantus ei fructus acquisitæ huius beatitudinis sit futurus. Velle enim beatum esse, ex beatitudinis ipsius expectatione proficiscitur. Sequitur namque: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est iuxta decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet.* Ridiculi hoc fortè & ineptum comparatæ beatitudinis creditur exemplum: in quo ligni plantatio iuxta decursus aquarum, fructus sui datio secundum suum tempus, & folium eius non defluens prædicatur. Hæc quidem secundum homines seculi nulla fortè existimabuntur. Sed videamus secundum prophetica doctrinā, quanta in his ipsis rebus ac verbis comparatæ beatitudinis gloria conlocetur. In libro Genesis vbi plantatum à Deo paradysum legislator ostendit: Omne quoque lignum specie pulchrum & ad vsum bonum productū esse monstrauit, esse quoque & in medio paradisi lignum vitæ, & lignum sciendi boni & mali exposuit: irrigari deinde paradysum flumine, q̄ postea in quatuor principia diuisum sit. Quod autem esset hoc lignum vitæ, propheta Salomon docuit, dicens de adoratione sapientiæ: Lignum vitæ est omnibus qui complectuntur

Via peccatorū quid.

Cathedra pestilentia.

Math. 23.

secularia negotia periculosa ele vici ac boni.

Legis dominica meditatio.

Luc. 23.

Math. 12. Christus arbor.

Luc. 23.

Meditatio in factis est.

Math. 15.

Math. 7. Esa. 5.

Eph. 1.

Philip. 3.

Gen. 1.

Psalm. 3.

plectuntur eam, & qui in eam bunt in eam sicut in Domino. Lignum ergo hoc viuens est: neque solum viuens, sed etiam rationale. Rationale autem in tantum, vt fructum det. Det verò non confusè, non importune: sed tempore suo. Et plantatum hoc lignū est iuxta decursus aquarum, in possessione scilicet regni Dei, id est, in paradiso, & vnde flumē exiens in quatuor principia diuiditur. Non enim ait: Post decursus aquarum, sed iuxta decursus aquarum: vnde primum decursus aquarum diuisiones sortiuntur. Illic enim plantatum hoc lignum est, quò latronem illum se Dominū constituentem Dominus (qui sapientia est) introduxit, dicens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Et quia sapientiam, qui Christus est, lignum vitæ cognominari de sacramento futuræ corporationis & passionis prophetica autoritate docuimus: etiam ex euangelij intelligentiæ huius est proprietates astruēda. Dominus namque ipse se arbori comparauit, cū in Beelzebub dæmonia eum Iudæi eijcere dixissent: Aut facite, inquit, arborem bonam & fructus eius bonos, aut facite arborem malam & fructus eius malos. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Quia cum fructus esset optimus dæmonia eijcere: Beelzebub eum, cuius fructus pessimi sunt, esse dicebant. Huius quoque beati ligni non dedignatus est in se docere virtutem, cū pergens ad crucem ait: Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? per humidi ligni exemplum nihil in se ariditati mortis obnoxium esse significans. Huic itaque ligno beatus ille vir similis fiet, cum translatus in paradysum modo secundum decursus aquarum & ipse plantetur: & fiet beata illa & non eradicanda nouella plantatio, quam in euangelij Domini significat cū de aliena plantatione conqueritur, dicens: Omnis plantatio quā non plantauit pater meus cælestis eradicabitur. Hoc ergo lignum dabit fructus suos. Vbi cūque autem de fructibus arborum aliquid diuinus sermo significat, facere potius eas fructus quā dare memorat, cū ait: Non potest arbor bona fructus malos facere. Et cum secundum Esaiam querela de vinea est: Expectaui, inquit, vt faceret vvas, fecit autem spinas. Lignum ergo hoc dabit fructus suos arbitrio dandi & ratione moderatum. Nam in tempore suo dabit. Et quo tandem tempore? Nempe eo de quo beatus Apostolus ait: Notum vobis facio sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum quod proposuit in ipso in dispensationem plenitudinis temporum. Hoc ergo dispensationis est tempus, quo & accipiendi & dandi opportunitas temperatur, cū suum erit tempus, vt accipiant quibus dabit: temporis autē mora in plenitudine temporum pendet. Dispensatio enim dandi fructus plenitudine temporum seruatur. Et qui tandem hic dispensandus erit fructus? Nempe ille de quo idem Apostolus meminit, dicens: Et transformabit corpus humilitatis nostræ conformatum corpori gloriæ suæ. Hos ergo nobis fructus suos dabit, quos iam in eo quem sibi assumpsit, & qui significatur in ligno, homine perfectit, quē in immortalitatis suæ naturā absorpta mortalitate transfudit. Erit ergo vt hoc lignum beatus ille vir, tum cū ipse in gloria Dei Domino suo conformis astiterit. *Folium autem ligni huius non defluet.* Nec mirum si folia eius non defluūt, cuius fructus dabuntur potius quàm decident, non maturitate depulsi, non vi exteriori decussis, sed rationalis officij dispensatione dimensi. Et quid in folijs significet, ex comparatione rerum corporalium absolutum est. Namque hæc esse naturam foliorum contuemur, vt ad

custodiam fructuum fructibus ipsis circumiecta proumpant, vt quodam vallo tenera pomorum initia cōmuniant. Doctrina ergo verborum Dei quæ promissos nobis fructus conuellit, significatur in folio. His enim verbis spes nostræ inumbrantur: horum inter hæc seculi tempestates munimine conteguntur. Non defluent igitur hæc folia, id est Dei verba, quia per Dominum dictum est: Cælum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt. Nihil enim ex his quæ à Deo dicta sunt, dilabatur aut decidet. Quod autem hæc folia ligni huius non inuitia sint, sed salutaria gestibus: sanctus Ioannes in Apocalypsi testatur, dicens: Et ostendit mihi flumen aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum exiens de throno Dei & agni, & in medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis arborem vitæ, quæ facit fructus duodecies, singulis mensibus reddens fructum suum, & folia arboris illius sunt ad sanitatem gentium. Cæleste sacramentum ita per corporales species exponitur: vt rationem spirituales corporalia ipsa quanquam implere non possint, tamen ad comparationem non inuitia sint. Cōueniat enim dixisse, ex vtraque parte fluminis demonstrati, arbores esse, non arborem. Sed quia vitæ arbor vbi que in sacramento baptismi vna est, vndique ad se venientibus apostolicæ prædicationis fructus subministrans: ideo ex vtraque parte fluminis vna vitæ arbor assitit. Vnus enim agnus est in throno Dei visus, & vnū flumen, & vitæ arbor vna: quæ omnia in se complectuntur mysteria corporationis, baptismi, passionis, cuius folia, id est prædicationis verba salutem gentibus per doctrinam eloquij non decidentis impartuntur. *Et omnia, inquit, quæcumque faciet bene dirigentur.* Iam non sicut in Adam donum eius & statuta perturbabitur, quia ille constitutæ immortalitatis beatitudinem peccato transgressæ legis amisit: sed per redemptionē ligni vitæ, id est, dominica passione cū ipsi ligno vitæ similes erimus, iam quicquid in nobis fiet, æternum est: æternum autem cum beatitudinis sensu. Prosperè dirigentur autem omnia illa quæ fient, nō demutatione incerta, non natura infirma: cū incorruptio corruptionem, & æternitas infirmitatē, & forma Dei formam terrenæ carnis absorpserit. Huic igitur planta ligno, in tēpore suo hos fructus suos dandi beatus ille vir erit similis, ipse quoque in paradiso plantatus, vt plantatio Dei non eradicanda permaneat: in quo omnia à Deo facta prosperè dirigentur, nulla deinceps demutatione vel infirmitatis nostræ eradicanda vel temporis. Demonstrata autem perfecta huius viri beatitudine: consequens erat quæ impios pœna maneret, ostendere, sequitur namque: *Non sic impij, nō sit, sed tanquam puluis quem projicit ventus à facie terra.* Non est impijs comparatiuæ huius beatitudinis spes relicta, sed vagū os, obtritum, ventilatum, dispersum & inquietū manet, vt ex illa corporalis soliditatis firmitate decussis ludibrio pulueris differantur in pœnam: non in nihilum dissoluti, vt sit in his materies pœnalis, sed in inane ac leue aridūque protritū, vt ludibriosa pœnæ mobilitate iactentur. Cuius pœnæ & loco altero idem propheta meminit, dicens: Comminuam eos vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearū delebo illos. Comparatio itaque vt beatitudinis, ita & pœnæ est constituta. Quomodo enim nullus labor est vento puluerē dissipare, & quomodo lutum in plateis ingredientiens propè calcaße non sentiunt: ita pœnæ illi inferni facile est impios delere atque dispergere, quos peccatorū ratio & in lutum soluerit, & comminuerit in puluerē,

Math. 24.

Apoc. 22.

Psalm. 17.

non relicta neque substantia firmitatis, cum pulvis & lutum sint: & per id quod pulvis & lutum sunt, in naturam tantum pœnalis substantiæ referuati. Et quia per hanc demutationem obtrita in puluerem firmitatis, non erunt eius boni participes, quod beato viro ex fructu ligni dabitur in tempore: ideo consequenter adiecit: *Propterea non resurgunt impij in iudicium.* Non abolitio his qui utique pulvis erunt per id quod nō resurgunt denunciatur: sed resurrectio his in iudiciū denegatur. Non enim per id quod non erunt, sensu pœnæ carebunt: quia lucri pœnam facit quod non subsistat ad pœnam. Subsistunt autem qui erūt pulvis. Puluerem verò effici vel ariditate vel attritu, non est subsistendi amississe naturam, sed in naturam alteram subsistisse. Per id autem quod in iudicium non resurgunt, absolutum est non resurgendi eos caruisse natura, sed resurgendi in iudicium perdidisse ordinem. Qui autē resurrectionis & iudicij ordo intelligendus sit, Dominus in Euangelij ostendit dicens: *Qui credit in me, non iudicatur: qui autem nō credit, iam iudicatus est.* Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundū, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lumen. Negligentem audientiam & incuriosam legentium facilitatē, dicti dominici sermo perturbat. Cum enim dicit, *Qui credit in me, non iudicabitur:* exemit iudicio fideles. & cum subiicit, *Qui autem non credit, iam iudicatus est:* non admittit ad iudicium infideles. Ergo si credentes exemit, & repulit infideles, nec in hos, nec in illos iudicij forte permittit, quomodo conuenire fibi hoc quod tertium ait, existimabitur. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem? Non enim potest videri locus relictus esse iudicio: cum neque infideles, neque fideles sint iudicandi. Et hæc quidem ita esse auditoribus negligentibus & lectoribus incuriosis videbuntur, ceterum in se verius ipsa verborū proprietates dicti intelligentiam cōtinet: *Qui credit, inquit, nō iudicabitur. Quid enim necesse est iudicare credentē? Iudicium enim ex ambiguis rebus existit: & ambiguitate adempta, iudicij non desideratur examen. Ex quo ne infideles quidē necesse est iudicari, quia ambiguitas cum infideles sint non refedit. Sed adempto in credentes non credentēsq; iudicio, causam Dominus iudicij & auctores in quos iudicari necesse esset adiecit. Sunt enim aliqui inter impios piosque qui mediū sint, ex utroque admixti, neutri tamen propriē, quia in id ipsum constiterint ex utroque: nec fidei admiscendi, quia sit illis aliquid infirmitatis insertum: nec infidelitati deputandi, quia aliquid habeant & fidei. Plures nanque Dei metus in ecclesia continet: sed eosdem tamen ad secularia vitia seculi blandimenta sollicitant. Orant, quia timent: peccant, quia volunt. Christianos se nuncupant, quia bona est spes æternitatis: gentilia agunt, quia blanda præsentia sunt. Impij non manent, quia his Dei nomen in ore est: pij non sunt, quia quæ pietati sunt aliena sectantur. Et necesse est ea magis diligant per quæ id quod se nuncupant esse nō possunt: secundum nuncupationis voluntatem, operum voluntate potiore. Et idcirco Dominus posteaquam credentes non iudicandos, & non credentes iam iudicatos esse dixerat, addidit: *Hoc est autē iudicium, quia lux venit in mundū, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lumen.* In eos ergo iudiciū est, quod iam & in incredulos actum est: & in credentes nō necessariū est, quia magis tenebras quàm lumen dilexerint: nō quod non dilexerint & lumen, sed quod dilectio illis fuerit magis*

A propensā tenebrarū. Præferri enim solet dilectioni ex comparatione dilectio: & hinc iudicium est, quia cum dilexerint Christū, magis tamen tenebras dilexerunt. Hi ergo iudicabuntur, qui neque ut pij nō iudicabuntur, neque iam fuerint ut impij iudicati: in quos ex prælata potius dilectione iudiciū est. Et huius quidē eūgelicæ dispositionis tenuit propheta rationem, dicens: *Propterea nō resurgūt impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorū.* Impij iudiciū, quia iam iudicati sunt, nō relinquit: peccatoribus autē, quos superiori sermone discerni ab impijs docuimus, cōsiliū iustorum, quia iudicandi sint, denegauit. Illos enim præiudicatos impietas facit, hos verò peccatum detinet iudicandos. Itaque neque impietas quæ iam iudicata est, peccatorū est permittit iudicio: neque peccatores qui iudicandi sunt, iustorum qui nō iudicabuntur, meriti sunt digni esse consilio. Et huius differētiæ hinc ordo proficiscitur. *Quia cognoscit, inquit, Dominus viam iustorum, & via impiorum peribit.* Consilium iustorum peccatores idcirco nō adeunt, quia viam iustorū Dominus cognoscit. Cognoscit autem non ignorationis scientia, sed dignatione noscēdi. Neque enim hæc in Deo passionū humanarū demutatio est, ut aliquid aut cognoscat aut nesciat. Beatus apostolus Paulus qua ratione à Deo cognosceretur exposuit dicens: *Si quis est in vobis propheta aut spiritalis, cognoscat que scribo vobis, quia Domini sunt: si quis autē nō cognoscit, non cognoscetur. Eos ergo noscēdi à Deo ostēdit, qui quæ Dei sunt cognouerint, tunc cognoscēdi cum cognouerint, dignationem scilicet cognitionis per meritum religionis cognitæ consequentes: ut quod cognoscitur, nō ignorantis profectus intelligatur esse, sed cognitū. Absolutē autem Dominus ostendit in Adā atque Abrahamā peccatores se ignorare, cognoscere autē fideles. Nanque Adā post peccatū dictū est: *Vbi es Adā? Nō quod Deus quæ adhuc in paradiso habebat, in paradiso esse nesciret: sed quod dū vbi sit interrogatur, indignus cognitione Dei per id quod peccauit, ostenditur. Abraham autē diu ignoratus, scilicet ad quæ septuagenariū Dei iam fuit sermo: cum se per oblationē Isaac fidelem Domino probasset tali in diuinam familiaritatem dignatione suscipitur: Nunc cognoui quia times Dominū Deum tuū, & non perpeccisti filio tuo dilecto propter me. Non ignorabat utique Abraham fidem, quam ei de generando Isaac credenti & ad iusticiam deputauerat: sed qui magnū timoris sui dederat filium offerendo documentū, nunc cognoscitur, nunc probatur, nunc dignus est qui non ignoretur. Sic itaque Deus & agnoscit & nescit, cum Adam peccator nescitur, & Abraham fidelis agnoscitur: dignus scilicet qui à Deo nihil utique ignorare noscatur. Cognita ergo est Deo iustorū non iudicandorū via: & idcirco peccatores qui iudicandi sunt ab eorū consilio submoventur. Impij autē in iudiciū nō resurgunt, quū deperdita eorum via, iam fuerint iudicati per eū qui ait: *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit filio Dño Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum.***

Sine titulo apud Hebræos. I I.
Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Plures nostrū ambiguos facit apostolica autoritas, vtrum psalmum hunc coherentem primo, & veluti primi extremū putent esse: an verò subiacentē, & secundū potius cōnumerent. Nanque in Actis apostolorum primū hunc haberi atque esse, sub oratione beati Pauli ita docemur: *Nō sique vobis euāgelizamus eā quæ ad patres facta est*

facta est re promissio: hæc Deus expleuit filiis vestris suis: sicut in psalmo primo scriptū est: *Filius meus es tu, ego hodie genui te, cum suscitauit eum à mortuis amplius non regressurū in interitum.* Ob hanc ergo apostolicam autoritatem errore scribentium fieri creditur, ut in ordine secundus psalmus iste numeretur, cum primus esse ipso doctore gentium testante noscatur. Cognoscenda itaque ratio est: cur & à nobis secundus esse intelligendus sit, & ab apostolo esse primus ostēsus sit. Medijs namque legis temporibus, priusquam vnigenitus Dei filius ante secula manēs Deus, verbū homo nasceretur: possente rege Ptolemæo septuaginta seniores libros veteris testamenti ex Hebræis literis in Græcas translulerunt. Erat autē iam à Mose antea institutum in synagoga omni septuaginta esse doctores. Nam idem Moses quamuis veteris testamenti verba in literis condidisset: tamen separatim quædā ex occultis legis secretiora mysteria septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerēt, intimauerat. Cuius doctrinæ etiam Dominus in euangelij meminit, dicens: *Super cathedrā Moysi, inquit, sederunt scribæ & pharisæi.* Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis seruate & facite: secundum verò facta eorū nolite facere. Doctrina ergo horum in posterū, quæ ab ipso scriptore legis accepta, in hoc seniorū & numero & officio cōseruata est. Hi itaque seniores libros hos transferētes, & spirituales secundū Mose traditionē occultarum cognitionū scientiam adepti, ambigūe lingua Hebraica dicta & varia quædam ex se nunciantia, secundum virtutes rerū certis & propriis verborum significationibus transfulerunt: doctrinæ scientiam multimodam illam sermonum intelligentiam temperantes. Et ex eo fit ut qui postea transfulerunt, diuersis modis interpretantes, magnum gētibus attulerint errorem: dum occultæ illius à Mose profectæ traditionis ignari, ea quæ ambigūe lingua Hebræa commemorata sunt, incertis ipsi iudiciis ediderunt. Ambiguitatis autem lingue Hebræicæ vnum afferemus exemplum, ex quo cætera istiusmodi esse, atque ita ut sunt, intelligantur. *Bresith* verbum Hebraicum est. Id tres significantias in se habet, id est, in principio, & in capite, & in filio. Sed transfatores septuaginta in principio ediderunt, cæteris diuisis transferentibus: & secundum hanc ambiguitatem hæc ab illis in omni translatione est facta confusio. Sed perfectæ horum septuaginta interpretum autoritas manet. Primum, quod ante aduentum corporalem Domini transfulerunt, nec aduatio interpretandi adhibita tēpori arguitur, tanto anteriores interpretationis ætate: dehinc quod illi ipsi principes, doctoresque synagogæ & præter scientiam legis, per Mosē quoque doctrina secretiori perfecti, non potuerunt non probabiles esse arbitri interpretandi, qui certissimi & grauissimi erāt auctores docēdi. Hi ergo psalmos inter cæteros libros transferentes, & in numerum redegerunt, & in ordinē collocauerunt, & diapsalmis distinxerunt: qui omnes secundum Hebræos confusi & habebantur & habentur. Horum igitur translationes Hebræis, tum lingua tantum sua ut entibus, non erant necessariæ. Ipsi tamen omnibus diligenti & religiosa custodia obseruatis, quibus postea quàm Dominus legem omnem sacramento & corporationis suæ & passionis & resurrectionis impleuerat, cum his libris suis regi iudē transfatores ediderant collatis, & fideliter consonare compertis, indissolubilis constituta est priuilegio doctrinæ & ætatis autoritas. Beatus ergo apostolus Paulus se-

undum professionem suam Hebræus ex Hebræis, etiam secundum Hebraicam cognitionem & fidem, psalmum hunc primum esse dixit, translatorum distinctione non vsus: cui maximum hoc prædici ad synagogæ principes studium erat, ut Dominum nostrum Iesum Christum Dei filium, natum, passum, resurgentem, regnare in æternum, ex doctrina legis ostenderet. Tenuit itaque hunc modum, ut Hebræus ipse & Hebræis prædicans Hebræorum consuetudine vteretur. Sed nobis translatorum vtendum autoritate est: legem non ambiguitate literæ, sed doctrinæ scientia transferentium. Præstat autem nunc absolutissimam intelligentiam personæ temporis causæ apostolica autoritas. Nam quid in libro Actorum suorum de hoc eodem psalmo iudem Apostoli ferentur, verbis ipsum loquemur. Scriptum nanque est: *Et ipsis dicentibus, Domine, tu es qui fecisti cælum & terram & mare, & omnia quæ in illis sunt, qui per os patris nostri David sancti pueri tui dixisti:*

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersum Dominum & aduersum Christum eius.

Conuenerunt enim in veritate ista aduersus sanctum tuum filium Iesum, quem vnixisti, Herodes & Pōtius Pilatus, & Populus Israel, facere quæta manus tua & consiliū præscripsit fieri. Et nunc Domine respice in minas illorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. Non ergo ambiguum est, quid tanto anteriore tempore prophetiæ psalmus ostenderit. Nam permixtum sibi in Herode atque Pilato gentes frementes, & populi vanā meditates, in vnum cum ipsis suis principibus & regibus astiterunt. Communi enim & prædici & tetrarchæ iudicio in Dominum confirmata damnationis esse passio. Et quidem diligenter secundum prophetiam scientiam, vniciuique generi & nomini singulorum quorumque verborum est proprietas coaptata. Ut gentes fremuerint, imperito scilicet motu inconditæque Dei filium in corpore cernentes & odientes. Quæ vsque aded fremuerunt, ut corona spinea caput compunxerint, veste regia indutum salutatione atque honore regis illuserint, harundine caput contuderint, aceto ac felle potauerint, latus foderint. Cohors enim militum Pilato subditorū ex fremitu iræ intemperantis hæc gessit. Populi autem inania meditati sunt: id est, inani in doctrinæ Dei meditatione versati, eum per meditationem legis nō intellexerunt qui prædicabatur in lege. Iam enim tum non tantum ex illa secundum carnem Abraham generatione synagogæ populus abundabat: sed ex multis populis in vno Israel populi nomine multorum populorū diuersitas continebatur. De hoc in Actorum libro ita scribitur: *Erant autē in Hierusalem habitantes Iudæi, viri timētes Dominum, ab omni gente quæ sub cælo est. Populi itaque isti meditati sunt inania, ex multis populis in vnum populū congregati. Reges quoque adstiterunt, Pilatus scilicet & Herodes, in quibus reges terræ intelliguntur: & vterque pro legum quibus præerant necessitate præsentie suæ adhibuit officium. Qui autem impio irreligiosoque consilio multis conuenientibus aduersus Dominum tractabant, hi principes conuenerunt in vnum: frequenter scilicet in domum Cayphæ, omnibus sacerdotum principibus congregatis. Denique reges terræ cognominati sunt, Herodes tetrarcha & Pilatus præses: quia iure terreni imperij adstiterunt. Cæteri autem qui in vnum conuenerunt, neque reges terræ sunt,*

Ioan. 3.

Secreta legis Mosica.

Non credo.

Matth. 23.

Abis Hieronymum.

Bresith.

Aliud sententia Hieronymi.

Fabula de cellulis septuaginta.

Act. 4.

Act. 2.

Soli medi iudicabuntur.

Ioan. 5.

Act. 13.

neq; principes sacerdotum: quia nec ius regni sui praesidi Romano & tetrarchae obtinebant subditi, neque ultra ipsi principes sacerdotum cognominari merebantur, quia impij in Deum ac Dominum ipsius sacerdotij extitissent. Et quia non ambiguum est, ex persona Dei patris secundum apostolicam auctoritatem psalmum coeptum esse, quippe cum dixerint, Qui per os patris nostri David sancti pueri tui dixisti: idcirco ad intelligendam personam demutationem ab interpretantibus interiectum diaplasma est, licet in libris Hebraeorum non contineretur. Persona ergo quae demutatur, apostolorum esse intelligenda est dicentium:

Persona patris contra Hieronymum

Dirumpimus vincula eorum, & abiiciamus a nobis iugum ipsorum.

Detestari eos necesse est quod arguunt. Horum ergo qui & fremuerunt, & inania meditati sunt, vincula dirumpunt, & iugum abiiciunt. Et non ambiguum est quin differat iugum abiicere & vincula rumpere, quod vtrunque vtrique superius memorato & generi & nomini conuenit, vt vincula quidem gentium rumpant, iugum autem populorum abiiciant: quia gentes peccatorum suorum vinculis colligantur, a quibus absolue re se per infidelitatem non possunt secundum id quod dictum est: Fasciis peccatorum suorum constructus est peccator. Iudaei vero iugo legis onerantur, quod a se Apostoli abiiciunt, beato Petro dicente: Nunc vero quid retatis Dominum, ponere supra collum discipulorum iugum, quod neq; patres nostri, neque nos valuimus portare? Hoc ergo populorum iugum a se abiiciunt, quia subditi ei fuerunt: vincula autem non sibi, sed gentibus dirumpunt. Et ita vtriusque sermonis ratio seruata est, vt vbi vincula dirumpuntur, nullam personam suam significantiam addant: vbi vero abiiciunt iugum, illic dicendo, Abiiciamus a nobis, non de aliis quam de semetipsis locuti intelligatur: vt graui isto & intolerabili abiectione, suauiter illi & leui ad quod inuitati sunt, euangelicae sanctificationis se iugo subderent: gentium autem vincula per libertatem praedicationis abrumperent, secundum illud quod in eiusdem psalmi commemoratione dixerunt: Et nunc Domine respice in miseras illorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum: haec enim apostolicae doctrinae omnium infidelium & peccatorum laqueos abrumperunt. Et quia superius duplex persona seruata est cum ait: Aduersus Dominum & aduersus Christum eius: gemina quoque nunc ridens & subannatis significatio consecuta est. Non enim discernitur contumelia alterius ab altero, neque discretus honor est religionis ad vtrunque. Vt enim per genuinam patris & filij secundum se legitimamque naturam in gloria diuinitatis vnum sunt: vnum etiam sunt vel in contemptus iniuria vel in honoris reuerentia, & alter in altero aut honorificatur aut spernitur. Atque id ipsum Dominus testatur dicens: Sicut pater suscitauit mortuos & viuificauit, sic & filius quos vult viuificat. Nec enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Non distinguitur honor, non discernitur contumelia: aequa in vtrunque religio expectatur. Et iniuria vnius, contemptus vtriusque est. Ita cum in vno vterque spernatur: qui vnum sunt in diuinitate ambo per gloriam, vnum quoque sunt in religione ambo per honorem. Et hinc qui aduersus Dominum conuenerunt, conuenerunt quoque aduersus Christum eius: & quos in caelo habitans irridet, hos & Dominus subannat. Non quod non &

Prou. 5.

Act. 14.

Act. 4.

Ioan. 5.

A Dominus esset semper in caelo, quippe qui de se ipso testatus sit: Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Non absuit ergo a caelo, quia cum de caelo descenderit filius hominis manens atque loquens est: tamen cum haec loqueretur, de caelo descenderat quidem filius hominis, sed per naturam virtutem non aberat filius Dei unde descenderat: neque se ex eo quod ante erat, tum cum homo est natus absumperat, neque factus filius hominis, filius Dei esse desiderat: sed adeo filius hominis, filius Dei est, vt descendens de caelo filius Dei esset, & per virtutem suam substantiam idem filius hominis esset in caelo. Sed volens propheta sub personae distinctione

B significare patrem, qui filio suo etiam in filio hominis consistente in terris, in illa aeterna sua sede ac beata maneret, & sine descensionis alicuius dispensatione requiesceret, ait: *Qui habitat in caelis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* Vt per eum qui irridet habitans in caelo, intelligeretur & Dominus qui subsannaret in caelo. Non differt autem subsannare & irridere: vtrunque enim secundum voluntatis affectum officio oris efficitur. Namque secundum intelligentiam nostram per corporales species diuinarum rerum sensus exponitur, vt subsannatio & risus in eludendis his qui aduersus Dominum & aduersus Christum eius conuenerunt, nominaretur: non quod in incorporalem Deum aut resolutionem obductionis oris incidere, sed vt ex naturae nostrae consuetudine nosceremus quale in impios esset iudicium diuinae voluntatis. Subsannati ergo & irrisi sunt: nam qui testes falsos concinnauerant, qui conditionem mercati erant, qui super se ac filios suos sanguinem eius receperant, qui Crucifige clamauerant, qui Descende de cruce si filius Dei es dixerant, qui sepulchrum obsignauerant, qui resurrectionis silentium a militibus & famam furati corporis exegerant: perdididerunt tantum impietatis suae laborem. Deus est quem crucifixerant, aeternus est cuius sepulchrum obsignauerant. Irridet impietas: dum ad illicita nititur, dum incoculsa expevit, dum quod obtinuisse se sperat amittit, dum Deum esse quem tanquam hominem condempnat agnoscit. Ob quod competenter hoc sequitur.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in indignatione sua conturbabit eos.

Postea enim quam resurgente a mortuis Dei filio, in quem mors per speciem corporis quod assumpsit incidere, temeritas infructuosae impietatis irrita est: Deus ad eos quos subsannauerat loquitur, eosque in indignatione conturbat. Ac priusquam quis iste irae sermo & quae haec indignationis perturbatio sit ostendamus: ammoneri legentes atque audientes oportet, ne aliquas demutationes passionum perturbationisque motum cadere in Deum credant. Nihil enim in aeternam illam & perfectam naturam nouum incidit: neque qui ita est, vt qualis est, talis & semper sit, ne aliquando non idem sit, potest effici aliquid aliud esse, quam semper est. Terrae istud imperfectaeque causae habent generis, vt demutabiles sint conuersione naturae, cum laeticiam in meror, placibilitatem in ira, benevolentiam in offensam, aequanimitatem in uindictam, & securitatem in sollicitudine perturbat. Sumusque per haec aliud aliquando quam fuimus, cum eam quae praesens sit mentis affectionem, subrepens per incostantiam infirmitatemque nostram motus appetitionis alterius inquietet: & ex eo quod fuimus, in id quod sumus conuersi nos repentina demutat. Deus autem beatus atque perfectus profectu non eget, cui nihil deest: demutatione non nouus est, qui origine caret. Ipse est, qui quod est non aliunde est, in sese est, secum est, ad se est, suus

Ioan. 3.

Deut. 10.

Libertatem arbitrium.

Perturbatio non cadit in Deum.

suus sibi est, & ipse sibi omnia est, carens omni demutatione nouitatis: qui nihil aliud quod in se posset incidere, per id quod ipse sibi totum totus est reliquit. Ex huius igitur optima ac beneuola beatitudine, per Dominum nostrum Iesum Christum perfectae omnes sunt coelestium & inuisibilium creationes, spiritualium & corporalium constitutiones: non vt profectum sibi aliquem ex his, quibus originem impertiebatur, acquireret. Neque enim quisquam eo indiget, quod ex se tribuit: aut per id proficit, cui ad id quod est autor est. Exteriora autem sunt quae afferunt profectum, quia ea quae inopiae medentur aliena sunt. Deus igitur ex quo omnia sunt, nullo eorum indiget, quibus id quod sunt esse largitus est: omnia vero ad profectum eorum quae gignerent creauit. Et quia longus erit sermo, si etiam de coelestibus & inuisibilibus inchoetur: ex nobis ipsi ad quos prophetia psalmi est, tractemus. Hominem, non quod officio eius in aliquo egerit instituit, sed qui bonus est participat beatitudinis suae condidit, & rationale animal in vsum largiedae suae aeternitatis vita sensuque perfectit: & hoc ex ipsius dictis absolute intelligitur. Ait enim: Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus poscit a te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis eius, & diligas eum, & seruias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & custodias praecipia Domini Dei, & iustificationes eius, quae ego praecipio tibi vt bene sit tibi? Nullum ad nobis, nisi innocetiam, & religionem & fidei obsequium Deus postulat. Amari se a nobis exigit: non vtiq; amoris in se nostri fructum alique sui causa ipse percipiens, sed amore ipso nobis potius qui eum amabimus, profuturo. Nam amari se, sibi nos obsequi idcirco a nobis expevit, vt digni beatitudinis suae ac bonitatis munere per meritum amoris sui & obsequij iudicemur. Bonitatis autem vsum, vt splendor solis, vt lumē ignis, vt odor succi: non prebent proficit, sed vti. Quod ergo sumus, profectus noster est potius quam eius, qui nos in id quod sumus instituit: quia Deus honorum eorum quae in se sunt aeterna non inuides in sensum nos atque vsum beatitudinis suae creasset, profectum nobis ad id meritum vitae innocentis honestaeque constituit. Quid autem honoris ac praemij bonitatis necessitas mereretur, cum malos nos esse vis quaedam nobis conferta, non inmeret? Voluntati ergo permittit bonitas est, vt praemium sibi voluntas bonitatis acquireret: essetque nobis aeternae huius beatitudinis profectus atque vsum ex merito, non necessitas indiscreta per legem. Et quanquam nos ad voluntatem bonitatis, id est, ad bene honestaeque viuendum per spem promerendae & vtendae suae bonitatis illiceret, poenam tamen deuitatae & contemptae bonitatis adiecit: vt cum libertatem nobis voluntatis ad bonitatem promerendam reliquisset, quia meritum necessitatis naturae non haberet, libertatem ipsam quotidie propositus est contrario poenae terror argueret. Atque ita & per rationem aequi atque iusti ad meritum praemij permittit libertas est, & per bonitatem Dei vis libertatis motu constitutionis arcata est: vt bene velle meriti spes moneret, malum nolle propositae ultionis poena suaderet. Itaque his quibus ex voluntatis libertate malitia magis placuit, vltio constituta ira esse Dei creditur: non

A quia indemutabilis illa Dei & queta natura motu impetus turbidi incalescat, sed quod ille quem per constitutionem poena maneat, poena sentiat sibi auctorem huius constitutionis iratum. Poena enim patiens, ira creditur decernentis. Atque ita irascitur Deus, cum per poenae dolorem iram decernentis in se sentiat esse punitus: quae non per demutationem naturae in iram ex placabilitate commota est, sed ex constitutione poenae ira fit puniendis. Hanc autem poenae constitutionem, iram nuncupari atque esse, Ioannes in euangelio ostendit, dicens: Natio viperarum, quis monstrauit vobis fugere a ventura ira? Cum enim debitum illis esset, ob impietatem suam poenae constitutione puniri: iram tamen hanc futuram poenitentiae confessione fugiebant. Apostolus quoque; irae huius ita meminit, dicens: Quia si cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nunc per sanguinem eius liberabimur ab ira per illum: iram videlicet poenam manentis constitutionis ostendens. Non itaque ad demutationem Deus mobilis est, neque ad aliud ex alio transferendus: cum certae ipse constantisque naturae sit, maneatque vt est, quippe qui dixerit: Ego sum qui sum, & non demutor. Beata illa & perfecta aeternaque virtutis bonitas non patitur conuersionem: nec demutatur ex alio in aliud motu accidit instinctus. Et hoc idem hic sancto spiritu loquens propheta testatur, dicens: Deus iudex iustus, fortis & magnanimus, nunquid irascetur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, & arcum suum tendit, & parauit illum: Et in eo parauit vas mortis, sagittas suas arsuris operatus est. Non ergo ad iram magnanimus demutatur, sed potes iudex poenam decreuit ad culpam. Nam non conuertentibus gladium vibrauit, & arcum tetendit, & in eo parauit vas mortis, & sagittas suas arsuris operatus est. Operatus autem est non ad motum repentinam irae, quae per cupiditatem vlciscendi subito accensa sit: sed operatus arsuris est, qui per impoenitentem voluntatem ipsi se constituit vrendos. Et his qui non conuertuntur, gladius vibratus est, non ex denotatione irae promendus ad singulos, (neque enim qui magnanimus est per dies singulos irascitur) sed quia iudicium decreuit, gladius eius ex poenae constitutione iam promptus est. Ipsa autem poenalis iudicij spiritualia ministeria in gladio, arcu, sagittisque memorantur, quia praeparata habentur arsuris. Non ex motu irae temporariae praeparantur, sed ea ex decreti constitutione temperatissima Deus bonitatis suae aequabilitate moderatus est: non occultam scilicet constitutionis ipsius huius seueritatem & incognitam relinquendo, terroremque eius denunciationibus praemonendo, & ipsam illam constitutam licet, longa tamen ad peccati poenitentiam dilatione remorando. Atque ideo posteaquam fremuerunt gentes, & adstiterunt reges, posteaquam inania meditates populi in vnum conuenerunt aduersus Dominum Christumque eius, & posteaquam irrisi subsannati sunt, subiectum est: *Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in indignatione sua conturbabit eos.*

Ira Dei quid.

Matth. 3.

Rom. 5.

Exod. 3.

Psal. 7.

Esai. 1.

si veniat apparere in conspectu meo, quis enim ex-
quisiuit hæc de manibus vestris? Calcare aulam meam
non apponetis. Si afferatis similitudinem vanum est: thymia-
ma abominatio est mihi. Neomenias & sabbata
vestra, & diem magnum non sustineo. Ieiunia & fe-
rias & Neomenias vestras & festiuitates odit anima
mea. Facti enim mihi estis in abundantiam, iam non
sustineo peccata vestra. Et si extendatis manus, auer-
tam oculos meos à vobis: & si multiplicetis precem,
non exaudiam vos: manus enim vestra sanguine ple-
næ sunt. Et hæc quidem atrocitas & plena iræ prin-
cipes Sodomorum generosam Abrahamæ familiam nun-
cupari, populum Gomorrhæ, electum in hereditatem
Israel dici, improbabilis esse hostias, abominabiles so-
lennitates, pertæsa ieiunia, auertendi ab conspectu ad-
euntium oculi, obstruendæ ab auditu precantium au-
res, quia manus sanguine plenæ sunt. Quid hac com-
minatione grauius? Quid his minis seuerius? Sed vi-
deamus qualiter in ira sua Deus loquatur. Sequitur e-
nim posteaquam dictum est, Manus vestra sanguine
plenæ sunt: Lauamini, mundi estote: auferite nequitias
ab animis vestris, à conspectu oculorum meorum. Di-
scite bonum facere, exquirite iudicium, liberate iniu-
riam accipientem, iudicate orphano, & iustificate vi-
duam: & venite, arguamur, dicit Dominus. Et si fue-
rint delicta vestra sicut phœnicium, vt niuem dealba-
bo: si autem fuerint vt coccum, vt lanam candidam
efficiam. Et si volueritis & audieritis me, quæ bona
sunt terræ manducabitis: quod si nolueritis, neque au-
diueritis me, gladius vos comedet. Os enim Domi-
ni locutum est. Sequitur terrorem benignitas: & qui-
bus iam vltio criminis debita est, his adhuc superest
pœnitentis conscientia beata confessio. Non enim
statim Deus in ira sua perimit, sed loquitur: & dissim-
lata adhuc pœna tantum in indignatione perturbat.
Qui enim vt coccum & phœnicium erant, redun-
danti in manus sanguine decolores: in niuem dealbe-
scent, eruntque veste beati velleris candidati. Et hæc
quidem ex autoritate testamenti veteris præsumpta
sunt: videamus an etiam in nouo Dei ira talis esse in-
telligatur, vt saluet. Namque Ioannes eos quos esse na-
tionem viperarum ob maliciam paternæ in se impie-
tatis exprobrat, ita ad salutem monet: Facite dignum
fructum pœnitentiæ. Et rursum ipse Dominus: Veni-
te ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego
vos reficiam. Fremuntibus autem aduersus se, & non
tantum in passione, sed etiam post passionem, non di-
co in vnum conuenientibus, sed persecutionem ec-
clesiæ, apostolorum fugam, cædes martyrum spirantibus,
Deus sic loquitur iratus: Saule Saule, quid me per-
sequeris? Ait autem: Quis es Domine? Dominus ve-
rò: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.
At ille tremens & pauens in eo quod sibi acciderat,
dixit: Domine, quid me vis facere? Sic loquitur iratus,
sic in indignatione conturbat: cum quibus ob meritum
impietatis pœna decreta est, ipsis per ammonitionem
desinendi, metus & terror affertur. Sed ne ipsam qui-
dem principalem & maximam loquendi in ira & in-
dignatione conturbandi prædicationem, prætermisit
propheta. Namque post id quod ait: Tunc loquetur
ad eos in ira sua, & in indignatione sua cõturbabit eos:
vt ostenderet qui ille iræ sermo esset, & quæ ex eo cõt-
urbatio gigneretur, adiecit:

*Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem
sanctum eius, annuncians præceptum eius. Dominus dixit ad
me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Posce à me, & dabo*

*tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam ter-
minos terræ. Reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli con-
fringes eos.*

Iratus loquens atque in indignatione perturbans, &
irascendi modum temperat & loquendi. Nam neque
iram dissimulat potestate prælata, neque à bonitate sua
excidit terrore præmissio: vt ad pietatem nos metus e-
ius, cuius potestas esset demonstrata reuocaret. Con-
turbantur ergo frementes & vana meditantibus: cum re-
gem sciunt, cum filium Dei audiunt, cum possessorem
eum finium terræ, & hæredem esse gentium discunt,
cum regendi ius in virga ferrea eius esse cognoscunt,
cum modo ac facilitate vas figuli comminuetur eos po-
pulos intelligunt. Sic loquitur iratus, sic conturbat in-
dignans: non punitis admittam impietatem, sed impœ-
nitentem ad pœnitentiæ confessionem commemorata
potestatis terrore perturbans. Quamquam verò per
spiritum prophetiæ pro gerendis gesta memorantis
(quia solitus sit non per ambiguam prouidentiam ge-
rendorum Deus futura pro præteritis significare) ab-
solutè intelligi possit, omnia hæc ex persona vnigeniti
filij Dei Domini nostri Iesu Christi dicta esse, & infi-
delitas maxima sit, trepidum ad hæc sensum ambigua
opinionis afferre: tamen etiã euangelicis atque apostoli-
cis doctrinis ostendendum est, nihil eorum prophetam
quæ gerenda prædicandæque essent non antea prophe-
tasse, maximè cum nõ exiguis ignorantibus atque sim-
plicibus error oriatur in eo quod dictum est: Ego ho-
die genui te. Cum enim ante tempora vnigenitus Dei
filius maneat, nec conueniens nec consonans esse in-
telligitur, vt in die genitus sit: cum dies omnis in tem-
pore sit. Tempora enim secundum præscriptam nobis à
Mose cognitionem in hunc suum motum atque
cursum ab origine seculi & cõstitutione dimessa sunt,
cum per momenta & horas & menses, & annum reuo-
lubili in se successione discreta sunt: institutumque est
tempus ex tempore, quia omnia tempora mutua tem-
porum substitutio & gignit & terminat. Atque ob id
dies in tempore est: per quem tempus vniuersum & in-
choatum definit, & desinens inchoatur. Vnigenitus
verò Dei filius, vt Dei verbum est, ita & Deus erat ver-
bum, non cum temporibus est, sed ante tempora: non
in aliquo, sed ante omnia est. Erat enim cum tempora
facta sunt, quippe qui ea fecerit. Erat ergo semper. Nõ
enim est definitus in tempore, non subiectus in nume-
rum, sed per quem est eorum omnium, quæ & sunt &
esse dici possunt, origo: ipse ille ex infinita æternitatis
sua ortu, vt ab æterno genitus est persistit. Vt igitur
dicti prophetici, quo ait: Ego hodie genui te, ratio
possit intelligi, adhibenda nobis est euangelica & apo-
stolica atque prophetica autoritas: vt vel prophetam
de Apostolo, vel Apostolum de propheta intelliga-
mus. Tenendus autem idem euangelicorum dictorum
ordo, qui psalmi est: nam idem primus est. Ego autem
constitutus sum rex ab eo super Sion motem sanctum
eius. Et nescio cui Christum regem esse ambigere sit
tutum, latrone hoc ipso in crucis passione proficiente:
Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.
Sed non sufficit confessio latronis regem ipsum profi-
tentis. Testantur etiam adoraturi Magi cum interro-
gant: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Testatur &
Pilatus interrogans: Tu es rex Iudæorum? Profitetur
& Dominus respondens: Tu dixisti. Non negat inter-
rogatus, nec gloriatur humiliandus ad mortem, cum
non sit nisi ex responsione confessio: ita neque se præ-
tulit professionis autorem, neque interrogatæ cogni-
tionis

Math. 26.

Psal. 109.

Ioan. 17.

tionis veritatem inuidit. Sed non sufficit respondisse
quod rex sit: audiamus etiam illud, & qui sit iste qui
rex est. Princeps namque sacerdotum etiam cum sacra-
mento interrogat, dicens: Adiuro te per Deum viuum,
vt dicas si tu es Christus filius Dei. Et dicit illi Iesus:
Tu dixisti. Interrogatio nunc quoque non improba-
tur, sed & iactantia & gloriatio spontaneæ professio-
nis effugitur: quæ sita tamen veritas non negatur. Ac
sic verecundia humilitatis & veritatis confessio tem-
perantur: vt sit & in responsione officium, & in inter-
rogatione cognitio. Sed expectandum est, qui tãdem
sit responsionis huius profectus: quod Christus filius
Dei est. Nempe quod sequitur ad id quod dictum est:
Tu dixisti: Verum dico vobis, amodo videbitis filium
hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem
in nubibus cœli. Qui filius hominis est, idem & filius
Dei est. Natura generositatis, in filij hominis assump-
tione non deperit. Nam non idcirco non Dei filius,
quia & hominis est filius. Non enim diuinitatis sit de-
cessio, cum humilitatis accessione, nec per cõsortium
infirmitatis contumelia virtus excipit: quippe cum
infirmitas honore sit donata virtutis. Nam hominis fi-
lius à dextris Dei assidet, veniens cū cœli nubibus cõ-
tuendus. Quo dicto, prophetia consummatur illa quæ
dixit: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris
meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. Hic ergo rex super Sion montem sanctum
Dei constitutus est: præceptum Domini annuncians.
Non super illum vique terræ ciuitatis montem,
comploratæ scilicet & homicidæ & parricidæ Hieru-
salem: sed Hierusalem eius quæ in cœlis est, quæ ma-
ter est nostra, quæ ciuitas regis magni est: cuius, vt exi-
stimo, hodiè que incolæ sunt in passione Domini re-
surgentes. Dei itaque præceptum hic rex constitutus
annunciat, vt venturum cum cœli nubibus me-
minissent: aduersus quem fremere & conuenirent,
vt per cognitionem dei diuini aduentus conturbati, super
contumelia illusa humilitatis corporeæ pœniterent.
Tenet autem ordinem prophetiæ euangelica doctrina.
Nam in eo ipso dicti vtriusque ratio cõtinetur, hu-
ius scilicet dicti: Ego constitutus sum rex ab eo super
Sion montem sanctum eius, annuncians præceptum
eius. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego ho-
die genui te. Cum enim ait: Amodo videbitis filium
hominis sedentem à dextris virtutis Dei, tempus quo
filius hominis qui & Christus & Dei filius, & confes-
su Dei dignandus esset ostendit: vt qui ante Dei filius,
tum quoque & hominis filius esset, vt id quod tum fi-
lius hominis est, ad perfectum Dei filium, id est ad re-
sumendam indulgentiamque corpori æternitatis suæ
gloriam per resurrectionis potentiam gigneretur, quæ
gloriam à patre corporeus reposebat. Qui enim in
forma Dei erat, formam serui acceperat: & acceptæ
huic formæ serui, gloriam Dei in qua mansit postulat,
dicens: Pater glorifica me apud te ipsum ea claritate,
quam habui priusquam mundus esset apud te. Non
noua querit, non aliena desiderat, esse talis qualis fue-
rat postulat: sed precatur id se quod antea erat esse, gi-
gni scilicet ad id quod suum fuit. Non erat autem id-
ipsum tunc totus quod vt fieret precabatur: fieri au-
tem totus non aliud quàm quod fuerat postulabat.
Sed cum sit quod fuit, & quod non erat est futurus: ad
id quod fuerat, id quod totum non erat quodam no-
uo ortu nascebatur. Exordio ergo hic resurrectionis
sue ad assumendam gloriam dies est: per quam ad id
nascitur, quod ante tempora erat. Sed nascens ad id

quod ante tempora fuit, id tamen in tempore nascitur
esse, quod non erat: atque ideo filius hominis amodo
assidens virtutis dextris est videndus, quia natura car-
nis post resurrectionem glorificata, ad profectum e-
ius quæ antea habuerat claritatis prouehabatur: cum
hominis filius confessurus patri, & in immortalitatem
corruptione carnis absorpta, & in viuentem tunc, &
non moriturum amplius Dei filium, nasceretur. Te-
nuit autem beatus Apostolus nouam hanc in eo tem-
porariæ huius natiuitatis, discretam ab ea quæ ante
tempora est generationem & subdiuisam significatio-
nem. Nam cum de beata illa, & nullis circumscrip-
temporibus natiuitate dixisset, Primogenitus omnis
creaturæ, quia in ipso creata sunt omnia in cœlis & in
terra, visibilia & inuisibilia: primogenitum quoque
etiam ex mortuis in resurrectione commemorat, di-
cens postea: Primogenitus ex mortuis, vt fieret ipse in
omnibus primatum habes. Nascitur enim ad id quod
non erat, cum tamen id fieret quod fuisset. Est enim
primogenitus ex mortuis, qui erat primogenitus crea-
turæ: idcirco primogenitus ex mortuis, vt maneret pri-
mogenitus creaturæ. Idem enim est primogenitus ex
mortuis, qui erat primogenitus creaturæ. Non nunc
aliud est atque ante fuit, quamuis etiam aliud ipse fue-
rit ex alio: sed id quod ex alio etiam aliud fuit, in idi-
psum tamè vnde antea extitit aliud est renatum. Nam
qui natus ex virgine homo est, erat & tum filius Dei:
sed qui filius hominis est, idem erat & Dei filius. Na-
tus autem rursum ex baptismo, & tum Dei filius: vt &
in idipsum & in aliud nasceretur. Scriptum est autem
cum ascendisset ex aqua: Filius meus es tu, ego hodie
genui te. Sed secundum generationem hominis rena-
scentis, tum quoque ipse Deo renascebatur in filium:
profecto vt hominis filio, ita & Dei in baptisate cõ-
parato. Sed id quod nunc in psalmo est: Filius meus
es tu, ego hodie genui te: non ad virginis partum, ne-
que ad lauacri generationem, sed ad primogenitum
ex mortuis pertinere apostolica autoritas est. Nam-
que in libro Actuum apostolorum ita dictum est: Nõs-
que vobis Euangelizamus eam quæ ad patres facta est
repromissio. Hanc Deus expleuit filiis nostris, susci-
tans Dominum nostrum Iesum. Sicut & in psalmo
primo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie ge-
nui te. Cum suscitauit eum à mortuis, amplius non re-
gressurum in interitum. Vox ergo hæc Dei patris se-
cundum Apostolum in die resurrectionis extitit: &
videamus an idipsum & euangelia sic doceant. Nam-
que Dominus resurgens tali ad apostolos vsus est vo-
ce: Data est mihi potestas omnis, in cœlo & in terra.
Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in
nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Resurgens e-
nim, in cœlo & in terra ius omne sortitus est. In eo au-
tem quod ait data est, poposcisse id quod accepit o-
stendit. Sequitur enim:

*Posce à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, et pos-
sionem tuam terminos terræ.*

Accipit ergo hæreditatem gentium quam popo-
scit. Poposcit enim cum ait: Pater, venit hora, hono-
rifica filium tuum, vt filius tuus honorificet te. Sicut
dedisti illi potestatem omnis carnis, vt omni quod de-
disti illi det vitam æternam. Et rursum: Non pro his
rogo tantum, sed & pro illis qui credituri sunt per ver-
bum eorum in me. Hæc ergo hæreditas eius, vt omni
carni det vitam æternam, vt omnes gentes baptizate
atque doctæ regerentur in vitam: non iam secun-
dum illam diuinam Moyfi cantionem angelorum do-

minatui dedicatæ, neque secundum eorumdem numerum diuisa: sed in dominicam familiam susceptæ, & in domesticos Dei deputatæ, & ex iniusto atq; peruerso iure dominatum in regnū æternum diuinumque translata. Neque enim adhuc tantum portio Domini Israel, neq; funiculus hæreditatis eius Iacob: sed gentes omnes secundum numerum angelorum ante diuisæ, nunc iam vnus atq; vnus omnis hæc vniuersitas gentium Dei populus est: & æterna hæc omnium ex mortuis resurgentium, primogeniti huius ex mortuis æterni hæredis hæreditas. In eo autem quod adiectum est: Et possessionem tuam terminos terræ, nō est existimandum quod id ipsum repetitus sermo significet: tanquam illi sola gentium terras inhabitantiū donata possessio sit. Non enim ait: Et possessionem tuam vsq; ad terminos terræ, sed terminos terræ. Ab eo autem quod terminatur, id quod terminat differt. Neq; id ipsum est finitum esse atque finire: neq; vnum est, modum sumere, atque moderari: quorum aliud interius modum accipit, aliud exterius quodā ambitu suo obiectūque moderatur. Non enim ita in profundum demersa est terra, aut in latitudinem extensa, aut prolata in altum est: vt non vndique secus, aut circumfusa, aut subiacentis sibi naturæ contineatur obiectu. Hanc enim infernæ vastitudinis demersa & immensa abyssus sustentat: hanc circumfusi & superni aeris spiritus inumbrat atque ambit. Quod autē subiecta sibi abyssus suspensa sit, propheta testatur dicens: Ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit illā.

Psal. 23. Et rursum: Qui firmavit terram super aquas. Et hanc immensam atq; infinitam vastitatem, abyssum scriptura solita est nuncupare, cum Iona intra cetum orante dicitur: Abyssus multa circumfudit me. Atq; hæc quidem infinita immensitas quæ secundum verbi proprietatem in abyssis significari intelligitur, spiritalis & diuinæ substantiæ est circumscripta virtute: secundum illud apostoli, Quoniam omnia in ipso & per ipsum, ipsi gloria in secula seculorum. Esse autem huius infernæ regionis vastitatis, abyssus incolæ plures, beati Ioannis Apocalypsi docemur: cum nullus, neque in cælo neq; super terram, neque infra terram ob signatum librum dignus est repertus aperire. Non vtiq; de mortuis & in terrâ sepultis significare intelligitur: cum ad tertij incolatus demonstrationem, non qui intra terram, sed qui infra terram, neq; qui mortui sunt, sed qui viuunt, nullum in se resignandi libri habuerint autorem. Cum ergo possessio terræ finiū Domino donatur: non tam terra donatur, quam ea quibus terra finitur. Terræ enim terminos quibus terra ipsa determinatur, accepit. Cuius rei sacramentum omne beatus apostolus Paulus (Quippe cuius ore Christus de se est locutus) exposuit dicens: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam existimauit se esse æqualem Deo, sed se exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominis constitutus, & habitu repertus vt homo, humiliavit se factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu curuetur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. In forma itaque Dei manens, formam serui accepit, scilicet ex Deo homo natus: & post mortē crucis in nomē quod est super omne nomen exaltatur. In Deū nanq; quia nullum vltra Deum nomen est, prouehitur: etque hoc petenti, id est, vt esset quod fuerat antē, donatur. For-

Psal. 23.

Psal. 135.

Iona 2.

Rom. II.

Philipp. 2.

mam enim serui in forma Dei manens sumpserat. Accepit deinde possessionē finium terræ, id est, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Non terrena sola, sed superna etiam infernaque donantur, & ea quibus terra concluditur: & in gloria Dei patris hodie genitus nascitur, id est, in manente antē Dei forma per præmium mortis formæ seruilis adsumptio honestatur. Fitq; sub tempore noua, nec tamen inuitata natiuitas: cum ad resumendam gloriam Dei patris qui ex forma Dei forma serui erat, primogenitus ex mortuis nascitur. Sequitur deinde:

Reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos.

Multis aut malè opinantibus, aut virtutem & proprietatem dīctorum diuinorum ignorantibus, aduersa hæc esse bonitati Dei videntur: vt gentes quas filius Dei in possessionem poposcit, & in hæreditatem accepit, terrore virgæ ferreæ regat, & modo vasis figuli confringat. Neque enim boni cuiusquam est dare & accipere perdenda. Et qui manuult peccatorum penitentiam quā mortem, non existimatur secundū promissionem naturæ suæ esse facturus, si virga ferrea confringat, quos dari sibi ne hæreditatē poposcit. Et primum ne quis temerariæ huic & impiæ præsumptioni locus pateat: proprietates ipsæ verborum in Romanā linguam translatores cognoscenda sunt. Nanque id quod nobiscum est, Reges eos in virga ferrea, quamquam ipsum, reges, non tyrannicum, neque iniustum sit, sed ex æquitatis ac moderationis arbitrio regimen rationale demontret: tamen molliore adhuc regentis affectum proprietates Græca significat. Quod enim nobiscum est, Reges eos, cum illis est *αυτοκρατορας αυτους*, id est pastoraliter reges: regendi scilicet eos curam affectu pastoris habiturus. Ipse est enim pastor bonus, cuius nos oues sumus: pro quibus animam suam posuit. Ne autem ius tyrannicum significari arbitremur in virga: quæ in virgæ nuncupatione proprietates sit, ex nouo & veteri testamento noscendum est. Beatus Paulus ad Corinthios scribens, quos tum ex multis peccatis ad penitentiam moderata atque vtili adhortatione reuocabat, ait: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Non quid Paulus ius prætorium erat, vt virga comminaretur, & cum officio licitoris ad ecclesiam Christi adesset? Non vti que ita opinandum est, sed quia omnis Dei sermo quo ex errore in veritatem Dei retrahimur, quo per comminationem terrorēque iudicij ad innocētis & sanctæ vitæ viam regimur, virga est nuncupata: per quā intra disciplinam diuini metus cohibiti, moderati ac prudentis rectoris monitu cohercemur. Beatus Apostolus conditionem eligendi aduētus sui his quos monuerat adiecit: vtrum mallent eum in feueritate doctrinæ atque obiurgationis adesse, an in spiritu lenitatis. Quod vtrumque secundum modestiæ tenorem erat necessarium: vt obedientibus lenior, insolentibus verò feuerior adueniret. Et hoc quidem ex noui testamenti autoritate præsumptum est. Hæc autem verbi doctrinam virgam nuncupari ex veteri ita cognitū est, cū dicitur: Virga directionis, virga regni tui: quia hæc quidem est virga directionis, qua per doctrinam in æquam viam vtilēque dirigimur. Et que virga regni est, necesse est ipsa illa doctrina sit regni. Ipsum autē Dominum nostrū ob doctrinæ suæ vtilē ac moderatam prædicationē virgā nūcupatū ita accepimus, dicente

Hoc subole Origenian quiddā, nō in hoc opre Origenis sequitur qd Hilariū.

1. Cor. 4.

Virga apostolica, sermo euangelicus.

Psal. II. dicente Esaiā: Exiet, inquit, virga de radice Iesse. Ac ne tyrannicam in eo feueritatem per virgæ nuncupationem auderet quicquam opinari, continuo propheticus sermo adiecit: Et flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini: vt virgæ feueritatem floris suauitatis tēperaret, cum vniciq; nostrū doctrinæ terror regimen perfectæ beatitudinis ammeret. In hac ergo virga reget datas sibi gētes: nō corruptibili, non caduca, non fragili, sed ferrea, id est, validissima, & pro naturæ suæ soliditate firmissima. Hac ergo virga ferrea reget, ita vt confringat & cōterat. Itā magis hoc secundū Septuaginta translatores Græcitatū proprietates enunciat. Ita enim scriptum est, *αυτους κραυνην κρημινος ουρησας αυτους*. Sed siue cōterat, siue confringat, non idcirco existimāmus est hæreditatem poscere, vt eam ad pendendū atq; abolendū confringat & cōterat: quippe cui cor cōtribulatū sacrificij sit optimum. Cōteritio ergo illa siue cōfractio est, quæ in nobis corporeas voluptates & seculariū vitiorum incentiua cōminuit, dignōsque nos dignatione Domini præstabit, secundum dictum prophete: Cor contritum & humiliatū. Deus non spernet. Cōparata autē vasis figuli cōfractio, quantam abolitionē intelligentiæ huius impartitur. Nō enim sine causā quos in hæreditatem poposcit virga ferrea regens tanquam vas figuli confringit: nisi quod cōparationis exemplo fragmenti istiusmodi damnū proficere in restaurationem eiusdē vasis ostēdit. Qualis autē à Deo secundum vas figuli nostra cōfractio sit, idem docuit per Hieremiam prophetā, dicens: Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et descendi in domum figuli: & ecce ipse faciebat opus super lapides. Et cecidit vas quod faciebat in manibus eius: & iterum fecit vas aliud secundū quod placuit in cōspectu eius vt faceret. Et factū est verbum Domini ad me dicens: Si secundum figulum hunc nō possim facere vos domus Israel? Ecce sicut lutū figuli vos estis in manibus meis. In summa loquar super gentem & super regnum, vt feriat eos & perdat, & si cōuersa fuerit gens illa à malis suis, penitebo de malis quæ cogitabam facere illis. Et in summa, loquar super gentem & regnum, vt reaedificem & plantem. Et facient mala ante me, vt ne audiant vocē meam, & penitebo de bonis quæ locutus sum facere illis. Sic petitas atque obtentas hæreditatis suæ gentes Deus cōfringet & cōteret, vt reformet: confringit enim Deus in omnibus omnes inexplēbiles cupiditates, & illecebrosas lasciuias, & seruētes iras, & inanes superstitiones, & tumētes fastus, & impias opiniones. Reformet autē nos ad rationabilē vitæ vsum, cōtempu pecuniæ, luxus pudore, iræ moderatione, veri sciētia, cōmunionē viuendi, religionis officiis: cum per doctrinæ regimē terrorēque iudicij in has virtutes post vitia illa reuuiuificamus. Nō enim ait: Tanquā vas confringes eos, ne per testā fragmenti irreformabile vas posset intelligi: sed ait, vas figuli, quod in ipsa artificis molitione vas fieret, vt secundū prælatum exemplum prompta esset cōfracti eiusdē vasis ex artificis voluntate reparatio. Sed hoc irrationabilis materiæ vas etiā sub alia intelligentiā ad rationē humanæ voluntatis aptū est, homines quidem per hæc vitia sua cadere: sed si in his peniterent, id est, si ab his desinerent, se quoque Deus in his quæ ad penā causā huius cōstituerit penitere. Nō quod hic motus mētis secundū humanam naturā in Deum caderet: sed quia hominis gestorum penitentia modus est gerendorū. Penitentia quoque suam Deus memorat ad penā: quia puniri desinerent

qui esse impij destitissent. Vt ergo figulo promptū est, amissum vas ad eandem, vel quam volet speciē reformare: ita Deo facile est, post vitiorum casus volentes se erigi, per doctrinæ suæ institutionē ad pietatem ex impietate reparare. Sed & illa tanquam vas figuli non ignoranda cōfractio est: tum cum his corporibus dissolutis, & casu mortis cōfractis pro voluntate artificis restauratio afferetur. Quod vtrunq; propheticus sermo significasse eodē dicto videtur. Nam cum penitentiam vtilē in his quæ antē agebantur ostendit: præsentis huius vitæ & corporalis ex vitis in virtutem nouam quali instauracionem docet esse oportere, ira in eos Dei sicuti criminum voluntate cessante. Et quamquam id ex figuli comparatione protulerit, tamē cum de eodem figulo ait: Et ipse fecit vas aliud secundum quod placuit in cōspectu eius: significari etiam intelligitur illa, quæ secundum Dei voluntatē resurgentiū corporū instauratio est futura. Prout enim ei placet, & cōspectu eius dignum est, cōfracta reparabit, non ex alia aliqua, sed ex veteri atq; ipsa originis suæ materie speciē illis cōplaciti sibi decoris impartiens: vt corruptibilium corporū in incorruptionis gloriam resurrectione, non interitu naturā perimat, sed qualitatē conditione demutet. Non enim aliud corpus, quamuis in aliud resurget, a postolo dicente: Seminatur in corruptione, resurget in incorruptione: seminatur in ignominiam, resurget in gloriam: seminatur in infirmitatem, resurget in virtutem: seminatur corpus animale, resurget spirituale. Fit ergo demutatio, sed nō affertur abolitio. Et cum id quod fuit, in id quod non fuit surgit: nō amittit originem, sed proficit ad honorē. Confringi itaq; nos tanquam vas figuli, vel nunc, vel tunc gaudeamus: vt & nunc modo figuli vasis commortui & cōsepulti Domino in baptisate in nouitate vitæ ambulemus. Et in nouum hominem deposito vetere renascamur: vt tunc per hunc nouæ natiuitatis profectum, in beatam illam ac Deo placentem iteratā reparationis nostræ speciem reformemur. Cuius boni non ignarus propheta, post hæc hortatur & dicit:

Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne forte irascatur Dominus, & percutis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eum.

Doctrinæ hic ordo vtilissimus est, vt eorum in quæ nos adhortatur, beatitudinē cognitā præstet: quia difficile sit animū ac spem ad ignota protēdere. Volēs igitur propheta ad eorū nos quæ superius cōmemorauerat, intelligentiā cohortari: intelligentiæ ipsius honorem ante memorauit, dicens: Et nunc reges intelligite, eos scilicet qui intellectu essent, reges esse demōstrans. Sed quærendum est, quos reges ad intelligentiā prophetiæ huius adhortationis admonet: ne quisquā forte eos significari intelligat, quorū nunc in corpora humana, & in bellorū ministeria, & in metu gentiū, regnū est. Non sunt autē hi æterni & beati apud Deū reges: quippe cū ipsam mandatis Dei excidat, & diabolo in regnū sint deputati: dicente eodē cū Dominū tenaret: Et duxit illū diabolus in montē altissimū: & ostēdit illi omnia regna orbis terræ, in momento tēporis: ait ad illū diabolus: Tibi dabo potestatem hæc & gloriā eorū, quia mihi tradita sunt. Alios autem nobis reges euangelia demōstrant, scilicet in quos appropinquauit regnum Dei, qui regnans in se peccatū deuicerint: qui sui ipsius corporis reges sunt, dominatui suo vniuersa vitiorum incentiua subdentes: hoc

enim in nobis est regnum Dei. Sic iterum Christus regnat in nobis, cum per eorum ipsi dominium dominorum in nos iure regnamus: secundum quod dictum est, Non venit regnum Dei cum obseruatione: neque dicent, ecce hic & ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Huius rei beatus Apostolus meminit, Corinthiis scribens: Et vnam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus. Hoc itaque regnum Dei est: vbi peccatum vincitur, vbi mors perimitur, vbi non regnat hostis. Mors enim regnavit ab Adam vsq; ad Moysen. Et Apostolus ait: Iam non regnat peccatum in vobis. Per hoc regnum Dei regno peccati dissoluto, ipsiq; iam nobis regibus, regno aduersante sublato: hoc erit regnum Dei, cum omnibus vitiis nostrorum aculeis cotusis, labes erit corporeae infirmitatis absorpta. Hos itaq; reges propheta ad intelligendum cohortatur: vt sciant, aduersus Dominum & Christum eius fremuisse gentes, & populos vana meditata. Intelligant quoq; inridetum esse caelis, & in ira loquentem, & super Sion motem sanctum regem constitutum, praecipua Dei patris annunciantem: cognoscantq; eum qui sit genitus in filium: tempus quoq; illud, quo qui tempora fecit, sit in tempore genitus. Intelligant qui quo hereditatem gentium, & possessionem terrae finium postulauit. Non ignorent etiam quae haec virga sit ferrea, qua reges eos, modo vasis figuli cofringat. Haec enim intelligetes, sacramentum omne diuinum voluntatis agnoscent: cum per obedientiam praceptorum haeredes Dei, cohæredes autem domini nostri Iesu Christi erunt. Per id quod aeterno regi cohæredes sunt, id necesse est cosequantur, vt reges sint. Testantibus itaq; euangelis atq; Apostolo de regibus: sequens est vt cognoscamus qui sint iudices terrae, quosq; vt reges oporteat erudiri. Maxime cum reges nudo tantum nomine, sine regni alicuius designatione cognominet, vt eos suos atque sui esse reges doceret: iudices autem terrae dicat. Differre verò iudicem atq; regem, ipso vsu terrenae consuetudinis cognoscimus, quia non idem sit regnare quod iudicare: quia regnum dominatio sit, iudicium vero sit modus aequitatis. Sancti ergo quique intelligendi sunt esse iudices terrae: quorum vita atq; fides, infidelium iniquorumque iudicij vice sit. Et hoc Dominus in euangelio ostendit dicens: Viri Niniuitae surgent in iudicio, & iudicabunt generationem hanc: quia poenitentiam egerunt in praedicatione Ionae. Et ecce maior quam Iona hic. Regina Austri surget in iudicio, & iudicabit generationem hanc: quia venit ab vltimis finibus obaudire sapientiam Salomonis. Et ecce maior hic Salomone. Tales erunt iudices terrae: quorum comparatio fidei ac timoris impoenitentis impiisque condemnet. Si enim poenitentia Niniuitarum ex Ionae praedicatione suscepta, fructum adepti est poenitendi: necesse est obediens eorum poenitentia insolentem horum poenitentiam iudicet. Aut regina Austri ex vltimis partibus terrae, desideratam Salomonis sapientiam audiens, nonne infidelitatem & incuriam praesentium auditione peregrina damnabit? cum tamen inobedientiam iudicium differens à Salomone atque Iona Christus autor adcumulet. Absolutè autem iustos esse iudices terrae Apostolus demonstrat dicens: An nescitis, quia sancti mundum iudicabunt, & in vobis iudicabitur mundus? quum per meritum adepti beatitudinis, criminorum vitam sanctitas comparata condemnet. Intelligetia autem huius atque eruditionis opus, continuo subiicit:

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.
Non securum patitur aut negligens esse seruitium:

Luc. 17.

1. Cor. 4.

Rom. 5.

Rom. 6.

Matth. 12.

1. Cor. 6.

vult enim seruitutis officio admiseri timorem. Vt enim metuentes serui, diligentibus dominis carnalibus seruiunt, cum voluntatem solertioris obsequij metus obsequela admixtus eliciat: ita & Deo seruietes, si timeant imminet timorem, non negligentes in ea erunt quam susceperint seruitutem. Ac ne tyrannici terroris hic metus esse fidelium crederetur per id quod dixerat: Seruite Domino in timore, adiecit, Et exultate ei: vt metum seruitutis gaudij exultatione temperaret, cum ipse timor causam latitiae per conscientiam seruitij fidelis afferret. Porro autem ne libertas gaudij fines congruae moderationis excederet, ita subdidit: Exultate in tremore, quia periculosa ad obliuionem timoris esset libera à tremore latitiae. Atq; ita haec propheticum eloquij ratio seruata est: vt seruitutem timor detineret, timorem exultatio moderaretur, & exultationem tremor consequens contineret. Huius autem seruitij & timorem exultantem, & exultationem trementem, docuit in eo quod sequitur consistere, dicens: Apprehedite disciplinam. Virtute verbi significationem impatiētis velut properae ad id voluntatis ostendit, non tam expetendam, quam apprehendendam potius disciplinam docēs: nō tempore fidei in huius obedientiae obseruatione contentus, sed ardorem spiritus in apprehendenda auiditate desideras. Sic in rapiendo regno caelorum rapto re Dominus delectatus, ait: A diebus autē Ioannis regnum caelorum vim patitur, & vim facientes diripiunt illud: quia cum regni caelestis possessio Israeli praedicaretur, fides tamē gentium possessionem hanc sibi Israeli diffidenti praeriperet. Sic & beatus Paulus currit vt apprehendat, dicens: Sequor autē vt apprehendam, in quo & apprehensus sum. Non lento gradu properat, neq; ociofo sequitur procursum: apprehensurus enim sequitur. Et satis quidem dixisse videretur, si cosequutus sequeretur: sed vim & ipse afferre optat, & apprehendere properat, & modo exempli corporalis inuadere. Scit autem fe eo ipso iam esse quod apprehendere properat apprehensum. Si enim nos per corporalem naturam Deus naturę suę diffidētes homo genitus apprehedit, factus ipse quod sumus: nostrum est ad apprehendendum nunc id quod est ipse contendere, vt in eam gloriam in quam naturam corporeae huius corruptionis exemit, festinatio nostra se misceat: atq; ita apprehedemus id in quo sumus apprehensi, si naturam Dei consequamur, Deo ante naturam hominum consequente. Apprehendenda itaq; disciplina, & inuadenda est quodam amplexu & vinculo corporali: ne elabatur aut excidat. Causam autē diligentis huius complexus ac vinculi propheta subiunxit, dicens:

Apprehedite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et peratis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius.

Adest enim poenae dies, qui exardescēte ira Domini significari intelligitur: in quo si non apprehensam à nobis disciplinam tenebimus, perdit de via iusta erimus. Vnicuique enim rei perit quicquid aufertur: & quod est, ei cui deest iam videtur amissum. Nam tamen si per naturam suam maneat, ei tamen cui abest non manet. Et idcirco de via iusta impij pereunt, quia in ea non erunt. Pereunt autem de via iusta, cum exarserit in breui ira eius. Non morosa haec ira est, per quam de iusta via pereunt: ne quis sibi interim poenae lucro inter moras iudicij blandiatur. In breui nanque exardescit ira. Excipit enim illos statim vltor infernus: & decedentes de corpore si ita vixerint confestim de via iusta peribunt. Testes nobis sunt euangelij diues & pauper:

Matth. 11.

Phil. 3.

Argumentum psalmi.

In fine, quid sibi velit.

pauper: quorum vnum angeli in sedibus beatorum & in Abraham sinu locauerunt, alium statim poenae regio suscepit. Adest autē statim poena mortuum exceptit, vt etiam fratres eius adhuc in supernis manerent. Nihil illic dilationis aut morae est. Iudicij enim dies, vel beatitudinis retributio est aeternae vel poenae. Tempus verò mortis habet interim vnumquemque suis legibus, dum ad iudicium vnumquemque aut Abraham referuat aut poena: & iccirco copiosum hunc sacramentis caelestibus psalmum sic propheta conclusit:

Beati omnes qui confidunt in eum.

Non trepidam spem neq; ambigua, perfectio beatitudinis exigit. Confidentia ad id opus est, firmæ opinionionis scilicet, & in demutabili voluntate: quia plus sit confidere quam sperare. Confidentium ergo est, ne nos à via iusta exardescens breui ira Dei deperdat. Fidelis enim est qui ait: Qui credit in me non iudicabitur, sed transiet de morte ad vitam: Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum.

In finem intellectus David, cum venit ad eum Doech Idumaeus, & nunciavit Sauli: Venit David ad domum Achimelech.

PSAL. LI.

Super scriptio psalmi sollicitam expetendam intelligentiam postulat diligentiam. Est enim in exordio eius statim positum, in finem intellectus. Historiam non sui temporis psalmus continere ostenditur: cui prescriptio tituli in fine est. Et cum in finem intelligentia sit, non potest in eo alicuius alterius magis rei intelligentia esse quam finis. Finis autem est, vt frequenter ostendimus, quo concluduntur omnia, cuius causa caetera sunt: ad quem vniuersa spei, reru, negotioru opera festinant. Intelligentia ergo psalmi in eo consistit, ob que sunt omnia: extra quem nihil est. Et quis iste sit, super scriptio ipsa quae continere historiam existimatur ostendit. Est enim talis: In finem intellectus illi David, cum venit Doech Idumaeus, & annunciauit Sauli, & dixit ei: Venit David in domum Achimelech. Atq; vt absolutius rationem super scriptiois consequi possimus, ipse rerum gestarum ordo subdendus est. Doech praepositus erat mulorum Saul, qui ad Saul ait: Vidi filium Iesse venientem in Noba ad Achimelech filium Achitob. Et interrogauit eum in domo, & manducare dedit illi, & gladium Goliae alienigenae dedit ei. Quibus auditis, rex potestatem Doech sacerdotum & ciuitatis dedit. Dehinc scriptura subiicit: Et circumiuit, inquit, Doech Idumaeus, & tetigit sacerdotes, & mortificauit in die illa octoginta & quinque, omnes ferentes ephod, & Noba ciuitatem sacerdotum deiecit in ore gladij. Haec itaque omnis gestorum fides est: de qua tantum ad psalmi titulum praesumptum est, quantum & sacramento psalmi, & prophetae satisfaceret doctrina. Id enim solum in super scriptioe est, cum inquit: Venit Doech, & annunciauit Saul & dixit: Quia venit David in domum Achimelech. Et necessario post quinquagesimum psalmum (in quo peccatoru remissio secundum sanctificati huius, quem in exordio psalmorum docuimus, numeri virtutem continetur) psalmus iste tempore anterior, ordine posterior collocatur: vt id quod in finem intellectus praescribitur, perfectus vndique & absolutis sacramentorum generibus posset intelligi. Achimelech, interpretatione verbi, fratris mei imperium significat. Quod enim nobiscum

fratris mei imperium dicimus, id Hebraei Achimelech nuncupant, Cum ergo Sauli dicitur: Venit in domum Achimelech: illi inimico David nunciatur, quod domum ingressus sit fratris imperij. Domus autem imperij fratris quae sit, Petrus apostolus docet, dicens: Et vos quasi lapides viui edificamini in domos spirituales, ad sacerdotium sanctum. Et infra: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, genus sanctum, plebs ad possidendum. In hanc igitur spiritalem domum edificandi in regale genus sumus: si per spiritalem corporum aedificationem conformes Deo facti, genus perfici regale mereamur. Hanc ergo Achimelech domum, id est, domum fraterni regni, David ille verus sanctus ac iustus oriens ingressus est: factus scilicet nostri corporis homo. Quae domus fratris mei regnum est: quia in eiusdem corporis gloria cohæredes sumus regni eius, ipso dicente: Venite benedicti patris mei, possidete praeparatum vobis regnum à constitutione mundi. Quod autem fratres eius sint, quorum domum regia fuerit ingressus: per prophetam testatur in psalmo dicens, Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. Concessa ergo secundum praecedentem psalmum peccatorum remissione, verbum caro factum habitat in nobis: qui & fratres, & domus spiritualis, & regale genus sumus. Populus autem impius, & parricidalis, & proditor, qui in Doech significatur, regi suo, inimico scilicet David, prodit quod in domo Achimelech sit: & hoc fit cum Pilato traditur, cum homo crucifigendus offertur, cum repudiato rege regem suum Caesarem confitetur: prodens quidem eum in domo esse Achimelech, sed non intelligens eum in domo esse imperij fraterni, corpus scilicet in quo & sanctorum ecclesia, quae corpus est Christi, conformis conregnabit, ingressum, in qua & desideratum sibi cibum sumpserit (Desiderio enim manducare pascha desiderauit) & ex qua Golia, id est, diaboli arma sustulerit (Fortis enim spolia ipse diripuit) post quod ab hoc eodem Doech, id est, populo proditore Apostoli occisi, ecclesiae subuersae sunt. Hic ergo titulus psalmi, in finem intellectus, quia in Christo, qui David oriens iustus rex & aeternus & pastor est, totius spei nostrae consummatio, & legis finis intelligitur esse: qui & secundum psalmi titulum & ordinem in ea corporis sui domo proditus est, quae ei fraterni domus significatur esse imperij.

Quid gloriatur in malicia, potens iniquitate tota die?
Querelam facit propheta, gloriari eum in iniquitate tota die, qui in malicia potens sit. Et haec quidem gloria iniquitatis arguit. Caeterum est gloria & expetenda & confitenda, & affectu quodam exultantis gaudij eloquenda: quod vtrumque sub iisdem dicitis alius propheta demonstrat, dicens: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, neq; fortis in fortitudine sua, neq; diues in diuitiis suis: sed qui gloriatur, in Domino gloriatur. Vetiis enim primum improbabilis gloriae causis, causam rursus gloriae competentis ostendit: quo exemplo Apostolus scit, in nullo sibi, nisi in vno tantum esse gloriandum, cum ait: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Non ergo gloria istiusmodi, sed gloria iniquitatis offedit: & eius iniquitatis, quae die tota sit. Diem pro estate vel tempore hominis nuncupari solere meminimus, cum dicitur: Diem hominis non concupiui. Vel rursus cum Abraham diem Domini desiderauit: vel cum Apostolus sanctorum tradit in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in

Matth. 25.

Psal. 21.

Hiere. 9.

Gal. 6.

Hiere. 17.

diem Domini. Non hunc diem ortu solis occasuq; finitum, sed diem constituti temporis vel ætatis ostendens. Potēs ergo in malicia, gloriatur in iniquitate tota die. Sed absolutè intelligitur, in Doech persona rationem querelæ huius non conuenire. Quid enim potentia habebat malorum custos, & ius in animalia ventionis regis sortitus, vt tantum nunciatus Dauid domum Achimelech ingressum? Nūquid tota die in iniquitate gloriatur? Verum sub persona eius populus, cui omnis in iniquitate ætas fuit, cui ex potentatu malicia gloria iniquitatis ipsius abundauit, significari intelligendus est. Potens enim fuit cum seruis visitabatur à Domino, cum propter eū tot plagis percussa est Ægyptus, cum in trium dierum tenebris tenebras ipsas lumine secum manente non sensit, cum Ægyptū ipsam argento & omni ornatu despoliatam cladi suæ reliquit, cum secūdum diei noctisq; tempora columna nunc nubila, nunc ignea vsus est, cum rubrum mare pedes trāsīuit, cum angelorum cibo vixit, cum maiestatem descendens ad montem Dei vidit, cum vocem de igne loquētis audiuit, cum regna multa bellis grauib; euerit, cum Iordanem resluentem vt sibi areret spectauit, cum prophetas habuit, cum sacerdotibus ad emūdationem peccatorum, & redemptionem animæ suæ vsus est, cum obtinere regnum suum meruit. Sed in his omnibus cum potens esset, tamē in malicia sua potens semper fuit: cum cepas & allia Ægypti & carnes desiderauit, cum ob vitiorum consuetudinem seruitutem impiam libertati piæ prætulit, cum vitulum adorauit, Mofi maledixit, Deum abominatus est, filios suos dæmonum hostias vouit, prophetas occidit, ipsum quoque Deum ac Dominum suum sui causa natum hominem, proditum præfidi in crucē sustulit. Ac sic toto vitæ suæ die in iniquitate glorians, cum potens esset, potens tamen in malicia permanfit. Post hanc ergo de eo prophetici doloris querelā, iam in ipsum sermo conuertitur:

Iniustitiam cogitauit lingua tua.

Lingua humana officium est, vt naturali impulsione, motu vario, eodēmq; moderato vocē in verba distinguat: extētq; per eam ex confuso erumpentis spiritus sono dissonans ad rerum intelligētiam sermo. Et quamuis quidem hic eius ad id efficiendum rationabilis motus sit: tamen ipsa subdita potius esse rationi intelligitur, quā sensu rationis intelligēs est. Quod verò caret sensu intelligentiæ, caret & rationis instinctu, caret & meditatione consilij. Et quomodo rectè à propheta dictum intelligitur, linguam iniustitiam cogitare, cum cogitatio ex rationabili sensu animæ uiuentis inearat: lingua verò non ad naturam rationis ineunda, sed ad ministerium naturæ sit rationabilis instituta? Sed dicti huius perfecti & prophetici autoritatem & alius propheta demonstrat, dicens: In ore stultorum cor eorum est: quia nihil ex rationis consilio tractantes, & cordis meditatione pendentes, temerario tantum motu linguæ inconsultæ res fortuitas & inconditas eloquantur. Atque ideo in ore stultorum cor eorum est: quia non quod cogitauerint loquentur: sed quod loquuti fuerint, cogitabunt. Et hoc quidem de lingua stulti. At verò de lingua sapiētis ita legimus: Lingua intelligentis meditabitur sapientiam. Et rursum: Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Quia intelligentis lingua meditatione sapientia sit. Et eadem rursum tanquam calamus scribentis, nihil incompotum, nihil incertum agat: sed his quæ aut cogitata aut lecta fuerint, obtemperans celeriter

Doech, milio Saulis.

Prou. 10.

Psal. 44.

ex ratione consilij obsecundet. Et quia ex ratione naturæ cogitatis potius famuletur lingua quā cogitet: hæc lingua quæ iniustitiam cogitauit, non naturæ sue vsa docetur esse officis. Sequitur enim: Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nouacula ad nitorem vultus acuitur, vt abradens hirsutam atque horrentem barbā faciem leuiget. Hæc si potius vulneret, dolum fecit: quippe cum preparata ad ornatum, ministerium suum præbuerit ad vulnus. Lingua hæc ergo huius in malicia potens iniquitatem cogitans, dolum fecit: id est, quam natura ad eloquendas rationabiles cogitationes consulti cordis preparauerat, ipsa potius irrationabiles cogitat iniquitates. Populus enim qui in Doech significari intelligēdus est, ad magnificandum Dei nomē electus, & ad celebrandas laudes ipsius preparatus, hūc inhonorat, hunc tradit, hunc quantum in se est, morte crucis perimit: & hoc linguæ suæ nouacula acuta perquam clamauit, Crucifige, crucifige, consummat. Dolum itaq; tanquam nouacula acuta iniquitatem cogitans fecit hæc lingua: & cuiusmodi dolum, cōsequētia docent. Sequitur enim:

Dilexisti maliciam super benignitatem, iniquitatem super, quā loqui iustitiam.

Doli huius crimen ex cōparatione fit grauius, cum malicia diligitur, bonitate neglecta: cum iniquitas agitur, prætermisso sermone iustitiæ. Hunc propensam in maliciam dilectionis affectum Dominus in Euangelis condennat, dicens: Hoc est autem iudicium, quia lux venit in hunc mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. Populus itaq; cui ad redemptionem peccatorum verbum caro factum est, & Deus homo natus est, vt per fidei iustificationem maledictio legis liber esset, dum in transgressione legis mauult seruire maledicto, ipsum illum Deū suum tradidit: pœnam sanguinis eius vt prætor esset innocens, in se ipse sulcipiens. Et hæc agēs, demutat naturæ suæ cōsuetudinem. Maliciam enim diligit super benignitatem, & ex bonis amorē conuertit in pessima. Dilige quoq; iniustitiā, super, quā iustitiā loqui maluit.

Tenuit verò secundū Iudaicā cōsuetudinem propheticus sermo in ipsa sermonū virtute orationē, cum ait: Dilexisti maliciā super benignitatem, iniustitiā super, quā loqui iustitiā. Nam vbi ait: Dilexisti maliciā super benignitatem, nihil vltra quā dilectionē ipsam ex cōparatione cōdennat. Vbi verò ait: Iniustitiā super quā loqui iustitiā: ibi coarguit non iam prælati amoris affectū, sed ipsum illud odium in loquēdo dicens: Super quā loqui iustitiā. Possunt enim & solēt Iudæi, licet non ament bonitatem, tamen eam vel loquendo simulare. At verò qui de Domino nostro Iesu Christo, qui secūdum beatū apostolum Paulum factus est nobis iustitia, & sanctificatio, & redemptio, loqui nullo modo possunt: nō continentur ad aliquam sermonis sapientiam, si quando ex prophetis auctoritatibus ostēditur à nobis vnigenitus Deus, qui ante secula natus est in homine, & passus, & crucifixus, & mortuus. Tum enim omne de eo eloquium euitant & fugiunt. Et si discedēdi quocūq; locus nullus sit, vi quadam taciti doloris oppressi, aures manibus obstruunt, & auditum ne in se penetret excludūt: bonitatē quidem tantū non amantes, interdū tamen eam loquentes, cæterum iustitiā nec diligentes, quæ Christus est, nec loquentes. Intercessio diapalmæ, & si personæ non attulerit conuersionem, tamē sensus fecisse intelligitur demutationē. Nam cum & eius cuius antea, & ad eum ad quem antea sermo sit, idem tamen sermo aliud

Ioan. 3.

aliud nunc quā ante significat. Et quidem superiora querelis graui fuerunt, ad eodē vt ex propheta dolore antequam edicerentur increpata sunt: cum iniustitiā linguæ cogitat, cum tanquā nouacula acuta dolum efficit, cum maliciā super bonitatē diligitur, & iniustitiā super iustitiā eloquium est. Propterea; quædā quasi prophete accusatio apud Deum præmissa est arguentis, cum dicitur: Quid gloriatur in malicia, potēs iniquitate tota die? Et ne inanis querelæ dolor reperiretur, ipsa querelæ causa subiecta est. Hūc verò intercedente diapalmate non præcessit querela: sed demōstrata antè causa peccati grauisima, tum hæc damnationis est subiecta sententia:

Dilexisti omnia verba præcipationis, linguam dolo sam: propterea destruet te Deus in finem, euellit & emigrat te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.

Exemplo quo in Genesi dictū legimus his verbis: Quia fecisti hoc, maledictus tu à terra. Et rursum: Quia audisti vocem mulieris tuæ. Sed & ab Apostolo cum grauisima humane impietatis crimina percensisset, ita dictum: Propter hoc tradidit eos in sensum reprobum. Ita & nunc: Dilexisti verba præcipationis, linguam dolo sam, propterea Deus destruet te in finem. Verbi virtutem Latinus sermo non tenuit. Quæ enim nobiscum verba præcipationis sunt, ea à Græcis *ἡμάρματα* uel *ἡμαρτηματα* commemorata sunt: quo dicto significatur id quod nobiscū præcipitatio est, cum illis esset demersio in profundū maris. Potest autem secundum generalem sensum præcipitatio, nō in mari tantū, sed ex editis aut ædiū, aut rupiū, aut quoruncumque generum locis decidentium casus intelligi. Ergo secundum demonstratam præcipationis rationem, quia verba præcipationis Doech dilexerit, seuerissimæ dānationi subiectus est. Omnis etenim anima infidelis, in seculi huius tanquā maris profundo naufragā, incerto motu vagōq; differtur, & diuersarum cupiditatum æstu mobilis fluctuat, potestate diaboli seculum incolentis illi, & nulla ad resistendū obnitendūmq; ei subiecta soliditatis firmitate cōsistit: ex quo facile est, inceniens circumagentiū cupiditatum pendulam vagamque iactari. Quod autē seculi huius motus atque fluctus vndantis maris sit æstibus comparatus, qui dominantis sit diaboli incolatus, secundū prophetiam & allegoricam intelligentiam, psalmus centesimus tertius, sub corporali tamē creaturarum significatione demonstrat: Hoc mare magnum & spaciosum, illic serpentes, quorum non est numerus. Animalia pusilla & magna, illic naues pertransibunt: Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Et rursum in sexagesimo octauo psalmo: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Vnigenitus itaq; Dei filius, & Dei verbum, & Deus verbum, ad erucendos nos ex profundo seculi huius naufragio, doctrinæ suæ reti (cui regnum cœlorum simile est) hæc vniuersa pisciū genera extracturus, ab impio populo proditur & inhonoratur: seseq; populo confirmato ad illudēdum draconem socium ipse demergit, & in hoc se profundum ad incolatus eius confortium præcipitat. Sic & incredulus Mofi Ægyptiorum populus præcipitari demergiq; meruit, & impiam gētem refulsi in se maris fluctus absorbuit, præcipationis verba tum cum Deo obstitit diligenter. Quia ergo Iudæus populus incredulus, & regem suum prodens, verba præcipationis dilexit, dicens: Regem non habeo, nisi Cæsarem: Deo rege neglecto, & rege homine confesso in hoc se seculi profundū ipse demersit, ideo in finem destruitur vsq;

Gen. 2.

Reg. 1.

Psal. 103.

Psal. 68.

Ioan. 19.

in consummationem enim seculi regnum destructæ ciuitatis amisit) & de tabernaculo euulsus & transfugatus est: vagus nunc in toto orbe terrarum, & vbiq; peregrinus, cōsummatis omnibus suis in Domini passione peccatis. Quia præcipationis verba dilexit, tabernaculo illo caret in quo prophete semper Dei spiritu pleni fuerunt, in quo sanctorum virtutū tremendæ contemplationes & salutare visiones extiterunt, in quo hostiarum ad redemptionem animæ vtilis oblationes, in quo paschæ agnus in clade Ægypti fidelium custos, & in liminū sanguine potēs signum, in quo æmula æternorum temporum temporariæ festiuitates: Ab hoc itaq; tabernaculo euulsi, his spiritaliū donorum honoribus carent. Euulsi autem sunt non ex hoc terreno tantū habitaculo, sed ex illo de quo dictū est: Reuelabo tabernaculū Dauid quod cecidit, sanctum illud scilicet & venerabile nati ex virgine Dei corpus & templum: in quo qui crediderit, tanquam consors dominicæ carnis habitabit. Omnis autē infidelis à cōgnatione hac non crediti corporis, id est Dei tabernaculo euellitur & emigrabitur, spiritalis huius tabernaculi indignus habitaculo: quod significare Dominus intelligitur, cum ait: Ego sum vitis vera, vos estis propagines, pater meus agricola est. Omnis propago in me non manens, neque ferens fructum, eradicabitur. Et omnem propagem in me manentem, emundabit pater meus, vt fructum amplio rem ferat. Si qui igitur per fidē corporati Dei manere in natura assumpti à Deo corporis merebūt, hi emundantur in fructus æternos ex se afferendos: quia necesse est, vt naturam veræ vitis propago intra vitem manēs teneat. At verò qui incredulus nati in corpore Dei fuerit, si credens maneat, fructibus tamen fidei suæ careat, eradicabitur: aut ob infidelitatem, aut ob inutilitatem fructuum negatorum. Natus enim ex virgine Dei filius, non tum primum Dei filius est, cum filius hominis: sed in filio Dei & filius hominis, vt filius hominis esset Dei filius, naturam in se vniuersæ carnis assumpsit: perquam effectus vera vitis, genus in se vniuersæ propaginis tenet. Si qua ergo propago infidelis aut inftructuosa est, eradicandam ipsa se præbet, per naturam quidem manens, sed per infidelitatem ac inutilitatem euellitur. Ex hoc ergo tabernaculo tanquam ex vera vite hic impius Doech & euellitur & emigratur, manens per naturam & in tabernaculo & in vite, sed per infidelitatem dignus euelli. Euulsus autem de tabernaculo, eradicabitur & de viuentium terra. Qui enim non manebit in Christo, regni Christi incola non erit. Non erit autem, non quod sibi non patuerit incolatus (vniuersis enim patet vt confortes sint corporis Dei atque regni, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, naturam scilicet in se totius humani generis assumens.) sed vnusquisq; pro merito & euellendum se de tabernaculo, & eradicandum de terra viuentium præbet, non ptohibitus inesse, qui per naturæ assumptionem incola sit receptus: sed eradicatur ob infidelitatis crimen, naturæ cōsortio indignus existens. Eradicatur ergo de viuentium terra, quæ in beata regione sanctis Domino conregnantibus præparatur: cuius ipse in Euangelio meminit, dicens: Beati mæsueti, quoniam ipsi hæreditabunt terram. Et hic idem propheta: Et placebo Domino, in regione viuētium. A qua proditor populus eradicari meruit: postquam destructus in finem à tabernaculo & emigratus est & euulsus. Viuorum autem iccirco terra est: quia omnis fidelis in Domino licet mortuus sit Deo tamen viuus,

Amos 9.

Ioan. 15.

Matth. 5.

Psal. 114.

Matth. 22. vt dictū est: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, A & Deus Iacob. Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Et rursum per Iacob: Viuat Ruben, & non moriatur. Et illud: Ismahel hic viuat in cōspectu tuo. Sed *Deut. 33.* & illud Apostoli, si ita tamen legenti videbitur, quia duplicem sensus significationem habet: Et nōs qui viuimus, qui residui erimus, rapiemur cum nubibus obuiam Domino in aera, & sic semper cum Domino erimus. Interceptio quidem cōporum affert temporarium mortis occasum: sed lex constituta moriendi, legem non adimit resurgendi. Quia decernenti legem, lex non affert necessitatem: neque sibi Deus ius viuificandi ademit, legem nobis decernendo moriendi. Mors autem in eos tantum, in quos decreta legitime est. Viuat autem Deo omnes, ex cuius lege sunt mortui. Nēque mors quæ non nisi per legem decernentis inualuit, potest per se in his inualescere, ne per decernentem renouandæ vitæ legem demutabilis sit lege viuendi: cum decernentis potestas constitutam ab exordio in Adam sub conditione decreti vitæ legem demutauerit lege moriendi. Viuunt itaque sancti quique & fideles Deo. Nam cum se Deum eorum qui mortui fuerant, id est, Abraham, Isaac, & Iacob esse dicat, & continuū testetur, non mortuorum se sed viuorum Deum esse: docet per id eos qui iudicio humanæ opinionis mortui existimentur, sibi legem decernenti non mortuos esse, sed viuos. Intercessio diapsalmæ, etsi non personam, sensum tamen innouauit. Nam post prænunciatam Doech damnationem, ad quem tanquam ad præsentem fuit sermo, nunc ad alterius expositionis significationē se retulit prophetia: *Videbunt iusti & timebunt, & ridebunt super eum, & dicent: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in uinitate sua.*

Destruo Doech in finem, & euulso de tabernaculo atque emigrato, & de terra uiuentium eradicato, sancti quique necesse est metuant: cum videant tot tantisque diuinæ misericordiæ auxiliis populum adiutū atque usum, post ingentem illam & ultra humanas opes gloriosi regni dignitatem, maximum de se ac vltimū humanæ calamitatis exemplum præbuisse. Quis enim memoria recenscat antiquas gloriæ eius & innumeras beatitudines, quas superius pro parte memorauimus, cum post Ægypti funera, itineri eorum diuisum mare cecidit; cum ardorem diei columna nubis inumbravit, cum noctis tenebras ignis columna discussit, cum cœlum cibum angelorum præbuit, cum in fontem petra fluxit, cum Iordanis refluxit, cum ciuitas maxima ad solum arcæ testamenti circuitum concidit, cum sol de cursu suo inhibitus diem distulit, & diuinæ legis ordo ex illo elemētorum cœlestium indefesso imperturbatōque motu ad belli moram restitit: post illam deinde diuinæ maiestatis & cōspectus & auditus familiaritatem, consumptos eos bellis, fame emortuos, & antea mortuorum cadaueribus ad mortem famis pestos, reliquos deinde in seruitutem redactos, exules esse, ubique degeneres, nusquam cognitos, semper novos, & demutatione incolatus semper ignobiles, semper alienos? Iam si spiritales quis oculos erigat, de quibus Dominus ait: Eleuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt ad messem: tum sciat auulsos esse ex confortio cōporis Dei, ex illo beatitudinis regno, ex illo resurrectionis honore, & esse sine Dei spiritu, sine intelligentia prophetiæ constitutosque gehennæ pabulum, quos immortalis vermis comesturus sit, &

Iudei quam reieci.

Io. iii. 4.

inextinguibilis ignis crematurus: quorum sciat legislationem, quorum testamenta, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus. Quanto ergo has damnationes eorum & præsentis & æternæ calamitatis, sancti quique metu contuebuntur, quia punitorum contemplatio sit terribilis exemplo. Videbunt ergo iusti & timebunt: nihil tamen sibi metuendum in tanta horum calamitate intelligentes. Sed quia iusti sunt, licet timeant de exemplo, tamen de fructu propriæ iustitiæ gaudebunt. Ridebunt enim super eum, ridentes & timentes, quia Deo subditi sunt, punitorum seueritate terribili. Temperat ergo metum risus: dum & metus de exemplo, & risus ex merito est. Moderatur autem rursum metus risum, dum ita gaudebunt in bonis, ne desit terror exempli: quia impiæ & diffidentis de se conscientia est, timere sine gaudio: & insolentis natura est, sine timore gaudere. Sed qui timentes ridebunt: vide quod adiciunt ad hunc moderatum in timore risum, vt dicant: *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.*

Stultitiæ atque impietatis extremæ est, non intelligere se sub Deo, & ex Deo viuere, sed in his quæ gerit & expectat sua magis velle cōfidere. potestate: cū si quid illud in se sit, ex Deo sit. Ad Deum itaque spes omnis nostra sit, & confessio omnis in Deo sit, exemplo prophetæ dicentis: Domine adiutor meus, & redemptor meus. Et rursum: Leuauit oculos meos in montes, vnde veniet adiutorium mihi. Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Metuamus itaque semper, ne quādo æternus ille nos ignis exurat, & vermibus immortalis absumat: cum audiamus quid iusti timentes ridentēque dicant: *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum.*

Diuites quosdam insolentes præstat opulentia, & maximè timorem Dei diuitiarum fiducia inanitas auertit. Stulti, non intelligentes. hoc se magis religiosos oportere esse quod diuites sunt, quia gratiam referre largitori bonorum sibi desiderabilium conueniat: & hoc magis inexcusabilis auaritia sit reatus, quia auaritiæ necessitatem non excuset opulentia. Iam verò quàm infelix fiducia est rei inanitas, Deum contemnere habendo aurum: quasi aurum non ex Dei sit creaturis, aut aliquem per id iudicio sanæ mentis beatæ vitæ acquirat profectum, quod sibi aurū iaceat suffossum, & hinc hiant generosioris animæ & corporis, homōque alius possit esse quàm natus est: aut cum vita excedat, auro suo sit vsurus in morte. Vtetur planè, si eorum rectè vititur in vita: si esurientem pane suo aluerit, si nudum veste sua tegerit, aut ægrum sumptu suo refouerit, aut captiuum libertati suæ redemerit. Hæc sunt planè ambitiosæ apud Deum humani thesauri legationes, hæc potentia deprecatorum criminum & vera suffragia. Sic auro demutamur, vt ex terrenis cœlestes, & ex mortalibus simus æterni. Hæc infidelis ille populus non cogitans, & Dei mandata contemnens, putansque se per legem, quæ futurorum bonorum umbra est, esse diuitem, & adeptis diuitiis malè vsus ex viuentium terra & tabernaculo eradicatus & emigratus, euulsus est: præpotentem se in vanitatibus credens, in regni scilicet sui gloria, in templi auro, in mandatis hominum, secundum prophetam dicentem: Sine causa colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominum, Dei lege contumeliosè humanæ consuetudinis obseruatione mutata. Propheta autem, quem necesse

Psal. 18. Psal. 120.

Matth. 15.

blind.

1 Pet. 2. 1. Timo. 3.

Psal. 62.

Psal. 6.

necesse est iustum esse intelligi, aliter de se fiducia spei suæ loquitur: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei speravi in misericordia Dei in æternum & in seculū seculi.* Differt quidem tempore ætas hominum, sed prophetiæ spiritus idē est. Propheta manere se in domo Dei sicut oliuam fructiferam dicit: arborem semper virentem, & fructus optimi feracem. Apostolus huic oleæ præfractis ob infidelitatem eius ramis, fideles gentes ex ignobili oleastro esse insitas prædicat: vt contra naturam generis, naturam radicis acciperent. Sed propheta in lege licet manens, Euangelicus tamē & propheta simul, & in lege & in Euangelii cum fructu suo in domo Dei esse persistit: non perfringendus in ramis, nō relinquendus in truncū, nō inutilis iam ipse inserendo sibi præbendus oleastro, nec radicis suæ virtutē arbori transfusus alienæ, sed totus integer vt est fidei Apostolicæ prædicator, nec ex gentibus radici legis ad fidē Euangelicæ fide propria radicis suæ ramorumque virtute totus ipse ex legis pingui conscientia fructuosus. Est autem Dei domus secundū apostolum Petrū ecclesia, & omnes fidei Euangelicæ sectatores: sicut ait, Aedificamini domus spiritalis, regnū sacerdotale. Et Paulus: Vt scias quæadmodū te oporteat in domo Dei cōuersari, colūna & firmamētū veritatis, quæ est ecclesia Dei viuētis. In hac igitur Dei domo iustū & sanctū propheta tāquā fructifera oliua cōsistens, proprie sua vsus fructuosa pinguisque radice, sperauit in misericordia Dei: non ad tēpus, non in huius corporalis tantū vitæ breui seculo, sed in seculo seculi. Extendit enim spes suas ad infinitam perennitatis ætatē, nec concluditur mortis occasu: quum sciat sibi in Abraham finibus exemplo pauperis Lazari esse viuendum, sciat quoque gloriosæ resurrectionis demutatione coæternum se & cōformē Deo esse mansurum. Mansurū autem ob id quod sequitur: *Confitebor tibi in seculum, quia tu fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum ante cōspectum sanctorum tuorum.* Spes in misericordia Dei in seculum & in seculum seculi est. Non enim ipsa illa iusticiæ opera sufficient ad perfectā beatitudinis meritū, nisi misericordia Dei etiam in hac iusticiæ voluntate humanarum demutationū & motuum vitia non reputet. Hinc illud prophetæ dictum est: Melior est misericordia tua super vitā. Quia quamuis probabilis per iusticiæ operationem vita iustorum sit, tamen per misericordiam Dei plus meriti consequetur. Ex hac enim vita in vitā proficit æternam: & operationum iustitiæ voluntatem in tantum misericordia Dei muneratur, vt miserans æternitatis quoque suæ iustum quæque tribuat esse participem. Idcirco in seculum & in seculum seculi misericordiæ spes est: sed confessio tantū in seculum, non etiam in seculum seculi. Non enim confessio peccatorum nisi in huius seculi tempore est: dum voluntati suæ vnusquisque permittus est, & vitæ licentiam habet confessionis arbitriū. Decidentem nanque de vita, simul & de iure decidimus voluntatis: Tunc enim ex merito præteritæ voluntatis lex iam constituta, aut pœnæ, excidentium ex corpore suscipit voluntatem. Cuius temporis non iam liberam, sed necessariam voluntatem ostendit propheta dicens: Non est mihi in diebus illis voluntas. Cessante enim voluntatis libertate: etiam voluntatis, si qua erit, cessabit effectus. Transire nanque ad Abraham volens diues, chaos medio non finitur: cum tamen per libertatem voluntatis in Abraham finibus esse potuisset. Interclusa est ergo libertas voluntatis, quia confessio nulla sit mortuis, sc-

cundum id quod dictum est: In inferno autem quis confitebitur tibi? Sperans ergo propheta misericordiam in seculum & in seculum seculi, confitetur tantum in seculo: temporalia confessionis officia seculi tempore gerens, spem verò æternam seculorum æternitate protendens. Confessionis autē causam addit dicens. Quia fecisti: autorem scilicet vniversalitatis huius Dominum esse confessus, nulli alij docens confitendū quàm qui fecit oliuam fructiferam spei, misericordia in seculo seculi. Et quis hic sit qui fecit ista, demonstrat, dicens: *Et expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in cōspectu sanctorum tuorum.* Expectabit ergo Dei nomen cui confitetur, per quem facta sunt omnia, vt *Eph. 4.* ait Paulus: Vnus enim Deus pater, ex quo omnia & nos in ipso: & vnus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Huius ergo nomē expectat, Iesum scilicet videre, id est, saluatorem suum *Matth. 1.* nosse, angelo dicente: Et cognominabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Christum conspiciere, vt per professionem generosæ familiæ sit Christianus, expectat. Bonum autem hoc nomē est, quod angeli atque archangeli adorant, quod dæmones tremunt, & ferre nō possunt, quod ad salutem homines assumunt: quia scriptum est, Et omnis qui inuocauerit nomen eius, hic saluus erit. Expectat autem non occultè, non trepidus, non solus, sed in cōspectu sanctorum eius, fide scilicet libera testimonio expectationis suæ: vel sub sanctorum cœlestium conscientia non recusans, vel prophetæ exemplo, sanctis omnibus qui in terra sunt, in se ipso præbens expectationis exemplum.

Psalms LII. David in finem pro Abimelech Intellectus David.

DIXIT stultus in corde suo, non est Deus. Corrupti sunt, &c. Præsens psalmus decimo tertio psalmo penè conueniens est. Sed habet in hac ipsa verborum similitudine non exiguum intelligentiæ discrimen. Primum virtutem inscriptionis ipsius. Nam decimustertius ita inscribitur: In finem illius David. Quo titulo id significatur, psalmum illum à David prophetatum fuisse. Hic verò In finem pro Abimelech intellectus illi David. Vbi enim est, In finem intellectus, adhortationis, & admonitionis est significatio, qua iubemur secundum finis cogitationem intelligentiæ nostræ mouere iudicium: vt ea in psalmo denunciari intelligamus quæ consummabuntur in finem, secundum illud Apostoli: Dehinc finis cum tradiderit regnum Deo patri, cum euacuetur omnem principatum, & potestatem, & virtutem: tunc & ipse subiicietur subiicienti sibi omnia. Nouissima autem inimica euacuabitur mors. Hic ergo finis est, qui intelligitur in psalmo. Illud autem, quod illi David psalmus inscribitur, ostenditur omnis de Christo, qui David verus est, prophetari: quia vbi illius inscribitur, ibi eum qui dixerit significat: vbi verò illi est, vbi eum ad quem dicitur, ostendit. *Dixit stultus in corde suo, non est Deus.* Vitijs est humani, pudenda eloquia verbis oris non audere committere, sed instinctu nequitia interioris vrgente, ea intra cor eloqui: dum aduersum publici pudoris necessitatem voluntatis iniquitate luctante, quod pudet dici, non pudet cogitare. Et idcirco stultus in corde suo dicit, Nō est Deus: quia si velit verbis oris hoc eloqui, stultus esse sciti est, pu-

Rom. 10.

Pro rō vertis illi.

1. Cor. 15.

Isai. 29.

1. Cor. 15.

blici assensus iudicio argueretur. Quis enim mundum contuens, Deum esse non sentiat? Sed fit frequenter, vt nos cum veri necessitas ad confessionem Dei cogat, oblectatio tamen vitiorum Deum nobis non esse persuadeat: & quod contra fidem credimus, id tamen de consilio impij cordis eloquamur. Ex quo illud Dei dictum est per prophetam: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me: quia nolunt credere, quod negare nò possunt. Causam verò huius stultissimi in corde eloquij ostendit dicens: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis.* Iniquum est quicquid extra legem est. Et legem Dei excedentes primum corruptioni subditi sunt, dehinc abominationi: quia iniquitas corruptionem affert, corruptio autè abominationem meretur. Cùm enim quis transgredietur Dei legem, tum Deum negabit: & eum negare corruptio est. Dominus enim noster ad debellandam corruptionem, verbum caro factum est: Oportet enim secundum Apostolum, corruptionem vestiri in corruptione. Sed qui iniquus est, & qui verbu Dei carnem factum esse non credit, & quia Deus non sit loquitur in corde: corruptus & abominabilis permanebit. Decimustertius psalmus pro eo, quod abominabiles facti sunt in iniquitate, ita ait: Abominabiles facti sunt in adinventionibus suis. Nec differt sensus & crimen, quia homines ea quæ sibi sunt placita sectantes, diuinæ legis constituta transgressi sunt. Consequitur deinde hæc querela: *Non est qui faciat bonitatem, non est usque ad vnum.* Versum hunc quia inferius etiam cum accessione subiectus est, suo loco tractabimus. Quia tamen nunc opportunè & competèter adiectus est, corruptis omnibus & abominatis, neminem in operibus repertu esse bonitatis. Quia cùm loqui quæ bona sunt aliquando soleamus, factis tamen ipsis difficile quæ bona sunt exequimur. Ac ne indiligens Dei erga homines voluntas esse existimaretur, adiecit dicens: *Dominus de caelo prospexit super filios hominum, si est intelligens, aut requirens Deum.* Prospectio Domini de caelo frequens fuisse cognoscitur: quoties peccatis humani generis commotus, salutis nostræ causa, aut Noe ante diluuium eligit, aut Abraham iustificat per fidem, aut Isaac sponsonis suæ promittit hæredem, aut in Iacob posterioris populi primogenita præfiguratur, aut Moysen prophetam & ducem præficit, & Istoream legis instituit, aut dum prophetas in omni tempore legis inspirat. Per has igitur virtutis suæ istiusmodi efficiencias, ad filios hominum prospexit: vt videret si quis esset intelligens & exquirens Deum. Non est autem facile illud hoc, quod Deus prospicere dignatur vt videat: magnumque illud est quod tam studiosè, an in aliquo reperiri possit, inspicitur. Prospectio enim è caelo Deus, vt videat an sit quisquam hominum intelligenter exquirat. Quorum enim quenque hominum inuenies qui secundum perfectam intelligentiam Deum velit exquirere? qui primum causas creaturarum, & dehinc constitutionem humani generis pertractans, per rationem intelligentiæ, autorem ac parentem tantæ vniuersitatis exquirat? dehinc cur mundus, cur homines cur secula temporum, cur patriarcha electus, cur lex constituta, cur propheta præmissus, & in quem prospectum causarum omnium origo confluerit? Tum præterea quæ virtutes cælorum, & angelorum ministeria, & archangelorum potestates, & diaboli regnū & sancti spiritus donum, & Deus ex Deo vnigenitus Dei filius, profectum nobis tam variis officiorum generibus impartiantur? Hunc ergo exquirentem se per

intelligentiam viru Deum videre prospicit. Est enim intelligentiæ non exiguū meritum, Salomone dicente: Intelligentia enim bona omnibus, qui inueniunt eam. & rursum per alium prophetā: O Israel, quid Deum exquiris à te nisi facere iudicium & intelligere iustitiam? Proprium enim intelligentiæ humanæ rationis officium est: & idcirco nobis natura animæ spiritalis inserta est, vt per eam ad intelligentiæ sensum, qui solus rationis est particeps, tēderemus. Sed obruti vitiis, & per oblectamenta corporis natura corporeæ grauitatis oppressi, declinamus nos à studio intelligentis exquisitionis. Declinamus autem postea quàm inutiles esse cœperimus, id enim propheticus sermo significat: *omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.* Non cum declinat inutiles fiunt: sed cùm inutiles cœperint esse, declinat. Et virtutē dicti facile est ex cōsuetudine negabit: demutationis intelligi. Nanque cùm ex bonis mali esse cœperimus, & ex prudentium familiaritate, & publicæ famæ honestate, per vitia nos & dedecora secreuerimus, effectij per id inutiles est: tum omnes probabilium virorum declinamus occursum, sectantes deuia, & præsentiam bonorū conscientia nostræ pudore vitamus. Denique Adam per peccatum inutilis factus, tum Dei declinavit aduentum. Viuens autem aliquandiu innocens, & per mandatorum obseruantia utilis: familiarē sibi occursum antea Dei, simul atque inutilis cœpit esse, defugit. Non repertis autè Deum intelligenter exquirentibus omnibus, simul atque inutiles facti sunt, declinantibus, ex affectus dolore iteratur querela dicentis: *Non est qui faciat bonitatem, non est usque ad vnum.* Grauis Dei professio est, & indissolubile super humana vitia iudicium: cùm bonitatem vsq; ad vnum nemo facit. Et queritur post hæc quomodo Abel placuerit: Seth probatus sit: Isaac hæres sit: Enoch translatus sit: Noe reseruatus sit: Melchisedech sanctificatus sit: Abraham electus sit: Iacob Israel sit: Iob inculpabilis sit: Moses amicus sit: Aaron Christus sit: Dauid secundū cor Dei sit: Prophetæ spiritalis sint: Apostoli cælorū clauis sortiti sint: si excepto vno tantum, bonus nemo sit. Iam verò illud quomodo dictum intelligitur: Bonus homo de bono thesauro profert bona? & illud: Serue bone intra in gaudium Domini tui? Quomodo enim bonus nūcupabitur, nemi ne faciēte bonitatem? Ac primū ne etiā in hos quos superius memorauimus, iudicio Dei probatissimos viros, eandē tanquā generalis huius sententiæ professionē existimemus, superiorē dictorū sensus obliuiscit. Omnis enim de stultis & corruptis & abominabilibus cœptus est sermo: & Deo prospiciēte de caelo, vt videret si quis intelligēter exquirere esset, omnibus postquā inutiles esse cœperāt declinantibus, nemo repertus est bonitatem faciēs vsq; ad vnu id est, ex illis qui & stulti & corrupti & abominabiles, & postquā inutiles facti sunt, declinantes esse cœpissent, sententiā in eos diuini iudicij congruētē, à quibus cœpit & sermo. Id autè quod ait, *Vsq; ad vnu, nō vnu excepto ex omnibus: sed omnibus inutilibus & declinantibus, cū vsq; ad vnum bonitatem nemo faciat, ne vnu quidē secreuit ex omnibus.* Non enim ait præter vnu sed vsq; ad vnum. Et in eo quod præter vnum est, exceptio significatur vnus: in eo verò quod vsque ad vnum est, vniuersitas generalis prospicientis è caelo scientē diligentiam, sub quodam speciali & personali numero continetur. Quamquam verò eam esse infirmitatem humanæ naturæ meminerimus, vt ex comparatione diuinæ bonitatis bonus nemo sit: sed incomparabilis illa diuinitatis exceptio, non interclusit bonitatis

Deut. 10.

voluntas boni.

Num. 20.

Apostolus dicit clauis regni cælorum, Math. 12.

Math. 26.

Petri confessio est fides.

bonitatis officium, vt secundum comparisonem humanam inter homines bonus nemo sit. Bonitas nanq; primum perfecta est, ea quæ indemutabilis naturæ virtute cōsistens, nescit aliquādo aliud esse quàm fuerit, nec potest non id esse quod semper est. Humani verò motus ipsa plerunque mutatione diuersi sunt, & terrenæ legis imperfecta natura fit, alia ex alio instinctu se perturbante demutans, & ad id nos diuersarum affectionum motus impellit: dum cōtumelia irascimur, dum damno mouemur, dum ira accendimur, dum metu perturbamur, dū amore inflectimur, dum odio impellimur, dum gaudio efferimur, dum dolore stimulamur, dum iudicio dissidemus, dum ætate mutamur. His ergo subditi naturæ infirmis motibus æquales esse non possumus, dum & affectu demutabiles sumus & tempore. Et idcirco perfecta bonitas in nullo est, quia eam naturalium perturbationum incentiua demutat. Sed tamen cū boni sumus, vel voluntate, vel gestis, possumus vel tunc non ex esse quod sumus, quamuis & imperfecti ad id sumus, ne semper id sumus, quod tamen sumus in tempore: licet per naturæ infirmitatem demutationi bonitatis obnoxii non admittit nobis bonos vel tum esse cū sumus. Bonus autem solus per naturam indemutabilem suam semper Deus, nō prædurus huius demutationis nostræ arbiter fuit, indulgentiam infirmitati nostræ qua non semper boni permanemus, ex merito voluntatis impartiens, qua bonos esse delectat: magisq; his quæ volumus propiciatus est, quàm his quæ non possumus iratus est. Namq; cum Mosis fidelis vtiq; amico suo, & quæ in deum Pharaoni constituerat dixisset. Quia non glorificasti me in aquis contradictionis, ascende in montem & more: hunc sibi postea sepulturæ eius loco à nemine cognito, vnā cum Helia ab Apostolis in monte conspectu beati & eterni regni sui consortem & martyrem reseruauit. Et ne per Aaron & Dauid & Salomonem ac plerosque alios, istius bonitatis Dei exempla percurrant, quibus increpitis demutationum offensis, ob fidei tamen meritum affuit venia proclius: conficius Dominus infirmitatis humanæ, cū Apostolis dixisset, *Omnes vos scandalum patiemini in nocte hac: & beato Petro ter, non ad denunciationem damnatæ negationis, sed quia per timorem carnis demutabilis homo, id quod negaturus esset ammonito, neganti quidem, clauis tamē regni cælorū non ademittit: quia cū per trepidationem obrepisset negatio, voluntati tamē vsque ad martyrium consistēdi fides firma non deerat. Et aliud est nolle, aliud non posse. Territus enim Petrus, & si per carnis sensum responsonis non potuit tenere constantiam: per fidem tamen animi statim fleuit. Et cū decussum se ab eo quod volebat agnouit, lachrymarum dolore fidei suæ effudit affectum. Et ipsum illud fuit negationis tempus, & fletus scilicet secundum demutationem trepidationis, voluntatis firmitate potiore. Nam mox in constantiam trepidationis, cōstans fides fleuit, probatissimam deinceps Apostolicæ fidei firmitate martyrij confessionem confirmans. Hæc idcirco in præsentī loco commemorauimus, ne generaliter dictum existimarem: Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: cū hi tot & placentes Deo viri, etiam si per naturæ demutationem de proposito fidei aliquantulum decidisset: tamē maximis ac pulcherrimis bonitatis operibus gloriam sint cælestis de se iudicij consecuti. Atq; hanc quidē intelligentiæ nostræ rationē ea quæ consequuntur, ab soluunt. *Non ne scient omnes qui operantur iniquitatem,**

qui comedunt populum meum vt cibum panis? Deum non inuocauerunt: illic timuerunt, vbi non fuit timor. Quoniam Deus dissipauit ossa hominibus placentium: confusi sunt, quoniam Deus spreuit illos.) Si enim vsque ad vnum bonitatem nemo facit: quomodo populus Dei est, qui vt cibus panis manducatur ab operantibus iniquitatem? Generalitas ergo sententiæ admota est: cū à Dei populo, quem in bonitatis operationibus nō ambiguum est permanere, iniquitatē secernantur operantes. Comedunt itaque operarij iniquitatis populum Dei vt cibum panis: qui sanctorum iniuriis viuunt, quos vexatio prophetarum, & vastatio ecclesiæ, & omnis iniquitatis delectat operatio. Comedunt quoque etiam illi vt cibum panis Dei populi, qui eum obtrectationis morsu, & laniatu inuidiæ dilacerant, secundū illud Apostoli: Si autem inuicem mordetis & comeditis, videte ne consumamini ab inuicē. Sed & sunt comedentes populi Dei vt cibum panis, quibus vt idem beatus Apostolus ait, Deus vter est, qui ministerium deputant ad negotiatiōem, collatiōibus se plebis & muneribus ditādo: dum cōuiuia sub obtentu religionis sumptuosa sectantur: dum apothecas suas inutili religiosu obsequio distendunt, cum consuetudo ab Apostolis necessaria huius collationis ad diurnam tantum seculo renunciantiu, aut per inopiā indigentiu, alimoniam fuerit instituta, de quibus scriptū est: Comedentes domos viduarū, & oratione longa orātes. Hi ergo vt cibum panis, Dei populum comedunt, & Dominū non inuocauerunt. Stulti enim in corde dixerunt, Non est Deus. Non inuocant ergo quem negant. Vel certè si qui in ecclesia positi, Dei plebem obtrectatione, infestatione, & sumptu comedunt vt cibum panis, etiā si Dominū se invocare credunt, audiēt dictum in Euāgelio fuisse: Scimus autè quia peccatores Deus nō audit. Hi ergo Dominū non inuocauerunt: quia operatio non verborum sit professio, sed fidei. Sed qui Deū non inuocant, & illud impietati suæ addunt, vt timeat non timenda: illic enim trepidarunt, vbi non erat timor: saxa, metalla, robora, ignem, aquam, æthera, reges mortuos atque morituros, vel cætera religionum superstitiosa commenta venerantes: & hoc ipso impio inanum metu, cōtempuque necessarij timoris ex cōparatione condemnandi: cū non tam obliuiscit timorem Dei impium sit, quā impietate præcellat, timori metum inanum prætulisse. Docuit autem Dominus, solum in nobis metum eorum quæ verè timenda sunt oportere esse, cū dicit: Nolite timere eos, qui corpus possunt occidere, animam autem non possunt occidere. Timete autem magis eum, qui potest animam & corpus perdere in gehenna. Impius ergo timor est: cū quæ non timenda sunt timentur, & quæ timenda sunt non timentur. Et plerunque nos tanquam pro debita officij religione adulari regibus existimamus, quia in corpus nostrum fit his aliquid potestatis: quibus nihil vltra in nos licet quàm febris, quàm incendio, quàm naufragio, quàm ruina. His enim casibus corporum pro summa potestate desæuiunt, & propter breuem dolorem libertatem ecclesiæ, spei nostræ fiduciam, confessionem Dei addicimus: punitorem perditoremque in igne iudicij, & corporis & animæ nostræ Deum non timentes, & æternis diuinæ vltionis penis momentanea atque abolenda supplicia præferentes, dum placere nos ipsis, & in eorum gratia permanere famulari impio gloriamur, hoc ipsum decreto grauissimo sententia diuina cōdemnat. Nanq; ad illud quod dixerat:

Gal. 5. Audiant episcopi & presbyteri.

Math. 23.

Ioan. 9.

Math. 10.

Nonne scient qui operantur iniquitatem, qui comedunt populum meum ut cibum panis. Deum non inuocauerunt, & in non timendis trepidauerunt, id ad summam cepti sermonis adiecit: *Quoniam Deus dissipauit ossa hominibus placetium: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* Hi ergo qui operantur iniquitatem, & populum comedunt ut cibum panis, & Deum non inuocauerunt, & in non timendis trepidauerunt: nonne cognoscent, quia ossa eorum qui hominibus placere velint, Deus dissipabit? Timuit huius prophetici dicti sententiam sanctus ille gentium doctor, dicens: Ego si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Inutilis est humana gratia & irreligiosa sectatio. Nam ex Deo magis quam in contumeliam Dei hominibus est placendum: ut per diuina instituta, & probitatem fidelis vitæ innocentiæque placeatur. Cæterum placere tantum hominibus velle, Deo est displicere. Nō auocat autem ab hominum gratia Deus iustorum mentes, & fidelium rationabilem sanctitatem. Et audiamus eum per Paulum loquentem: Sine offensione estote Iudæis & Græcis, & ecclesiæ Dei, sicuti & ego per omnia in omnibus placeo, non querēs quod meū vile est, sed quod multorum ut saluentur. Hoc est non hominibus, sed Deo placere: cum per id quod Deo placetur, & hominibus sit placendum. Ex causa enim placendi Deo, causa etiam hominibus probabilis sit placendi. Cæterum studium, quod ut hominibus tantum placeatur, impenditur, ad id quod Deo placendum est non refertur: quia tantum eorum causa quibus placetur adhibetur. Non est autem maius vinculum hominibus placēdi, quam ut nemo sui causa velit aliquid. Etenim quod propriæ utilitati efficitur, non potest non aliquam interdum offensionem ex causis accidētibus excitare: cum quod alij vtile est, alteri sæpe fiat incommodum. At verò qui nihil sui causa velit, & omnia in profectum alienæ voluntatis exerceat, necesse est ut causam probabilem placendi cunctis Apostolus docuerit, quia utilitatis suæ negligens, utilitati se dedisset alienæ. Dissipauit ergo ossa Deus hominibus placentium. Et ossa non hæc corporalia dissipari intelligenda sunt: sed quia spes æternitatis in ossibus significari solet, ex quo dictum est: Hoc nunc os ex ossibus meis. Quod beatus Apostolus, quia magnum mysterium est, ad Christum & ad ecclesiam refert, quæ ex Adæ sui æternitate æternitatis substantiam mutuatur: quod in Domini vulnerato licet corpore confixoque non frangitur. Os, inquit, eius non conteretur. Quia cum fuerit iniquus ius passionis in carne, in æternam tamen diuinitatis & impassibilem naturam nihil licuit passioni. Integram autem, & incorruptam spem æternitatis significari in ossibus etiam illic meminimus, vbi dicitur: Custodit Dominus omnia ossa iustorum, vnum ex his non coteretur: quia secundum demonstratam Ezechieli resurrectionem, sacramentum eius sub ossium significatione reuelatum. Ergo ut custodit Deus ossa iustorum, ita & hominibus placentiū dissipabit: & dissipabit non ita, ut eo quod essent carerēt, sed ut per contemptum Dei tanquā deperdita, abiecta vilescerent. Id enim sequitur: Confusi sunt, quia Deus spreuit eos. Cōfunditur quisq; & pudore dedecoris sui, & comparatione oris alieni. Et hinc illud est, quod Apostolus significat dicens Omnes quidē resurgemus, sed non omnes demutabimur. Sed & propheta & cōfusionē resurrectionis & honorē discernit, ita dicens: Et resurgēt alij quidē in vitā, alij autē in cōfusionē æternā. Confundentur ergo quorū ossa

Gal. 1.

I. Cor. 10.

Gene. 2.

Num. 9.

Psal. 33.

I. Cor. 15.

Dan. 9.

dispersa sunt: quos spreuit Deus, quos tanquā indignos ne conformes essent gloriæ suæ resurrectionis abiecit. Resurrecturi ad eō, ut cōfundantur non demutabuntur verò, & ex eo cōfundentur. Hæc enim resurrectionis statuta cōditio est, & idcirco tanquā ex præterito pro decreti definitione fit sermo, quia id ut ita maneat sit statutum. Commemoratis verò humanis & infolētia, & iniquitatis impietatibus, ut is qui titulo preferatur intellectus in finem posset intelligi: tali propheta spem beatorū finis ipsius adhortatione confirmat dicens: *Quis dabit ex Sion salutare Israel? dñi auertit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.* Vna enim hæc spes reliqua fuit humanæ infirmitatis & fidei, per quā inter tātās præsentis vitæ calamitates æternorū bonorum expectatione requiesceret. Et idcirco certus huius beatitudinis propheta, tanquam ex vasto humanarū miseriarū proclamatur profundo dicit: *Quis dabit ex Sion salutare Israel? Nanque secundum alium prophetā: Ex Sion exiet lex, & verbum Domini ex Hierusalem.* Hoc verbum Domini caro factum est. Hæc caro & Sion & Hierusalem est ciuitas nouæ pacis & speculatorium nostrorū. Huic salutaris, huic Iesus. Iesus enim, ut sæpe diximus, ipso nomine salutaris est. Lex autē ex Sion non fuit salutaris, opere quidem viuificans, sed non iustificans ex fide. Hic verò expectatus est salutaris, & datus est Israel: sed non carnali Israel. Non enim qui filij carnis filij Dei sunt, sed filij promissionis deputantur in semen. testatur & Ioānes, non esse secundū carnem Abraham filios, cum & filij viperarum sunt: & potens est Deus Abraham filios de lapidibus excitare. Dominus autem ipsos docuit, ex fidei operibus proprietatem successionis existeret, non secundum carnis generationem filiorum originem deputari, cum ait: Si filij Abraham essetis, opero Abraham faceretis. Sed & Daniel presbyteros condemnans, ait: Non semen Abraham, semen Chanaan, & non Iuda. Ezechiel quoque increpitus populi iniquitatem ait: Pater tuus Chanaanæus, mater tua Cethæa. Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Nō est ergo Israel iste ex successione corporea, cui ob infidelitatem origo profanissimi generis deputatur. Neque huic data salus est, qui non suscepit oblatam: sed ei qui aucterā captiuitate populus Dei factus est. Captus autem imperitarum gentium mētes, & impiūlismis vitiis ac religionibus subditas, in libertatē fidei & nomē familiæ cœlestis absoluit. Qui enim erant dæmonum seruitus, facti sunt Dei populus. Et quis hic sit captiuitatem auertēs: de se ipso testatus est. Hæc enim nō lex, nō patriarcha, nō propheta, nō angelus, nō aliqua alia cœlestium, vel dominatum, vel potestatu, vel thronorum, vel virtutū virtus auertit: sed ille qui accepto libro in synagoga cum ista legisset: Spiritus Domini super me, propter quod vniuit me, prædicare captiuis remissionē, & cæcis visionē, dimittere cōfractos in remissionē, prædicare annū Domini acceptum, fidem & autorē consummata significās prophetiæ ait: *Quia hodie impleta est propheta hæc in auribus vestris.* Hæc igitur populi Dei aucterā captiuitas est, cum oculi intelligentia panduntur, cum præfracta peccatis corda in requiem relaxantur, cum annus Dñi acceptabilis nunciatur, quo penitentiæ nostræ Deo accepta est confessio: cum nihil præteritorum reputatur ad crimen: cum noua omnia sunt, noua libertas est, noui filij & æterna læticia est. Exultabit enim Iacob, & lætabitur Israel: idem nanq; ipse patriarcha vtrunque nomē sortitus ex merito est. Nam quia

Esai. 2.

Ioan. 8.

Dani. 13.

Esai. 16.

Esai. 61.

Luc. 4.

Luc. 23.

Nam quia manu calcem fratris continuisset in partu, Jacob nū cupatus est: supplaturus deinceps & emēdo primogenita, & benedictionem occupando, & interpretationis virtute Genesim exposiuit, Iacob eum qui supplantator fratris, sit nūcupatum. Per agnitionem autem confessi Dei, tum cum se ab eo homine, cuius in lucta dominabatur, benedici poposcit, quia Deum aduersus quem generis sui populus secundum futuræ passionis sacramentum in lucta carnis inualuit, fidei oculis inspexisset: in corpore Israel, quia Israel Deum videns sic meruit nūcupari. Et secundum ipsius Genesim prophetiā, in Iacob iuniorē populum, qui esset in gentibus crediturus, significari absolutum est. Hic ergo exultabit Iacob, & lætabitur Israel. Secundum ecclesiæ ordinem, hic vnus est populus duplicis & professionis, & honoris. Neque enim geminatis sententiis id ipsum cœlestis sermo significat. Sed quia fides prima quo quis inuocari super se Dei nomē precatur, fide anteriore populum supplantat, cum Iudæo infideli fidelem se optat esse gentilis, hic ergo Iacob est, spe præoccupatæ benedictionis insultans. Tam verò vbi baptismo renatus, & fide consummatus, Deum intelligentiæ oculis, & mente aspexerit: tunc iam Iacob lætabitur, quia iam supplantato seniore Deū fide videat, visurus veriore conspectu, secundum illam beatitudinis sponsonem: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt Domini & Dei Iesu Christi, qui est benedictus in secula.

1mo Deo. fuit.

Math. 5.

In finem in carminibus, intellectus David, cum venissent Ziphæi & dixissent ad Saul: Nōne ecce David absconditus est apud nos? Psal. LII.

DEVS in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt super me, & fortes quaesierunt animam meam, & non posuerunt Deum ante conspectum suum. Diapsalma. Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ. Auerte mala inimicis meis, in veritate tua disperde illos. Voluntate sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos dispexit oculus tuus.) Sanctus & beatus David non ignarus, sed ut propheta, Euangelicæ doctrinæ, & in tempore licet legis hanc corporalem agens vitam, tamen quantum in se est, Apostolici mandati præcepta conat, testimonio de se Dei fidem præstans, cum dictum est: Iuueni virum secundum cor meum David qui Iesse est. Non enim inimicos suos bello persequitur, neque insidiantibus sibi decertando armis resistit: sed exemplo Domini cuius & nomen & lenitatem præfigurabat, proditus orat, periclitans psallit, patiens odia gratulatur, & ideo secundum Domini cor reptum est. Quia cum Domino duodecim milia legionum angelorum possent in tempore passionis assistere: tamen ad omne officium humilitatis explendum, passioni se & infirmitati subesse permisit, orans tantum, & dicens: Pater commendo in manus tuas spiritum meum. Quo exemplo hic idem per similitudinē passionum futuræ eius passioni propheta, non contradicit, non resistit inimicis, malum pro malo ex præcepto Euangelico non reddens: sed dominicæ mansuetudinis æmulator, cum tribulatur, cum proditur, cum fugatur, Dominum cuius tantum aduersus impios armis vitur, deprecatur.

Psalmo autem huic titulus ex historia præscribitur, sed ante historiam, quatenus, & quando, & in quem ea quæ sub historia dicuntur, à nobis sint intelligenda monstratur. Est enim primum, In finem intellectus illi David. Tum deinde sequitur: Conuenerunt Ziphæi, & dixerunt Saul: Nonne ecce David absconditus est nobiscum? Ergo hoc quod à Ziphæis David proditur, in finem est intelligendum. Per quod ostenduntur ea quæ in præsens tum erga David gerebatur, præformationem in se futuri temporis continere: cum innocens insectatione vexatur, cum propheta contumeliis illudatur, cum Deo placens ad mortem requiritur, cum rex inimico suo, ut Herodi Dominus atque Pilato, ab his proditur, cum quibus tutus esse debebat. Psalmi ergo intelligentiā in finem est, & in David illo intellectus in quo finis est legis. Et qui David habet clauēs, aditum intelligentiæ tum aperit: cum quæ de se à David sunt prophetata consummat. Ipsa autem secundum Hebræam proprietatem interpretatio nominis, assert non exiguum nobis ad intelligendum profectum. Ziphæi nanque significantur, quæ nobiscum sunt oris asperiones: hæc ab Hebræis Ziphæi nuncupantur. Asperio secundum legem emundatio peccatorum erat, per fidem populum sanguinis asperione purificās: cuius asperionis hic idem beatus David ita meminit: Asperges me hyssopo & mundabor. Sacramentum futuræ ex Domini sanguinis asperionis, fide interim legis sanguine holocaustum repræsentat. Sed hic populus ut populus Ziphæi ore potius quam fide asperus, & mundationem asperionis labiis magis quam corde suscipiens, infidelis in David suum & proditor extitit: quod antea per prophetam dixerat: Populus hic labiis me honorat, cor autem eius longe est à me. Ad prodendum David ob id pronus: quia cessante fide cordis, omnia peroris fraudulentiam legis sacramenta gessisset.

Ziphæi quid sonet Hebræicè.

Psal. 50.

Esai. 29.

Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.)

Secundū demonstratam tituli rationē, passio David prophetæ, Dei ac Domini nostri Iesu Christi passionis exemplum est. Idcirco oratio quoque eius etiam ad intelligentiam orationis eius, qui verbum caro factum est, temperatur: ut qui omnia secundum hominem passus est, idem omnia secundum hominem eloquatur, & quorum infirmitates portauit & peccata suscepit, eorum ad Deū deprecetur obsequio. Proprietates autem virtutesque verborum etiam iniquis licet & cunctantibus nobis intelligentiæ huius exigunt sensum: ut omnia ex persona eius dici non ambigamus in psalmo. Ait enim: Deus in nomine tuo saluum me fac. In humilitate corporis vnigenitus Dei filius sub prophetæ dictis hæc precatur: qui & gloriam quam ante secula habuerat reposcebat. Saluificari se in Dei nomine rogat, in quo est & nuncupatus & natus: ut se in eo corpore in quo erat natus, id ipsum quod naturæ anteriori suæ & generi erat proprium, saluum faceret Dei nomē. Et quia omnis hæc ex persona formæ seruilis oratio est, cui formæ seruili visque ad crucē mortis assumptæ, salutem eius nominis, quod Dei est deprecatur, & saluandus ex Dei nomine, id cōtinuū subiect: Et in virtute tua iudica me. Nanque ob meritū humilitatis, quia se exinaniuisset formam serui accipiens, formam rursus Dei confortem in ea quam assumserat humilitate repetebat: in Dei nomine homine ipso in quo Deus nasci obedierit, saluato. Et ut

Phil. 2. huius nominis, in quo se saluari orabat, honorem non nudæ tatum nuncupationis doceret esse iudicari se in virtute Dei precatur. Primum enim ex iudicio est, quod meretur. Factus, inquit, obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod exaltauit illum Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut ei nomen quod super omne nomen est donetur. Tunc deinde hoc ipsum iudicium sit in virtute iudicij: quia per virtutem Dei is qui ex Deo homo mortuus fuerat, idem rursus in Deum ex homine mortuo resurrexit, secundum illud Apostoli: Crucifixus ex infirmitate, resurrexit ex virtute & rursus: Non enim erubescit Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Per iudicij enim virtutem infirmitas corporalis in Dei nomine naturaque saluatur. atque ita ob meritum obediencie, in salutem nominis Dei ex iudicij virtute prouehitur, ut in eo Dei & nomen & virtus sit. Ceterum si ex consuetudine humana sermo iste cepisset: in misericordia potius vel æquitate, quam in virtute iudicari se propheta poposcisset: Sed virtutis illic opus fuerat iudicio, ubi Dei filio in filium hominis ex partu virginis nato, rursus ipsi hominis filio per iudicij virtutem Dei filij & nomen redhibendum esset & virtus. Sequitur dehinc: *Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.* Promptum propheta fuerat dixisse, Deus exaudi me. Sed quia ex persona eius loquitur qui solus sciret orare: idcirco constantis postulatio præstandæ orationis ostenditur. Paulus beatus neminem hominum qualiter orare oporteat scire docet dicens: Quod enim, quid oremus, qualiter oporteat nescimus. Non est ergo infirmitatis humanæ exaudiri orationem suam postulare: cum doctor gentium post constitutam licet iam à Domino formam orandi, quid & quatenus orare ignoret. Sed eius ista fiducia est, qui solus patrem videt, qui solus patrem scit, qui solus potest orare pernoctans. Secundum Euangelium enim Dominus pernoctauit orans: qui per speculum verborum formam ipsam occultissimi sacramenti sub communibus verbis, dum oraremus, ostendit. Et qui orationem suam poposcit audiri, ut peculiare hoc fiduciam suam doceret esse, subiicit: Inauri verba oris mei. Et quicquam hoc humanæ fiduciam esse existimabit, ut verba oris sui velit audiri? An illa quibus motus animi nostri & impetus pronunciamus, tum cum de ira exardescimus, tum cum de odio obtrectamus, tum cum de dolore querimur, tum cum de adulatione blandimur, tum cum aut pro spe lucri, aut de veritate pudore mentitur, aut de contumeliam offensione maledicimus? Et quis vnquam vitæ ita emendatæ & patientis ad omnia fuit, ut his humanæ demutationis vitis non esset obnoxius? Solus hoc potuit cum fiducia velle, qui peccatum non fecit, in cuius ore dolus non fuit, qui flagellis dorsum præbuit, qui maxillas ab alapis non deflexit, sputamentorum contumeliam non exprobrauit, & in nullo voluntatem eius, cuius ad hæc voluntati in omnibus volens obediebat, offendit. Causam deinde cur verba sua audiri oret adiecit: *Quoniam alieni insurrexerunt in me, & fortes quaesierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* Vnigenitus Dei filius Dei verbum, & Deus verbum, cum utique omnia quæ pater posset, omnia ea & ipse posset, sicuti ait: Quæcunque enim pater facit, etiam & filius facit similiter: ut in discreto ætatis naturæque nomine indiscreta quoque esset & virtus, ut absolutissimum nobis humanæ humilitatis esset exemplum, omnia quæ hominibus sunt, & orauit, & passus est. Et ex communi nostra infirmitate salutem sibi est deprecatus à patre: ut natiuitatem nostram cum ipsis in-

2^a Cor. 13. Rom. 1.

Rom. 8.

firmatis nostræ inesse intelligeretur officium. Hinc illud est quod esuriuit, sitiuit, dormiuit, lassatus fuit, impiorum cæcus fugit, mæstus fuit, & fleuit, & passus, & mortuus est. Et ut his omnibus non natura, sed ex assumptione subiectus esse posset intelligi: perfunctus his omnibus resurrexit. Omnis ergo eius in psalmis ex naturæ nostræ affectu querela est. Nec mirum si ita intelligimus nos dicta psalmodum: cum ipse Dominus secundum Euangelicam fidem passionis suæ sacramenta scripta esse fuerit testatus in psalmis. Alieni igitur super eum insurrexerunt. Non enim iam filij Abraham sunt, neque filij Dei: sed natio viperarum, sed serui peccati, sed semine Chanaa, patre Amorrhæo, matre Cethea, & diabolo patre, filij diabolicæ voluntatis. Querunt quoque & animam suam fortes: cum Herodes principes sacerdotum ubi nasci habebat Christus, interrogat, cum omnis Synagoga aduersus eum testis falsa coniurat. Sed animam hæc humanæ naturæ & infirmitatis esse existimantes non proposuerunt Deum ante conspectum suum: quia Deus ex eo quod Deus manebat usque ad originem nascendi se hominis humiliasset, id est, ut hominis filius esset, qui erat antea Dei filius. Non enim alius filius Dei quam qui filius hominis: & filius non ex parte, sed natus. Forma enim sed Dei ex eo quod erat ad id quod non erat, id est, ut nasci posset in animam suam corpusque vacuare. Et idcirco & filius Dei & filius hominis, idcirco & Deus homo, id est Dei filij habitu humanæ originis natus est, usque ad naturam scilicet hominis nascendi qui totus ex anima & carne formabilis est Dei se humiliare subleuata. Ob quod cum exurgit aduersum eum alieni, cum potentes animæ eius exquirunt, quæ frequenter in Euangelis tristis & mæsta est, Deum ante conspectum suum non proposuerunt, quia Deus Dei filius ante secula manens humanæ naturæ habitu id est, nostri corporis atque animæ homo ex partu virginis natus esset: per operum magnificentiam non intelligentes, quia hominis filius cuius animam querebant, ad id quod homo esse ceperat, ex Dei filio quod semper manserat, extitisset. Interuentu diapsalma, non dicentis, sed cui dicebatur demutatam persona est. Nunc enim generalis sermo est prophetiæ. Nam post eam orationem quæ ad Deum fuerat, ut fiducia orantis posset intelligi in eo ipso precatationis tempore quod poposcerat, impetratum, continuo subiicit: *Ecce enim Deus adiuvat me, & Dominus susceptor est anima mea. Couerte mala inimicis meis.* Effectus proprios propriis reddidit postulatis: docens, non negligentem orationem nostram Deum esse, neque irrationabilem præstantem misericordiam suam existimandam, cum nos secundum quod precaremur audiret. Namque ad id quod ait: *Quoniam alieni insurrexerunt in me,* proprium illud est: *Deus adiuvat me.* ad id autem, *Et fortes quaesierunt animam meam:* in eo exaudite orationis peculiaris effectus est, quo ait: *Et Dominus susceptor est anima mea.* Ad id verò quod ait, *Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum:* hoc competenter adiecit: *Couerte mala inimicis meis.* De ergo & aduersus insurgente adiuuat, & quaesitam à fortibus animam sancti sui suscipit, & non propositus ante oculos, neque ab impiis cogitatus, ad inimicos mala ipsa conuertit: ut dum Deum non cogitant isti animam quaerendo, & aduersum eum insurgendo, adiuto eo, atque suscepto eo quem inter iniquitatum opera non cogitabant, vltorem malitiæ ipsius retributione sentirent. Habeat itaque hanc innocens religio fiduciam, ut inter humanas insectationes, & animæ periculo adiutorem sibi Deum esse non ambigat: & si quando iniuste mortis vis affertur,

1. Ion. 14.

Sensus patet quatenus in Christo.

Gal. 3.

vis affertur, excedentem habitaculo corporis animam sciat in Dei susceptione requiescere. Habeat vltionis quoque certissimam securitatem, cum mala omnia in eos qui inferant reuertantur, non potest iniquitatis argui Deus, nec perfectæ bonitati malignæ voluntatis instinctus ac motus ammixtus est. Mala enim non maleuolus excitat, sed vltor retorquet: neque ea ex malicia sua affert, sed in merita nostra conuertit. Statuta enim in omnes sunt adulationum ministeria, mala ista cum lege viuendi iusti iudicij secura æquitate moderantur. Sed hæc & auersa à iustis sunt lege iustitiæ, & conuertuntur in iniquos æquitate iudicij. Vtrunque iustum, ut & iustus ad metum prompta sint, nec admixta, quia iusti sunt, & iniustus ad penam sunt conuertenda, quia meriti sunt, nec iustus admixta cum prompta sint, nec iniustus defutura, quia prompta sunt. Dehinc rursus fit ad personam Dei, ad quem primum deprecatio erat cepta, conuersio: *In veritate tua disperde illos.* Veritas mendacium confutat, & perimitur falsitas veritate. Omnem autem superiorem orationem esse eius hominis in quo filius Dei natus est docuimus: etiam hoc quoque nunc à Deo patre deprecantis, ut inimicos suos in veritate disperdat. Et quæ sit veritas non ambigitur, nempe ille ipse qui dicit: Ego sum vita, via, veritas. Disperduntur ergo in veritate inimici: cum falsis testibus damnationem Christo comparantes, resurrexissent à mortuis eum audiuit, & in Dei veritate gloriam suam resumpsissent cognoscunt. Nam postea ob penam Dei in crucem acti, fame & bello absumpti ac periti sunt: vitæ autorem morte damnantes, neque Deum in veritate per operum magnificentiam cogitantes. Hos igitur disperdit Dei veritas: cum ad resumendum gloriæ paternæ maiestatem resurgens, absolutam in se diuinitatis probauit veritatem. Quod autem & in crucem actum vnigenitum Dei filium, & morte damnatum eum qui natiuitate quæ sibi ex eterno patre est naturalis & æternus sit, frequenter, imò semper prædicamus, non ex naturæ necessitate potius quam ex sacramento humanæ salutis passioni fuisse subditus intelligendus est, & voluisse se magis passioni subijci quam coactum. Et quanquam passio illa non fuerit conditionis & generis, quia indemutabilem Dei naturam nulla vis iniuriöse perturbationis offenderet: tamen suscepta voluntarie est, officio quidem ipsa satisfactura penali, non tamen penæ sensu læsura patientem. Non quod illa lædendi non: sed quod dolor diuinitatis natura non sentit. Passus ergo est Deus, quia se subiecit voluntarius passioni. Sed suscipiens naturales incongruentium in se passionum, quibus dolorem patientibus necesse est eas inferri virtutes, ipse tamen naturæ suæ virtute non excidit ut doleret. Sequitur enim: *Voluntarie sacrificabo tibi.* Legis sacrificia quæ in holocaustibus & oblationibus hircorum atque taurorum sunt, non habent in se voluntatis professionem: quia maledicti sententia legem sit decreta violentibus. Quisquis enim à sacrificio destitisset, ipse obnoxium se efficiebat esse maledicto. Necesse erat effici quod fiebat: quia sacrificij negligentiam maledicti non admittebat adiectio. A quo maledicto nos Dominus noster Iesus Christus exemit, Apostolo dicente: Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis ipse maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pependit in ligno. Maledictorum se ergo obtulit morti, ut maledictum legis dissolueret, hostiam se ipsam Deo patri voluntarie offerendo: ut per ho-

stiam voluntariam maledictum quod ob hostiæ necessitatem & intermissæ reatum erat auditum, solueretur. Cuius sacrificij alio loco meminit in psalmis: Hostiam & oblationem noluit, perfecisti autem mihi corpus: Deo patri legis sacrificia respicienti, hostiam placetem suscepti corporis offerendo, cuius oblationis beatus Apostolus ita meminit: Hoc enim fecit semel seipsum offerens hostiam Deo: omnem humani generis salutem oblatione sanctæ huius & perfectæ hostiæ redempturus. Ob quæ omnia ita gesta, laudem Deo patri refert: *Confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum, quoniam ex omni tribulatione eripuisti me.* Reddidit in singulis propositionibus proprias absolutiones. Nam in exordio dixerat: In nomine tuo saluifica me. Post precum verò satisfactionem, congruam gratulationem esse oportuit professionem: ut eius nomini cõfiteretur, in cuius nomine saluari sese fuerat deprecatus. Et quia auxilium contra alienos insurgentes in se poposcerat, id ipsum adeptum sese fuisse professus per hoc gaudij exultatione memoraret, quia ex omni tribulatione eripuisti me. Ad id verò quod cum fortes quaerunt animam eius, Deum non proposuerunt in conspectu suo, præclare indemutabilis diuinitatis docuit æternitatem: in eo quod dictum est: Et super inimicos meos desepxit oculus meus. Morte enim non interceptus vnigenitus Dei filius, ad explendam quidem naturam naturæ mortis se, id est, discessionem se tanquam animæ corporisque subiecit, & ad infernas sedes, id quod homini debitum videtur esse penetrauit. Sed manet resurgens, & inimicos suos immortalis oculo despicit glorificatus in Deum, & ex hominis filio in Dei filium, ex quo etiam hominis filius esse ceperat, per resurrectionis gloriam iam renatus, inimicos suos despicit, quibus dixerat: Soluite templum hoc, & post triduum ædificabo illud. Aedificato igitur hoc corporis sui templo, eos qui quaesierant animam suam ex edito videt, & vitra humanæ mortis legem autores mortis suæ sublimis ipse desepcat, mortem perpetuens, sed mori nesciens, Deus homo Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

In finem in carminibus intellectus David. Psal. LIIII. Nauri Deus orationem meam, & ne desepxeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Super scriptio psalmi sine historia est, tantum in finem intellectus in hymnis est.

Hymnos aliqui translatores nostri carmina nuncupauerunt: plerique autem hymnos ex ipsa Græcitate usurpatione posuerunt. De nomine nihil differt: dum modo res vna esse quæ vel in hymnis, vel in carminibus significabitur intelligatur. Hoc ergo de psalmo sciendum est, quod quæ hymno eius vel carmine continetur, in finem intelligenda sunt: omni intellectu scilicet nostro ad Dominum nostrum Iesum Christum, quæ Apostolus finem legis docuit esse, referendo. Frequenter autem admonuimus, eam in psalmodum cognitionem sensus nostri temperandam esse rationem, ut eum de quo & per quem omnis prophetia est, ex Dei filio hominis filium natum meminimus, & Dei naturam omnibus ante seculis manentem in naturam hominis esse ex partu virginis genitam: ita ut naturæ posterioris adiectio nullam deflectionem naturæ anterioris afferret, neque qui iam homo esse ceperat, id quod ante hominem manebat, Deus scilicet, esse desineret. Hic ergo assumens carnis nostræ fragilitatem, & manens suus atque noster, ita agit, orat, pronitetur, expectat omnia illa quæ nostra sunt, ut in his admisceat etiam illa quæ sua sunt: loquatuturque

Psal. 35.

1. Ion. 2.

Hymni qui.

interdum ex persona hominis, qua & homo natus, & passus, & mortuus est, interdum autem omnis ei secundum Deum sermo fit, quia ex Deo homo, & ex Dei filio hominis filius extitisset: naturæ scilicet eius confidentiam non oblitus in verbis, quia in assumptione licet hominis non carebat, & ita ex nobis atque ex infirmitate nostra humani sermonis consuetudine vsque loquens, vt se atque virtute sua, quæ Deo sunt propria & digna loqueretur, vt in præfenti psalmo cognosci potest, qui ita ceptus est: *In auri Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venit super me, & contexit me tenebra. Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo & requiescam? Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.*

In exordio psalmi est humilitatis voce vsus sit cum ait: Inauri Deus orationem meam: non tamen sine aliqua propria conscientia altioris fiducia intelligitur hæc locutus. Non enim cuiuscunque est innocentia id postulare, vt orationem suam Deus inauriat. Promptæ nanq; semper precatiōni hominum Dei aures sunt, quia qui naturam audiendi humano generi impertit, ipse extra auditus non potest esse naturam: & qui vbique hunc in nobis sensum auditionis operatur, non potest non vbique in ipso esse quod præstat. Deus itaque vbique semper audit: sed non omnium meriti est, vt quod audit inauriat: auditū quidem eius orantis voce penetrat, sed dignationem eorum quæ audiuntur inauriendi sola orationis innocentia promerente. Triplex autem in exordio oratio precatiōnis est edita. Prima enim ea est, vt inauriatur oratio. Sequens est, ne despiciatur deprecatio. Tertia est, vt intendat sibi, seque exaudiat. Et necesse est discretam esse vniuscuiusq; generis naturam, vt nō idem sit inaurire, & non despiciere: rursumque differat ab vtroque intendere & exaudire. Et quia de inaurienda oratione quid intelligi possit ostendimus: quid illud sit, Ne despexeris deprecationem meam, tractandum est. Despiciuntur orationes leues, diffidentes, inutiles, seculi curis anxie, & rerum corporaliū desiderijs implicata, bonorum operum fructibus infœcundæ. Hæ igitur despiciabiles sunt orationes Dei dignatione non dignæ, de quibus per Esaiam prophetam ait: Et cum extenderitis manus vestras ad me, auertā oculos meos à vobis. Et causam despiciendæ orationis continuò subiicit dicens: Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Vbi ergo operatio iniquitatis extabit, illic despicitur oratio deprecantis. At verò tum in eo qui sperat intenditur: cum tacitæ spei fides, piæ conscientie religione cohibetur. Et est nobis hoc absolutissimū vniuscuiusque proprietatis exemplum. Inauriuit Dominus verba Chananæ sæpe clamantis, despexit orationē adolecentis illius, qui ab æternitatis largitore diuisionem patrimonij postulabat: intendit autem in eam scæminam, quæ fidei silentio salutem sibi etiam à vestis fibria expectabat. His ergo totius precatiōnis suæ generibus distinctis, nunc causam ipsam exposuit deprecandi: quia in exercitatione sua conturbaretur à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Et quidem exercitatio nunquam nisi ad res vtilis salutarēque suscipitur: quas quia in sancto quoque impij ferre nō possunt, omnibus cum iniurijs afficere, & vsque ad formidinem mortis defatigare contendunt. Sed hæc in Do-

Esai. I.

mino Iesu Christo exercitatio, nostræ salutis operatio est: quam diuersarum sanationum dehinc passionis ipsius exercitatio prouehēbat. In hoc quoque se inuicō confortio nostræ infirmitatis exercens, quam exercitacionem egressu suo Isaac in campum præfigurauit: cum inuictæ camelo Rebecca tanquā sponsæ ex gentibus exercens se in hoc mundo Christus occurrit. A voce inimici etiā turbatur, cum Samaritanus, cum dæmonium habens dicitur, cum quia se à cruce nō eruat, negatur esse cæteris filius: declinantes in eum iniquitatem falsorum testimoniorum & sententiæ mortis. In ira quoque molesti sunt, dum flagellis, dum colaphis, dum alapis defauiunt. Sed inter hæc habens potestatem duodecim milia legionum cœlestiū euocare, non ad iram commouet, neque ad vltionem exacerbatur. Sequitur enim: *Cor meum conturbatum est in me.* Pati omnia in seipso constituit, dummodo humane salutis sacramenta perficeret. Difficilimum autem hominis infirmitas est, intra ipsam perturbationes mentis commotionēque cohibere: vt non etiam vsque ad ipsam vultus demutationem tacito licet motu significatio anxietatis vel indignationis erumpat. Verū vni-genito Deo quāuis infirmitas nostra suscepta sit, tamē diuinitatis suæ non est oblita natura, vt non in his omnibus quæ infirma sunt salua maiestatis suæ dignitate perfunctus sit, dum vniuersa quæ mortis nostræ sunt ac timoris ita pertulit, vt in eum inciderēt hæc potius quàm inessent, dum infirmitas nostra magis quàm naturalis in Deo est. Denique id ipsum sequens sermo connexiuit, cum dicit: *Et formido mortis cecidit super me: Timor & tremor venit super me, & contexit me tenebra.* Et hæc quidem in eum omnia quæ nostræ necessitatis sunt irruerunt, sed ab eo naturæ suæ virtute suscepta sunt: dum mortem nostram potens non mori, etiā timore in se mortis ingruente non renuit. Et cum hæc eadem tanquam in hominem imbecillitati eius dominata cecidissent: tamen vt non subiectum se his quæ ingruerunt edoceret, subiicit: *Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo & requiescam?* Nam infirmus est, cui ad euolandum de contigentibus se tenentis metuque mortis pennæ aliunde sumendæ sunt. Cum enim dicit: *Quis dabit mihi, nō poscentis ab aliquo, sed non aliunde sperantis est.* Euolare autem vt columba festinat, id est, in spiritualem redire naturam: & in columbæ specie spiritus in eum volando requieuit, habitatione aliquando in homine, qui tum de Iordanis aquis ascendebat inuenta. Et hæc quidem precatiōnis est causa: quia infirmitate corporis degreatus, hoc quod nobis est mortale suscepit, vt caro factus in spiritum euolaret. Et harum quidem pennarū suarum in psalmo alio ita meminit: *Si sumptero pennis meas ante lucē, & habitauero in extremis maris. Et enim illuc manus tua deducet me. Suas itaque sumet, vt nō intelligatur eas ex his euacuatissimè assumere. Sed sumptis pennis vt volando requiescat, quo fit quieturus ostendit, dicens: *Ecce elongaui fugiens, & mansi in deserto.* Ceciderunt quidem super lucem tenebræ, sed tenebræ eam non comprehenderunt. Elongauit enim fugiens, qui ne à gentibus quidem potuit comprehendere. Fugit ergo etiam eos qui se persequēbantur, & ab his longe factus habitat in deserto. Et quod desertum hoc vel quæ solitudo sit (nam eodem verbo vtrunq; Græcitas elocuta est) ita alio loco propheta declarat: *Lætare desertum sitiens, exultet desertum, & floreat tanquam lilium: & effloreat & exultent deserta Iordanis.* Inualefcite manus inualidæ, & genua dissoluta consolamini:*

Videtur memorialia

in mattheo non habetur nisi duo decim legiones. Vnus codex veteris similiter habebat in canone.

Esai. 13.

Esai. 35.

Isal. 94.

Dispsal. ma.

Isal. 68.

Isai. 17.

consolamini: modici animi, sensu inualefcite: & nolite timere. Ecce Deus noster iudicium reddidit, ecce veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorū, & aures surdorum audient: erudietur lingua mutorum. Tūc saliet claudus tanquam ceruus. Venerat quidem ad oues perditas domus Israel, sed ab his fugatus hæc deserta lætificat: in his enim manet, & mansit postquā volando requieuit. Est enim Dei requies, quæ impijs denegatur cum dicitur: *Si intrabunt in requiem meā. Resumpta spiritali gloria vnigenitus Deus in his (tanquam in templo digno se) corporebus quæ erant ante deserta requiescit: quia plures iam filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Non sum autem nescius plerisque solum verborum sonum & literā contentis, nihil de omnibus serē psalmis congruum personæ Domini nostri Iesu Christi existimare, putēntq; totum querelis prophætæ increparis: sed nos litem non mouemus. Neq; enim destruimus sed adstruimus, ad dentes potius de obscuris intelligentiam, quàm simplicibus detrahentes: quia quæcunq; Dauid aut passus aut questus est, etiam passionibus eius qui vniuersitatis nostræ caro est factus, impleta sunt. Et (vt arbitrator) ea quæ sequuntur intelligentiæ nostræ cursum probabūt. Intercedens verò diapsalma, demutauit & sensum. Nam omnis rursum aduersum eos de quibus est querela sit sermo, honore tamen eius ad quē omnia est referre solitus antelato. Sequitur enim: *Expectabam saluificantem me à pusillanimitate & tempestate.* Non noua hæc eius expectatio est: nam & in eo psalmo (quem ex persona eius esse non dubiū est) sic precatu est: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meā. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, etiam tempestas demersit me. Ab hac igitur tempestate atque ab hac pusillanimitate (humiliatus enim erat vsque ad mortem crucis) saluari expectat ab eo ad quem precatu est, dicens: Pater clarifica me apud temetipsum, claritate quam habui apud te priusquam mundus esset. Sed expectans saluari se, plus iam quàm spem salutis expectat. Sequitur enim: *Præcipita Domine & diuide linguas eorum.* Proprietatem verbi siue Hebraici siue Græci Latinitas, vt in multis, nō elocuta est. Nā id quod præcipita dicitur cū illis *κατακόπτει* enunciatum est. Quo sermone non vt præcipitentur, sed vt in profundum demergantur oratur. Demergi ergo eos linguasque eorum diuidi rogat. Quorū aliud sub Noë, aliud post ædificationem turris scimus effectum: cum illos diluuiū submersos cōsumpsit profundum, hos verò linguarum diuisio ad causam æternæ in se concertationis discreuit: vt conspirationem aduersus Deum initam, dum se inuicem & nesciunt & metuunt, non tenerent. Non dispar ergo nunc in hos pœna deposcitur, scilicet vt in morem gentium, quas in aquis significari meminimus, absumpti & in omnes linguas cum quibus nunc habitant, & quibus loquuntur diuisi, amitterent vitæ ac regni sui dignitatem. Vt autem ob vitia ciuitatis, contradictionēque præceptorum suorum hæc consecuturā nosceremus, adiecit: *Quia vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius & iniquitas, & labor in medio eius, & non defecit de plateis eius vsura & dolus.* Ob hæc igitur vitia & crimina futuræ captiuitatis & dispersionis pœna deposcitur: sed potissima inter crimina sunt iniquitas & contradictio. Nam cum quem lex & prophætæ nunciauerant reiicientes, contradictione impia respuerunt. Quæ contradictio no-**

cte & die circumdans muros ciuitatis ipsius supergressa est, quia & ipsa passionis suæ nocte cum se vidēdum in confessu, & à dextris virtutis, proferretur, discissa veste etiam cum blasphemie inuidia contradixerunt. In muris autem, tuitionem salutis significari meminimus: sicut cum nouæ Hierusalem ædificatio & munitio, id est, cōstructio & custodia eius cœlestis optatur, ita scriptum est: *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, & ædificentur muri Hierusalem.* Erat ergo tum in eo populo custodia spiritalis: & dispositæ per angelos legis administratio communiebatur. Sed vbi ipso mediatore legis reiecto, hos muros, & hæc custodiam circumdans iniquitas supergressa est: tum cepit maius esse ipsa munitio peccatum, vt iniquitas vinceret custodis voluntatem, vsura & dolo, cæterisque quæ in lege sunt vetita redundantibus. Et indignitatem tantæ huius iniquitatis ostendens, subiicit: *Quoniam si inimicus meus impropèrasset mihi, supportasset utique, & si odiens me super me magna locutus fuisset, absconderem me ab eo. Tu autem homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ingressi sumus cum concordia.* Querela non de passione est, sed de Apostolo proditore, nam cum salutem generi humano suscepta crucis morte donaret, nō potest videri sacramentum hoc magnæ pietatis arguere. Nam utique si inimicus esset, querelæ causa non esset: cum in se consummaretur, quod ad salutem nostram perpeti ipse voluisset. Et sicut si odiens se locutus super se magna esset, absconsus ab eo fuisset: quia ei non cognitus in homine Deus esset, & ob hoc minus esset criminis nescienti. Non enim gentes verbum carnem factum prænuicia sibi lege didicerunt, quod utique his qui sub lege sunt etiam ipsius gentis ad speciem futuræ veritatis aptatum est, cum & hominem. Abrahā adorauit, & Iacob in homine Deū vidit, portasse hæc opprobria gentium, quod cum esset homo Deū se faceret, quod dæmonium habens populum seduceret, quia ignorasset hæc omnia in lege quæ ad Israel lata est, contineri. Veruntamen cum vnanimis & dux & notus hæc faciat: vnanimis, cum electus in Apostolū est: dux, cum demorante Domino ipse ad prædicationem aduentus sui ad castella præmissus est, & futuri regni dux ab eo ac princeps est constitutus: notus autem cum omnes ingressus eius egressusque didicisset, cognosceretque in hominis filio & Dei filium, qui & particeps in demutando ex aqua vino & dulcificando in populi cibum hordeo extitisset, conuiuioque eodē vsus esset, secumque Dei domum semper, esset ingressus, maiorem de se querelam in hoc confortium diuini ministerij assumptus exhibuit. Sed quamquam specialia hæc in impietatem eius dicta essent, tamen pœnæ decretum refertur ad plures. *Veniit mors super eos, & descendant in infernum viuentes, quoniam nequitia in hostijs eorum, & in medio eorum est.* Id est, totos ipsos intra extraque nequitie opera circumdant: ita super eos morte ventura, vt ad pœnæ sensum viuentes descendant in infernum cum hostijs eorum. Verū ille hæc his agentibus atque meditantibus, ad quem spes & precatio sua esset ostendit dicens: *Ego ad Deum clamavi, & Dominus saluauit me. Vespere & mane & meridie narrabo, & renunciabo, & exaudiet vocem meam. Liberabit in pace animam meam ab his qui appropriant mihi, quoniam inter multos erant mecum. Et exaudiet me Deus, & humiliabit eos, qui est ante secula.* Clamorem fidelē mox Dominus exaudit, & hanc ipsam exauditi clamoris sui gratulationem vespere & mane & meridie nar-

Esai. 50.

rabit, diem omnem in his diei partibus p̄r quas dies continetur ostēdens. Taliſ autem temporum ordo nō nisi ex prophetica scientia distributus est, vt vespere & mane & meridie nunciet, & quia secundum legem & obseruantiam legis à vespere dies cōcepta, eadē ipsa vsque ad meridiem deputatur, cū inchoationē diei non manē lux reddita, sed vespere nox facta perficiat. Narrat ergo & renunciat ea quæ in psalmo continentur, quōd vocem eius au diat, & in pace animam suam liberet. Pacificauit enim omnia in cœlis & in terra, vt liberet ab appropriantibus sibi. Superior enim querela de proximis, cū etiam vnanimis & dux & notus hæc ageret, cum Apostolis cæteris & ipse electus in Apostolum. Deus ergo qui est ante secula, id est per quem omnia sunt, quia ante omnia sit, exaudiet eum, & humiliabit eos: cū in digni gloria æternæ resurrectionis effecti sint. Nam interiecta diapalma omnem his ob impœnitentem impietatis professionem spem recidit, dicens: *Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum.* Omnes secundum Apostolum resurgent, sed non omnes commutabuntur, quia non timuerunt Deū. Fas enim fuerat ignorasse in homine Deum, si resurgentem tamen Deum ex mortuis credidissent: patente his etiam post passionis piaculum pœnitentia & indulgentia. Non enim solum non timuerunt Deū, sed cū ad retribuendum his manum extendisset, id est, auxilium obtulisset, contaminauerunt testamentum eius: cū eum qui testamento legis ad salutem prænūciatus est, repulerunt. Sequitur enim: *Extendit manū suam in retribuendo, contaminauerunt testamentum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius.* Et idcirco demutatio his non relicta est, quia pro peccato semel mortuus est: & resurgens eos tantum demutatione donauit, qui secum per fidem & causā mortui sunt & resurgent. Hos autē ab ira vultus sui euerſa ciuitate diuisit, partēque eorum cum infidelibus ponens, eos vel disperſit in omnia, vel diuisit à sanctis: dehinc de generali querela ad significationem eius qui ei & dux & vnanimis & notus fuerat, sermo se retulit: *Et appropriauit cor eius. Molierunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Amixtus Apostolis & curam pauperum agens, maximū scilicet ministerij opus curans appropriauit cor suum. Adappropriantibus enim liberati animam suam gratulatus est, non vtique ministerio fidei approprians, sed iræ Dei & contaminationi testamenti eius. Cæterum ipse blandiloquus emollito super oleum sermone curam agere se pauperum fallens, etiam tum cū preciosi vnguenti effusa alabastro cōquestus est: tanquam id magis venire in sumptum inopum debuisset. Sed ille occasionem furti de pecuniæ collatione quærebat. Et istiusmodi fortē blandiloqui oleum psalmo alio euittat propheta cū dicit: *Oleum peccatoris nō impinguet caput meum: quia sub specie boni operis maliciæ arma commoueat.* Sunt autem etiam in verbis iacula, sicut dentes, scutum, & sagittæ sunt, & lingua machæra acuta est. Hæc igitur sermonum iacula detestatur, quæ magis sub blandimento & adulatione nocitura sunt. Sed inter ista inimici iacula imperterritus manet, nobisque portum securitatis tutum fidūque deuotrat. Sequitur enim: *Lacta in Dominum cogitationem tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternis fluctuationem iusto.* Ademit nobis etiā in Euangelij Dominus sollicitudinis potestatem, dicens: *Nolite solliciti esse de craftino, sufficit diei malicia sua.* Quærite primum regnum Dei & iusticiam eius, & omnia præstabitur vobis: Omnem scilicet curam in promerēdo Dei regno

Psal. 140. Oleum peccatoris, im-pietas sub pre-textu pietatis.

Matth. 6.

& iusticia colloccandam. Iactanda ergo super eum cura est. Ipse enim enutriet, secundum illud: *Super aquā refectiois enutriet me.* Enutriens autem non relinquit in fluctibus istius seculi, sicut enutritus Iacob omnē tempestatem & odiorū & duræ seruitutis euasit, dicens: *Deus qui nutriuit me à iuuentute mea.* Ipse enim vitæ autor est, ipse cibi largitor: non terrenum, sed etiam spiritalem. Sed illo super aquā refectio-nis educato, & à procellæ fluctibus liberato, digna im-pios poena consequitur, cū dicit: *Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum & dolostitatis nō exdimidiabunt dies suos, ego autem sperabo in te Domine.* Est quidem puteus aquæ viuæ, sed est & puteus interitus, secundū illud: *Non me demergat tempestat aqua, neque absorbeat me profundum, neque contineat super me puteus os suum.* Non relicto igitur in fluctua-tione iusto, illi in puteum interitus deducuntur: cuius os clausum resurgente ex inferis vnigenito Deo esse non potuit. Cæterum post passionem Domini, statim eos belli victoria cū excidio ciuitatis absumpsit: omni promiscua ætate ad satisfactionē vincientium interem-pita, non dimidiatis vitæ diebus iuuentute prostrata. Dies autem pleni sanctis & fidelibus referantur, se-cundum illud: *Et dies pleni inuenientur his, quorum spes semper in Domino est: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.*

Psal. 22.

Psal. 68.

Psal. 72.

In finem pro populo, qui à sanctis longè factus est David, in tituli inscriptione cum tenerunt eum Allo-phyli in Geth. Psal. LV.

Vita psalmi superscriptio cōprehendit, quæ præter rerum gestarum notionē alterius in-telligentiæ intumant sensum: cū pro po-pulo qui à sanctis longè est Psalmus est, cū tituli inscriptio præfertur, cū postremo exordiū ip-sum in fine præscribitur. Si enim eam solam querelam præfens sermo contineret, quōd cūm fugeret ab Allo-phyliis in Geth. David teneretur: totum se circa id tan-tum hic iniquitatis increpita motus exereret. At verò cū hæc ante rei gesta significationem ad imbuedū legendium sensum dirigendumque prælata sint, sine dubio intelligimus per rerum gestarum, quæ in Da-uid gerebantur, effectus imprimi nobis secundum spi-ritum prophetiæ earum rerū quæ sub his præscriptio-nibus significata sunt, notionem: vt quod David pas-sus est, præfiguratio fuerit passionem Domini nostri Iesu Christi, vt quod tituli inscriptio est eius, qui mo-riendo vicerit significata videatur æternitas, quia tituli inscriptio (quæ stelographia sermo Græcitatē enun-ciat) his maximè qui probabilem vitam degentes etiā pro salute patriæ mori in bello non timuerūt, ad æternitatis gloriam deferatur. Populus autem qui longè sit factus à sanctis Israel, indignus factus sanctificatione gentium, longèque ab ea discedēs esse noscendus est. Quod autem in finem est, propriū ei esse qui finis legis est intelligatur: quod id ipsum psalmi fine nosce-tur, cum huius ipsius intelligentiæ nostræ absolutionē his maximè quo psalmi finis concluditur, sermo de-claret. Per hæc certè quæ superscriptioni præter rerū genera connexa sunt, psalmum etiam ex persona Do-mini tractabimus, non tamen à prophetæ ipsius diffi-dentes querelis, neque eum his quæ pertulit nō etiam genuisse existimandum est: quia idcirco his ipsis quæ spiritalē sensum intumant, rerū gesta connexa sunt, vt per actionem prophetæ sensus ac sermo notesceret prophetiæ,

siu loquatur.

prophetiæ, cum propheta non tam spiritu quàm pas-sionibus prophetaret. Erit ergo sermo inter David ip-sum & hominem Iesum Christū temperatus: vt quia infirmitates omnium portauit, & peccatorum nostrorum frequenter & voce sit vsus & lachrymis, extra contumeliām Dei sit & affectus & sermo qui homi-nis est.

ENARRATIO PSALMI LV.

*Dies pro-
state.*

Niserere mei Domine, quoniam conculcauit me ho-mo tota die, pugnas tribulauit me, conculcauerunt me inimici mei tota die. Diem frequenter si-gnificari pro ætate cognoscimus: vt vbi dies tota est, illic omne vitæ tempus ostensum sit. Neque enim vel David vel Dominus vnus tantum diei in-sectatione vexatus est. Sed qui misericordiam Dei pos-tulat, seseque conculcatum esse conqueritur: habet securitatis & virtutis suæ arma, quibus non solum terrena odia, sed & spiritualium nequitiarum bella suste-tat. Aduersum quas potius quàm aduerſum carnem & sanguinem pugnam nobis Apostolus docet esse. Mi-nisterijs enim impiorum vtuntur ad vexationes tribu-lationisque sanctorum: cum eorum corda penetrant in omnem eos impetum turbulentiæ mentis insti-gant. Hanc igitur supereminentem in hoc seculo & efferentem se altitudinem propheta non pertimescēs ait: *Ab altitudine dierum non timebo, quia multi qui de-bellant me timebunt.* Scit æterni iudicij diem, nouit etiā æternum ignem pœnis æternis præparatum, atque ideo magis illi qui cum debellare tentant timebunt: quia hoc sancto non timentem, in eos magis iudicij terror in-cumbit. Pro fiducia verò securitatis suæ subiecit: *Ego verò in te sperabo. In Domino laudabo sermones meos tota die.* Spes omnes in Deo collocat, sermonesque suos to-temperare vitæ suæ laudat. Neque obscurū est quid in loquente se laudet. Vox enim hæc sancto est digna quæ sequitur: *In Deo sperabo, non timebo quid faciat mihi caro.* Non hunc frangit seculi terror, neque cōspi-rantium aduerſus se odia perturbant. Spes enim quæ in Deo est, terrores humanorū non pertimescit odio-rum. Carnem autem pro significatione hominum per quam in corpore continentur frequenter accipimus, vel cum de ipsis dicit: *Non habitabit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt.* Vel illud: *Videbit omnis caro salutare Dei.* Vel illud Apostoli: *Nōne estis carnales, & secundum hominem ambulatis?* Manet itaque imperterritus sub misericordia Dei: at-que ideo in eo sperans omnis carnis impetus insecta-tionisque nō metuit. Sed digna planè etiam hæc vni-genito Deo vox est: cui exinanienti se ex Dei forma, virtutem Dei atque naturam seruilis forma non abstu-lit. Factus enim caro Deus, etiam in assumptione car-nis Deus esse permanſit: vtens virtutis suæ sub confor-tio nostri corporis potestate. Non enim carne est de-grauatus, ne super nudas ambularet, neque vt nō vsq; ad fimbrias vestis virtus diuine potestatis exiret, neque vt non peccata dimitteret, vt spūto suo naturam vidē-di cæcis ab vtero oculis accenderet, & aure producta de vulnere abscissæ auris vulnus obduceret, neque vt non solida parietum corpore interlabente penetraret. Non ergo metuit à carne, vel in Deo sperans propheta, vel sub assumptione carnis Deus opera diuina con-sulmans. In his etiam quæ consequuntur, rei in eo quoque gesta significatio continetur. Ait enim: *Tota die verbi mea execrabantur: aduersus me omnia consilia eorum in malum. Habitabunt & occultent: ipsi calcaneum meū*

*Gen. 6.
Esa. 40.
1. Cor. 3.*

obseruabunt. Nusquam enim nisi occultis consilijs ad-uerſum eum testimonia falsa, & captiose interrogatio-nes sunt comparatæ, in commune habitantes & confi-lia maliciæ occultentes. Sed & increpationem verbo-rum eius, quibus impietatem eorum exprobrare non destitit, non tulerunt: egressus quoque omnes ipsius in calcaneo contuentes, dum in eius supplantationem fraudulenta conspiratione consentiunt, ob quod eos digna hæc iudicij sententia comprehendit. Sequitur enim: *Sicut expectauerunt animam meam, pro nihilo saluos facies illos: in ira populos deduces.* Nouus hic prophetæ sermo est, vt eos qui expectant animam suam ad nihilum Deus saluet. Et cum aliud sit in nihilū, aliud saluari, nunc salus quæ in eos fiet in nihilum sit. Est ergo quod saluetur in nihilum? Est planè, quicquid resurre-ctione concessa demutatione non dignum est. Nam cum omnis caro redempta in Christo sit vt resurgat, & omnia assistere ante tribunal eius necesse sit: non tamen omnibus gloria & honor est promiscuus resur-rendi. Quibus ergo tantum resurrectio nō etiam demutatio est tributa, hi saluantur in nihilum. In ira enim deducuntur hi populi, quibus ad pœnæ sensum salus resurrectionis est constituta: à qua ira eripiendos nos Apostolus pollicetur, dicens: *Quoniam si cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis iusti in sanguine eius saluabimur per eū ab ira.* Pro peccatoribus igitur ad salutem resurrectio-nis est mortuus, sed sanctificatos in sanguine suo sal-uabit ab ira. Denique pro nihilo populis saluatis, & in ira deductis, spem vitæ suæ sanctus hic nunciat, di-cens: *Deus vitam me am nunciavi tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut in promissione tua.* Dignus promissione Dei est ob constantiam prædicandi, & ob meritum non tacendi: lachrymæ enim suæ, quas vel per se propheta, vel pro nobis Dominus profudit, in Dei sunt cōspectu, legatione earum ad obtinēda quæ Deus promisit vsurus: sed se gratiam æternæ promif-sionis in iuro, inimici eius conuertentur retrorsum, vt quod ira deducerentur ostenderet. Id enim sequitur: *Conuertantur inimici mei retrorsum, in quacunque die inuo-cauero te.* Illo Deum inuocante, illi eō vnde proces-serint conuertentur: deducente eos Dei ira, & retror-pro ad pœnas corpore puniendos. Sed illis ad æterni-tatem pœnæ in infernum post resurrectionem reuer-sis, hic officio gratulationis suæ fungitur, dum ait: *Ecce cognoui quia Dominus meus es tu, & in Deo laudabo verbum.* Hoc ergo verbum suū in Deo laudat, quod Deum suum esse cognouit. Neque id tantum laudat, sed etiam illud quod sperauit in eo, non metuens quid homo sibi faciat. Hæc planè digna sanctis omnibus vox est, cōstantem inter insectationes humanas fidem tenere, & metu terrenæ turbulentæ non moueri, spē-que certissima quod aliquid aduerſum animæ æterni-tatem homo effecturus sit non timere: cū post in-tercessionem mortis istius, in immortalē gloriam & corruptio & infirmitas nostra mutetur. Atque ob id sermones suos quibus se speratē in Domino huma-nam vim protestatur non metuere collaudat, dicens: *In Domino laudabo sermonem, in Domino sperabo: nō timebo quid faciat mihi homo.* Ob hoc ergo sermonem suū laudat in Domino, quia sperans in eo hominem nō ti-me-bit. Sed vt doceret, idcirco se nihil ab homine per-timescere, quia si quid potestatis suæ exeruisset in cor-pore, id rursum resurrectionis gloria sine corporū la-be reciperet, subiecit: *In me sunt Deus vocatus, quæ red-dam laudationes tibi. Quoniam eruisi animam meam de*

Rom. 5.

morte, & pedes meos de lapsu: ut placam coram Deo in lumine viventium.) Non extra se sunt ista que sperat, nec laudationis vota quae reddenda sunt extrinsecus capefenda. Ipse enim sibi resurrectionis est Dominus, ipse huic emortuo & intra sepulchrum relicto corpori divinae naturae suae tribuit consortium. Neque enim resurrectionis omnibus ab exteriori materia corpus acquiritur, neque peregrinae originis externarumque causarum natura recipitur: sed id ipsum in profectum aeternae claritatis emergit, fitque in eo demutatione potius quam creatione quod novum sit. Sunt ergo in se vota quae reddet, tum cum infirmitas corpori detrahetur, id est, lapsus & lachrymae: tum cum corruptionem incorruptio deorabit, tum cum mortem potestas immortalis absorbet, tum cum fit Deus omnia in omnibus tum, cum lumen viventium fit in eodem viventium lumine Deo ipse placiturus. Nam si sibi in creatione mundi secundum sapientiae professionem super filios hominum adgaudebat pater: longè magis in reconciliatione mundi intelligendus est patri esse placiturus. Est enim lux vera mundi, illuminans hominem venientem in hunc mundum, Dominus noster Iesus Christus, qui benedictus in secula seculorum, Amen.

In finem ne disperdas in tituli inscriptionem, cum fugeret David a facie Saul in speluncam. Psal. LVI.

DE superioris psalmi superscriptione id tantum demutat in consequenti est, quod ubi pro populo longè à sanctis factò ænigma tum est, nunc ne corrupas vel disperdas praescribitur: quod vno verbo ἵνα μὴ διασπῆσθαι utrumque Graecus sermo complexus est. Consequens enim erat, quia corruptio eos qui longè à sanctis discederent mansura esset: ne huic sanctus subderetur oraret. Nam & in psalmo alio gratulationem auerfae huius à se corruptionis ostendit, dicens: Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Neque ambiguum est, psalmum hunc secundum apostolorum professionem ex persona Domini intelligendum. Itaque David ad humanam carnis gloriam resurrectionis dominicae tempus expectans: nunc & non corrumpi se rogat, & auersam à se corruptionem in eo quo primitiae resurrectionis sunt prophetiae praescientia gratulatur. Ideo autem in finem tituli inscriptio est: quia & gloriosa ad aeternitatis honorem vita suscepta, & mors plurimis salutaris virorum fortium inscribatur sepulchris. Et haec omnia ad eum referri oportebat: qui vel finis est legis, vel quem psalmi ipsius finis ostendat. Id autem quod in spelunca clausus haec loquitur, tempus est prophetiae, quo psalmum intelligitur scripsisse: ipsa illa spelunca habitatione mansuram in corpore Domini humilitatem prophetans. Caeterum videri non potest, ut qui ob metum erat intra speluncam reconditus, psalterio & cithara, ut testatur in psalmo, totius artis musicae perstreperet apparatus. Ccepit autem ita: *Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.* Misericordiam rogat, quia confidit in Deo: docens ab his misericordiae Dei sperandam esse qui crederent. Et misericordiae Dei quod momentum quae sit effectus ostendit, dicens: Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Auibis naturae est infirmitatem pullorum alis inumbrare: eosque à praeteruolantium vi atque improbitate defendere. Quod & in galinis maximè noscimus, cum collectos intra penas fecerunt

Psal. 15.

tus suos aut operiant aut tueantur. Quorum consuetudinem ad exemplum sollicitudinis suae Dominus commemorat, dicens ad Hierusalem interfetricem prophetarum: Quoties volui colligere filios tuos, sicut gallina, quae congregat pullos suos sub alis suis: & nolui. Sperat ergo in umbra alarum Dei sanctus, donec iniquitas transeat, id est, dum aut seculi scandala, aut iniquitates impiorum, aut terrenae humilitatis infirmitatem, dum hanc ipsam, quasi speluncam habitaculi & corporis sui David, qua nunc est clausus euadit: & sperans sub umbra alarum Dei officio spei suae semper intentus est dicens: *Clamabo ad Deum altissimi, Deum qui benefecit mihi.* Clamat fide potius quam voce, qui fugiens & latens clamat. Porro autem non est in sermone sperantis gratulatio adeptorum, sed propheticae scientiae ac fidei est, gerendis non aliter gaudere quam gestis: & idcirco ad eum qui sub indemutabili constitutione bonitatis iam sibi benefecerit, clamat, & quatenus benefecerit Dominus consequentibus docet, dicens: *Misit à caelo & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam, eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormini conturbatus.* Dignum fuit etiam si nulla demutatio personae esset ac sensus, diaplasma interuenire: quia ad intelligentiam dictorum sensus esset creditum erigendum. Benefecit Deus sancto suo mittendo de caelo: ut liberato eo, in opprobrium hi qui eum conculcabant darentur. Et misit misericordiam ac veritatem, ad eripiendam de catulorum medio animam ipsius, tum cum conturbatus dormisset. Sicut mors significatur in somno, vel cum dormiturus David cum patribus suis est, vel cum dormiens Lazarus excitandus est, vel cum Centurionis illius non est mortua puella, sed dormit: vel cum eos qui dormierunt non praueuiemus in resurrectione: sic conturbatio dormientis significatio est passionis, cum dicitur: *Nunc anima mea turbata est valde, quam tamè eripi de manu canis ita antea deprecatus est: Libera me de ore leonis, & de manu canis vnicam meam.* Et non alij eam vel leonum catuli intelligi possunt quam qui sunt & natio viperarum: de quorum medio anima eripitur, per missam à caelo misericordiam & veritatem, secundum illud: *Misericordia & veritas se obuiauerunt.* Et si misericordia & veritas Dominus Iesus Christus est, non ambigitur quin illi in opprobrium dentur, qui conculcantes Dominum, in passione ista non credunt, quibus utique opprobrium est, vnigeniti Dei aduentum & peccatorum indulgentiam perdidisse. Et quia huic sanctorum spei, vel persequentium odia vel negantium aduersaturae semper essent: commemoratis humanae salutis sacramentis, subiecit: *Filij hominum, dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum machaera acuta.* Vicia motusque animarum sub corporalibus officijs diuinus sermo significat, ut in Deuteronomij cantico, Intrafauit & calcitrauit dilectus: impietatis lux sub significatione consuetudinis corporalis increpito. Vel illud: Qui deuorant plebem ut cibum panis. Vel etià: *Dentes peccatorum contriuiisti.* Nec non & illud apostoli: *Quod si mordetis inuicem, videte ne consumamini ab inuicem: ut quod singulis quibusque membris officij actio nisque mandatum est, id ad efficientiam metium animorumque referatur, ut nunc vel persequentium, vel obtrectantium commemoratur effectus ait: Filij hominum, dentes eorum scutum & sagitta, & lingua eorum machaera acuta: cum & consumerent sauitia potestatis, & obtrectationi iaculis vulneraret. Sed inter*

Mat. 23.

ephef. 4.

Etic pond in mem.

Ioan. 11. Psal. 21.

Psal. 34.

Psal. 52. Psal. 3. Gal. 5.

haec quae sitit & expectat propheta non tacuit: deprecatus enim ne corrumpetur, absorbenda in corruptionis insitum tempus exoptat, dicens: *Exaltare super caelos Deus, & super omnem terram gloria tua.* Quae in altum de humilibus efferuntur, ea exaltari videntur: quia per profectum quemdem in id quod sublimius est euadunt. Quod autem super caelos exaltandum est, necesse est ut prius descenderit ad inferiora de caelis: per quod rursum exaltandum sit super caelos. Quod ipsum Apostolus absolutissime ita dicit: *Qui cum ascendisset, in altitudinem, captiuam egit captiuitatem: dedit dona hominibus. Ascendit autem quid est, nisi quia & descendit in inferiora terrae? Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes caelos ut adimpleret omnia: hinc exaltandi super caelos causam significans extitisse, quod descendendi vsque in inferiora terrae humilitas esset assumpta. Ex voto ergo propheta praenunciat exaltari super caelos Deum: & quia exaltatus super caelos impleturus esset in terris omniam sancti spiritus sui gloria, subiecit: *Et super omnem terram gloria tua:* cum effusum super omnem carnem spiritus donum, gloriam exaltati super caelos Domini protestaretur. Omnis autem hic profectus non naturae diuinae, sed infirmitati hominis optatur: quia se per assumptionem carnis in caelestibus collocandum propheta non nescit, quippe cum corporales & participes effecti simus in Christo. Et idcirco haec in carnis suae infirmitatem, quae in passionibus domini vexanda & super caelos esset exaltanda connexuit: *Laqueos parauerunt pedibus meis: & incurrerunt animam meam: Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam.* Per compassionis fidem etiam se ipso in Domino propheta patiente, tanquam & ipse sit passus haec queritur. Sed in eos qui maiestatis Dominum persecuti sunt, cum in foueam preparatam inciderint, mortis ipsius & sensus refertur & poena. Et quia compatiendi & commoriendi fides nos glorificat Christo, velut in proximo spei fideique huius propheta consistit dicens: *Paratum cor meum Deo, paratum cor meum: cantabo & psalmum dicam tibi. Exurge gloria mea, exurge psalterium in cithara: exurgam diluculo. Et confitebor tibi in populis Domine, psalmum dicam tibi in gentibus.* Interiecto diaplasmate hunc ad Deum retulit propheta sermonem, psalmi interim fide haec eadem in qua cor eius paratum est continendo: & animi sui corporis gaudia sub significatione psalterij & citharae adhortatus sese ipsum in eo quod cantet psalmumque dicat ostendit. Ait enim: *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo. Seipsum scilicet ostendit in psalterio citharaque declarans: cum ad exurgendum cithara psalterioque communitis, ipse potius qui in his significetur exurgat. Exurgens autem diluculo, cum gloria sua spei euangelicae gloriam cantat: congruente diluculi & orationis tempore & salutis. Nam id sequitur: *Et confitebor tibi in populis Domine, psalmum dicam tibi in gentibus.* Laudaturus in populis & in gentibus Deum, necesse est ut in eo salutem gentium laudet: quia iam non in vno Israel funiculus haereditatis artatus sit, neque Iacob portio, sed terrae plenitudo iam Dei sit: neque simus iam imago terreni, sed imago caelestis. Quid autem confitemur in populis, psallendisque inter gentes esset ostendit: *Quia magnificata est usque ad caelos misericordia tua, & veritas tua usque ad nubes.* Haec est ergo in populis getibulque confessio: quia magnificata usque ad caelos sit misericordia, & veritas usque ad nubes. Nam cum Domino obuiam sancti rapientur in nubibus, ip-**

so illa nube in resurrectionis corporeae gloriam elato: & creatura omnis secundum Apostolum ad corruptionem sit liberanda, pacificandaque omnia per eum quae & in caelo sunt & in terra: merito & vsque ad nubes veritas nostra in eo resurrectionis efferretur, & magnificatur usque ad caelos misericordia eius, congemiscens creaturae corruptione depulsa. Sed horum quidem vsque ad nubes & vsque ad caelos significatur elatio: verum illi proprium est, caelos transgredi, & omnem sensum existimatam sublimitatis euadere. Reperita itaque spei precatione propheta sic clausit: *Exaltare super caelis Deus, & super omnem terram gloria tua.* Nullus exaltando Deo modus est, nam super caelos eius elatio est. Dominus enim creaturarum est vltra creaturas intelligendus. Et cum nobis non aliud sit in cognitione quam caelum: vltra omnem sensum est, qui super caelos exaltat sensum notionis excludit. Misericordia quidem eius vsque in nos redundauit: sed magnificata vsque ad caelos, in caelestibus mox claudit. Et cum vsque ad nubes veritas eius elata sit, nobis obuiam in nuberepiendis scilicet: caelos omnes tamen confessus à Dei dextris ipse transcendit, gloria quoque eius in terris, id est, nobiscum mansura, cum dicit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vitae vsque in consummationem seculi, Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.*

In finem, ne disperdas David, in tituli inscriptione. Psalmus LVII.

DE superioris psalmi superscriptione, sola deest significatio aliqua gestorum. Nam est in finem, & ne disperdas, & tituli inscriptio est. Neque enim psalmus quicquam per rerum gesta continet prophetiae, sicut in caeteris sanctus David & dictis prophetarum & gestis: sed increpatio in impios est, & denunciatio iudicij Dei in peccatores, & retributio laetitiae in sanctos, & fructus omnis iusticiae continetur. Hic ergo finis in psalmo est, haec depellenda corruptionis fiducia, haec ei qui nos per mortem redemit, tituli inscriptio est. Et quidem taliter psalmus ipse se profert: *Si vere utique iusticiam loquimini, directa iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra iniquitatem complectuntur manus vestrae.* Iusticiae sermo communis est. Sed quia iudicij studium & consuetudo paucorum est, & planè tum vere quis loqui iusticiam existimandus est, cum iudicium retineat veritatis: Deo ob id nò loquia humana, sed cordis opera, id est, cogitationum molitiones iudicantes. Solet autem iniquitas sub publicae conscientiae pudore non peragi: ideo licet complexa manus non sint iniquitatem, tamen iniquitatem Deo operatur in terra. Hinc adulterium solo conceptum corde iam crimen est: hinc secundum Pauli euangelium secreta hominum Deus iudicat, voluntates hominum Deo in ipsis humanae natiuitatis exordiis conueniente. Nam cum naturae potentis virtus, non tam viscerum fibras quam appetitus mentis introeat: necesse est ut non per motus sensuum perspiciendi sumat exordium, sed per naturae scientiam etiam futuros motus sensuum praesciens apprehendat. Et idcirco de his qui complexas manibus iniquitates corde perficiunt, continuo subiecit:

Alienati sunt peccatores ab utero, errauerunt à ventre, locuti sunt falsa. Sic E. lau alienatus ab utero est, cum maior minori feruiturus, etiam antequam existe-

ret nunciatur, Deo futuræ non nescio voluntatis, cum & sermonis falsitas, & vitæ error à ventre est: ipso potius hoc sciente, quàm aliquo ad necessitatem genito naturamq; peccati. Ac ne vitium referri posset ad originem præduratæ, in his ad obediendum voluntatis crimen exprobrat, dicens: *Eror illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surda & obturantis aures suas: Quæ non exaudit votem incantantium, medicamentis medicatis à sapiente.* Non excusatur quidē necessitas naturalis in crimine. Nam serpens innocens esse potuisset, cui aures per se vt surdæ sint obstruuntur: vocemque incantantis non audit, cum medicata medicamina à sapiente non percipit. Neque hic Marforum cantus & consopita viperarum sibilamemorat, quia hæc eadem maiore cum energia per fidem nominis Dei virtutemque torpescunt: sed illam cōtumacem atque insolentem antiqui serpentis inobedientiā docet aduersum sanctorum cantus & medicata à sapiente medicamina obsurdescētis, cum ei quotidie ne fallat, ne subrepat, ne mordeat, etiam sub diuini nominis denunciatione mandetur: & tamen obstructo defauit auditu, ex quo non obediens Euangelio, natio viperarū sunt. Sed quia potestas eius suorumque conteritur, & omnia in his fœuitiæ arma franguntur, hæc subdita sunt: *Deus contriuit dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confregit Dominus. Spernentur velut aqua decurrens, intendet arcum suum donec infirmetur. Sicut cera liquefacta auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.* De peccatorum dentibus & molis leonum frequenter nobis fuit sermo, quia in his defœuientis malignitatis significatur instinctus. His ergo confractis contritisque, velut decurrēs aqua spernentur. Omnis enim superfluentium aquarum cursus est ociosus, cum vnusquisque ex his id tantum quod sibi vile putet esse deriuat, cæteris meatu transcurrente perituris: cum ad solam sui abolitionem vsque ad maria deferantur. Atque huius quidem in his naturæ atque contemptus in psalmo alio meminit, cum dicitur: *Effusus sum tanquam aqua, & dispersa sunt ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquefacta, in medio ventris mei. Et multa quidem quæ ex solidis in liquida soluuntur demutant habitum sine abolitione naturæ, vt è fornacibus fluant: cera autem sola suscepta igni sic liquefcit vt pereat. Eodem nunc modo creationis vtriusque in perdendis peccatoribus posuit exemplum: Spernetur velut aqua decurrens, intendet arcum suum donec infirmetur. Sicut cera liquefacta auferentur. Primum ergo spernentur sine consistendi spe & manendi, inutiliter defluentes: dehinc arcus Domini erit donec infirmetur intentus, infirmati autem liquefacti ceræ modo auferentur. Et in arcu seueritatem iudicij Dei significari frequenter ostendimus peccatorum hunc semper pœnis his qui puniuntur intentum. Et sanè intento arcu, igne iudicij eos vt liquefactam ceram auferendos sequens sermo declarat: *Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Superiectus ergo ignis eos auferet, ne solem iustitiæ contemplantur: in digni enim sunt qui sint cohæredes æterni luminis. Tanquã cera autem liquefacta auferentur: igne super eos, ne solem videant, descendente. Et vt abolitionem eorum potius quàm penam significaret, adiecit: *Prinquam producat spinas vestras rhamnus, sicut viuentes sic in ira absorbebit vos.* Rhamnus sentium genus est, quod plures ex se condensasque spinas modo rubi affert: florescit autem cum cæteris vere confortum. Ergo antequã rhamnus peccatorum spinas producat, viuentes eos**

psal. 21.

Rhamnus.

ignis in ira absorbebit. Neque enim suspēso adhuc iudicij tempore quiescere peccatores sine pœna erat dignum: viuentes itaque eos, cum pœnæ scilicet sensu absorbebit ignis etiam antequam resurgent. Corporum enim resurrectio significatur in rhamno, quæ ipsa in se spinas, quibus compungenda sunt, exhibebit: aliis fructus æterni floris habituris, his verò tantum ad efferendos in se modo rhamnorum spinarum aculeos excitandis. Peccatorum autem vim & dolorem significari meminimus in spina, cum dicitur: *In ærummam incidet dum configitur spina, quousque ad mortem humiliatus de peccato condemnauit peccatum in carne, velut configens spina configitur. Et vnusquisque secundum Apostolum, siue bona siue mala percipit in carne: cum ipsam materiam ac sensum in qua compungatur, habitaturus sit peccator. Ante resurrectionem carnis, id est, antequã spinas suas rhamnus emittat, viuens absorbetur ad pœnam anima eius: secundum diuitem in euangelio puniendâ quæ viuens sit. Sed inter hæc iusti cuiusque (tanquam Lazari in sinu Abrahamæ quiescentis) lætitiâ monstratur. Sequitur enim: *Latabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicit homo, si vtiq; erit fructus iusto vtiq; est, Deus iudicans eos in terra.* Lætitia iusti est cum viderit vindictam: quia peccatoribus puniendis deductum se per angelos in æternam requiem lætatur, manus suas non peccatorum sanguine ablus; sed cum peccatores in sanguine sint, quia rei sanguinum sunt, manus ille ab omni reatu sanguinis ablutas continebit: & ipsum psalmo alio testatus est, cum dicit: *Odio habui cōgregationem malignorum, & cum impiis non sedebo: Lauabo inter innocentes manus meas. Et comemoratis innocentie officiis, adiecit: Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. In peccatorum scilicet sanguine manus ille abluet inter innocentes. Ad eod autem hi viri sanguinum sunt, vt omnium ab Abel vsque ad Zachariam interfectorum ab his sanguis sit repositus: & ab ablute manus suas Pilato super se suosque esse iusti sanguinem sint professi. Sed manus suas lauante iusto atque lætante, dicit homo: *An fructus erit iusto? & vtiq; eum esse dicit, quia Deus sit in terra eos iudicis. Dicens ergo homo, an fructus sit iusto, non ambigitur expectare iudicium: iusto tamen iam in terris (quia per angelos in Abrahamæ sinu deductus sit) iudicatio, secundum illud: *Qui credit in me, non iudicatur, sed trāsit de morte in vitam: qui autem non credit, iam iudicatus est. Cum ergo sanctus non iudicandus sit, qui in vitam sit transfurus ex morte, & infidelis iam iudicatus ad pœnam sit: intelligitur in eos reliquum esse iudicium, qui pro gestorum qualitate inter peccata fidemque sint iudicandi, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.****

In finem ne disperdas David, in tituli scripture, quando misit Saul & custodiuit domum eius vt interficeret eum.

PSALMVS LVIII.

SVper scriptio psalmi à superiore non differt: sed psalmus eo differt, quod quedam ex his quæ in David ipsum gesta sunt præferuntur, cū Saul misit & custodiuit ad interficiendū eum domum

eum domum eius. Verum si ob id dirigenda ad Deum esset oratio: superior illa, id est, in finem, & ne disperdas vel corumpas, & in tituli inscriptione, nõ necesse fuerat anteferri. Hæc autem maximè quanquam spiritali sint distributa ratione, cum & finis legis sit Christus, & corruptioni subiecta non fuerit eius æternitas, & gloriose mortis ipsius titulus in salute sit gentium: tamen etiam ipsa quæ de gestis eius præscripta sunt prophetica esse declarat, cum passionis dominice propheta non nescius, sub occasione ac tempore eorū quæ perpetiebatur odiorum, & patiendo prophetam se docuerit & loquendo. Tractabimus autē psalmum, vt eorum qui secundum litteram sapiunt intelligētiam non grauemus: sed & vt quod à Saul custoditus ad interficiendum est, non minus eius sit temporis propheta quàm Apostolus, & in Hierusalem tanquam in domo sua conclusus & custoditus sit ad mortem. *Eripe me de inimicis meis Domine, & ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum libera me.* Vitiatorum humanorum causas profectusque complexus est: vt vnde orta est, & quod euaderet impietas nosceremus. Et idcirco iras & similitates & inimicitias euangelium compressit, cum irasci sine causa fratri reatus gehennæ sit: & oblatio muneris, nisi post reconciliationem non concessa sit similitatis: & inimicos non solum diligendos, sed & pro his orandum esse decernit, quia ex his ad virum sanguinum peruenitur: nam primum inimici sunt, dehinc insurgunt in eum cuius inimici sunt. Insurgentes autem iniquitatis operarij sunt, postremò iniquitatis operarij vsq; ad viros sanguinum profecerunt. Viros autem sanguinū non solum admittit cædes, sed & cogitata consummat. Sequitur enim: *Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Neque iniquitas mea, neq; peccatū meū Domine, sine iniquitate cucurri & direxi.* Arcata anima est, cum David ad interficiendum domo clausus est. Et tanquam erutus de Saul sit manibus: tamen viri sanguinum sunt sanguinem eius optantes. Sed secundum psalmi præscriptionem, aduersum vnū esse precationem cōuenienter, regem vtiq; hæc volentem: sed orationi prophetica fuit sermo moderandus: vt querela referretur ad populum, cum aptant animam fortes irruentes: quippe quos fortis armavit, qui & cor Iudæ ad ministerium proditionis ingressus est. Hi ergo fortes captant animam & eius animam in quo neque iniquitas, neque peccatum est, qui currens sine iniquitate direxit. Et nescio si anterior psalmus referri in David ista patiat, quo dicitur iniquitatem meam ego agnosco, & peccatum meum contra me est semper. Non conuenit psalmorum ordini tanta diuersitas, vt ab eodem dictum esse vtrunque intelligēdum sit: & sit vt quia anterior confessi peccati psalmus posterior in tempore est, videatur David ante peccatum, vt peccati nescius hæc loquutus. Meminerimus eum sub eodem peccato de humanæ necessitatis cōfessione dixisse: *Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in delictis peperit me mater mea, secundum illud: *Quis enim gloriabitur castum se habere cor corā Deo: nec si vnus diei fuerit infans, manente in nobis etiam secundum Apostolum & origine & lege peccati. Non ergo conscientie humanæ vox ista conueniet. Sed videamus ne forte eius querelis hic abnegatæ de se iniquitatis competat sermo: qui peccatum non fecit, & in quo inuentus dolus non est, qui & dixerat: *Ecce inueniet princeps mundi, & nõ inueniet in me quicquã peccati scilicet in se calumniam non reperiendam, per***

psal. 25.

1041. 3.

psal. 50.

1041. 14.

Aquod de peccato peccatum condemnaturus esset in carne. Ergo hic intelligendus est conueni captaam animam suam, & irruisse in se fortes: qui & hanc querelæ securitatem vt in se neque iniquitatem, neq; peccatū esse profiteretur, & qui se sine iniquitate cucurrisse dixerat secundū illud: *Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœli egresso eius, & occurfus eius vsque ad summum eius. Hic ergo solus currens direxit: qui infirmitatis nostræ humilitate suscepta egressus cœlos, regressus ad cœlos, qui reuehens nos secum oblaturusque Deo immus precatus sit: *Exurge in occursum meum & vide, tu Domine Deus virtutū Deus Israel. Intende ad visitandas omnes gentes, ne miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.* Exurgere enim sibi in occursum Deum virtutum ad visitandas omnes gentes precatur: in eo vtiq; quo excitatæ, & collocatæ à dextris eius in cœlestibus gentes sunt. Et dignum fuit reditum eius ambitione occurfus cœlestis ornari, ne ingressuro cœlos dignatio paterna de cœlo deesset. Neque id mirum: cum primo nominis sui martyri Stephano velut in primoribus in occursum à Deo patre descensum sit. Visitari itaque in occursum suum omnes gentes precatur, secundum illud: *neque enim misit Deus filium suum id hunc mundū, vt iudicet et mundum: sed vt saluus fiat mundus per eum.* Descensum nanque eius in carnem, & ex Maria natiuitatem: lætantes angeli & patentes cœli honorauerunt. Non impudens ergo hæc occurfus sui oratio est, cui ad salutē gentium, sicuti & psalmo alio & apostolico testimonio continetur, primogenito ex mortuis vox occurrentis hæc fuerit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hanc itaque occurfus sui significationem visitandis à se gentibus deprecatur, non tamen iudicij seueritatem. Præterita enim misericordia, ab omnibus qui iniquitatem operantur auertitur: omnibus quidem in eo, quia caro factus est, gentibus visitatis, sed æque in omnibus iniqua operatibus iudicatis. Interiectio enim diapalmate, quæ in impietatem populi essent mansura declarat. Mox nanque & templi desolatio & ciuitatis euersio, & ipsos illos captiuitas consecuta est. Quinetiam nunc ingressus ciuitatis eiusdem, edicto Romani regis inhihentur. Et cum deserta sanctorum sancta, & prophetias filere, & placationum hostias deesse, & dignitatem omnem deformatā ministerij Leuitici recordantur: conuersi nunc, & fame verbi Dei, & cibi salutaris affecti, ad solatium præsentium miseriarum circumire sunt soliti ciuitatem. Id enim sequitur: *Conuertentur ad vespem, & famem patientur vt canes: & circumibunt ciuitatem.* Famem huius temporis prophetam alium denunciatis dicit: *Ecce induco famem super terram. Non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem verbi, vt audiatur verbum Dei: impudentiam eorum ac rabiem in nuncupatione canum arguens, secundum illud: *Libera me de ore leonis, & de manu canis vnica meam. Et hoc quidem habent interioris conscientie suæ dolorem, cum se dispersos, cum captiuos, cum tributarios congemiscunt: sine templo, sine sacerdote, sine regno. Et hoc posteaquam in maiestatis Dominum saluatorem mūdi manus impias intulerūt. Sed vbi de peccato crucifixi vnigeniti Dei arguuntur, impij esse non desinunt: & dolore translata ad gentes diuinæ cognitionis accensiores, adhuc verbiq; defœuiunt. Sequitur enim: *Ecce eloquentur in ore suo, gladius in labiis eorum.* Sed hanc obrectandi atq; inlectandi impietate, non solum in his, sed etiã in gentib⁹, quãdare detrectat, ita diuin⁹ sermo cōdēnat.****

psal. 18.

1041. 3.

psal. 2.

Amos. 8.

psal. 21.

Quoniam quis audiuit? Tu Domine deridebis eos, pro nihilo habebis omnes gentes.) Nemine audiente iridentur à Deo: quia ubi dicitur quis? ibi aut rarus significatur, aut nullus. Nullus secundum illud: Quis similis tibi in diis Domine? Rarus autem in eo quod dicitur: Quis dabit ex Sion salutare Israel? Irridentur igitur non audientes, & in quorum ore labiisque sit gladius: Quia in cœlis habitans Deus, subannabit aduersus Deum & Christum eius reges ac principes congregatos. Gentes etiam omnes spernet uisitas, & obediētes: quia quamuis ex his sit portio quātulacunque credentium, tamen uniuersitas reputatur in plurimis, secundum illud Domini dictum: Nunquid cum uenerit B filius hominis, inueniet fidem super terrā? Non quod in aliquibus non reperietur, quibus & dicitur: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum à constitutione mundi: sed cum pauci ex omnibus gentibus sint fideles, non paucos efficitur ne non omnes gentes sint infideles. Irridentur autem gentium ea maximè causa est: quod dum crucifixum, dum mortuum, dum sepultum stultitia prudentiæ secularis exprobrant, magnæ pietatis sacramentum non intelligentes, filium Dei resurgentem ex mortuis, & maiestatis esse Dominum non credunt. Sed habens ille potestatem animæ ponendæ, & animæ resumentæ, quia hoc mandatum accepit à patre: irrisit spretisque gentibus, subiecit: *Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia eius præueniet me.*) Deus meus ostendit mihi inter inimicos meos fortitudinem suam, ad Deum custodiet animam suam, scilicet quam deposuit resumendo: nemo enim aufert eam ab eo. Et quia uirtus sua, & refugium suum sit, in cuius manibus commendauerit spiritum suum, cuius misericordia eum præueniet, ut etiam ante resurrectionem Dei filius intelligatur: cum moriente eo in obscuro sole lux deperit, cum pendente eo in cruce tremat terra, cum descendente eo ad inferos, sanctos eius inferi non tenet, cum emittente eo spiritum, uelum templi tanquam custodia illinc spiritali erumpente discinditur, cum postremo Centurio proclamatur: Vere Dei filius erat iste. Custodita igitur ad Deum fortitudine sua, quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt, inter præueniente eum misericordia sua ostendit ei inter inimicos eius, quia susceptor eius esset, cum id eum in inimici confessione paruisset, vere enim eum Dei filium esse Centurio proclamatur. Et hæc tum quidem ita cognita sunt: sed quia secundum illud: Et uidebunt in quem compunxerūt, etiam in futurum inter inimicos eius ostendit Deus, quod eius sit susceptor: quippe cum secundum Apostolum introgressa gentium plenitudine, id quod de Israel sit reliquum saluabitur, ut scriptum est impleatur: Veniet ex Sion qui liberabit & auertet impietates ab Jacob. Et hoc illis à me testamentum, cum auferam impietates eorum. Ad significationem itaque repositæ huius misericordiæ speique, subiecit: *Ne occideris eos, nequando obliuiscantur legis tuæ. Disperge illos in uirtute tua, & destrue eos protector meus Domine. Delicta oris eorum sermonem labiorum ipsorum, & comprehenduntur in superbia sua, & de execratione & mendacio conuellantur in consummatione. Consummatio in ira consummationis, & non erunt, & scient quoniam Deus Jacob dominabitur finium terræ.*) Inimici quidem propter nos, sed dilecti propter patres: misericordiæ, id quod eorum est reliquum, referuatur. Dispersi quidem interim circū omnes ferè gentes, sed consperione eorum sancta atque radice

Psal. 85. Psal. 52.

Luc. 18.

Matth. 15.

Mar. 15.

Zach. 12.

Esai. 59.

A liberabuntur. Destruetur ergo secundum prophetam non occisi, sed dispersi: & destruentur delictis oris eorum, & sermone labiorum: cum ex Sion ueniat liberator, De quo clamauerunt: Crucifige, crucifige, & cui dixerunt: Nos patrem habemus Abraham. Et rursum: Quis tibi dedit hanc potestatem? Et: In qua potestate hæc facis? In hac igitur superbia comprehenduntur, cum saluatori suo hæc à se ingesta esse non cognoscunt, auerfaque impietate de execratione ac mendatio auelluntur, & hoc in consummatione: quia cum intrauerit gentium plenitudo, tum quicquid Israel est reliquum saluabitur. In ira autem consummationis non erunt, quia impietates ex Sion ueniens auertit. Non autem non erunt, qui & sunt cognitari, cognoscentque, quia Deus Jacob dominetur finium terræ: non iam in funiculo hæreditatis, & in Jacob portione noscendus, sed Deus Jacob, id est, qui in homine Jacob Deus intellectus & uisus est, dominum sit terræ finium, quorum & creator est constitendus. Sed illos interim desolationis & dispersionis suæ manet pœna: tamen consummationi temporum propter patres & electos hæc dispensatio misericordiæ referuatur. Interiecto tamen diapsalmate, quid in eos interim repetita significatione constitutum fuerit ostenditur. Sequitur enim: *Et conuertentur in uesperum, & famem patientur ut canes, & circumuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum, si autem non saturabuntur & murmurabunt.*) Amisissâ ciuitate, templo que deserto, & secundum Romani regis edicta circumeuntes tantum, non etiam inueniunt ciuitatem: fames eos non huius panis & sibi, sed oblationum, historiæ, uisionum, quibus omnibus saturabuntur, efficiet: aduersum custodem suum, canum improbitate satrantes. Et dispergentur ad manducandum: quia per diuersâ speciem sacerdotij illius legitimi, & holocausti, & circumcisionis imitatur: cum hæc tantum non nisi intra Hierosolymâ sint legitima constituta. Sed ad manducandum dispersi non saturantur. Non enim sanctis & Deo placitis & loci ipsius ac templi constitutione religiosi solennitatibus explebuntur, sed adhuc & murmurabunt: ne hac quidem fame festiuitatum suarum edomiti, ut secundum murmur, quo in deserto Deum exacerbauerunt, pœnitentiæ quiete respiciant. Sed inter hæc spes omnes suas & gratulationes psalmi siue concludit, dicens: *Ego autem exultabo uirtuti tuæ, exultabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus & refugium meum in die tribulationis meæ. Adiutor meus tibi psallam, quia susceptor meus Deus meus misericordia mea.*) Et ista omnia possunt ad prophetam gratulationem referri, sed neq; Domini sunt confessione diuersa. Hæc enim eorum dispersio passionis impietatem est consequuta. Sed quod in misericordia Dei manet, quia susceptor & refugium eius factus est, exultaturus, uidetur id ad resurrectionis tempus esse referendum. Quia cum omni tempore laus Dei cantandi sit à propheta, resurgenti tamen ex mortuis diluculo in cœloisque redituro, exultatio matutina gratulationis est propria Domino Iesu Christo, qui est benedictus in omnia secula seculorum, Amen.

Psalmus LIX. In finem pro his qui immutabuntur, in tituli inscriptione, Dauid in doctrina cum succendit Mesopotamiam & Syriam Sobal, & conuertit Iacob, & percussit in ualle Salinarum duodecim milia.

EXPOSITIO TITVLI.

Multa in

MVta in psalmo ante rerum gesta præscripta sunt, quæ necesse est ad alicuius intelligentiæ significationem his quæ affecta sunt anteferri: cum in finem, cum pro his qui demutabuntur, cum in tituli inscriptione, cum in doctrina Dauid, superscriptio comprehendit: post quæ gestorum tempus ascribitur. Succendit Mesopotamiam & Syriam Sobal: & cœuertit Iacob, & percussit in ualle Salinarum duodecim milia: Quo psalmus ab historia differt. Nam cum Sobal percussus cum Mesopotamia & Syria, quæ ab eodem ad bellum cœmota & accensa, & capta est, hanc maximi belli uictoriam ingens gratulationis læticia consecuta est. Psalmus autem totus tristis & mœstus est: cum super percussio destrucioque; populo dolor est, cum commotæ turbatæque terræ querela est, cum sanandæ contritionis eius oratio est. Deinde id quod in Salinarum ualle memoratū est, neque in historia, neque in aliquorum translatorum intelligentia est. Nam secundum Aquilam, qui translator legis Iudæis post passionem Domini fuit, ita scribitur: Cum percussit ualles. Sed hic secundum litteram scribēs: & extra spiritali intelligentiam manens, belli locum ædificat. Translatio autem illa seniorum septuaginta, & legitima, & spiritalis, ante passionem Domini gesta; suscepta per nomen naturarumque species, nunc quoque ut in omnibus psalmis causam sensumque; manifestat in commemoratione gestorum, non argumētum psalmi, sed tempus ostendens, ne ob id quod continetur in gestis, sed ut tum cum ea gesta sunt, scriptus esse noscatur. Sed antequam de tempore loquamur prophetiæ, quia multum ad intelligentiam psalmi proficit scire quādo sit scriptus: de superscriptione tractemus, quæ intelligenda refertur ad finem & his qui immutabuntur. Qui ex impietate scilicet ac uitiis desinentes, ad religionem atque innocentiam gratiasferent, & ex peccatis synagogæ, ad ecclesiæ gratiam demutabuntur, sicut in eo psalmo qui primus in his qui immutabuntur est scriptus, ostendimus cum dicitur: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam: quoniam cœcupiuit rex speciem tuam. Et rursum in eodem: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Filiorum itaque demutatione facta pro patribus, paternam domum obliuiscitur: Deo regi magis regina placitura, cuius morte renouatur ad uiam. Et idcirco tituli inscripti pro his qui immutabuntur, ascribitur gloriæ mortis eius, qui pro omnibus mortuus est, tituli inscriptione testate, & testate ad doctrinam Dauid, ut omnes eum Dauid qui est oriens, & iustus, & rex, & æternus est nouerimus: qui inimicas nobis infestassq; uirtutes cum duce suo peremit, omnibus his qui aduersum nos uitiorum bella accedere erant soliti, extinctis, non in ualle planctus, neque in ualle tabernaculorum, sed in ualle salinum. Id enim magis quàm salinarum Græcus sermo declarat, cum ex se iam non flebilem habitationes, nec lamentanda tabernacula, sed salum potius hæc mundi huius uallis exhibeat: eos scilicet eorumque similes, quibus dictum est: Vos estis sal terræ, in quibus maximè antiquus ille nosq; incendens hostis ille extinctus est. Pro his igitur in finem commutandis, & sub testimonio ac tituli inscriptione Dauid edocendis, psalmus hic scribitur: non alio tempore, quàm cum Nathan propheta throni æterni regem ex Dauid femine esse nunciavit. In eo enim tempore hæc quæ in rebus gestis præscribuntur, effecta sunt, in quo prophetia æterni, regis ostēsa est. Intelligentus ergo psalmus pro his

Psalmus est 44. in quo D. Hilarius à se quoque commentarium scriptum indicat. Is ut et alia quædam interdidit.

ἦν ἄλλω

Matth. 5.

A est qui immutabitur in Dauid æternum regem, & qui pro amissis patribus erunt ex commutatione iam filij. Ita enim cœpit:

Enarratio Psalmi LIX.

DEVS repulisti nos & destruxisti nos, iratus es & miseratus es nobis. Commouisti terram & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia mota est. Ostendisti populo tuo duram, potasti nos uino compunctionis. Dediti meruentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus.) Secundum communem seculi sensum ira miserationique non conuenit: neque ipse in eosdem uterque hic idem conueniet affectus, ut uitio uoluntati, uoluntas miserationi admixta sit. Solis autē hoc patribus piè irascentibus congruit, ut misericors eorum ira in peccatis sit filiorum: secundum etiam illud beati Pauli, cum ita satanæ in interitum carnis tradit, ut spiritus saluus sit in die Domini, uindictæ præsentis seueritatem ad salutem spiritus proficere demonstrans. Aeternus ergo ille cœlestis omnibus pater, qui & dixit: Ego occidam, & ego sanabo, repellit & destruit suos: ut misereatur iratus. Destruxit enim Hierusalem templum, sed cœlestem sanctis reddidit ciuitatem: repulit ab operationibus legis sed iustificationē fidei iustificans ex fide impiū tribuit: dissoluit terreste regnū, sed reges constituit cœlorum.

Deut. 32.

Ita iram misericordia conuoluta est: dum damno terrenorum præsentium, ingens æternorum bonorum retributio repensatur. Et hæc quidem non magis ad Israel quàm ad uniuersitatem humani generis aptata sunt: quia ex uino in omnes sententia mortis & uitæ labor exiit, cum dictum est: Maledicta terra in operibus tuis. Nunc autem per unum in omnes donum uitæ iustificationis gratia abundauit: ut quorum terra maledicta est, horum nunc conforma Deo corpora sint. Et quæ commota metu, & ignorantia turbata est labore contrita est, & ipso illo lætificantis uini compuncta potu: nunc susceptæ significationis secura uirtute, futura iræ defugiat potestatem. In arcu enim, ut frequenter tractauimus, præparata ad pœnam impiis iræ terror ostenditur, secundum illud: Nunquid irascetur per singulos dies? Arcum suum tetendit, & parauit in eo uasa mortis, sagittas suas arsuris operatus est. Meruentibus igitur significationem dedit, uel signi in frontibus, uel fidei in cordibus, uel testimonij in operibus, uel gloriæ in confessionibus, uel uictoriæ in martyriis: ut à facie arcus iræque fugiatur, ut dictum est: Natio viperarum, quis monstrauit uobis fugere ab ira uentura? Gratulantis igitur humani generis hæc uox est, post regnum mortis, post diaboli terrores, post laborum peccatorumque onera, post infelicis lætitiæ dolorem: quia uitiorum gaudia cum sint intellecta, compungunt. In uino enim secundum Apostolum læticia est. Et sicut est uinum cor hominis lætificans, ita & uinum est cor hominis compungens. Nam & calix iræ est, sicut & calix uitæ est. Post hæc ergo, & post hoc compunctionis uinum, significatione fugiendi arcus iræque concessa, uniuersitas fidelium æternis spibus exultat. Id enim mox diapsalmate interueniente declarat: *Ut liberentur dilecti tui: salua dextera tua & ex uili me.*) Dextera Domini fecit uirtutem: & à dextris Dei uirtus Dei coexcitata, cum humilitatis nostræ carne confedit. Data ergo significatione fugiendi à facie arcus, liberantur dilecti, & per Dei dextram saluantur: & à qua facie liberentur saluenturque, Apo-

Genē. 3.

Psal. 7.

Matth. 3.

Ephes. 5.

Col. 1.

Luc. 4.

Luc. 1.

Ioan. 14.

Psal. 18.

Sichima Sa-

maria.

Luc. 12.

Matth. 10.

Psal. 109.

stolus docuit, dicens: Qui liberavit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filii dilectionis suae. Liberandi ergo dilecti saluandique per dextram Dei sunt, sed salutis huius ad fidei firmitatem noscenda est prophetia. Sequitur enim: *Deus est loquutus in sancto suo: Labor & partibus Sichimam, & conuallem tabernaculorum dimetiatur. Meus est Galaad, & meus est Manasses: Effrem fortitudo capitis mei, Iuda rex meus, Moab olla spei mea. In Idumaeam extendam calciamentum meum, mihi Allophili sunt.* In sancto Deus loquutus est, in eo nepes, cui etiam daemones clamant: Scimus quia tu sanctus Dei es. Et de quo angelus Euangelizat: Et quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. In hoc itaque sancto loquutus est, cum dicit: Pater qui in me loquitur, ipse facit opera sua. Loquutus ergo Deus in sancto, in principio sermonis exultat. Exultavit enim ut gigas ad currendam viam, & exultavit in Sichima partienda. Sichima Samaria est, quae eadem Sichem est: quam Iacob Ioseph filio suo sub benedictionis spiritu deputavit. Haec cum omnibus antea legis temporibus in impietate mansisset, Euangelium Domini ex parte suscepit. Nam hodieque pars eius irreligiosissimis studiis de studio vetere detinetur. Illic enim vaccae adoratae, illic Iudaei relicto sacratio electus, illic regnum aduersum Iudaeam excitatum: sed eo primum Dominus accedens, etiam credente Samaritana, & aquae viuae potum praecante, fidem intulit. Mox etiam Apostolis praedicantibus participes sancti spiritus facti sunt. Partita ergo Sichima est, cum fideles ab infidelibus separantur, & est futuri iudicij ista diuisio, sicut scriptum est: Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat: & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Diuisa ergo Samaria est, vel iudicio, vel fide, secundum illud: Non veni pacem mittere in terram, sed diuisionem. Neque solum loquens in sancto Deo Sichimam partitus est, sed etiam conuallem tabernaculorum dimensus est: hanc siquidem habitationis humanae mensuram similemque sedem, quam & alio loco ob aegritudines vitae ac lamentationes calamitatum, vallem planctus esse commemorat dicens: Deposuerunt in valle plorationis: dimensus haec est, quia gentium plenitudo expectatur. Et ubi modus est credentium futurus, illic dimensionis examen est: partim intra ecclesiam congregandis, partim in eadem valle residetibus. Quisquis autem aliqua metitur, necesse est ut ea quae sua sunt metiatur. Suus enim est Galaad, & suus est Manasses. Mons iste Phoenicium est, Arabiae Mesopotamiaeque contiguus, ex parte Manassae in possessionem deputatus: & ideo suus est Manasses. Sub Manassis nomine terrae plenitudinem, sicuti & sub Galaad omnem orbem suum esse demonstrans: sed in his usurpandis nihil praeter ius proprietatis ostensum est. Effrem autem assumptio capitis eius, & Iuda rex eius est. Haec sanctus loquens in se Deo loquitur: qui per Iacob Effrem conuersa manuum sanctificatione benedixerit, & regem ex Iuda, qui expectatio gentium futurus esset, ostenderit. Assumptio ergo Effrem est, non etiam Manassae: cum Ioseph vterque sit filius. Sed cum in capite significatio contineatur & corporis, secundum illud: De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput, & omnis sanctus caput est corporis Christi: idcirco assumptio capitis eius Effrem est, quia contra generationum ordinem ad praefendam ecclesiae sanctificationem in praetereffrem, & postposito Manasse minor maiori est antelatus. Assumptio itaque capitis sui. Effrem, id est, populus,

quem in Effrem praefiguravit, vel potius ecclesia in corpus assumitur. Iuda etiam rex meus est, id est, a se dispositus & electus. Non vti que vel David ipse rex Iuda est, cum ex Iuda rex ipse sit primus, vel loquenti in sancto suo Deo rex est: sed loqui haec sanctus iste ei in quo Deus loquitur intelligendus est, qui & spiritu Iacob repleuerit ad aeterni regis istius prophetiam, cum ait: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse est expectatio gentium. Et quia non solum ex hac generatione sanctorum, sed etiam ex peccatorum origine huic Dei sancto carnis esset in eunda susceptio, quia in similitudine carnis peccati Deus filium suum misit, idcirco etiam Moab olla spei eius est, & haec quidem Moab generatio secundum eam quae in genesi sententia est, diuinae maledictionis suscepit opprobrium. Sed post decem generationes per gradus susceptionis sancto digna fit genere: sanctusque hic ex Iuda & ex Moab originem fumens, decoccta tanquam per ollam carnis cruditate in speciem sibi significatur aeterni, cum caro eius verè cibus vitae sit. Est & olla secundum Hieremiam vrens peccata atque tollens, sicuti & Dominus ipse mittere ignem venit super terram. Et multi secundum Apostolum tanquam per ignem erunt salui: cum defraetatis & perustis vitis, ut argentum ignitum probabiles iudicentur. Hinc ergo Moab spei suae olla est, cui etiam ex Moab cruda vitae atque vitiosae iam coelestis illa ad cibum vitae sanctificatio carnis in spe est. Quin etiam vsque Idumaeam calciamentum suum extensurum esse se dicit, scilicet vsque ad defectionem Esau, quia Idumaea Esau sedes est, & praedicationis Apostolicae dirigit gressum. Speciosi enim pedes euangelizantium sunt: & in calciamento pedes, in pedibus autem gressus ostenditur. Neque solum in Idumaeam cursum praedicationis extēdit, sed etiam Allophili subditi sunt, secundum illud: Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet: quia Deo dignum sit gentes ei omnes esse subiectas, & vniuersitatem carnis ad confessionem aeternae huius misericordiae erudiri. Sed cognitis his qui immutabuntur secundum tituli inscriptionem, & doctrina eius, qui David est aeternus, accepta: aeternam illam primitiuorum in caelestibus Hierusalem & circumstantium Deo sanctorum ciuitatem ingredi profeta festinat, ducem qui se eo deducat, expectans. Sequitur enim: *Quis deducet me in ciuitatem circumstantem? quis deducet me vsque in Idumaeam? Nonne tu Deus qui repulisti nos, & non egredieris in virtutibus nostris?* Esau defectio est, & idem secundum Genesim deficiens est, & secundum Apostolum, quod est reliquum Israel saluandum est. Optans ergo propheta in ciuitatem circumstantiae deduci, scit se ante vsque in Idumaeam esse venturum: id est, in illam defectionem populi anterioris, qua maior seruiet minori. Et vltima praedicatione conuertet corda patrum ad filios, cum veniens ex Sion, peccata & impietates ab Iacob auferat. Sed hic idem deducet, qui & ob impietatem ante destruxit & repulit: quia capta Hierusalem, destituroque regno indignos spretoque deseruit, solitus ante eos spiritalibus auxiliis contuere, & caelesti militia aduersum inimicorum bella tutari. Nunc autem deferente eos custodia spiritus sancti, nullum in virtutibus eorum, id est, in exercitiis diuinae propugnationis auxilium est. Et ideo quia destruxit, non egredietur in virtutibus eorum. Sed repositae spei, quia quod Israel est reliquum saluabit, misericordiam propheta non tacuit, dicens:

Da nobis

Psal. 62.

Gene. 49.

Psal. 64.

Da nobis auxilium de tribulatione, & vna salus hominis. In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Scit vanam salutem esse, quae ab hominibus speratur: quia & vite huius vsus sine misericordia Dei nullus sit, secundum illud: Melior est misericordia tua super vitam: quia nisi ad profectum aeternitatis vita suscepta sit, miseriam in nobis potius erit origo, non vita. Auxilium itaque à Deo in tribulationibus sperat, quia hominum salus vana sit. Postulat ergo de tribulatione auxilium, in Deo virtutes cōcesso auxilio factur: cum liberati omnes à lege peccati, in Dei potius iustificatione manemus, cum pugnam non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitas & mundi potestates, Deo sanata ipso spiritu oris sui interficienter, peragamus, cum non regnet in immortali corpore nostro tribulans nos ante peccatum, cum absorbeat mors à vita in contentione victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

In finem Hymni David. Psalmus LX.

Simplex est psalmus, aeternae gratulationis continens prophetiam. Nam neque res gestas, neque significationes alicuius cognomēti super scriptio comprehendit. Tantum hymnus in finem est: vti quod à propheta tantum est, in finem vel psalmi, vel temporum explicandum esse noscitur. Oratio autem iusti aeterna est, sperantis, scilicet in Christo coexcitatum in caelestibus gratulantis. Coepit enim ita:

Enarratio psalmi LX.

Exaudi Deus orationem meam, intende deprecationem meam. A finibus terrae ad te clamauit, dum anxietur cor meum. Exaudi deprecationem suam sanctus hic postulat, cuius & ea fiducia est, ut in orationem suam velit intendi, vtrum sit innocens, castus, & fidelis, & ex intimo conscientiae atque cordis metu profecta: quia secundum Apostolum & corde credendum, & ore confitendum sit ad salutem. Intendenda autem orationis hinc precatio est: quod dum corde anxio est, à terrae finibus clamauerit. Non hic extrema solitudinem aut contigua oceani incolebat, qui à terrae finibus anxio corde clamabat. Sed sciens se in carne quidem, quae terra est, degentē, iam in sine carnis habitare, dum secundum Apostolum habitans in corpore peregrinatur à corpore, dum viuens iam non sibi venit, neque ipse viuunt, sed viuunt in eo Christus: congemiscens tamen in hoc suo habitaculo, superuestrique festinat, ideo anxio corde à terrae finibus clamat, cum & necessitatem habeat in carne viuendi, & spem teneat à carnis vitis desinendi, & dicens: *In petra exaltasti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici, habitabo in tabernaculo tuo in secula.* Hic itaque iam sanctus à terrae finibus clamat: quia exaltatus in petra sit. Petra autem secundum Apostolum Christus est, quem exaltauit Deus, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. In quo & legit nos ante mundi constitutionem in caelestibus: per eum sumus in spem aeternitatis deducti, & in hac spe non confundimur, quia ab inimici facie haec eadem spes nobis fortitudinis turris est facta. Nam cum in muris sit valida & firma munitione: murorum tamen ipsorum firmitas in turribus omnis est. Et idcirco turris fortitudinis exaltans nos in petra Deus factus est: quia

per hanc spem vim diaboli eiusque insidias sustinemus, tutissima aduersus eum spiritalisque eius nequitas fidei munitione consepti: cum in tabernaculo Dei habitaturi simus in secula, sine vilo scilicet aetatis modo in aeterni fluentibus seculis temporibusque mansuri. Et quamuis spe reposita iam sancti sint, tamen adhuc sub dispensatione temporum differunt: & qua munitione interim tutus sit, interiecto diapsalmate demonstrat, dicens: *Protegar in velamento alarum tuarum, quoniam tu Deus exaudisti orationem meam.* Protectionem misericordiae Dei sub velamento alarum diuinus sermo significat: de quo quia superioribus psalmis tractatum est, superfluum nunc & ociosus erit sermo. Sed protectionis meritum ex fide orationis indultum est, secundum illud: Petite & dabitur vobis. Quin etiam ad quam spem protectione alarum Dei inumbrandus esset, ostendit dicens: *Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adicies annos eius, vsque in dies generationis & generationis. Permeet in aeternum in conspectu Dei.* Haec enim hereditas sancti est: vita, & incorruptio, & regnum, & coaeterna cum Deo habitatio. Non Israel tantum haec hereditas scripta est, sed timentibus Dei nomen. Dies enim aeterni sunt regis: siue quia sancti, qui peccati serui non erunt, reges sunt, secundum illud Apostoli: Iam sine nobis regnatis, & vtinam regnaretis, ut & nos vobiscum conregnemus: siue quia hic idem etiam rex sit propheta, siue quia in aeterno regno confidentem à dextris oportet regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus suis. Non ut rex ipse tum non sit: sed cum tradiderit regnum Deo patri, conregnabit his ipsis qui reges sunt. Ex quo mihi videtur haec nunc ratio seruata, ut vsque in dies generationis & generationis adijcerentur super dies dierum anni eius. In conspectu autem Dei manere in aeternum, ut tempus illud (quo eum regnare donec ponat inimicos suos sub pedibus suis oportet) à generatione vsque in generationem sit comprehensum: quia generationem hanc spiritalis natiuitatis generatio ex mortuis consequetur: aeternitatis autem suae exceptio, dum in aeternum in conspectu Dei esse praedicitur. Est autem ipse primogenitus ex mortuis. Sed huius regenerationis Dominus ad Apostolos ita meminit: Amen dico vobis, quod vos qui sequuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, & vos sedebitis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Huius igitur generationis tempus ostendit, & vsque in hanc super dies dierum anni regis adaugentur. Ceterum ipse in conspectu Dei, ipse manebit aeternus: iam omnibus quos redemit in reges caelorum & cohaeredes aeternitatis assumptis, tradens eos regnum Deo patri. Et quia participes & concorporales & conformes eius effecti sint, iam in his nec corruptione, nec morte dominante, cum in omnem plenitudinem Dei repleantur, subiecit spiritus prophetiae: *Misericordiam & veritatem eius quis requirit eorum?* Non inopes iam misericordiae veritatisque eius haec scilicet generationes erunt, quas in se ex mortuis regenerabit ad vitam, quaeque in spe gloriae Dei manserint: tum cum in regnum traditae Deo patri suscipientur in reges, consummata in omnes eius misericordia ac veritate, per quem redemptas se gratulentur ad vitam, sitque omnibus accessus ad patrem. Post quod misericordiae ac veritatis nihil requiratur à Domino, cum in Dei plenitudinem impleatur.

T iij

224

DIVI HILARII IN

Ioan. 16.

Simile autem huic prophetæ dictum est id, quod ad Apostolos Dominus ita loquutus est: Nunc quidem tristitiam haberis: rursus autem videbo vos, & lætabitur cor vestrum, & gaudium vestrum nemo auferet à vobis. In illa die me nō rogabit quicquam, quia iam gaudiū nemo ablaturus ab his sit. In hanc igitur æternitatis spem sese propheta confirmat, dicens: *Sic psallā nomini tuo in seculum seculi, ut reddam vota mea de die in diem.* Psallat in seculum seculi, & vota de die in diem reddet, nullo temporum fine conclusus, hymnis æternis æternorum votorum gaudia redditurus: cum absoluta omni terrenorum corporum infirmitate celestē atque angelorum agat vitam, de die in diem vota reddendo, secundum illud: *Vota mea Domino reddam in atrijs domus Domini, in conspectu omnis populi eius in medio tui Hierusalem: celestis vitæ matris & liberæ per Deum ac Dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.*

Psal. 115.

In finem pro Idithum psalmus David. Psal. LXI.

Prophetia sermo non nisi ad aliquem profectū audientium scriptus est, ut aut scientiam doceat, aut ad voluntatis innocentiam cōfirmet: ut nunc hic psalmus ad Idithum à David cantatur, in quo à Dei timore ad humanarum siue spiritualium nequitiarum constantem tolerantiam eruditur: & ad cōtemptū opum, quia auaricia malorum omnium radix est, firmatur. In his enim beatæ æternæque vitæ status certus est: si & pietas in Deum sit & patientia in aduersis, & contemptus opulentia. A Dei itaque confessione cœptus est psalmus.

Enarratio psalmi LXI.

Omnino Deo subdita erit anima mea? ab ipso enim saluare meū. Et ipse Deus meus, saluator meus, & susceptor meus, non mouebo amplius. Confessio Dei communi hominum affectu à propheta ita cœpta est, ut cum post multam inscientiæ noctem, post ambiguam humanarum sententiarum incertamque doctrinam, post diuersarum religionum variā opinionem, cum diu erratum quæsitumque de Deo sit, an vnus, an plures: & sexus an vnus, an duplīs: & potestatis an æqualis, an disparis: & ætatis an vniformis, an variæ: & naturæ, an innascibilis omnium, an aliorum aliquando generatæ: tum deinde cum aliquibus magna ætate & longo labore certatum sit, aut nullos omnino esse, aut à cura humanæ vitæ abesse: iam porro cum à plerisque tractatum sit, vel solem astrāque cætera deos esse, vel mundum ipsum in æternitatis specie huius ac mutationum manentem cum omnibus suis quæ ex se efferat, Deū esse: iam verò ut plerique ignem, vel aquas, vel spiritū diuino nomine atque honore donauerint, alij quoque ligna, lapides, metalla sub specie hominum, volucrum, ferarum adorauerint: postremo confessis omnium destitutisq; studijs plerique eorum, maximèque prudētes, vnum hoc se scire, id est, nihil horum hominem scire docuissent, tum post hanc quasi necessariæ confessionis inscitiam prudens quisque conuersus ad prophetas atque Apostolos, Dei legem omnem sub sacramento æternæ dispositionis perceperit, in qua rationem deducte in hoc corpus animæ connexæque tractauerit, in qua diuisionem gentium secundum angelorum numerum acceperit, in qua & esse principem mūdi, & vnus electionem gentis audierit, in qua humanæ mortis autorem non ignorauerit, & habitare in carne sua peccati legē obtinentem legi mentis suæ senserit & congemuerit,

posteaquam Dei spiritum, Dei virtutem, Dei sapientiam, Dei filium, & vnigenitum Deum ad rei istionē peccati condemnationemque peccati legis hominem natum esse cognouerit, qui humanarum passionū sorte perfunctus, ad condemnanda in se cœlestiū nequitiarum impia tentamenta sit mortuus, ut æternitatem omnibus qui per habitantem in carne nostra peccati legem moriebatur, inueheret, tum hoc sacramento pietatis accepto, post ignorationis noctem inscientiæ lumine collocatus, ita dicit: *Nōmine Deo subdita erit anima mea? ab ipso enim saluare meū. Etenim ipse Deus meus est, saluator meus, susceptor meus, non mouebo amplius.* Reperta itaque fidei sede post vagos errores impietatis sententiam quia susceptorē suum saluatoremque cognouerit, amplius non mouetur. Quid enim vltra ignorantiæ anxietatisque hominum est relictum, cum æternitas animæ & corporis, id est, totius hominis prædicetur, cum assumptio atque susceptio terrene nostræ carnis à Deo sub sacramento magnæ huius pietatis ostensa sit, cum peccatorum remissio condemnata peccati lege sit præstita, cum homini nostro à dextris Dei confessus in cœlis sit? Sed hanc humanæ beatitudinis spem gentilium impietatum studia comminuunt, prudentiæ secularis inanitatis profectum homini ad Deum denegantes, & Deo consortium assumpti corporis detrahentes, arbitri moderatorisque diuinæ potestatis: quasi difficilior Deo sit assumptio hominem, quam eum in tāta naturæ ac vitæ suæ ratione formasse. Hæc itaque impietatem eorum obtrectationem propheta mox arguit, dicens: *Quosque irruit in hominem, interfecit vniversi tanquam parietem inclinato, & macerie impulsæ.* Impellunt enim hæc ignorantes atque impie disputationes hominem ad vicia procliuem, & quassatum iam cadentemque demergunt, consilij adhortationum fallacium noxiarumque perimētes: quasi parua sibi ipsa conciliatrix viciorum voluptas sit, quam adhuc desperatio iudicij æterni retributionisque in xsum tantum presentium & corporalium adhortetur. Sed hunc corporis sui parietem, quem antè libido, ebrietas, auaritia, ira perfoederat, iam se in domum Dei viuis lapidibus extructum esse non nescit, & in imaginem Dei creatum esse recollit: certūque conformem se Dei gloriæ præparari, subiecit: *Veruntamen honorem meum cogit auerunt repellere, cucurri in sitim.* Illis honorem suum detrahere cogitantibus, ille in sitim cucurrit. Est enim sitis bonorum æternorum & spiritualis in sanctis, de qua dictum est: *Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam.* Cursum ergo iusticiæ suæ sciens tenuit, omnem vitam integram etiam ab ipsa contradicentiū sibi obtrectatione conseruans. Nam & à Domino suo didicit, ut opera omnia sua etiam gentilis testimonij iudicio laudentur, cum dicitur: *Sic luceant opera vestra coram hominibus, ut magnificet patrem vestrum qui est in cœlis.* Sic & Paulus placens per omnia omnibus, neque Iudæis, neque Græcis, neque ecclesiæ scandalum est, ne habeat aduersarius male de se quid loqui, illo quidem obtrectandi studium voluntatemque retinente, quamuis se ille liberum ab omni obtrectationis occasione præstaret, quod & in hoc sancto in sitim corrente cognoscimus. Sequitur enim: *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.* Cum & conseruantes honorem suum probabilis vitæ confessione benedicerent, & interioris odij malignitate maledicerent, sed id quod sibi maximè salutare est, sanctus iste etiam diu psalme interueniente congeminat, indefessè in nobis confessionis perseverantiam oportere esse demonstrans.

frans. Sequitur enim: *Veruntamen Deo subdita est anima mea, quoniam ab ipso est patientia mea. Quia ipse est Deus & saluator meus, adiutor meus, non emigrabo.* In Deo salutare meum, & gloria mea Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. Impellant quidem isti inclinatum parietem, macerantque iam quassam, & benedicente licet ore, corde maledicant: scit tamen subiectam animam suam Deo esse oportere, quia ab ipso patientia sua sit. Didicit enim ab eo non auertere faciem à sputamentis, nec subtrahere alapis maxillas, nec potandum cum felle acetum renuere, nec post colaphos & flagella maledicere. Ipse enim Deus suus est atque saluator, ipse coram adiutor, ne de patientiæ huius perseverantia speique suæ fiducia motus emigrat. In eo enim est salus & gloria eius & spes, qui se coexcitatum sibi conformem sit cœlesti gloriæ suæ redditurus. Et quia spei huius ipse etiam cæteris, ut propheta sit prædicator, subiecit: *Sperate in eum omnis cæcus plebs, & effundite coram illo corda vestra, quia Deus adiutor noster est.* Nihil occultum, nihil clausum, nihil obligatum sub Dei confessione in corde retinendum est. Effundendus coram eo omnis affectus est, ut nihil de nobismetipsis fiducia sit: sed ut per eum, ante quem nō tantum pro peccato effundimus, adiuuemur. Effundenda autem coram eo corda nostra lachrymis & fletibus sunt, secundum illud: *Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus.* Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, effusionem animæ in lachrymarum profusione esse demonstrans: quia per eas rogandus est, qui est solus fidelis adiutor. Sed officio suo functus propheta, admonitionē suam parui apud impios scit esse momenti: nam continuo diapsalmate intercedente, subiecit: *Veruntamen vni filij hominū, mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Vani homines ipsi vana sperant, aut in eo sperare sit vanum. Mendaces quoque, quia impietatis suæ sensu aut falluntur, aut fallunt: & in eo mendaces, ut decipiant in stateris, sub iusticiæ scilicet nomine iniusta peragētes. Nam vbi examen de se moderatæ prudentiæ pollicentur, ibi studia immoderatæ impietatis exercent: errore se ipsos quæ à cæteris depellere se professi sunt, implicates. Et idcirco ipsi de vanitate in idipsum, illud scilicet recedentes, ex quo se excedere gloriantur. Sed radix maximè iniquitatum in pecuniæ cupiditate est: quam qui appetit, grauissimæ tempestatis naufragio mergitur. Sequitur enim: *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. Diuitias si affluant, nolite cor apponere.* Magnæ enim in hisce desiderij sui & amoris illecebræ sunt: rapiunt ingenia, mentesque pendulas apprehendunt. Non solum itaque non concupiscendæ earum rapinæ sunt, verum ab his voluntas nostra, etiam si præbeantur affluantque, refrenanda est: ne desideratæ cupitæque dominantur. Non enim hæc spebus nostris bona sunt coætæna, neque nobiscum aut condescendunt in infernum, aut conresurgunt de inferno. Fides, pietas, continentia, benignitas expetenda est: & maximè Dei cognitio sectanda est. Cæterum hæc vana & per naturam sui ad omnem iniquitatem necessitatem captiosa vitanda sunt, & quod illud magis ad spem æternitatis expetendum esset, propheta subiecit dicens: *semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu redes vnicique secundum opera eius.* Semel Deo loquente duo audiuit: & necesse est, ea sibi esse connexa quæ sub vnus sermonis significatione sunt cognita. Ad

Deum nanque in exordio psalmi prophetiam confessionem retulerat, dicens: *Nōne Deo subdita erit anima mea? Ab ipso enim saluare meū.* Depellendus itaque absolute fuit Iudaicæ impietatis furor: ut in Deo patre significari doceretur & filius, ut nūc in vno etiam alter ostenditur. Eam enim fidem esse subdendæ Deo animæ suæ testatus est, quia ab ipso esset salutare eius: & salutarem Iesum esse sæpe tractatum est. Semel autem Deo loquente duo intellecta sunt & audita, sicut illud: *Pater manifestauit nomen tuum hominibus, in patre significauit & filium, uti nunc semel loquente Domino Deo duo hæc audiuit, quia potestas Dei est, & tibi Dñe misericordia, quia tu redes vnicique secundum opera eius.* Nouit Paulus in vno vtrunque, id est, neutrum sine altero confiteri, dicens: *Vnus Deus est, & vnus Dominus: quia & in Deo Dominus, & Deus significatur in Domino.* Semel itaque loquente Deo hæc duo audiuit, & quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: ab ipso enim salutare eius est. Et filius omnia accepit à patre: & idcirco in eo Dei potestas, vel accepta vel nata est. Pater enim non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Retributor ergo vnus cuiusque est ille qui iudex est. Sed potestas eius est, à quo vnigenitus Deus est natus in iudicem: & potestas eius à Deo est, qui iudicium accipit à patre, atque ita nec caret potestate qui iudex est, nec miserationē qui Deus est. Necesse est enim ætæri indicij reus maneat in vno vtrunque non confitens, cum tamen non vnus intelligendus sit esse, qui vterque sit, dicens: *Pater in me, & ego in patre, Dominus noster Iesus Christus, qui benedictus est in secula seculorum. Amen.*

Psalmus LXI. David, cum esset in deserto Idumæa.

DAuid in deserto habitasse libro regnorum continetur: ut qui passiones Domini præfigurabat, etiā tum eas cum deserto habitat prophetaret, vnigenito Deo æque in deserto moraturo. Sed ut sancto viro congruum, & tanto propheta erat dignum, cum declinans odia impiorum solitudini se dedisset, maximis rerum cœlestium sacramētis occupatur: & ab omni humanæ, aut impietatis, aut ignorationis cœtu remotus animus ad ea quibus æternitatis cognitio ac meritū acquirebatur intendit. Non occupatur, non impeditus communium rerum ac seculi curis, sed in illo solitudinis suæ quieto ocio: secreto: cum nihil in oculos & in mentem offensionis incurreret, solis diuinis studijs negociosus. Et videamus vnde psalmi sermo sit cœptus.

ENARRATIO PSALMI.

DEus Deus meus ad te de luce vigilo. Huic planē ad gratulationem cognitionemque Dei dies cœpta est: cui idipsum orandi ad Deū initium, quod lucis est, Deum quidem vniversitatis, sed tamen per cognitionis scientiam Deum suum deprecatur. Oratio autem non tam verborū est quam affectus, & idcirco subiecit: *Situit tibi anima mea, quam simpliciter caro mea.* In terra deserti, & in inuiso & inagnoso. A Deo igitur penes quem fons vitæ est anima ipsius sitit desiderio intenta potandi, & quidem vnus cuiusque mens ad cognitionem æternitatis naturali quodam fertur instinctu: quia veluti insitū impressumque omnibus diuinam inesse nobis animarum originem opinari, cum non exiguam cœlestis in se ge-

Ioan. 17.

1. Cor. 8.

Ioan. 5.

Psal. 41.

Matth. 5.

neris cognationem meus ipsa cognoscat. Porro autem terrena hec corpora, que ad vitiorum concreta materia sunt, dum his quibus quasi naturaliter delectantur infecta sunt, desperant se consequi posse consortiū munusque celeste: quasi nō & animæ naturam vitia corporis, quibus oblectantur inficiant: aut cum delectatio corporis redundet ad mentem, & non mentem secum corpus retrahat ad oblationis affectum. Necessesse est autem vt in eadem condemnatione sit voluntatis, quod in eadem est voluntate. Sed nos spiritualibus doctrinis eruditi scimus, & animæ & corpori salutem à Deo esse datam, si modo post regenerationis gratiam mentis gladij sensus corporis imbuatur, id est, si non secundum carnem, sed secundum spiritum vixerimus: quia spiritus carnisque opera secundum Apostolum, vitiorum & continentie studijs distinguitur. Arduum autem, sed maximè verum est æternitatem ita corporis, vt animæ sperare. Et ideo ad sitim propheta subiecit: *Sitiuit tibi anima, quam simpliciter caro mea.* Nihil in se sub infidelitatis ambiguitate retinens incertum, sed tam simpliciter, quam anima Deo sitiens, & caro sua sitiatur. Sicut enim non corpori, sed Deo sitiens. Nam quamuis in eo deserto, & in inuio & inaquoso manentem necessitas ipsa naturæ ad sitim corporis detineret: tamen etiam per has inedia & sitis passiones scit fidem probandam esse creditū, vt magis anima Deo, quam corpori sitiatur, & corpori: quia neque fames neque angustia, neque vlla genera passionum à caritate Dei quæ est in Christo, sunt Apostolum separatura. Sicut ergo Deo sanctus. Et quid sitiatur psalmo alio testatus est, cum dicit: Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quando veniam & parebo ante faciē tuam. Hoc animæ desiderium. Hæc sitis spei eius est, vt Dei sibi proueniat aspectus, vt quam primum raptus in nubibus Deo Christo obuiam eleuatus appareat, & desiderij huius affectum, nūc quoque propheta declarat. Nam post sitis protestationem, post deserti & inuij, & inaquosi inopiam, quia in his veluti militia, & victoria sit fidei, subiecit: *Sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam, quia melior misericordia tua super vitam.* Prophetice scientiæ est pro gerendis gesta memorare, & hinc frequens autoritas est, cum aceto potauerint adhuc in passione potandum: cum disciderint vestem, quæ discindenda potest esset, vt nunc in sitim corporis Deo sitiens, ei in sancto suo talis appareret, in simplicitate carnis, in siti animæ, in oratione diluculi. Quia non nisi per hæc probati, vel assumpti habebuntur in Christo, vel ei obuiam rapiuntur in nubibus: sed in sancto Dei non aliter apparebunt Deo, quam secundum illud: *Qui me vidit, vidit & patrem.* Atque illud: *Ego & pater vnum sumus.* Quia in filij, & natura, & nomine, paternæ naturæ ac nominis significatio continetur, apparens filio. Apparens autē filio vel susceptus à filio patri apparebit in filio, atque vt in sancto appariturus Deo, cuius sancti desiderium, in hac sitis suæ significatione ostenderet subiecit: *Vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Eum scilicet videret, qui secundum Apostolum virtus Dei est, & in gloria Dei est. Visurus autem non ad aliud, quam ad consortium æternitatis merendum, & ad regni celestis æternitatem fortiendam: quia hæc per misericordiam Dei ultra vitæ huius beatitudinem præparatur. Id enim sequitur: *Quia melior est misericordia tua super vitam.* Magnum quidem Dei munus est, quod venimus in vitâ, & ipsa natura duce nasci nos gratulamur. Sed quia plena omnium anxietatum, ac dolorum ætas

Psal. 41.

Ioan. 14. Ioan. 10.

nostra est, plus in misericordia Dei spei est quam in vitâ: quia hanc mors ex peccati lege consequitur, hæc vero æternitatem ex morte restituit. Sicuti tritici satio ac dissolutio ipsa tritici cōseruatione præstantior est, hoc enim Deus prout vult vestit in spica: ita magnum misericordie Dei munus est, si commortui Christo viuamus in Christo. Nam & ipsa Adæ mors, ne æternitatis pena maneret sub misericordie significatione est constituta, & Apostolus dissolui se melius sibi esse dicit. Et propheta gaudium mansuræ sibi mortis ostendit, dicens: *Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, quia per eam cum peccati lege resolutis demutationis gloriosæ profectu æternitatis animæ corporisque iam sine peccati corpore repēdetur.* Certus ergo misericordie Dei, quæ supra vitam melior sit, propheta officium gratulationis exequitur, dicens: *Labia mea laudabunt te Domine. Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.* Et sermone suo, & opere laudat Deum, atque benedicit: Nam in vita sua benedicens in nomine suo manus eleuabit. In eleuatione manuum non habitum orandi, sed excelsi operis iudicium significari frequenter docuimus. In hac igitur vita sua Deum, cum misericordia eius supra vitas sit melior, laudauit. Est enim & vita post vitam, qua in Abraham finibus viuendum est, in qua Dei nomen pauperis quiete benedicitur, secundum illud prophetæ: *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum, sed nos qui viuimus benedicimus Domino.* Super has igitur vitas misericordia est: quæ quod oculus non vidit, & auris nō audiuit, & in cor hominis non ascendit, his qui Dominum diligunt præparauit. Hanc igitur laudat, atque benedicit: non etiam nunc ab holocaustis pecudū, adipisque pinguedine sacrificia legis expectans, sed in sola animæ confessione benedictionisque laude seipsum Deo hostiam statuens, secundum illud: *Sacrificium laudis honorificabit me.* et illud: *Immola Deo sacrificium laudis, & illud: Quoniam si voluisses sacrificium dedissem, vt ille holocaustis non delectaberis: quia literæ ac legis allegoricorum præscriptione cessante, Deus viuæ intelligentisque hodie sit laudibus honorandus.* Subiecit enim: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labia exultationis laudabunt nomen tuum.* Neque illa quasi abominanda condemnata, sed hæc vt magis expectata confirmans: cum sicut adipe & pinguedine, quæ sacrificiorum primitiæ habebantur, repleti animam suam exultationis laude deponat. Verum hæc non tam verborum officia quam mentis sunt, vt sacrificium laudis ex operum sanctitate descendat. Itaque continuo subiecit: *Si memoratus sum tui supra stratum meum, in matutinis meditabor in te.* Meditationem matutinam recordatio nocturna consummat, & idcirco de luce ad Deum vigila: quia exstrati, id est, ex lectuli puritate, & fiducia & conscientia orationis est matutina. Obrepentes itaque sub secreto noctis cogitationes Dei recordatione compressit: seseque aduersum carnis incentiua luctantē, metus nominis Dei iuuat. Sequitur enim: *Quia fusti adiutor meus, in velamento alarum tuarū sperabo.* Dei se meditatione per quam sibi adiutor est protegente. Non enim ei alia quam placendi Deo cura est, cuius tantum in strato meminit. In eo quoque in matutinis ex nocturna recordatione meditatur, quia adiutor suus est: & sub velamento alarum eius exultat, id est, tegmine protegentis est tutus. Sed horum omnium hinc profectus est, hinc causa est, quia sequitur: *Adhæsit anima*

Psal. 115.

Psal. 115.

Psal. 49. Psal. 50.

Ioan. 17.

anima mea post te, me suscepit dextera tua. Amoris hæc vis est, vt his quos amamus etiam si absentes sint hæreamus: dum affectum insitum nequaquam aut locus diuelli, aut tempus. Adhæsit ergo Deo propheta non blandimentis seculi, non corporis vitijs amorem suū ab eo caritatemque retrahentibus: quia secundū Apostolum adhærens Deo, vnus est spiritus cū eo. Et Dominus pro discipulis orauit: Pater sicut nos vnum sumus, vt & illi vnum sint in nobis. Adhærens ergo Deo susceptus à Dei dextera est: id est, per virtutem Dei quæ significatur in dextera, ab eo qui Dei & virtus & sapientia & verbum caro est factus, assumptus est conformis gloriæ corporis iam futurus. Et qui susceptus à Dei dextera metum omnem à se qui ab inimicis suis esse possit abiecit, fiducia suæ non tacuit securitatem, neque iusti iudicij Dei ignorat feruitatem, dicens: *Ipsi autem in vanum quæserunt animam meam, introibunt in inferna terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* In vanum itaque animam suam quæserunt. Secundum enim Euangelium homo cū corpore animam non perimit, & misericordia Dei melior super vitas est, & hic iam susceptus à dextera Dei est. Terræ autem inferiora introibunt, quia chaos inuio separatur à sanctis: & in manus gladij tradentur, quia secundum diuitem potestas penæ, quæ in ore gladij significatur, in impios exeretur. Partes etiam vulpium erunt, fallacium bestiarum sortem adepturi: quia & Herodes est vulpes, & vineam sponsi exterminant vulpes, & foueam sibi filio hominis caput suum nusquam reclinante in impiorum cordibus condiderunt: & dæmonum in his significatas esse nequitas non dubium est, quibus cum principe eorum præparatus ignis gehennæ est. Sed inter hæc audi lætitiā eius, qui humanæ salutis gaudium frequenter ad patrem exultauit. *Rex autem lætabitur in Deo, & laudabitur omnis qui iurat in eo: quoniam obstruatum est os loquentium iniqua.* Causam cur rex lætetur significat, quia quisquis in eo iurabit, in Deo sacramenti huius religione laudabitur: qui sciat scilicet regem Christum Iesum, qui etiam Deū super omnia, qui secundum Paulum testetur magni Dei saluatoris aduentum, qui secundum Esaiam iurans iurauit in Deum verū. Obstruatum enim est os loquentium iniqua, quia prædicatur ex lege, & ex prophetis, atque ab Apostolo, in eo nos ante constitutionē mūdi, & elegisse pater, & benedixisse doceatur, & ipse nos excitauerit & collocauerit à dextris Dei in celestibus, & cum videbunt eum in maiestate sua iudicare de viuis & mortuis. Per hæc itaque obstruetur os loquentium iniqua. Ipse enim est rex in æternum, & in nomine Domini Iesū omne genu flectetur, celestium, & terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Psalmus LXIII. In finem psalmus David.

EXaudi Deus orationem meam cum precor ad te, à timore inimici eripe animam meam. Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operatum iniquitatem. Quia excuerūt vt gladiū linguam suam, intenderunt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatum. Subitò sagittabunt eū, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonē nequam. Disputauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum, & exal-

tabitur Deus. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra ipsos linguæ eorum. Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo. Et annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerūt. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

ENARRATIO PSALMI.

Psalmi superscriptio historiam non continet. Simplex est, & propheta spiritus æditus, tantum per id quod dicitur, In finem præscribitur: res non sui, sed temporis quæ scripturæ est continere testatur. Sed quæredum est, ex qua persona sit dictus, quis duc ex se intelligendum enunciet: nam sine dubio esse spiritualis est opinandus. Cum enim ipsi illi psalmi qui secundum titulorum inscriptionem res gestas continere creduntur, in plurimis à tituli sui & rerum ac personarum proprietate dissentiant, magisque per additiones nominum, atque gestorum spiritualium operationum significant effectus: quid de eo erit intelligendum, in quo simplex tantum psalmi, in finem intelligendi inscriptio continetur, nisi quod spiritualis in eo doctrinæ forma sit constituta? Esse autem plures memini, qui omnia quæ in libris psalmodij scripta sunt ad personam Domini nostri vniuersi filij Dei existi ment esse referenda: nihilque in eis aliud, quam quod ei sit proprium contineri. Quæ eorum opinio argui nō potest. Omnis enim ex affectu religiosæ mentis hic sensus est, & caret culpa propensiori studio, omnia ei per quem ipsa omnia sunt, coaptare. Quamquam enim idipsum interdum imperitè fiat: tamen per id quod ad eum cuncta referuntur, necessesse est vt ea quæ ei sunt propria, verè ac fideliter prædicentur. Cauendum autem est, ne dum omnia conuenire in eū æqualiter opinamur: per assertionis huius studiosam intentionem plurimum & diuinitatis suæ dignitati, & corporationis sacramento, & operationum potestati, & passionis virtuti, & resurrectionis gloriæ detrahatur. Tenendus igitur modus est: diligenter ac cautè constituendum est, quid de diuinitatis suæ natiuitate, quæ ei à patre est, fuerit prophetatum: quando eius hominis quem assumpsit persona tractetur, vbi operatio, passio, & resurrectio prædicatur: quid verè vnicuique tempori congruat, quando fides gentium nunciatur, quando peccata anterioris populi arguantur, quando doctrina timoris Dei & confessionis eruditio ex propheta oratione præstetur. In his enim prophetiæ spiritualis ordo consistit. Et si Dominus prædicatur, profectus scientiæ huius ad fidem utilis est. Si ad timorē & confessionem eius docemur, Domino formamur, proficimus, acquirimus: vt per passionem eius redempti, ita eidem per doctrinæ suæ instituta placituri. Esse autem in præsentī psalmo quædam intelligo, quæ ei homini quem Dominus assumpsit aptari posse videantur, vbi dicitur: *Perscrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio.* Significari enim forte in eo existimabitur Iudæorum conspiratio: cum testimonia, quibus argui posset quæruntur, nec reperiuntur, & omnia scrutantium ingenia deficiunt. Dehinc quod sagittis paruulorum, id est, doctrinis Apostolorum vulneretur: aduersum quem nullam causam iustæ persecutionis inuenerint, & ideo defecerunt contra ipsos linguæ eorum. Hæc quidem non tanquam improbabilia præmittimus. Sed quædam alia in psalmo sunt quæ ordinem intelligentiæ huius impediunt: nō longè

tamē ab his sermo expositionis nostræ dissentiet. Existimamus enim non modo Apostolorum qui primi fuerunt, sed cuiusque sancti in Domino sperantis confessionem præsentis psalmo contineri. Inter maximas enim seculi tempestates, & grauiissimas humani generis in Deum impietates sumus constituti: cuius fidelem per nos, & veram confessionem nunc philosophia irideat, nunc hæreticorum furor incurset, nunc avaritiæ studia condemnent, nunc ambitionis fauor inquietet. Quibus omnibus dissimulandis, tolerandis, vitandis, & coarguendis, mens nostra nisi per Deum erudita non sufficit. Quantis enim & quàm molestis disputationum aculeis Dei providentiam, & principalem atque inimitabilem in creato ab eo mundo dominatum eius philosophia impugnat: nunc aquis, nunc terræ, nunc atomis, nunc cælo Dei nomen indulgens. Quam verò ingenioso calliditatis vsu fidei doctrinam hæreticus mentitur: quanto deinde audientium periculo opum gloriam avarus affirmat: quanto quoque continentia excidio gaudia corporis voluptatum asfector exequitur: quàm pestifera autem ambitionis in honoris adhortatione facundia est. Quibus omnibus perugil cura, pernox oratio, & æterna ad Deum confessio repugnabit. Ob hæc igitur fidei nostræ & æternæ salutis excidia, propheta orare intelligitur in psalmo: ex persona sua quatenus in Deum sperare nos conveniat ostendens. Ait enim: *Exaudi Deus orationem meam, cū tribulor: à timore inimici eripe animam meam.* Ingruentibus his quæ superius memoravimus, per quæ fides nostra & spes periclitatur: ad eum qui solus mereri his potest refertur oratio. Metus est enim, ne infirmam per naturam & consortium carnis animam, vndique subrepentium illecebrarum æstus absorbeat. Adfunt nanque quotidie, & pugnant blandimentis fallacibus, quasdam machinas excidit admouentes. Itaque ad doctrinam cœlestis eruditionis perugilem curam fidei impendere admonemur: timere insidiantem semper hostem, ne incautam securitatem nostram ipse in speculis positus incurset. Vigilandum ergo in oratione Dei est, & semper orandum: ut cum fatigari anima & affligi subrepentium illecebrarum aculeis cœperit, Deus semper oratus exaudiat, nosque ab his quæ timentur eripiat. Ait enim: *A timore inimici eripe animam meam.* Deus enim non tantum tum orandus est, cum quæ timentur ingruerint, sed timēda ea sunt quæ cum cœperint adesse, dominantur: & semper atque indefessis precibus orandus est, ut nos à timore eorum quorum dominatum timentur eripiat. Scriptum enim in proverbijs est: *Cum vocarem non exaudistis, & cū extenderem verba non intendistis, sed inania fecistis.* Et ego perditionem vestram irridebo. Erit ergo cum inuocabitis me, & ego non exaudiam. Propheta ergo licet prior tempore, non tamen eorum quæ postea dicerentur ignarus est: sed impendentibus semper tribulationibus anxius, & ad omnem timorē inimici sollicitus, Deum orat ob ea quæ timet: & ut secum in tribulatione sit, & ut exaudiat deprecatur. Neque enim Dei misericordiā metus nos, sed fides promeretur: & longæ præparationis documēto opus est, ut mereamur audiri. Meminit ergo propheta ab his se omnibus precantem liberari: & docet orationem suam non ex dominatu eorum quæ timuerit, sed ex merito esse fidei exaudivim. Ait enim: *Protexisti me à conuentu malignantium, & à multitudine operantium iniquitatem: Qui exacerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in obscuro immaculatum.*

Non licet propheta arma bellica, nec enses, aut iacula, aut tormenta arcuum pertimescit. Omnis enim in lingua timor est: huius gladios & spicula metuit, ab his quidem fide sua tutus. Ait enim: *Protexisti me à conuentu malignantium.* Sed arcus homicidæ linguæ semper intentus est, & acumen gladij in lingua eius præsto est. Volant autem letales eius sagittæ, & non ambiguum est quid efficiant: scilicet ut sagittent in obscuro immaculatum. Et proprietates verbi intelligenda est. Non sanctum, non fidelem, non iustum, sed immaculatum sagittant eum, cui per sacramentum Baptismi, sordes & maculæ veterum criminum recens ablutæ sunt, nondum tamen firmatæ fidei, nondum doctrinis spiritalibus eruditum: nondum contra hæc pugnacis linguæ arma certantem, sed simplicem & ex nouæ natiuitatis infantia tenerum. Hunc ergo sine metu contradictionis alicuius, intento iam pridem arcu, per rerum ignorantiam in obscuro positum vulnerabit. Ait enim: *Subito sagittabunt eum, & non timebunt.* Naturā simplicem, & immaculatam, nouitate imperitam. Hæc enim fallunt, huic occultos laqueos prædunt, insidiarum secretis latentibus gloriantes. Sequitur enim: *Firmauerunt sibi verbum malum, disputauerunt ut absconderent laqueos. Dixerunt, Quis videbit eos?* Tempus discernitur & inferēdi vulneris, & consilij firmati. Nam cum dicitur: *Subito sagittabunt, futuri temporis opus docetur.* Cum autem, *Firmauerunt verbum malum*: iam ex præterito consilium firmatæ pridem voluntatis ostenditur. Semper enim excidia aduersus fidem præsto sunt, & occultis ac fallentibus insidijs pestifera adhortationis doli adiacent, quos à raris quibusque conspici opinantur. Et ideo dictum est: *Abfconderunt laqueos & dixerunt: Quis videbit eos?* Si enim hæreticus peruertere fidem tentet, incredibile est quantis eam dolis subuertere contendat. Si spem æternitatis nostræ philosophus impugnet: mirum in modum omne bonum præsentis vitæ ponet in corpore, omni ingenij sui alacritate ea, quibus doctrinæ cœlestis institutio subruui possit, vterque scrutantes. Sed quid ad Deū humana perueritas? Quid aduersus opificem operis ingenium? Exquirant licet omnibus argumentationis suæ quasiunculis excidium veritatis, deficiet tamen in veritatis distinctione falsitatis assertio, atque ideo subsequitur: *Persecutati sunt iniquitates, defecerunt seruitutes seruitio.* Defectio scrutantiū, defectionem superuacua contra Deum adhortationis ostendit. Quæ enim non labefactabuntur ingenia, contradictioni veritatis intenta? Rimentur licet omnia naturalium causarum secreta, peruicacique studiorum suorum vigore ipsa cœlestium motuum interna scrutentur: in ipsa tamen operis sui intētionē deficiet, doctrinis spiritalibus refutati. Qui enim fortuitis motibus agi omnia docent: audient à nobis æternæ virtutis Deum nō in fortuitis manere, sed esse mundi creatorem, indefinitæ ut essentia, ita & virtutis. Ipsum à nemine, sed ex eo omnia, moderantem ea ipsa omnia & continentem. Qui verò prædicabit animæ cū corpore occisum, audiet animam non esse terrenam, sed ex afflatu Dei ortā, elementis corporis admisceri: mortem autem non interitum esse, sed discessionem eius à corpore. Qui autem resurrectionem carnis abnegabit: sciet nō difficilem eius instaurationem futuram ei, cui inchoatio prima sit facilis. Porrò qui curam humanæ conuersationis Deo auferet, cognoscat æterni regni Deum iudicē: neque hominem idcirco tātum conditum ut esset (quid enim esse hominē Deo vile fuit?) sed

sed ut in cognitionem Dei editus, profectum sibi ex opificis sui cognitione speraret. Iam si fidē hæreticus destruet, Dei filium semper esse cognoscat, nullo à patre interuallo temporis separatū: ipsum esse verbum, virtutem, sapientiam Dei: hunc mundi opificem fuisse, hunc & hominis conditorem: hunc prima mundi crimina diluio abluisse: hunc Moyfi legem dedisse: hunc in prophetis fuisse, & per eos ingentia illa corporations & passionis suæ factamenta cecinisse: hunc in corpore resurgentem caducæ carni claritatem spiritalis gloriæ abluisse, & in naturā diuinitatis suæ terrenæ corruptionis absorbuisse primordia. Deficient igitur aduersum ista scrutantes: & per virum doctrinæ Dei eruditum, & in altum humilitatem cordis sui erigentem, hæc diuinæ operationis præconia profertur: ita ut hæc eminentia Dei eorum ipsorum, qui hæc audiant confessione laudetur. Atque ideo ita sequitur:

Persecutati sunt iniquitates, defecerunt seruitutes seruitio. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.

Cognita enim scrutantium defectione, & accedente homine cordis alti: magnificentia diuinæ bonitatis agnoscutur. Quātus autem fiet doctrinæ spiritalis profectus? Nam quis non magnificabit Deum, quem mūdi huius cognouerit conditorem? Quis non metuet, quem iudicem sciet? Quis non renasci in innocētiam volet, cū peccati remissionem sacramentum nouæ nouitatis indulgeat? Quis non à peccato delinat iam renatus, & in innocētia velit paruuli permanere, cum talium sciat regnum esse cœlorum? Hæc professio nostra scrutantium ingenia debilitat: hæc doctrinæ spicula quæ per regeneratorum exordium sagittæ sunt paruulorum, stultas disputationes, & ridicula de Deo dogmata vulnerant. His aduersari profanæ linguæ contradictioni nō potest: ad horum omnium disputationem, & adhortationem nostrarum fidem, & trepidatio abnuentium & metus est audiētium. Annunciatis enim operibus Dei, tunc incipient facta eius intelligi, tunc in his lætabitur iustus, tūc eum omnes recti corde laudabunt. Et hoc ipsum psalmus ita edocet:

Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Sagittæ paruulorum facta sunt plagæ eorum, & nihil habuerunt contra ipsos lingua eorum. Conturbati sunt omnes qui videbāt eos, & timuit omnis homo. Et annuauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

Aduersus vulnerantes sagittas paruulorum loqui aliquid aduersantium lingua non habuit. Et qui videbant paruulos sagittantes, conturbantur & metuunt: cum in se errores istos recognoscut: cum diem iudicij & retributionem actæ vitæ in corpore agnoscut: cum opera Dei audiunt, & facta eius intelligunt. In his est lætitia sanctorum, in his spes firmissima. Ob hæc Deum qui recto corde sunt laudant: scientes esse remissorem peccatorum, mortis peremptorem, & diaboli bellatorem, iudicem seculi, æternitatis largitorē Deum & Dominum nostrum, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Psalmus LXIII. In finem psalmus David.

Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem. Exaudi orationem, ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum prauauerunt super nos, & impietatibus nostris tu propiciaberis. Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in tabernaculis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Exau-

di nos Deus salutaris nos, spes omnium finium terræ, & in mari longe. Præparans montes in virtutes tuas, accinctus potentia: Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. Turbabuntur gentes, & timebunt omnes qui habitant fines à signis tuis: exitus matutini & vespere delectationis. Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumē Dei repletum est aquis: parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius. Riuis eius in ebria, multiplica generationes eius: in stillicidijs eius lætabitur exorients. Benedices coronam anni benignitatis tuæ, & cāpi tui replebuntur vbertate. Pinguescent fines deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouis, & conualles abundabunt frumento: etenim clamabunt & hymnum dicent.

Enarratio psalmi.

Propertū superiore psalmū hic qui subiacet consecutus est. Est autem & ipse, in finem: & congregationem gentium, quæ Dominum laudaturæ sunt nunciat, & ipse huius interpretationes nostræ fidem reddet. In exordio autem eius secundum consuetudinem suam propheta orationem omnem ad Deum dirigit. Omnis enim nobis res atque sermo cum confessione Dei in eundus est. Sed sciens propheta plures pro diuersitate rerum ac studiorum in superuacuis demorari: specialem & proprium Dei à nobis honorem requirit, dicens:

Te decet hymnus Deus in Sion.

Sion mons quidem Hierusalem adiacens est: sed montem hunc eiusque nomen, atque etiam urbis ipsius ecclesiam, quæ corpus est Christi, nuncupatam semper accepimus in psalmis, Domino dicente: Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius. Et ne in regno eum collis huius constitutum arbitraremur: in prophetis, atque etiam in Evangelij dictum est: *Gaudet valde filia Sion, prædica filia Hierusalem. Ecce rex tuus venit tibi.* Et Apostolus: *Ea autem quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra.* Hymnus ergo hic Deo concedet, qui sit in Sion spiritali & ecclesiastico cantico innocens, & Dei laudibus dulcis. Omnia autem superstitionum genera quæ extra religionem Dei sunt condemnat. Plures enim sunt in diuersissimo erroris profundo locati, qui doctrinæ suæ peruersitatem quadam inanis laboris probitate commendent. Cernimus namque nudis philosophos corporibus algere: ipso etiam coniugiorum vsu magistri abstinent: hæretici sicco panis cibo viuunt. Sed qui tandem oculos huius propositi profectus est? Totum hoc inane atque ridiculum est, & cum ipsis superstitionis causis miserabile. Deo ergo vouenda sunt, contemptus corporis, castitatis custodia, ieiunij tolerantia. Atque ideo ait:

Et tibi reddetur votum in Hierusalem.

Vota enim tantum ecclesiasticæ religionis vtilia sunt: quæ cum & dignis Deo cantionibus, & proposito in ecclesia obseruantia studio probantur: tum digni erimus pro quibus Deum sanctus spiritus interpellet. Idem namque per prophetam loquitur, & docet. Ipse autem secundum Apostolum pro nobis inenarrabilibus gemitibus interpellat, atque ideo hic ita dictum est:

Exaudi orationem.

non enim subsequitur, meam: ut dicentis persona

Cur non addatur, mea.

possit intelligi. Licet enim multi tanquam hoc deesset addiderint, non tamen in authenticis extat. Prophetam enim non suo sensu, sed inspiratus hæc loquitur: Exaudi orationem: sequitur ut quorum oratio sit exaudienda demostret, nec longè expectationem nostram differt. Subiecit enim:

Omnis caro ad te veniet.

Humani generis vniuersitatem, scriptura sub carnis nomine designat. In lege scriptum est, & dixit Deus: **Gen. 6.** Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt. Et in eadem: Quoniam corrupti omnis caro viam eius. Et in propheta Dominus: Et fundamentum de spiritu meo super omnem carnem. & in Euangelio: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Huius igitur humani generis orationem exaudiet Deus, quod vanis infelicitum superstitionum doctrinis tenebatur: cum præcepta gentilia omnes eos ad studium impietatis imbuerent, Deum in lignis, & saxis, & metallis prædicando, & mundi opificem, atque animæ nostræ parentem intra inanem materiem collocando. Hinc igitur errorem gentes fatentur, quod eos philosophiæ facundia detinuerit in errore: scientes tandem vetera delicta sua, & antiquæ impietatis crimina Deo propicianda esse per Christum. Ipse enim secundum Apostolum nostra placatio est, ait namque: **Rom. 3.** **I. Ioan. 2.** Quem proposuit Deus placationem per fidem in suo sanguine. Et iterum: Ipse est placatio pro peccatis nostris. Veniet ergo ad eum omnis caro, dicens:

Verba iniquorum prauauerunt super nos, & impietates nostras tu propiciabis.

Sed qui tandem propiciationis effectus est: vel quid proderit errorem gentilem reliquisse, & doctrinam impiam spreuisse? Et id ipsum non dissimulauit, dicens:

Beatus quem elegisti & assumpsisti, ut inhabitet in tabernaculis tuis.

Omnis quidem caro veniet: id est, ex omni hominum genere congregabuntur. Sed beatus est quisquis fuerit electus. Multi enim secundum Euangelium vocati sunt, sed pauci electi. Electi autem sunt nuptiali veste conspicui, puro atque integro nouæ natiuitatis corpore splendidi. Itaque non res indiscreti iudicij electio est: sed ex meriti delectu facta discretio est. Beatus ergo quem elegit Deus. Beatus ob id, quia electione sit dignus. Scire autem nos conuenit, hic beatus in quam rem fuerit electus, scilicet ad id quod sequitur: Inhabitabit in tabernaculis tuis. Omnis perfectio bonorum, inhabitationis cælestis est requie. Multas mansiones Dominus in cælis esse testatur: sed patrem orat, ut Apostoli ubi & ipse sit maneat, dicens: **Ioan. 17.** Pater quos mihi dedisti, volo ut ubi ego sum, ibi & illi sint mecum. Ex plurimis mansionibus, Apostolis suis eam quæ sibi est propria cõmunicat. Scit propheta quanta beatitudo sit in tabernaculis Dei esse, alio loco dicens: Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Sed ob id bonorum cælestium spes adimitur, si non omnes ad cohabitationem Dei eligentur. Plures enim mansiones diuersæ dignitati habitantium præparatur. Sed licet diuersa sit dignitas: differt enim stella stellæ in gloria: tamen quotquot habitationis (variis licet) digni habebuntur, fidei fructu & honorem cælestis gloriæ fortiuntur. Post enim beatitudinem eius, qui ad habitandum in tabernaculis Dei fuerit electus, hoc sequitur:

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum mirabile in æquitate.

A His ergo bonis domus Dei replebimur, quia in tabernaculis Dei beatus habitabit. Et quidem interim bona domus quæ sunt possumus æstimare: ecclesiæ scilicet munera, quæ ei secundum multiplicem fructum Christus indulsit, quia & ipsa secundum Apostolum Dei est: **I. Tim. 3.** Ut scias, inquit, quemadmodum oporteat in domo Dei diuersari, quæ est ecclesia Dei viui: columna, & firmamentum veritatis. Hæc ergo habet tricesimum sexagesimum ceterumque fructum. His ergo bonis domus Dei fides credentium explebitur, quæ interim donorum diuisionibus adornatur, sicut scriptum est: Huic enim datur sermo sapientiæ, alij verò scientiæ, alij fides in eodem spiritu: alij dona sanationum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Verum sunt & alia plena & perfecta domus Dei munera, nequaquam naturis carnalium sensuum æstimanda. Nouit hæc usque ad tertium cælum Apostolus raptus: & prædicat, dicens: **I. Cor. 2.** Quod oculis non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum. His igitur domus Dei bonis replebimur, & meritum percipiendorum horum fructuum docet, dicens: Sanctum est templum tuum mirabile in æquitate. Omnia namque credentium corpora templum Dei esse Apostolus docet, dicens: **I. Cor. 3.** An nescitis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet & hunc Deus. Templum enim Dei sanctum est. Ornandum ergo hoc templum Dei est sanctitate atque iustitia: ut bonis domus Dei repleatur, ut æquitate ac fidei operibus mirabile sit. Domum autem Dei etiam ipsum assumptum à Dei filio hominem intelligere erit promptum, quia in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis: & per naturæ proprietatē in eo pater habitat, bonis eius, id est, virtutis, gloriæ, æternitatis, vnumquemque replendo qui se templum Deo sanctum & mirabile in æquitate seruauerit. Omnium itaque nostrum spes ista est: ut bonis domus Dei repleamur, ut sanctum & mirabile templum illius simus. Beati quidem sunt qui iam à Deo ad habitandum in tabernaculis eius electi sunt. Sed festinare nos in consortium huius beatitudinis congruum est, operationibus id atque orationibus expetentes, ob quod ita sequitur:

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ. & in mari longe.

Non competit hæc oratio Iudæo. Et quanquam hic liber legis sit, prophetia tamen non est gentis vnius. Spes enim hæc omnium finium terræ est: & quacunque se habitabilis mundi huius temperies extendit, omnibus Christus in spe est. Quinetiam interni atque externi maris insulæ in huius nominis virtute requiescunt. Spes enim omnium finium terræ, & in mari longe est. Sed spem oportet non ex inani esse præsumptam: ne magis sit incertorum præsumptio, quam expectatio cognitorum. Itaque, cur in eo spes omnium sit, in consequentibus docet, dicens:

Præparans montes in virtute tua accinctus potentia, qui conturbas profundum maris sonum fluctuum eius.

Ad terrenorum montium naturam sermo iste non pertinet: firmati enim sunt, non præparati. Præparati autem, futuræ operationis est cceptum. Dehinc memoratorum montium præparatio, in accinctu potentie ac virtute est. Terra autem omnis ex nihilo est iussa subsistere, reliquæ ea potentie non eguit accinctu, quæ ex iubedi facilitate peditabat. Vtile est autem cognoscere sicubi in scripturis montium facta est metio.

Ait

Mich. 1. Ait namque propheta: Audite populi omnes, & attendat terra & omnes habitantes in ea. Et erit vobis Dominus Deus in testimonium, Dominus de domo sancta sua. Propter quod ecce Dominus descendet de loco suo, & descendet super excelsum terræ, & conteret montes subtus se, & valles liquefcent tanquam cera à facie ignis propter impietatem Iacob. Hæc omnia propter peccata domus Israel. Et rursus: Et commota est & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt, quoniam iratus est his. Ascendit fumus ab ira eius, & ignis à facie eius exardescet, carbones successi sunt ab eo, inclinavit cælum, & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et in consequentibus: Misit fagittas suas & disperfit eos, & fulgura multiplicauit & conturbauit eos. Et in his quantum lectio docet, descensionem Domini de cælo per prophetam Spiritus sanctus ostendit, motum terræ, montium trepidationem: ob id quia his Dominus iratus sit fumo de ira eius exorto, igne deinceps, de conspectu eius accendendo. In fumo qui ascendit, præteriti temporis res est. In igne autem accendendo, futuri significatio continetur. Dehinc ne quicquam de natura hebeti & immobili dictum existimaretur: hos montes fagittæ missæ dispergunt, & fulgura multiplicata conturbant. In hoc igitur montium nomine omnem supereminentem virtutem intelligi oportet: quæ contra Deum exaltans atque efferens, iræ Dei subdidit. Descendens igitur Deus verbum, assumptum sibi hominem potentia accingens, primum hæc cacumina montium depressit, diaboli scilicet & suorum contumacem excellentiam protulit, quos per hanc primæ obtritionis potestatem, pœniæ æternæ iudicij præparauit. Seruauit autem hanc eandem propheta rationem, dicens: Ascendit fumus ab ira eius, & ignis à conspectu eius ardescet. Fumus enim eos interim arsurus ignis inuoluit, atque od id in præfenti psalmo ita scriptum est: Præparans montes in virtute tua accinctus potentia. Accinctio potentie, ei quod indigebat corpori coaptatur. Non enim virtus accingitur: sed in virtute Dei potentia, homo quem Dominus assumpsit accingitur. Contemplandum autem est, quid præparationem montium subséquatur.

Qui conturbat fundum maris sonum fluctuum eius.

Conturbat non mare, sed maris fundum: neque fluctus eius, sed sonum fluctuum. Mare autem ut propheta sermo edocet, pro seculo nuncupatur, ut ait: Superinducet Dominus macharam terribilem & magnam, super draconem serpentem prauum, & perimet draconem qui in mari est. Et iterum: Mare hoc magnum & latum, ibi requiescet draco quem figurasti ad illudendum ipsum. Vel certe illud absolutius: Veni in altitudinem maris, & tæpelas demersit me. Montes igitur, id est, aduersariæ omnes supereminentesque virtutes pœniæ iudicij præparantur, & maris fundamenta turbantur. In harum enim inimicarum virtutum fiducia seculum consistebat, & hæc in inuisibilibus seculi huius profundis latebant. Sonus autem fluctuum cum fundo maris perturbatur. Turbato enim diabolo, omnia terroris sui ministeria turbantur: & ipse in quo gentes pauebant, aduersantium potestatum sonus trepidat. Recordemur yatum murmura, & inconditos bacchantium fremitus, & nonnunquam cõfuso audientium sensu incertum nescio quid simulacrorum æra sonuisse, omnem denique prophano cerimoniarum cantu mundum resultantem. Nunc verò Domino Christo prædicato silere omnia confutata &

trepida, cum hi templorum & gentium diuinitate fidelium subiiciuntur ad pœnam: cum credentium verbis torquentur, laniantur, vruntur, & inuisibiles nobis atque incomprehensibiles naturæ verbo continetur, puniuntur, abiguntur, cum vates silent, cum muta sunt templa. Per hæc itaque iam iudicio præparatur. Et præparatio ista quid proficit? proficiunt namque: Turbantur gētes, & timebunt. Cernētes scilicet deos suos mutos, & tantum ad impositionem manuum nostrarum pœnæ suæ vocibus ingemiscentes. Sed post turbationem gentium alij timebunt: timorem enim erit illatura turbatio. Nunquid omnes qui & turbabuntur timebunt. Non utique omnes, qui turbabuntur, timebunt. Qui ergo timebunt?

Qui inhabitant fines.

Non subiecit scriptura (ut assolet) fines terræ. Non enim hic de terræ finibus loquebatur: dehinc sermonis ratio non patitur ut ita dictum existimemus. Ait enim: Qui inhabitant fines. Nunquid & gentes quæ intra fines sunt non timebunt? & terrarum tantum extrema Deum mentent, ab eius metu cæteris quæ in medio habentur alienis? Finis autem est non res ipsa, sed rei extimum. Extimum verò est, in quo res ipsa desinit. Qui ergo fines inhabitant? scilicet qui in carne positi, neque in totum adhuc secundum carnem agunt, neque iam omnino finem peccati per desinēdi à peccatis consuetudinem tenent, sed volentes desinere, nec penitus desinentes, & sine etiamnum, id est, quandam proximam defectionem peccati, carne habitantes, nec à carne absunt, nec in totum interna carnis exerceant. Apostolus autem cum in corpore sit, peregrinatur à corpore: Apostolus cum in vita sit, quotidie tamen moritur: viuit autem iam non ipse, viuit verò in eo Christus. Omnes ille fines ambigua voluntatis excessit, etiam extra fines corporis peccatque habitata, peregrinando à corpore dum in corpore est, & quotidie moriendo Deo viuit, & iam non ipse in se viuendo, sed Christus. Cæterum timentium trepidatio ex ambigua habitationis incerto est: dum adhuc habitando fines timent, nondum penitus quod iam habitatum sit transeundo. Et tamen desinendi voluntate in fine iam habitent desinendi. Sed videamus, hi qui fines habitant cur timebunt, & unde illis metus ingruat. Neque id occultum est. Sequitur namque:

Et timebunt qui inhabitant fines à signis tuis.

Metus ergo omnis à signis est. Sed quæ hæc erunt signa?

Exitus matutini & vespere delectationes. Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti locupletari eam. Flumen Dei repletum est aqua, parasti cibum illorum, quantum ita est præparatio tua.

Ab his igitur signis metus ortus est. Est enim magnum in singulis quibusque eorum signum. Nam post præparationes montium in accinctu potentie & conturbationem fundi maris, & sonitus fluctuum eius, progressus ecclesiæ in matutinum, & vespertinorum hymnorum delectationes, maximum misericordiæ Dei signum est. Dies in orationibus Dei inchoatur, dies hymnis Dei clauditur, secundum quod dictum est: Suauis ei sit laudatio mea. Et rursus: Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Succedit igitur ex hoc sequens signum: Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Terra hæc qua vtimur non locupletatur, sed ex fructuum suorum vbertate locupletat. Non ergo in eam

Psal. 105.

sermo conueniet, quæ & locupletandi se caret sensu, & cuius id est vt locupletet officium. Visitauit autem Deus terram, id est, humani generis natiuitatem: eaq; visitata à Deo multiplicatis gratiarum muneribus ditescit, Apostolo dicente: In omnibus ditati estis in ipso, in omni verbo & scientia. His enim bonis replemur, & sine cessatione potandi quotidie bonorū celestium munus haurimus, pleni diuinis copiis atque ebrij. Locupletatio enim ostensa est esse ea quæ superius nuncupabatur ebrietatis, & locupletationis atq; ebrietatis huius fructus est contuendus. Et qui hic tandem sit non tacetur:

Flumē Dei repletum est aqua, parasti cibum illorum, quoniam ita preparatio sua.

Psal. 45. propheta: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.

Ioan. 4. Et ipse Dominus in Euangelij ait: Qui biberit ex aqua quam ego dederō, flumina de ventre eius fluent aquæ uiuæ salientis in vitam æternam. Et iterum: Qui crediderit in me (sicut scriptum est) flumina de ventre eius exient. Hæc autem dicebat de spiritu sancto quæ accepturi erant credentes in eum. Hoc ergo flumen Dei aqua repletur. Spiritus enim sancti muneribus mundamur, & in nos ex illo vitæ fonte fluuius Dei aqua replētus infunditur. Habemus etiam & cibum paratum. Et quis hic cibus est? Ille scilicet à quo ad Dei confortium præparamur: per communionem sancti corporis in communionem deinceps sancti corporis collocadi. Id enim præsens psalmus significat dicens: Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio sua. Quia cibo illo quamuis in præsens saluemur, tamen in posterum præparamur. Seruat autem consuetudinem suam propheta, vt tempora de quibus loquitur distinguat. Superior namque sermo tanquam de præterito fuit: quæ autem adhuc gerenda erant, gerendorum fide & scientia tanquam iam gesta memorauit. Vt autem ea omnia futuri temporis doceret esse, ait:

Communiō corporis Christi.

Riuus eius inebria, multiplica generationes eius: in stillicidijs eius lætabitur cum exorietur.

Omnis hic orantis est sermo, vt ea quæ commemorata sunt Deus expleat deprecantis. Terra autem visitata inebriata est. Et quomodo nunc riuus eius inebriatur? Sed meminisse debemus, quod si quis ex aqua Domini potauerit, flumina de ventre eius effluent. Ergo potatione aquæ opus est vt flumina fluant. Inebriamur autem ipsi, cum spiritu sanctum qui fluuius est nuncupatus accipimus. Dehinc, quia ex nobis diuersi gratiarum riuus emanent, orat propheta vt hos eosdem Dominus inebriet: vt his inebriatis & dono diuini muneris perfusis generationes nostræ multiplicentur, terra scilicet bona secundum Euangelicam comparationem, verbi semen excipiens fructu trigesimo & sexagesimo & centesimo ditescat. Est autem nobis per sacramentum baptismi renatis maximum gaudium: cum quædam in nobis spiritus sancti initia sentimus, cum subeat nos sacramentorum intelligentia, prophetiæ scientia, sermo sapientiæ, spei firmitas, sanationum charismata, & in dæmonia subiecta dominatus. Hæc enim tanquam stillicidia nos penetrat, quæ paulatim cæpta fructu multiplici exuberant. In his ergo stillicidijs cum exorietur terra lætabitur. Sed stillicidia multiplicantur vt riuus sint, riuus autem inebriatur vt flumina sint. Consequens autem est vt omnem expectationem nostram propheta confirmet: & doceat quid montium præparatio, fundi maris turbatio, terræ

visitatio & eius inebriatio, & fluminis plenitudo consummationis habitura sint. Docet itaque in his quæ consequuntur dicens:

Benedices corona anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vberitate. Pinguescent fines deserti, & exultatione colles erigentur. Induri sunt arietes ouium, & conualles abundabunt frumento, et enim clamabunt & hymnum dicent.

Annus benignitatis Dei ex prophetis atque apostolicis doctrinis cognouimus. Dicitur enim ex persona Domini: Spiritus Domini super me, propterea vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Prædicare captiuis remissionem, & cæcis visionem, vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis

annum æterni & beati illius seculi sine dubio declarat. Namque bonitatis Domini hic annus est, quo eunt indefessa illa benignæ retributionis tempora aspicienda. Huius igitur anni Dei benedicet coronam, iucundissimus & suauissimus visitatæ terræ inebriatæque fructus. Hæc enim Christi est, depulsa corporum nostrorum corruptione & precepta mortis potestate, victoria. Hæc corona sanctificatæ terræ nostræ flore benedicta est, Dominus sanctorum suorum chorus atque ambitu gloriosus. Tunc vberitate campi replebuntur, tunc deserti fines pinguescent, tunc colles exultatione accingentur, tunc arietes ouium induentur. Illud enim retributionis est tempus. Sed discrimen prius

retributionis est contuendum. In campis enim quorū in cultura vsus est ea quæ sub lege & cultura Dei fuerint opera, vberitatem consequentur. Vbi autem fines deserti pinguescent, ecclesiæ quæ deserta diu fuit, populus repromissionis bonis opimatur. In collibus vero exultatione accinctis, gloriosæ martiry gaudia nunciatur. Hi enim sunt terris cæteris celsiores. Cum autem arietes ouium induentur, æterna illa & beata patriarcharum & prophetarum & apostolorum (qui duces gregis sancti sunt) vestis ostenditur, de qua ait beatus apostolus Paulus: Oportet enim corruptibile hoc indutere incorruptionem. Et iterum: In quo nolimus dispoliari, sed superindui, vt absorbeat hoc mortale à vita. Hoc ergo indumento arietes ouium induuntur, & gloriosæ immortalitatis habitu vestiuntur. Sed quamquam diuersa retributionum dona monstrata sint, spem tamen præter hæc non exiguam misericordie suæ Deus tribuit, dicens per prophetam:

Et conualles abundabunt frumento.

Humiliores scilicet, sed tamen non impij fidei atque operis homines, fructum vitæ fortientur. Non enim vberitate replebuntur vt campi, neque ex deserto pinguescent, neque exultatione accingentur vt montes, neque tanquam arietes ouium induentur, in quibus omnibus indefinitæ gloriæ munus ostenditur: sed frumento abundabunt, viuendi scilicet substantia non carebunt, quia per infirmitatem fidei humiles sunt, & editis circum se collibus valliu more depressi. Ac ne propheticus sermo hos campos, hæc deserta, hos colles, hos arietes, hæc conualia quæ aspectui nostro subiacent, voce & sensu carentia significare existimaretur, adiecit:

Et enim clamabunt & hymnum dicent.

Dei scilicet laudes ob hæc diuersa retributionum premia indefessis & maximis vocibus concinentes.

In finem canticum Psalms. Psalmus LXXV.

Iubilare Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudationi eius. Dicitur Deo, quæm terribilia sunt opera tua, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Primum ergo iubilandum Deo præmonet, secundo psallendum nomini eius, dehinc gloriam dandam laudationi eius, tum dicendum Deo: Quæm terribilia sunt opera tua: postremò id confitendum, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Sed vt rationem atq; ordinem ita dispositi huius sermonis intelligamus, necessarium est id quod difficultatem affert paucis absolvere. In Latinis codicibus ita legitur:

tuæ

tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo. Diapsalma. Venite & videte opera Dei, terribilis in consilijs super filios hominum. Qui conuertit mare in aridam, in flumine perambulabunt pede: ibi letabimur in ipso qui dominatur in virtute sua in æternum. Oculi eius super gentes respiciunt, qui in iram prouocant non exaltentur in se. Diapsalma. Benedicite gentes Deum nostrum, & obaudite vocem laudis eius. Qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos. Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorsum nostrum: imposuisti homines super capita nostra. Trausimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea. Et locutum est os meum in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso & arietibus, offeram tibi boves cum hircis. Diapsalma. Venite & audite, & narrabo vobis omnes qui timent Deum, quanta fecit anima mea, Ad ipsum ore meo clamaui, & exultauit lingua mea. In iustitiam si conplexi in corde meo, non exaudiet Deus. Propterea exaudiuit Deus, & intendit voci orationis meæ. Benedicte Deus qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam à me.

Verscriptio psalmi à superiore eo distat, quod in se habet canticum psalmi, cum in anteriore psalmus canticum editus sit. Cæterum æqualiter præscribuntur in finem. Itaque secundum illam quam in exordio attulimus de titulo inscriptione rationem, perspicuum est, psalmum hunc ob adeptam per meritum boni operis spiritualis doctrinæ instituta cantari. Quia quando in superscriptione psalmi canticum est, per cognitionem celestium prædicationum gesta boni operis continentur in psalmo. Cum autem canticum psalmi est, ex operationibus obedientia adeptæ, spiritualis scientiæ hymnus ostenditur. Canticum enim vocis officium est, psalmum autem ex coaptatione (quam harmoniam nuncupant) organo comparatur: sitq; ex imparibus ac dissimilibus modis artificis ingenio, apta & consonans & amœna modulatio. Quo exemplo varijs officij nostri & scientiæ ministerijs, gratum Deo opus & sibi consonans comparamus. Et huius quidem intelligentiæ ipsi nobis psalmi autores erunt, quando sit in psalmo canticum per scientiæ & cognitionis doctrinam boni operis prædicatione: in canticum vero psalmi, per gestorum meritum gratulatio adeptæ scientiæ intelligatur. Ob eam igitur causam in psalmo præsentem, spiritus prophetiæ à gratulationis doctrina cepit. Psalmum autem ex persona prophetarum consistere, res ipsa & ratio demonstrat.

Iubilare Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudationi eius. Dicitur Deo: Quæm terribilia sunt opera tua, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Primum ergo iubilandum Deo præmonet, secundo psallendum nomini eius, dehinc gloriam dandam laudationi eius, tum dicendum Deo: Quæm terribilia sunt opera tua: postremò id confitendum, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Sed vt rationem atq; ordinem ita dispositi huius sermonis intelligamus, necessarium est id quod difficultatem affert paucis absolvere. In Latinis codicibus ita legitur:

mus: Iubilare Deo omnis terra, & quantum ad eloqui nostri consuetudinem pertinet, iubilum pastoralis aggressiue vocis sonum nuncupamus: cum in solitudinibus aut respondens, aut requirens per significatiam ductæ in longum, expressæ in immensum sonus vocis auditur. In Græcis vero libris (qui ex Hebræo proximi sunt) non eadem significantia scribitur. Namque ita se habent: ἀλαλέσατε τῷ κυρίῳ πάντα ἡ γῆ, & cū illis ἀλαλέσατε, quem Latine iubilum ponunt, significat vocem exercitus præliantis, aut in concursu proterentis hostem, aut successum victoriæ exultationis voce testantis. Quam rem vbi ita se translationis ratio temperauit, absolutius in psalmo altero intelligimus, cum dicit: Omnes gentes plaudite manibus, iubilare Deo in voce exultationis. Vox autem exultationis differt ab iubilo, sed pro translationis conditione (quia propriè exultantis vocis nuncupatio non reperia est) per id quod iubilum dicitur, vox exultantis ostenditur. Positi igitur in vitæ istius præliis, & in hoc carnis ac sanguinis nostri certamine aduersum diabolum exercitibusque eius armis spiritualibus dimicant, Deo moneamur, in voce exultationis iubilare. Et ne ad inanem hanc terræ molem esset sermo referendus, vniuersitas nostra ex terra in primo Adam parète genitorum sub plurali numero monstratur cum dicitur: Iubilare Deo omnis terra. Simul enim & officium omnium docetur & origo. Terrendus ergo est confessio nostræ fermone omnis prophanus auditor: & aduersum diabolum armatq; eius orationum nostrarum sonitu certandum est, & belli nostri victoria exultationis voce monstranda est. Audiatur orantis populi consistens quis extra ecclesiam vocem, spectet celebres hymnorum sonitus, & inter diuinorum quoque sacramentorum officia responsonem deuotæ confessionis accipiat. Necessè est terreri omnem aduersantem, & bellari aduersum diabolum, vincique resurrectionis fide mortem, tali exultantis vocis nostræ (vt dictum est) iubilo. Sciat hoc Deo placitum esse, hoc spei nostræ testimonium publicas victricisque exultationis nostræ voces personare: quarum propheta non negligens est, loco alio memorans: Circuiui & immolauit in tabernaculo eius hostiam iubilationis. Et ne inanem iubilationis huius doctrinam atque obseruantiam crederemus, alibi protestatur: Beatus populus qui scit iubilationem. Necessarium ergo id fidei nostræ est, in cuius scientia beatitudo est: nam primum in admonitionum ordine propheta disposuit vt iubilet Deo omnis terra, secundo vt psalmum dicat nomini eius. Deo itaque iubilandum est, quia debitum ei à nobis est exultantis vocis officium. Psallendum autem nomini eius est: quia vt per organum psalmus est, ita & corporis nostri, quod animæ & affectionis & negotiorum omnium organum est, artificiosius operibus est placendum. Dignè ergo Dei nomine agendum est, vt in quantum effici licet, dictis Domini obsecundemus dicentes: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum qui in cælis est. Vitæ enim nostræ honestas, ad eius laudem erat referenda cui viuimus. Denique id ipsum ex subiectis docetur. Sequitur enim:

Iubilare Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudationi eius. Dicitur Deo, quæm terribilia sunt opera tua, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Primum ergo iubilandum Deo præmonet, secundo psallendum nomini eius, dehinc gloriam dandam laudationi eius, tum dicendum Deo: Quæm terribilia sunt opera tua: postremò id confitendum, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Sed vt rationem atq; ordinem ita dispositi huius sermonis intelligamus, necessarium est id quod difficultatem affert paucis absolvere. In Latinis codicibus ita legitur:

psal. 46.

psal. 26.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

psal. 88.

laudi eius gloria : si dignè nomini eius , organi , id est , corporis nostri operatione psallamus . Docemur etiã consequentibus monitis ad ordinem obsequelæ prophetalis , spiritu per prophetam ita admonente :

Dicite Deo , quàm terribilia sunt opera tua .

Quis enim non trepidet ad maiestatem eius qui secula instituerit , mundum condiderit , tempora reuolubili vicissitudine cursuque dimensus sit , cœlum astris ornauerit , terram fructibus repluerit , mare obicibus concluderit , hominem ut his aut veretur aut dominaretur , legerit ? Per hæc enim omnia virtutis ac potestatis æternitas noscitur , Apostolo dicente : Quæ enim inuisibilia eius à creatura mundi ipsius facta intellecta aspiciunt , æterna quoque virtus eius & diuinitas . Hæc terribile nomē conditoris efficiunt : & operum dignitas maiestatem eius qui ea sit operatus , ostendit . Horum igitur operum cōditor esse Deus & à nobis prædicandus est , & à cæteris confitendus : non hæc omnia esse dii mentienda sunt . Alij enim fortuito hæc extitisse commemorant , alij æterna mansisse confirmant . Et idcirco mundum ipsum Deum esse contendent : dum aut suapte cum voluitur potestate cōstitit , aut dum initio caret , careat dominantis arbitrio . Alij autē solum cœlum , quia igneum sit : alij aera , quia motu ac natura indissicabili circumferatur : alij aquas , quia indefessæ effluant , Deum nuncupant : plures terræ metalla , robora , scopulos , herbas , deos adorauerūt . Nonnulli deos esse aut putrefactorum corporum ossa , aut deflagrantium rogorum busta mentiuntur : horum omnium conditorem Deum nescientes . Et idcirco talei confessionis nostræ ordinem propheta esse docuit oportere :

Dicite Deo , quàm terribilia sunt opera tua : in multitudi- ne virtutis tuæ mentiuntur tibi inimici tui .

Ex multitudine scilicet virtutum Dei , venerationem falsorum in diis nominum mentientes . Sed quia mentiuntur inimici , quid à cunctis fieri oporteat docetur ita :

Omnis terra adoret te , & psallat tibi : psallam dicat nomini tuo altissime .

Mendacio inimicorum in nuncupatis diis demonstrato , salutis nostræ instituta præbentur : vt terrena omnino origo nostra adoret & psallat altissimo , verum Deum & vniuersorum conditorem relicti impietatum mendacii recognoscens . Sensum diapsalma distinxit . Sermo enim ad Deum cum oratione directus , ad homines nunc refertur : quos tanquam longe à cognitione Dei cōsistentes , propheta ad proximum aduocat , dicens :

Venite & videte opera Dei .

Docuit autem & Apostolus , esse plures longè à Deo positos , quos doctrinæ adhortatio tanquam in vicino collocauerit cum ait : Et cum venisset , euangelizauit pacem vobis qui longè , & pacem his qui propè . Ex lege enim multi tanquam de propè manentes , crediderunt , gentibus longè aduocatis . Prophetica igitur prædicatio omnes ad Dei opera contuenda aduocauit : sed non ea opera quæ cunctorū aspectui subiecta sunt , cœli aeris , terræ ac maris (hæc enim omnes contuentur) sed ea quæ fidelium tantum studiis comperta sunt , quibusque saluti humanæ cum ingenti admirabilium virtutum terrore consultum est , Pharaone impietatis suæ pœnis in exemplum humani timoris cohercito , vt terror damnationis irreligiosorum metu religionem inchoaret , cum in iter mare aruit , & aquæ in aridam conuersæ sunt , cum Iordanem pedi-

Rom. I.

bus populus ingressus est , & ingressuro repromissionis terram Israel fluentis stare iussis , reliquos ad gradiendi securitatem fluiui alueus decucurrit . Ad huius igitur legis & prophetarum Dei opera cōtuenda propheta gentes aduocat , dicens :

Venite et videte opera Dei , terribilis in cōsiliis super filios hominū . Qui conuertit mare in aridam , in flumine transibit pede .

Ipsè enim Deus esse intelligendus est , cuius terribilibus cōsiliis humanæ salutis per hæc opera consultum est : vt opinionem de Deo (quia nemo cœlum cōtuens Deum esse non sentiat) scientia & cognitio talium operum de autore confirmet . Verum hæc quamuis virtutum Dei opera sunt , non tamen spei & salutis satisfaciunt vniuersorum . Populo enim tantum legis , mare in terram demutatam est , eiuque iineri Iordanis aruit . Sed quid hoc ad vniuersæ terræ salutem proficit ? Omnibus enim hoc quod Venite dictum est , competit , quia de vniuersis præscriptum erat . Omnis terra adoret te . Quid ergo mihi ad salutem tanto post genito Iordanis tum arefactus impertit ? Impertit planè . Huius enim primum aquis , peccatorum ablutio Ioanne pœnitentiæ prædicante donata est : & per quæ populo in repromissionis terram iter fuerat , per eum via nobis cœlestis regni & nouæ generationis lauacro possessio æternorum corporum inchoatur , aquis ipsis baptisate Domini consecratis . Ob quod ad id quod dictum erat : Venite & videte opera Domini , quia terribilis in cōsiliis super filios hominum , qui conuertit mare in aridam . In flumine pertransibunt pede : ne ab his quæ antea gesta sunt spei nostræ esset intercisa securitas , cum de futuro transibunt dixisset , ideo subiectum est :

Ibi lætabimur in ipso .

Per has enim Iordanis aquas in illa quæ à prophetis promissa sunt terræ bona gressu abluendorum corporum transitum est atque transitur : & ibi cœlestis sacramenti exordiis lætamur . Cuius lætitiæ & tempus & causam alius propheta testatur , dicens : Lætare desertum sitiens . Exultet desertum & floreat tãquam lilium : & effloreat & exultent deserta Iordanis . Inualefcite manus inualidæ , & genua dissoluta consolamini : modici animi sensu inualefcite : nolite timere . Ecce Deus noster iudicium reddet , ipse veniet & saluabit nos . Tunc aperientur oculi cæcorum , & aures surdorum audient : audietur lingua mutorum . Tunc saliet claudus tanquam ceruus . Hoc ergo illud est , quod significatur : Ibi lætabimur in ipso . Quæ in aduentu Domini & Iordanis baptisate & infirmitatum omnium curatione expleta sunt . Quod autem ibi lætabimur , ad Iordanem pertinet . Ita enim dictum est : In flumine transibunt pede , ibi lætabimur . Quod autem in ipso , quis iste sit in quo lætabimur in ipso , propheta subiecit dicens :

Qui dominabitur in potentia sua in æternum .

Non ambigimus quis iste erit , si dicti huius Evangelici recordemur : Data est mihi potestas in cœlo & in terra . Euntes nunc docete omnes gentes . Et Apostoli dicentis : Propter quod exaltauit eum Deus , & donauit illi nomen quod est super omne nomen , vt in nomine Iesu omne genu flectatur , cœlestium & terrestrium & infernorum , & omnis lingua confiteatur , quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris . Et hæc non de diuinitatis suæ dicta sunt potestate . Illa enim vt semper est dominans , ita & dominabitur semper : sed in æternam gloriam eius assumptæ ex virgine carnis natura transfertur . Iesus enim est eius hominis , qui

Matth. 28. Phil. 2.

qui ex Maria natus est , nuncupatio . Et Iesu nomen quod super omne nomē est donatum . Non enim hic est , vt in cæteris , Iesu Christo , sed Iesu tantum . Ei enim à cœlestibus & terrestribus & infernis adorato , & per omnem linguam in Dei patris gloria esse confesso : æterni regni donatur arbitrium . Sed vt in pluribus , nunc quoque Latinitas nostra non satis propriè significationem dicti Græci elocuta est . Quod enim nobiscum scribitur , Qui dominabitur in virtute sua in æternum , in Græcis ita legitur : τὸς ἀπὸ πάντων ἐν δυνάμει αὐτοῦ , καὶ εἰς αἰῶνας . Quod nobiscum in æternum : id simplex & in omne tempus sine definitionis alicuius proprietate commune est . Quod cum illis τὸς αἰῶνας , id certè designati seculi significationem habet . Vnigenitus enim Dei filius est : regnavit semper , non tamen regnavit semper in corpore . Ergo vbi designati & tanquam demonstrati seculi dominatio , per id quod τὸς αἰῶνας dicitur , virtute verbi ipsius continetur : tempus illud ostenditur , quo glorificato in gloriam Dei corpori , & nomen Dei donatur & regnum . Et huius quidem dominantis seculi tempus absolutè Apostolus docet , dicens : Cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem , & nouissima inimica deuincetur mors : tunc solus in virtute sua seculo dominabitur . Nunc enim quamuis regnet , tamen princeps huius seculi petit , vt modo tritici Apostolos cerneret : & sunt spirituales nequitie in cœlestibus , aduersum quas spiritalibus nos armis beatus Paulus instruxit , aduersus quas militantes nos fidei nostræ angeli , qui secundum Euangelia quotidie in cœlis Deum patrem vident , prosequuntur , & misericordia Dei protegit , atque ob id consequitur :

Oculi eius super gentes respiciunt .

Ab omni enim in peccatis morante , vultus Domini aduersus est . Hoc nanq; indemutabilis Dei significata conuersio est . Non quod tanquam per naturam corporalē se quoque aut auertat aut referat : sed quod par atq; idem æqualiter semper manens , vniuscuiusque auxilio pro meritorum diuersitate aut desit aut addit . Ex persona enim peccatorum ita scriptum est : Auerte faciem tuam à peccatis eorum . Et iterum : Quare auertisti faciem tuam , & factus sum conturbatus . Vbi autem iustorum persona tractatur , hæc dicta sunt : Oculi Domini super iustos , & aures eius in preces eorum . Et iterum : Oculi tui videant æquitates . Et deinceps : Designatum est super nos lumen vultus tui Domine . Ergo incorporalis Deus misericordiæ suæ oculis , & tanquam ministerio famulantium angelorum protegit gentes : & in omnes credentes donum diuinæ miserationis effundit . Hoc Iudei denegant , his operibus Dei infidelis populus cōtradicit , gloriam sibi in Abraham electi generis vsurpans . Et consequentibus istud dictis propheta demonstrat ad id quod dixerat : Oculi eius super gentes respiciunt , connectens illud :

Qui in iram prouocant non exaltentur in se .

Hoc quod in se exaltantur , Dominus in euangeliiis condemnat , dicens : Nolite proferre inter vos , dicentes : Patrem habemus Abraham : potens est enim Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ . Quod autem in iram prouocant , omnifariam prophetæ loquuntur . Esaias : In iracundiam prouocasti sanctum Israel . Ad Ezechiel quoque spiritus loquitur : Fili hominis mitte ego ad domum Israel , qui exacerbauerunt me . Et in psalmis : Exacerbauerunt spiritum eius . Et rursum : Frequenter liberaui eos , ipsi vero me exacerba-

1. Cor. 15.

Psal. 50.

Psal. 73.

Psal. 29.

Psal. 33.

Psal. 16.

Psal. 4.

Matth. 3.

Ezech. 2.

Psal. 105.

uerunt . Omnes ergo operationem & misericordiam Dei in salutem gentium denegantes , in iram prouocant misericordiæ & salutis autorē : quia in se gloriosi & exaltati , iram eius qui solus gloriosus potest effice exacerbant . Interiecto rursum diapsalmate , & sensus & personæ demutationē docet . Nā sub hac significatione frequēter alterū , nonnunquā vtrunq; distinguitur . Superior enim sermo , ex prophetæ persona omnis fuit dicentes : Venite & videte opera Dei , quàm terribilis in cōsiliis super filios hominum . Sequētem verò apostolicum esse oportebat : vt his inuitantibus , istis prædicantibus eadem doctrina Veteris ac Noui testamenti prædicatio cōtineretur . Horum igitur adhortatio refertur ad gentes , cum dicitur :

Benedicite gentes Deum nostrum .

Non ex inani , nostrum , prophetæ sermo subiecit . Non utique illos quos deos perturbatis , heroum nomina , vel elementorum creationes , vel materiem metallorum , sed nostrum : & cum cuius opera recēsentur , qui terribilis in cōsiliis super filios hominū , qui conuertit mare in aridam , qui dominatur in virtute sua in æternum . Hoc enim proprium apostolicæ doctrinæ est Deum ex lege ac prophetis in euangeliis prædicare . Sed in quod consequitur :

Et obaudite vocem laudis eius .

intelligentiam confudit . Nam vox laudis non eius qui laudatur , sed eius qui laudet , auditur . Et quomodo gentes vt vocem laudis obaudiant admonentur ? Verum & hic Latinitas nostra proprietatem dicti in translatione non reddidit . Nam hoc quod nobiscum scribitur , & obaudite vocem laudis eius , à Græcis ita dictum est , καὶ ἀκούετε τὴν φωνὴν τῆς ἀνέκτου αὐτοῦ . Quo verbo id significatur , vt obaudiri posse efficiant vocē laudis eius , quod plenius intelliget qui meminerit Deum in euangeliis dixisse : Quod dico vobis in tenebris , dicite in lumine : & quod in aure auditis , prædicare super tecta . Deus nanq; constanti & publica prædicatione laudandus est , neq; debet in commemorandis virtutibus eius fides nostra trepidare . Sed quæ tādē vox laudis eius audiri efficienda est ? Nempe ea quod credentium animam posuerit in vitam , quod apostolicæ prædicationi & martyrum confessioni constantiam & perseuerantiam largitus sit confidit , quorum discursibus orbem terræ quibusdam quasi pedibus cœlestis regni prædicatio transcurrit . In omnem enim terram exiit sonus eorum . Et alibi spiritalis discursus gloriam clamat spiritus sanctus : Quam speciosi pedes euangelizantium bona , euangelizantium pacem . Hæc ergo vox laudis Dei prædicantium audienda præconio est , propheta testante :

Qui posuit animam meam ad vitam , & non dedit commoueri pedes meos .

Non enim humanarum comminationū terriculis à cursu prædicationis suæ Apostoli deflexi sunt : neque firmitas pedum insistentium à fidei gressu cōmota est , quin semper iudicij & regni æterni Dominum prædicarent . Locutus autem ex vnica persona spiritus prophetiæ rem ipsam non vni tantum nomini competere significat . Nam cum dixisset : Et non dedit commoueri pedes meos , subiecit :

Quonia probasti nos Deus igne nos examinasti , sicut examinatur argentum .

Sermo itaq; cœptus ex vno refert ad plures . Est nāque vnus spiritus , & vna credentiū fides est : & secundū quod in gestis apostolorū est : Erat credentiū anima & corpus vnū . Atq; ita cum ab vno cœptū designatur in plures ,

Matth. 10.

Psal. 18.

Rom. 10.

Act. 4.

vnanimitas docetur in pluribus. Sed quæ tãdem comparationis similitudo est, examinatos eos igni, sicut examinatur argentum? Et (vt arbitror) examinandi argenti illa sola ratio est, vt fordes quæ ex prima terræ materiæ adhæserint decoquantur: & quæ fraudulenter ex alterius metalli natura admixta fuerint purgentur. Deus itaque credentes in se non tanquam fidei eorum ignarus examinat: sed quia etiam secundum Apostolum tentatio probationem affert, examinantur credentes non ad cognitionem Dei, sed ad sui probationem: vt igne purgati & ab admixtione vitiorum carnalium defæcati splendeant examinatæ innocentia claritate. Tentationum autem genera & diuersas martyrum victorias contuentes, scimus quibus modis anima ponatur in vitam, cuius contemptu defæuentibus pœnarum ingeniis, à fidei ingressu & testimonio non mouentur. Alij enim in vinculis carcerum gloriantur, alij cæsi in verberibus gratulantur, alij potestati irreligiosorum defecanda felicitum capitum colla submitunt: plures in extructos rogos currunt, & trepidantibus pœnæ ministris, ignem saltu deuotæ festinationis insiliunt: alij in profundum demergendi non in aquas necaturas, sed in refrigerium æternæ beatitudinis decidunt, toto ipso se corpore Deo hostiam tanquam holocausta præbentes. Percurrit ergo per hæc passionum genera ex persona apostolorum, euangelistarum, martyrum propheticus sermo, dicens:

igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum: Induxisti nos in laqueum.

Id est, in custodiarum cathenas. Posuit tribulationem in dorsum nostrum. Pœnas scilicet verberum, quibus cum apostolis Petrus gaudet, & Paulus exultat.

Imposuit homines super capita nostra. Transiimus per ignem & aquam.

Gloriosas videlicet martyrum mortes commemorat: gladius, ignis, profundus. Sed qui transit per ignem & aquam non his aboletur, sed in aliud per illa transducitur. Et quod transducatur propheta non nescit, dicens: *Et eduxisti nos in refrigerium.*

Huius refrigerij & in loco alio meminit, dicens: *Psal. 114.* Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit mihi. Eripuit animam meam de morte, oculos meos de lachrymis: & pedes meos de lapso. Bene placebo Domino, in regione viuientium. Animam videlicet suam in requiem beatæ illius resurrectionis hortatus: in qua post mortis istius tempus omni humanarum calamitatum labe deterfa, nõ doletur, non fletur, non peccatur, sed viuatur. In huius igitur beatitudinis per ignem & aquam refrigerium, educti sunt. Et ne aut pertranscuntis aquas natatus, aut transfilientis ignem saltus, aut introductio in refrigerium communis alicuius & terreni loci requies significari existimaretur, adiecit:

Introibo in domum tuam in holocaustis.

Holocausta sunt integra hostiarum corpora: quæ quia tota ad ignem sacrificij deferebantur, holocausta sunt nuncupata. Per hæc igitur genera pœnarum, martyres in fidei testimonium corpora sua holocausta vouerunt: vt in Dei domum, id est, in celestis domicilij habitationem consummatis hostiarum suarum sacrificiis introirent. Sed quid tandem in hac corporum suorum oblatione vouerunt? Scilicet vt per hæc martyrij sui exempla gentes ad spem regni æterni erudirent. Qui enim tum Christum prædicabant, non sibi, quibus tum erat cognitus, sed nobis qui futuri

adhuc eramus, vel quibus tum erat incognitus, prædicabant. Quæ eorum prædicatio omnis posteritatis fidem ad martyrij desiderium accendit. Non enim causa alia prædicabant, nisi vt fidei suæ & martyrij exemplo plures martyres erudirent. Quod Paulus docuit, dicens: Ego Paulus vincus Christi Iesu pro vobis gentibus. Atque ob id in huius prædicationis fructu Deo se vota reddere confitentur, dicentes:

Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea. Et elocutum est os meum in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso & arietibus, offeram tibi oues cum hircis.

An ignorat propheta ex persona Dei in Spiritu sancto se locutum: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos? Et: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Et rursum: Quoniam si voluisses sacrificium, distem: vtique holocaustis non delectaberis. Cesset igitur opinionis nostræ error, vt hæc voluisse martyres existimemus. Sed in martyris posterorū reddidit Deo quæ locuti sunt vota, ipsi quidem se primum Deo vouentes, & se ipsos holocausta præbentes: quia in his domum Dei introibunt, in passionum suarum tribulationibus Pauli voce clamantes: Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio, an angustia, an persecutio, aut famas, aut nuditas, aut periculum? Et: Cõfido quod neque mors, neque vita, neque presentia, neque futura poterunt nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Hæc ergo in tribulatione prima beatorum martyrum vota sunt, quæ in tribulationibus suis loquuntur & spondent: tum deinde, vt ex nobis holocausta medullata consumunt. Medullata ob id, quia fides animæ & cordis officium est, resque hæc voluntatis interne est. Cum incenso quoque arietes offeruntur, Quid autem sit incensum, ita hoc eodem psalmodum libro docemur: Fiat oratio mea tanquam incensum in conspectu tuo. In incenso, orationes intelligendas esse significans. Qui verò sub arietum nomine ostenduntur, anterior psalmodus ostendit, cum ait: Induti sunt arietes

Douium: in his enim tanquam in principibus gregum significat sacerdotes, quos doctrinæ apostolicæ eruditio cum orationum odore, (Bonus enim secundum Paulum in Christo odor sumus) ad martyrij studium prosequitur. Non solum autem arietes cum incenso offeruntur, sed etiam boues offeruntur, id est, contumacis naturæ pecora in culturam Dei mitigantur, in hoc martyrium Christi nominis doctrinis apostolicis edomita. In hoc autem quod dicitur, Offeram tibi boues cum hircis: virtutem verbi ex Hebræo in Græcum demutati Latini sermo non tenuit. Nam quod nobiscum est, offeram tibi boues cum hircis: cum illis ita habetur, *ἀνοίστα σοι βόας μετὰ χυρῶν.* Cum Græcis non proprium, sed appellatiuum nomen hircorum est, & eorum maxime qui in ipso hyemis tempore editi sunt, & scriptura hoc in loco tantum *χυρῶν* nuncupauit, cæteris autem locis quos nos hircos dicimus, *αἰετῶν* posuit. Confirmat autem spiritualis intelligentiæ sensum aliorum consonans sibi & consors translatio: qui pro *χυρῶν* *αἰετῶν* transfulerunt. *αἰετῶν* enim significantur, qui ex ipso tempore editi sunt, *χυρῶν* autem quos hyems genuit: vnde & torrentes eodẽ vocabulo Græcitas nuncupat, quos ex nihilo in fluuios hyems auxerit. Ergo cum ait *βόας*, non de pecudibus se loqui propheticus sermo demonstrat, sed in bubus ecclesiæ se homines ostendere: *χυρῶν* autem, eos quos ipsa persecutionis tempestas in martyrij gloriam genuerit. Scimus enim plures

Ephef. 3.

Psal. 49.

Psal. 50.

Rem. 8.

Incensum quid.

Psal. 140.

Solacisf. 111.

Matth. 6.

plures sacramentorum diuinorum ignaros, exemplo martyrum ad martyrium cucurrisse: & extra scientiã fidei, aut viuientis facti fidei præsentis edoctos, ipsam illam consummata in martyrio fidei gloriam consecutos. Qualis fuit ille qui Dominum in ipsa sua damnatione confessus est, dicens: Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum. Qui mox tale martyrij huius à Domino munus accepit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Huius igitur similes apostolicæ doctrinæ eruditio Deo affert: cum hominibus diuturnæ frugiferæque culturæ sub ipsa defæuentis hyemis potestate progenitos. Dicente autem Deo: Quo mihi multitudinem hostiarum vestrarum? plenus sum. Holocausta arietum & adipem agnorum & sanguinem taurorum & hircorum nolo. Quis enim hæc exquisiuit de manibus vestris? superfluum est existimare, in hircis & bubus tanquam perfecta solenniorum vota placuisse. Demutat vt in cæteris interiectio diapalmæ personam atque sensum, doctrinæ tamen ordine dissidens. Postea enim quàm ex persona apostolorum ac euangelistarum, martyrum, prophetarum ostenderat, quibus modis anima eius posita esset in vitam, id est, passionum pœnas atque mortes, per quas in locum beatitudinis transisset reddens in holocaustis Deo vota. Post hunc ergo sermonem, quem omnem ad Deum habuerat, eos nunc quos ad holocaustorum solennia erudierat affatur dicens:

Venite et audite et enarrabo vobis omnes qui timetis Deum. Aduocat non incertus neque ad incerta. Nam qui sint quos aduocat docet: Omnes qui timetis Deum: irreligiosus enim neque adeundi, neque audiendi voluntas est. Dehinc quæ enarraturus sit significat:

Quanta fecit anima mea. Hanc enim posuit in vitam, hanc in refrigerium induxit: hæc in holocaustis domũ Dei introibit. Sed vt hæc animæ fierent, ex causis meruit vt fierent: quibus verò causis meruit, edidit:

Ad ipsum clamavi ore meo. Meruit ergo bona animæ quod ad eum ore clamauit. Sed clamor oris plerunq; mendax est: & non semper verborum sonus affectum mentis enunciat. Sequi ergo clamorem oris debet & sensus, & secutus est. Nã propheta connexuit:

Et exaltavi sub lingua mea. Non in lingua, sed sub lingua: in occultis scilicet lingua, & quodam intra se tacite voluntatis eloquio. Quod id ipsum in euangelis Dominum placuit dicenti: Intra in cubiculum tuum, & claude ostium tuum & ora: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Ergo nunc qui ore clamatus est, exaltatur sub lingua Deus. Sed qui sub lingua exaltatur, omni cordis puritate venerandus est. Nec sufficit non egisse aliquid impium, si mente cogitatur impietas. Ab eo autem qui sub lingua exaltat Deum, hæc impietatis cognitionem abesse oportere propheta docuit, dicens:

Iniquitatem si conspexi in corde meo, non exaudiet Deus. Propterea exaudiuisti me Deus et intēdit voci orationis meæ. Iniquitatem non modo re non effecit, sed nec corde conspexit. Vel verte, Iniquitatem non conspexit in corde, nullum vitium iniquæ suæ voluntatis in corda suo contuens: & ob id dignus audiri. In vitam enim eius anima posita est, pedesque eius non comoti sunt, & in refrigerium inductus est, & domum Dei introiuit, & quæ distinxerit labiis vota persoluit Deo, honoris & gloriæ confessione subnixus, dicens:

Benedictus Deus qui non auouit deprecationem meam.

misericordiam suam à me. Laudem Dei ceptam in exordio psalmi in fine confessus, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

In finem hymnus psalmus cantici David, Deus misereatur nostri & benedicat nos. Psalmus LXVI.

Deus saluus brevis est, & euangelica prædicatione absolutus. Nam & in fine est, & psalmus cantici est: per quod confessio per scientiam gerendorum, & per doctrinam proficiencia gesta cõtatur, & principium eius vnde oportuit sumptum est. Est autem omnis in eo sermo vel prophetarum, vel apostolorum: quorum alij venturũ in corpore vnigenitum Deum, alij venisse docuerunt, sancto Spiritu illuminati, & honore gloriæ cœlestis expleti. Oratio ergo eorum in psalmi exordio esse nõ scenda est.

Deus misereatur nobis & benedicat nos, illuminet vultum suum super nos & misereatur nobis.

Secundum doctrinæ ordinem, primum misericordia Dei poscitur. Ex copia enim bonitatis suæ misericordiã in peccatorum remissionẽ largitur. & peccatorũ remissio non probitatis est meritum, sed spontaneæ indulgentiæ voluntas, ex bonitatis diuinitis ad miserandi munus exuberans. Ergo qui misericors est, vt benedicat oratur. Et benedictionis quidem fructum iam in exordio formati hominis cognouimus, cum talis ad Adam tum adhuc peccati nescium, sermo est: *Crescite & multiplicamini & replete terram, & dominamini eius. Ista quidem quamuis corporaliter tantum dicta plerique arbitrentur, tamen spiritali doctrina eruditus plus de se virtutis præbuerunt. Hæc enim benedictio non creationis tantum corporalem successionum Adæ largita est. Quamuis enim secundæ eius soboles futuræ essent, tamen terram implere non poterant: quæ pro copia hominum, licet habitetur, non tamen adimpletur. Verum terram corporis nostri implere doctrinis spiritalibus voluit, & multiplicari & crescere crescentia Dei. Per Adam enim atque in ipso Adam, qui primus opus Dei fuerat, oportuerat cognitionẽ Dei inchoari: sed eo peccatis coinquinato, benedictionis istius fructũ prophetæ sibi atque apostoli deprecantur. Quem beatus Apostolus consecutus, ita de se gloriatur: Benedictus Deus, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo. Hi ergo crescunt, multiplicantur, replentur, qui in Christo cœlestes sunt: & benedicti sunt, qui spiritali benedictione in cœlestibus benedictur. Et videamus an benedictionis istius fructum præsentis psalmi oratio deprecetur. Post misericordiam enim & benedictionem id sequitur: *Illuminet vultum suum super nos, & misereatur nobis.* Benedictione Dei opus est, vt nos vultus eius illuminet, vt tenebrosa corda nostra cognitionis suæ lumen irradiet, vt maiestatis suæ spiritus lucem obscuritatis intelligentiæ nostræ sensibus tribuat, & gloriari deinceps liceat, dicentes: Designatum est super nos lumen vultus tui Domine. Hanc autem illuminationem vultus sui super nos misericordia ipsius quæ in peccati remissione in nobis est cepta largitur. In quem autem profectum illuminationem vultus Dei super se precentur, sermo consequens docet. Diapalma. *Vt cognoscamus in terra viam tuam, & in omnibus gentibus saluare tuum.* Interiectio diapalmæ, etũ conuersionem personæ artulit, sensum*

Gen. 1.

Ephef. 1.

Psal. 4.

tamen non demutavit. Nunc enim sermo est ad eum qui nunc usque fuerat in votis. Quod autem in Latinis libris ita scribitur, Vt cognoscamus in terra viam tuam, in Græcis ita est, *τὴν γῆν σου ἐν τῇ γῆ, καὶ ἐδὼν ἐκ.* Et cognoscamus, id differt quod sine personæ definitione est *τὴν γῆν σου.* Cognoscamus autem, ipsos eos, qui hæc loquuntur ostendit. Ergo secundum veram illam Græcitas translationem, illuminari se Dei vultu ob id deprecantur: vt cognita fiat in terra Dei via, quæ est doctrina vite religiosa. Per ea enim ad Dei pergitur. Religiosa autem vitæ doctrina Christus est, quam se esse in evangelis ostendit: dicens: Ego sum veritas, via & vita. & rursum: Nemo ad patrem vadit, nisi per me. Et hunc esse viam, ipse ille connexus sibi psalmi sermo testatur. Quæ in terra, id est, vel ex terra ortis, vel terram inhabitantibus cognoscibilis, & nota præstanta est.

10m. 1.4.

Vt cognoscamus in terra viam tuam. In omnibus gentibus salutare tuum.

Iesum salutare tuum, Iesum salutare ac salutare dici, ipse ille proprietatis sermo loquitur. Nam quod nobiscum salutare est, id apud Hebræum Iesus est. Confirmat autem istud angelus ad Ioseph de Maria loquens: Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: quia ipse saluum faciet populum a peccatis eorum. Iesum itaque ostendit angelus idcirco, quia salutaris esset populo, nuncupandum. Tanquam ergo prædicationi se impares esse nisi illuminentur ostendunt: nisi quodam vultu Domini splendore luceant. Sunt enim & ipsi secundum euangelium lumē mundi (Dominus autem ipse lux vera est) à luce illuminati, vt lumen essent Apostoli & propheta. Cæterum superfluum est ideo illuminari se velle vt cognoscant ea, de quibus quasi cognitis prædicabant, hanc autem omnem prophetiam atque apostolicam doctrinam, necesse est confessio populorum & remissionem peccatorum lætitia consequatur. Neque solum peccatorum remissionem: sed quod eum qui peccata remiserit æquitatis futurum iudicem sciant, quod per eum in viam vitæ omnes gentes terram inhabitantes dirigantur, relicto idolorum errore ad cognitionem Dei erudiantur: idcirco hæc sequuntur:

Matth. 1.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes. Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicis populos in æquitate: & gentes in terram dirigis.

Cum confitentur populi, designari videntur ex tribus duodecim vel credentes, vel credituri. Cum confitentur populi omnes, exceptio nulla fit gētium: cum lætantur & exultant gentes, quoniam iudicabit populos in æquitate, & gentes in terram diriget, causa lætitiæ ex spe iudicij æterni, & directarum in viam vitæ gentium prædicatur. Interiectio Diapsalmæ videtur hic nihil innouasse, cum præsertim sub iisdem verbis sensus iteratus sit: Cōfiteatur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Sed cum adicitur:

Confessio gemina.

Terra dedit fructum suum, intelligitur non ex nihilo eorundem verborum facta esse repetitio, si tamen id ipsum sub iisdem verbis significatū intelligere debeamus. Inuenimus confessionem duplici ratione tractandam esse. Vnam confessorum peccatorum, vbi in deserto Iordanis confitebantur peccata sua: esse aliam laudationis Dei, vbi Dominus loquitur ad patrem: Cōfiteor tibi Domine pater cœli & terræ, quoniam abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Prima ergo illa & superior confessio, peccatorum esse credenda est: maximè quæ prædicationi pro-

Matth. 11.

phetica atque apostolica connectitur. Sequens hæc laudationis Dei, intelligenda est populorum deinde omnium, id est, gentium vniuersarum: & ob id, quia terra fructum suum dedit. Sed quærendum est quæ fructum terra dederit, ob quem populi omnes Deum laudent. Causa quidem Deo debita laudationis æterna est, quod corporales hos & nobis necessarios fructus terra suppeditet. Sed terræ non sunt. Aut enim nostri sunt quibus præbentur, aut Dei sunt per quem ministrantur. Requiritur ergo quos fructus terra habuerit & amiserit. Per id autem quod amiserit, ostenditur habuisse. Adæ terram meminimus post peccatum daturum sibi benedictionum honore fuisse spoliatam. Ipsi enim dictum est: Quoniam terra es, & in terram ibis. Ergo quia terra est, hac post peccatum maledictione damnatur: Maledicta terra in operibus tuis, in doloribus edes eam in omnibus diebus vitæ tuæ, spinas & tribulos generabit tibi. Terræ elementum extra crimen fuit: caret ergo maledictione, quod carebat & crimine. Verum hic Adæ terra quæ illecebra cibi erat criminosa, maledicitur. Hæc ergo ab eo omnibus præsentis vitæ mœroribus consumitur, ægritudinum doloribus editur omnibus, in spinis & tribulis vitiorum & cupiditatum aculeis compuncta. Omnis ergo terreno Adæ similis, hos maledictos fructus terræ suæ reddit. Cæterum qui iam cœlesti Adæ configuratur, habet innocentem terræ suæ fructum: primum Dei cognitione locupletem, dehinc castitatis, iustitiæ, misericordiæ operibus gloriosum, veterem hominem cum vitis & concupiscentiis eius exuto. Ob id ergo Deo est reddenda confessio, quod terra fructum suum dederit. Suum: quia eum Adam cum habuisset, amiserat. Dedit ergo quod suum est, id est, fructum, qui ei & in cognitione Dei est exhibitus in ipso illo primum Domino nostro, qui terrenum corpus sumpsit nihil peccans. Ob quæ demonstranda & docenda, rursum benedictionis Dei munus oratur, cum dicitur:

Benedicat nos Deus.
Ac ne de incerto & incognito Deo sperari benedictio existimaretur, adiectum est:

Deus noster.
Patriarcharum scilicet & prophetarum, & apostolis ipsis tãquam successione hereditate iam propriis: in quibus fructum suum dedit terra, continentia & fidei & iustitiæ & misericordiæ. Quinetiam inter ipsos sæuissimarum persecutionum cruciatu atque mortes, ipso iam diuini nominis deuota martyrio. Reperitur deinde benedictionis oratio, cum dicitur:

Benedicat nos Deus.
Non ex nihilo iterantur hæc vota: sed vt per benedictionem Dei augetur doctrina Deum omnes terræ fines timeant. Ait enim:

Et metuant eum omnes fines terræ.
Metuant ergo omnes fines terræ Deum, sed Deum nostrum, sed Deum benedicentem. Non, est minimum officium fidei metus. Nam inter præcipua spiritalium gratiarum dona numeratur, cum dicitur per Esaiam: Et replebit eum spiritus timoris Domini. Et per Salomonem: Initium sapientiæ timor Domini est. Beatus cui prouenerit timere non ex naturæ humanæ trepidatione, sed ex cognitione rationis. Qui enim ex infirmitate in rebus trepidis metuit: hic in secundis rebus rursum ex naturæ vitio insolescit. At qui ex scientia timet, semper timet: neque minus secunda quàm aduersa formidat. Sumit igitur originem sapientia ex timore:

Gen. 3.

Esai. 11. Eccl. 1.

timore: res vitales atque probabiles exequendo, quæ propriæ peculiareque sapientiæ sunt. Hunc ergo Dei timorem omnibus terræ finibus propheta optat: vt nulla gens terram incolens extra metum eius sit, Apostolo voti istius summam explicante, cum dicit: Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Philipp. 2.

In finem ipsi David psalmus Cantici. Psal. LXVII.

Psalm. 117.

Psalmus non à Dauid, sed illi Dauid in finem præscribitur. Deinde non canticum psalmi, sed psalmus est cantici: vt in eo cognitionis & scientiæ prophetica enunciatio doceretur. Est autem ipse totus sacramentis legis euangeliorumque contextus, magnaque & ex præteritis & ex futuris allegoricorum dictorum interpretatione confertus: qui & legis lætæ in se doctrinam contineat, & assumptæ à Domino carnis afferat notionem, & impietatem populi anterioris exprobrat, & futuræ cognitionis nostræ fidem nunciat, & Domini super cœlos complectatur ascensum, & futuri regni eius gloriam comprehendat. Initium autem ex eo sumpsit propheta, in quo salutis nostræ consistit effectus. Cœpit enim ita:

Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, et fugiant odientes eum à facie eius.

Summa votorum est non ex incerto potestatis, sed ex cognitione scientiæque sperantis. Resurrectionis enim nunc in Deo tempus optat: cum de peccato peccatum in carne condemnans, potestates huius mundi ostentui facit, cum fiducia triumphans in semetipso. Venit enim in mundum vincere, & principem mundi cum peccati lege cōfigere: & decretum mortis, peccati remissionem delere. Hanc igitur propheta fugam horum inimicorum eius expectat. Neque enim resurgens ex mortuis occursum eius potuit hæc odientium eum dæmonum turba perferre: cum ad primam apostolicæ fidei vocem post subiectas his spiritalis nequitia potestates excidisse de cœlo satanã modo sit fulguris prædicatum, & princeps mundi in passione sit iudicatus. Sed fugientes à facie Dei, trepidationem suam quidem dum fugiunt ostendunt: eua-dere tamen faciem Dei quamquam fugiant non possunt. Nam & trepidationem earundem nequitiarum spiritualium psalmo anteriore declarat dicens: Misit sagittas suas & dissipauit eos, & fulgura multiplicauit & conturbauit eos. Conturbantur itaque & fugiunt dissipati, verum Dei vultus non effugient potestatem, secundum illud: Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exardescet, carbones successi sunt ab eo. Horum itaque inimicorum fugam, hæc & interitus & iudicij poena cōsequuntur. Et sanè idem nunc qui in anteriore psalmo, prophetie ordo distinguitur, Sequitur enim:

Psalm. 117.

Ibidem.

Sicut defecit fumus, deficiant. Sicut liquefit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Fumus cum emerferit licet globosus & crassus: tamen paulatim ita deficit aboleturque, ne extet. Sicut in conspectu ignis cera sic liquefit, vt non sit: fumo quidem in igne per leuitatem sui tenuitatemque dilapso, cera autem vi & calore ignis absorpta: quia infirmæ ipsa per sese naturæ potioris diripiatur ardore, quem in modum omnis iniquorum potestas à facie Dei, id est, Dei iudicio deliquescit. Et hunc peccatorum à facie Dei interitum necesse est, vt iustorum lætitia consequatur. Nam & continuo subiectum est:

Et in ipsi lætentur lætitia. Etenim iudicij cœlestis & iusta moderatio est: vt peccatores morti deficere, ita & iustos lætitia munerari. Id ipsum autem ad ostendendum iudicij examen est consecutum: *Exultent in conspectu Dei, epulentur in lætitia.* Mundo enim corde, secundum euangelicæ benedictionis merita, conspectu Dei digni sunt. Verū lætari in lætitia significationis est altioris, causam scilicet perfectæ lætitiæ ostendens. Plerique enim in his quæ sibi sunt nocitura lætantur, vt gaudet lasciuus in scortis, vt fur lætatur in furtis: vt vnu quæque pro vitis suis ea quæ exercet oblectat. Verum qui in lætitia lætatur, causam lætitiæ ex ipsius lætitiæ honesta metaliq; veritate suscipit. Et idcirco ait: In lætitia lætetur, qui in conspectu Dei exultabunt: eam veræ exultationis docēs esse lætitiã, quæ conspectus Dei iucunditate perfecta sit. Exultationis autē huius atq; epulantiū gaudia, ex quibus est lætitia iusta, sanctus Moses in diuina illa Deuteronomij cantione ita meminit dicens: Iucundamini cœli simul cum eo, & adorēt eum omnes angeli Dei. Iucundamini gentes cum populo eius, & confortentur omnes filij Dei. Hæc itaq; lætitia lætatur & iusti, cœlesti gaudij vniuersales exultationis diuine societate lætates: ad cuius nos temporis gratulationem sub huius euangelicæ confessione nunc propheta aduocat, dicens:

Cantate Deo, psallite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen est illi, et exultate in conspectu eius.

Adhortatio omnis licet multum ad quædam impulsu & voluntatis nostræ proficiat & mentis, cum aliquid optandum agendumque conciliante casu vel illiciente deducimur: tamen si maximè adhortationis ipsius causa propofita sit, iam ratione animus ac via tãquam certissimo duce nititur, vt nunc propheta nos ad cantandum Deo psallendumque nomini eius hortatus, ne quid forte ambiguitatis relinqueret, cui Deo & cuius nomini psallendum esset ostendit: vt iam non adhortatio adhibita, sed cognitio præcepta in Dei nos exultatione canticum collocaret. Psallendum itaque ei, iterque eius parandum est: qui ascendit super occasum. Occasum autem, vniuersa quæ veniunt in vitam intelliguntur aboleri. Abolitio autem omnium occidentium, secundum humanam communemque opinionem existimatur in morte. Ei ergo psallendum, cuiusque iter nobis est præparandum, omnem qui occasum mortis ascendit: id est, qui occasum omnem occasu ipso non detentus excefferit. Huic autem nomen est Domino: qui se ex forma Dei exinaniens, & formam serui suscipiens, obedientem se vsque ad mortem crucis egit. Propter quod eum exaltauit Deus, nomēque ei super omne nomen donauit, vt in eius nomine genua cœlestia, terrestria flecterēt & inferna: linguaque omnis confiteretur Dominum Iesum esse in gloria Dei patris. Ascendit ergo super occasum, cui nomen est Domino: idque quod occidit vniuersa transgrediens, legem mortis ex mortuis æternus egressus est. Huic itaque iter parandum est, secundum illud: Parate vias Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis collis humiliabitur. Parato itinere in nobis, id est, vitiorum infidelitatisque nostræ vel compressis tumoribus, vel eleuata humilitate terrenæ labis: iturus cum rectis æquitatis vitæque semitis, in corda nostra descendet. In huius itaque conspectu exultabimus, cui iter ex æquitatis & insolentia tumoribus & libidinum voraginibus sit parandum: & in quo nos resurgentes ex mortuis contuebimur. Super occasum enim nostræ mortis ascendit, qui vitam

Psalm. 117.

DIVI HILARII IN

240

nobis ex mortuis in se resurgente quaesuit. Hac illa apostolorum est latitia, cum eum post resurrectione contemplantes contrectantesq; viderunt. Sed hanc sanctorum letitiam, trepidatio eorum quos cum mudo vici insequitur. Id enim ait:

Turbabuntur a facie eius, patris orphanorum & iudicis viduarum.

Causam turbationis hanc docuit, etiam quod pater orphanorum sit iudexque viduarum. A facie enim patris orphanorum viduarumque iudicis fugient, non relinquentis eos orphanos: qui agnoscentes patrem in caelis, diabolo patri renunciauerint, easq; viduas quae legi mortuae sponsum subsequuta sunt iudicantis. Viduam enim quae a lege sit libera, beatus Paulus transire ad nuptias alterius sine adulterij crimine docuit: idq; exemplum omne, ad ecclesiam quae legi sit mortua, Christo postea se sociantem aptauit. Est autem etiam secundum huius seculi fortem sensus apertissimus, vt Deus qui aduocatum nobis a patre aliu dedit, ne orphani essemus in seculo, orbatorum sit pater iudexq; viduarum: quia & desolata a parentibus misereatur infantiae, viduarumque quae in se adqueuerint iudex sit. Iudex autem ideo quia sub nomine viduarum plerumque non viduae sunt: vel deliciae in Christo nubere volunt, vel fallunt humana iudicia. Et quia dignitas nominis in cōseruato proposito sit voluntatis: seruans corda & renes Deus, idcirco sit iudex, quia solus earum mentem sensumque diiudicat. Et quidam haec secundum desolationem conditionis humanae, de orphanis viduisque sint dicta. Ceterum vt ad ecclesiae totius demonstrationem haec ita significata esse possunt intelligi, continuò subiecit:

Deus in loco sancto suo, Deus inhabitare facit vnus moris in domo. Educens vinclos in fortitudine: similiter eos qui exacerbabant, qui inhabitant in sepulchris.

Hic ergo locus Deo sanctus est: vbi sit vidua ex lege, vbi orphanus ex seculo, vbi vnus moris ac voluntatis pacificus vnanimisque conuentus. Erat enim secundum Actus apostolorum credentium anima vna, & cor vnum. Vbi qui vinciti sunt, educuntur in fortitudine. Ligato enim prius intra domum sua forti, eos qui peccatis suis vinciebantur absoluit: vt Abraham filia septem & decem annis ligatam, in libertatem verbo virtutis eduxit. Eduxit etiam eos qui ante exacerbabant, id est, qui transgressione legis iram in se Dei iudicis incitabant: vel aduersum nomen eius gentili eloquio differebant, ad doctrinam diuinæ cognitionis instituit, vt ex persecutore Paulum gentium apostolum doctoremque praefecit. Hos itaq; exacerbantes, inhabitantes ante in sepulchris, id est, intra corporum suorum emortua domicilia cōsepultos, in caelestem vitam spiritalémq; deduxit. Sunt enim multi in viuētibus mortui. Nam & in euangelis mortui non putati non differre docentur a mortuis, Domino dicente: Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Et Apostolus scit quaedam mortuas viuere: id est dum viuunt esse iam mortuas. Sed hos homines de sepulchris Dominus qui in filios Dei regeneratur eduxit. Veru haec qui in nobis Deus super occasum ascendens per virtutem resurrectionis operatus est, idem omnia ad huius spei nostrae praeparatione adumbrata gessit in lege: vt non alius prophetarum, alius euangeliorum Deus possit intelligi. Atq; ideo erga nos quoque paribus haec momenti, quibus ex Aegypto populum eduxit, impleuit. Nam & patres nostri sub nube fuerunt, & in Mose in mari baptizati sunt, & in similitudinem caelestis panis manna e

Math. 8.

caelis decedente saturati sunt, & Christo aquam petra praebente potati sunt: quae quidem in illis salubriter gesta, figuram quoque nostrae in se salutis habuerunt, vt sequens prophetiae fermo declarat dicens:

Deus dum egredieris coram populo tuo, dum transgredieris in desertum terra mota est? Etenim caeli distillauerunt a facie Dei, mons Sina a facie Dei Israel.

Præisse Dominum iter populi sui, dum desertum transgreditur in columna nubis ignisq;, cognouimus: & vsque ad populi terrorem de caelis stillasse manna. Sed cum Superiora omnia quae ecclesiae propria sunt atq; apta memorasset, scilicet cum illa super occasum ascendit Dominus, cum orphanorum pater est, iudexque viduarum, cum in loco sancto suo, id est, in domo congregatos vnus moris, & vinclos in fortitudine, & exacerbantes extrahit e sepulchris: haec tamen coram populo egrediens, & in desertum transiens consummare memoratus est, vt nunc ex praeterito motam esse terram, distillasse caelos, & hoc a facie Dei Israel in Sina refertur effectum. Hoc ideo, vt cum illa quae legem sunt gessit, in his quoque ea quae euangeliorum sunt praeformasse sciretur. Egressus enim coram populo suo desertum transgressus est: & illud videlicet desertum Iordanis: in quo lilia floruerunt, in quo fons aquae vitalis, desolatos & aridos irrigauit. Funiculus naq; ante erat hereditatis Iacob, desertaque gentes elementorum subditae fuerunt potestati. At nunc inspectate eo, qui fuit Dei populus, Deus ad ea quae ante erant desolata transiuit: vt iam irrigata ab eo finiu deserta pinguescerent. Et hic idem est qui manna de caelis dedit populo. Si enim lex disposita est per angelos, panemque angelorum manducauit homo, caelisq; stillasse in Sina scribuntur: profecto ministeriu hoc a caelis, id est ab angelis expletum esse non est dubium. Estq; idem largitor eius qui de caelis est panis, qui in Sina manna fuerat indulturn. Sed transiens ad desertum Deus, id est, ad gentium arida & desolata quondam corda transcendens: felicem illam bonae voluntatis pluuiam segregauit. Segregauit enim ipse ex vtero matris Pauli in apostolum: quia quos praesciuit, hos & praedestinauit. Hanc etiam eloquij predicationisq; pluuiam, & in psalmo Salomon terrae ad spei securitatem nunciavit, dicens: Et descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Et aliquibus nubibus ne super vineam plueret meminimus esse praecceptum. Sanctus quoque Moses quae sub velamento verborum communium ingentia caelestis spei sacramenta condebat, verba sua excipi vt pluuiam imbrēmque cantauit, pluuiam irrigatam deserta & arida & praeparatam Dei hereditatem, atque ideo sequitur:

Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuae, & infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi.

Prouidus enim voluntati Deus, segregauit voluntariam pluuiam perficiendo quae infirmata est, cum iudicium in se mortis habuit Paulus, cum Petrus scadalato crucis motus ter denegat, admonitus ne negaret, cu Apostoli timet, fugiunt, diffidunt. Sed quia in his bonae voluntatis esset affectus, perfecti ita sunt, vt & fundamenta ecclesiarum fierent & columna. Haec ergo hereditati Dei pluuiam segregatur. Quae autem hereditas sit non obscurum est: ea scilicet quae data est postcenti, cum dicitur: Posce a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Gentes itaque, animantium & pecorum ritu non intelligetes. Et ideo cum cura pecorum Deo nulla sit, hereditas illa in hac segregata voluntaria pluuiam ea, in ea

Psal. 71.

Psal. 2.

Math. 5.

Math. 10.

ὁ θεὸς ἰσχυρὸς καὶ δυνατὸς ἐξουσιᾶς, ὁ ἰσχυρὸς καὶ δυνατὸς ἐξουσιᾶς.

τὸ μεταφρῆμα.

in ea habitare monstrantur. Sequitur enim: Animalia ter medios clericos dormiret, id est, vt morte tales consummarentur, optatum est, ad principes ecclesiarum per quos pulchritudo domus consistit, relatum possit intelligi, continuò subiecit: Dum discernit caelestis reges super eam, niue dealbabitur in Selmon: mons Dei, mons vber, mons consecratus, mons pinguis. Dum itaque hos caelestis reges super eam discernit, id est, dum Dominus de caelis descendens, eos qui spolia fuerant, constituit in reges: super eam domum, quae per eos pulcherrima est, vnumquemque disponit in Selmon niue dealbabitur, in pace scilicet, quia Selmon interpretatio pacis est, gloriam aeternitatis accipient. Hic enim Dei mons, in quo pax Dei nominis ipsius est significata virtute, & vbi consecratus & pinguis est. Reges autem eos esse non obscurum est, de quibus dictum est: Iam sine nobis regnatis, & vti nam regnaretis: vt & nos vobiscum conregnemus. Dominus ergo caelestis, quia qualis caelestis, tales & caelestes, hos in Selmon reges super domum suam, per quos diuisis spoliis ornabitur, exalbatos niue disponit in reges. Factus est enim in pace locus eius: & phoenicum, secundum Esaiam, vt nix dealbabitur. Sed reges necesse est penes quos sit domus pulchritudo, vltra candorem niuis praestare. Lux enim mundi sunt: & quisquis dignus erit cum Domino montem regni caelestis ascendere, super niuem dealbabitur. Quia cum se apostolis in habitu quo cum sanctis conregnaturus esset ostendit, vestimenta eius super niuem alba sunt visa. Hic ergo mons & hoc regnum Deo pacis est. Sed plerique sunt qui ecclesiae pacem sub haereticorum consortio mentiantur, dissoluentes noui ac veteris testamenti connexionem sibi coniunctamque rationem: dum plerique alium Euangeliorum, alium Deum legis effingunt, nonnulli vero aduersum vnigeniti Dei naturam nomenque venientes, ex tempore natum solum hominem constitunt, neque ex forma Dei in formam serui esse deductum, sed ex forma serui tantum esse cepisse conungunt. Plures autem non vera diuinitatis Deum, neque ex paternae maiestatis naturaeque proprietate subsistere differunt: sed externa substantiae Deoque diuersae, quae in adoptionem filij electa sit modo creaturarum ex nihilo, quibus nulla origo anterior sit, constitit. Plures etiam in corpus atque ex se protensum permanentemque patrem loquuntur: vt assumptio illa carnis ex virgine filij nomen acceperit, non qui ante erat Dei filius, idem hominis filius sit natus in corpore. Et quidem omnia haec ad speciem humanae prudentiae coaptantur, postquam rationem caelestis sapientiae non comprehenderunt: quibus vt spero, aliis locis vberius copiosiusque responsum est. Quia ergo verae fidei vna haec est fides Deo quae sit placita, & hic aeterni regni mons vnus in pace sit: de suspectis plurimis arguit nos propheta, dicens: Vn quid suspicit montes caesatos? Lac cum corrumpitur densatur: & ex vitio in coaguli caseique speciem concreuit. Nam vtrumque id vnus Graecitatis sermo complectitur. Ergo sicuti ex natura sua lac ipsum vitio accedente degenerat, & quadam sui corruptione coacescit: ita haec genera doctrinarum quae initia cognitionis ex innoxio synicroque lacte deducunt, corrumpuntur in vitia, sicutque corruptione sui coagulata vel caseata ne lac sint. Quod id ipsum loco alio ita meminit: Coagulauit sicut lac cor eorum, ego vero legem tuam meditatus sum: quia consiliis gestisque impietatis cor in se ipsum, cum per infantiae simplicitatem naturam lactis habuisset, X j

1. Cor. 4.

ὁ γὰρ θεὸς καὶ δυνατὸς ἐξουσιᾶς.

Psal. 118.

vitiorum postea corruptione degeneras, in coagulum densatum esset atque concretum. Referendus ergo ab his omnibus & sensus & studium est, neque quisquam alius magis quam hic mons pacis habitandus est. Nam post exprobrationem cascatorum coagulatorumque montium, continuò subiecit: *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare, in eo Dominus habitabit usque in finem.* In eo monte aeternae habitationis sedem Deo ostendens esse complacitam, qui ad sedem pacis esset electus. Sed quia post legis tempora circuncisionisque praescripta sacrificiorumque praeccepta, per Evangelicam confessionis fidem ab his qui gloriantur in lege, id est à carnali Israel, quaedam per nos videtur pacis Dei facta esse mutatio, cognitionisque alterius quam in lege praescripta est introducta confessio, cum nos omnia per Dominum Iesum Christum quaecunque praeccepta sunt lege, in spem evangelicam adumbrata esse doceamus, illis contra Deum patrem secum loquutum, ac legem dedisse iactantibus: respondendum est, hac ipsa psalmi prophetia per angelos potius legem in manu mediatoris esse dispositam, neque à nobis quicquam esse mutatum, sed in his manere quae sola sunt, id est, vnam eandemque; sedem Dei pacis in colere: cum eundem praedicatorum euangelij Dominum Iesum Christum, quem & latorem legis habeamus. Post vnus enim complaciti Deo montis sedem, quam vsque in finem caelestis habitabit, vt sedes haec Evangelicæ pacis praeformata per mediatorem legis intelligeretur in lege, continuò subiecit: *Curvus Dei decem milium multiplex milia laetantium, Dominus in illis in Syna. In sancto ascendit in altum, cepit captiuitatem, dedit dona hominibus, etenim non credentes inhabitare.* Fidem omnem breuia haec quidem verba significant, sed quae virtutibus suis magna & infinita complexa sunt. Hanc autem curvus sine sedis Dei dignitate, haud dissimiliter Daniel propheta descripsit, dicens: Sedes eius flamma ignis ardens, rota eius flumen ingens ducebat ante eum: milia milium feruebant ei, & decies centena milia adstabant ei. Atque in his quidem siue sub specie talis ornatus, siue sub significationis exemplo, nobis in curru opinio & sensus comitatus caelestis affertur: vt sub concordia iugo milibus laetantium obsequelam caelestem intelligamus. Et hoc illa in Syna ardentis facies concludentesque ignes, ingrauescentiaque tonitrua, & totius Domini aduentus terror ostendit: ministeria scilicet angelorum, legem in manu mediatoris disponentium abstitisse. Hic ergo curvus Dei decem milium multiplex est, miliaque laetantium sunt. Et quia mediator Dei hominumque sit Dominus, in cuius manu per angelos, vt dictum est, lata lex fuerit: sequens sermo subiecit: *Dominus in illis in Syna.* In illis scilicet laetantibus milibus, curvusque numero multiplici decem milium: id est, infinitorum intelligentia sub decem milium multiplicatione subiecta. In his itaque Deus in Syna est. Sed ne fortè euangelia non supplementa legis aliquatenus viderentur, qui in illis in Syna est Dominus, hic rursus in sancto ascendit in altum, captiuamque cepit captiuitatem: in eo scilicet sancto, cuius formam ex forma Dei euacuatus accepit. Quod autè sanctus sit, cum plures prophetiae, tum Gabriel angelus ad Mariam testatur, dicens: Et quod ex te nascentur sanctum, vocabitur filius Dei. Et daemones clamant: Scimus quia sis sanctus Dei. In sancto ergo ascendit in altum. Et quid illud sit, ascendere in altum, sub huius ipsius dicti significatione Paulus docuit, dicens: Ascendit autem in altum, quid est, nisi quia &

Dan. 7.

Iuc. 1.
Luc. 4.
Ephes. 4.

descendit in inferiora terrae? Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes caelos. Ascendens ergo in altum, & sese hominem ex mortuis in caelestibus reuehens: accepit eos qui à diabolo erant capti, quos & ad pulchritudinem domus spolia diuisit. Dehinc dona in hominibus accepit, cum primogenitus ex mortuis de se ipse testatur, dicens: Dominus dixit ad me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Accepit ergo dona in hominibus, gentes scilicet in hereditatem: in quibus in sancto in altum primogenitus ex mortuis capta captiuitate descendit. Et quia vltra humanae spei fidem sit, eum terrene carnis corruptione in caelestem gloriam transfuisse, gentesque impias, & ante vitiorum ac superstitionum furore peruersas ad cognitionem Dei confortiumque esse deductas: ob hoc in his dona hominibus accepit, qui se cum Deo habitaturos esse non crederent. Atque ita huius mediatoris ex lege cognitio est: vt qui in laetantium milibus in Syna fuisse, hic idè in sancto rursus in altum captiua captiuitate descendens, donos nos qui secum cohabituros diffidebamus, acciperet. Post hanc itaque contra spei nostrae diffidentiam acceptorum in hominibus donorum hereditate digna haec ad Deum propheta subiecta confessio est: *Dominus Deus benedictus de die in diem, prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.* Benedictus itaque Dominus & Deus est, ascendens in altum, capiens captiuitatem, in hominibus dona percipiens: eos scilicet qui inhabitaturos se esse non crederent. Quotidie autem pro populi credentis accessione, benedictionis multiplicatur augeturque confessio: cum gentiles superstitiones, impietateque de diis fabulae, cum arae daemones, idolorum inania relinquuntur, & iter omnibus ac profectus dirigitur in salutem. Hic igitur salutarium nostrorum Dominus ac Deus est, cuius de die in diem benedictionum significatur aeternitas. In eo autem quod quotidie est continuatur: & semper cum tanta aui protenditur infinitas, quanta & dierum post dies successio consequatur. Cautissimè autè semper propheticus sermo, ne quid per gentiles fabulas, philosophiaeque doctrinam nationem nostram de diuinæ veritatis scientia perturbaret admonuit: quia variae eorum impiissimaeque sententiae, multa de Deo stultè prophanèque complexae sunt. Nos verò ad cognitionem Dei patris & Dei filij instituti, sacramentum sumus veræ caelestisque prudentiae, in eo quod verbum caro factum est, consequuti. Ipsum enim nobis, quod Iudæis scandalum, gentibus verò stultitia est, id est, Dei passio, crux, mors, sepultura siue per rationem diuinæ voluntatis perfecta caelestisque prudentia est, siue per resurrectionis potestatem virtutis aeternitas est. Ad huius igitur nos propheta scientiam Dei, qui nobis & passus, & mortuus est, & resurrexit, & Dominus est, instituit dicens: *Deus noster Deus saluos faciendū & Domini exitus mortis.* Eum nobis Deum intimas, qui cum esset Deus, omnia ad salutis nostrae incrementa suscepit. Et idcirco hic Deus noster est: quia Deus eorum sit, qui sicut salui. Saluos autè nos per id Deus noster efficit, quod exitus sit mortis egressus: id enim his verbis, quæ Latine minus expressè atque absolute translata sunt, continetur. Admonuit enim superius, plerumque interpretes cunctos, dū collocacone ordinèque verborum demutare ac temperate nò audet, minus dilucide proprietatè declarasse dictorum.

Psalm. 2.

Colos. 2.

rum. Veruntamen in his quæ dicta sunt, Deus noster Deus saluos faciendū, & Domini exitus mortis: & salutis nostrae Deus, & exitus eius vltra exitum mortis ostenditur, qui mortis exitus Domini sit. Omnibus enim qui veniunt in vitam, ingressus in mortem est: sed primogenito ex mortuis tanto propior fuit egressus ex morte. Atque ideo proprius exitus mortis est Domini: quia assumpta ab eo carnis haec virtus sit, vt naturæ nostrae corruptionem in gloria caelestem post exitus mortis efferret. Verum suscepta mortis ipsius non fuit occultanda vel causa, vel ratio: & quid nobis vnigenitus Deus ex forma Dei exinanitus, & formam serui assumens afferret auxiliij, oportuit ad fidei nostrae & securitatem, & scientiam reuelari. Et primum quidem non alienum à Dei misericordia & bonitate videri potest, vt vitam omnibus in se ipso restitueret ex mortuis. Nempe qui primum animam nobis ac flatum respirationemque viuendi, cum hominem secundum imaginem sui similitudinemque constituit de thesauris potestatis suae diuinitatisque diffuderit. Secundum Apostolum enim ipsius genus sumus, & secundum eundem omnia ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt: scilicet vt in ipso habitatio nostra atque in colatus ostensa sit sedes, dum omnia immensa virtutis potestate complexus est. Per ipsum verò originis inchoatae opus effectusque monstratur, cum in nobis id ipsum quod sumus operatus sit, ex ipso autem initia vitae ac exordia spiritus indulta notescerent. Non fuit ergo à beneficia diuinæ bonitatis alienum, vt qui ex se ipso nobis, qui eius genus sumus, vitae, ac spiritus elementa tribuisset, in se ipso quoque nobis per vnigenitū Deum aeternitatis nostrae inchoaret exordia verèque nunc & ex se ipso, & per ipsum, & in ipso maneremus: cum in nos in hac ipsa habitatione ac sede mundi huius, qui omnia in omnibus est collocatus, rursus plenius iam atque perfectius in se ac per se ista vel ipsa carnis nostrae societate post exitum mortis iam collocaret aeternos. Haec quidem ad significationem diuinæ bonitatis ita dicta sunt: sed suscipienda ab vnigenito Deo carnis, adeundaeque maioris & per Apostolum, & nunc per prophetam grandior profundiorque ratio tractatur. Ac primum quid in crucis sacramento atque mortis ab vnigenito Deo & Domino maiestatis effectum sit, per Apostolum intelligamus: vt duce eo docti prophetiae scientiam consequamur. Ait enim ita: Et vos cum essetis mortui in peccatis & praepotio corporis vestri, conuiuificauit cum illo donas nobis omnia peccata, delens quod aduersum uos fuit, chirographum in sententiis, quod erat contrarium nobis tollens illud de medio, & affigens illud cruci, spolians se carne, & principatus & potestates ostentui fecit, cum fiducia triumphans eos in semetipso. Sacramentum itaque salutis nostrae primum resurgens ipse ex mortuis, decretumque mortis nostrae quo antè detinebamur absoluens: in se ipso qui ex mortuis aeternus iam maneret, inpleuit. Sed in eo ipso quod nobis vitae auctor in se est, dum per assumptionem corporis homo natus & mortuus, iam rursus aeternus ex mortuis est, omnes quoque inimicos virtutes, mundique potestates, principesque aeris huius ostentui reddidit, id est, vel nostrae spei, vel suae damnationis fecit ostenta: & ipsos quaedam quasi ex diis seculi portenta constituit, his ipsis in se cum fiducia triumphatis: dum & per securitatem aeternitatis mors ipsa in Deo moriente fiducia est, & auctores mortis humanae, cum etiam in se ipso per occupatū à satana cor Iudae auctores sunt mortis, triumphat ex

mortuis: vt neque poenae mortis absissent, cum se vique ad mortis infirmitatem subiecisset aeternus, & omnem poenā humanae mortis exciperet, vt auctores cum in aeternitatis Dominum auctores mortis, per id quod verbum caro factum est, extitissent. Haec quidem ita Apostolus: sed propheta breuius, licet eandem intelligentiam verbis significantibus, eadem ista complexus est. Nam vbi Dominum in exitum mortis ostenderat, subiecit: *Veruntamen conuassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli deambulantiū in delictis suis.* Principatus enim ac potestates in quibus capita inimicorum significantur, fecit ostentui. Haec igitur in mortis exitu cōquassat, quorum spiritalem nequitiam atque naturam, in eo quod capilli verticem perambulant, docet: dum & tanquam dominantes hominum capitibus insistant, & tanquam nequitiae spiritales sine sensu eorum quibus insistant, ipsum illum capilli verticem proculcent: quia & ipsa scilicet corpora vsque ad animae mentisque sedem sine sensu adeundi in intro labantur & penetrent. Aeris enim huius sunt potestates: & ideo capilli verticem per ambulanti, vel insistenti leuitate, vel potestate dominandi, toto in orbe per momenta singula commeantes. Sed haec in delictis suis peragunt, dum vnicique in eo quod delinqunt auctores sunt, secundum illud Apostoli: Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, de peccato cōdemnauit peccatum in carne: cum causam in his exordiumque peccati ex eo ipso quod in carne sua per instinctum prodicionis peccant, id est, de peccato carnis peccatum in carne condemnat. Tenet itaque diuinæ dispensationis ordinem propheticus sermo: & Euangeliorum opera adumbrata esse per legem, ipsis illis legis operibus declarat. Multa enim plerumque per nomium proprietates ita expressa atque absoluta sunt, vt non gerendis in praesens potius quam in futurum significantibus rebus impena sint: vt nunc post tantas ac tam manifestas Euangelicæ spei praedicationes, altius quiddam nobis & vltra aurium sensum affert, subiectus ordo dictorum vel gestorum. *Dixit Dominus ex Basan, conuertar in profundum maris.* Videtur enim hic sermo Domini fuisse: cum ad diuidendum ad iter mare, exeret: damque in Pharaon irā conuersus est. Nunquid ex Basan cōuersum eum esse lex docuit? Nō vtiq; Bero est ciuitas hostilis quondam regni, quae fuit Og regis habitatio: sed interpretatio nominis pudorē cōfusionemque significat. Potest quidē videri, vt ex pudore populi in Aegypto seruietis, cum depressus à Pharaone, ipsam illā cōseruadi educadique generis libertatē perdidisset: in profundū maris, id est, ad liberadi populi sui magnificentia Deus sit cōuersus. Sed qui secundum proximū huic psalmū dixerit: Saluū me fac Deus, quoniam intrauerūt aquae vsq; ad animā meā. Infixus sum in limo profundi, & nō est substantia. Veni in altitudinē maris, & tēpestas demersit me: nō ambigendus est post humani corporis pudorē (quia ipsa illa corporū atque elementorū nostrorū origines sunt pudēda) in hoc mare, id est, in hanc seculi tempestatem esse cōuersus: vt vsq; ad vitimē cōfusionis verecundia subiectus crucis mortis, per eam in se inimicorū capita conuasseret, spirituales scilicet nequitias potestatesque omnes, & principatus aeris huius reddēs ostentui triumpharet: cum eos eternę poenę, postquā ipse & passus & mortuus est, destitueret. Ob id ergo cōuersus in profundū maris intelligendus est, id est, vsq; ad vltimas descēdit seculi passionis: vt conculcans capita inimicorum, vltionem diuinæ potestatis exerceret.

Rom. 8.

Psalm. 68.

Quod id ipsum videtur sequens sermo complecti, cum dicitur: *Et tinguatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.* Diuinæ autem vltionis ira sub humanæ vindictæ significatur exemplo. Ex Basan enim in profundum maris conuersus ob id est, vti pes tinguatur in sanguine: atque ab ipso sanguine qui ex inimicis est, canum quoque lingua tinguatur. Hæc verò accidere solent hominibus bello consumptis, & captiuitate deletis & victorum arbitrio atque vltione punitis. Per humanæ itaque, vt dixi, consuetudinis morem: cum gladius, cum arcus, cum sagitta, cum fra-mea, cum reliqua pœnarum ac mortium arma memorantur, diuinæ seueritatis significantur officia. Et hæc quidem Iudæis post crucem & mortem Domini omnia acciderunt, cum à Romanis capti vniuersa suppliciorum ac miseriarum genera perpessi sunt: vt peremptorum sanguine incedentium pedes tincti sint, & canum lingua satiata sit. Sed id nõ minus ad eorum pœnam damnationemque referendum est, qui ostentui redditi cum fiducia triumphatur. Et quia sub his quæ in Iudæorum populo temporibus legis expleta sunt, vniuersarum serè gentium ad speciem futuræ misericordiae salus est inchoata, vt per id quod tum gestum est, id quoque quod postea gerendū esset, doceretur: cum ipsos illos in quos illa tum gerebantur, & innumbratio nubis, & iter maris, & manna spiritalis cibus, & spiritalis potus ex petra in spe Euangelica fideq; concluderet: nunc quoque vt semper in his ipsis noui ac veteris testamenti per prophetam facta connexio est, cum dicit: *Pisa sunt itinera Dei mei regis, qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuicti psallentibus, in medio iuuenum tympanistrarum. In ecclesiis benedicite Dominum Deū de fontibus Israel. Ibi Benjamin iunior in pauore, principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthalim.* Dei quidem itinera sunt visa: cum coactis in glaciem aquis, præeunte eo in columna ignis & nubis iter populo siccatum est, cum in medio tympanistrarum iuuenes psallentes gloriosè glorificatum Dominum cantauerunt. Sed non minus itinera & aliq; regis, in sancto, cum virtutibus celestibus animiq; sanctorum iter eius præeuntibus in eo qui primæ sabbati psalmus est, cantatur: *Tollite portas principis vestri, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutū ipse est rex gloriæ. Et hæc itaque Dei nostri & regis in sancto itinera sunt visa, cum ingressum eius tanta celestium cœtuum gaudia præeunt. Sed quia quæ antè præformata in Pharao & in Israel fuerant, in diaboli suorumque clade, & populorum omniū salute perfecta sunt: non ad synagogæ confessionem, sed ad ecclesiæ benedictionem nos cohortatur propheta, quibus Dei & regis in sancto itinera essent visa firmare, dicens: *In ecclesiis benedicite Dominum Deum de fontibus Israel.* Ex initiis scilicet legis atque adumbrationum gestorū doctrinam ecclesiæ defluxisse commemoras. Ac ne quid benedictibus ecclesiis ambiguitatis existeret, quis hic maximus Euagelice spei prædicator futurus esset, ostendit dicens: *Ibi Benjamin iunior in pauore, in ecclesiæ scilicet fontibus Benjamin iunior in pauore mansurus: post consternationem enim pauoris in Euangelium Christi de tribu Benjamin Paulus electus est, matutino deuoratas carnes ad vesperum diuidens in salutem. Cæteros quoque principes Iuda ne ignorentur ostendit: id est, qui ab eo qui de Iudæ fructe expectatio gentiū futurus erat, eligendi essent, reuelans: Principes Zabulon, principes Nephthalim. Ex his enim,**

Psal. 29.

vt euangelia declarant, apostolorum est cœpta delectio: hos principes eorum qui in ecclesiis congregarentur ostendens. Nam cum ex omnibus tribubus singulis quibusque populis secundum legem sint principes instituti: nunc tamen vbi euangelicæ dispensationis principes declarabantur, earum tantum tribuum ex quibus vocandi essent, commemorata sunt nomina. Orta enim in finibus Zabulon & Nephthalim luce magna post vmbra mortis: piscatores ex his sunt hominum constituti. Solum ergo id sub prophetiæ significatione ex illa principum vniuersitate memoratum est: quod ad Euangelij confirmationem ipsis rerum effectibus & apostolorum electione esset explendum. Et quia tãtæ expectationis spe detineretur (quia non ambiguum est omnes sanctos & prophetas celestis desiderio Euangelicæ beatitudinis tempus optasse, Domino dicente: *Amen dico vobis, quia multi prophetae & sancti cupierunt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis*) consummari id quod tantopere concupiscit precatur dicens: *Manda Deus virtutis tue confirma. Deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem, tibi afferent reges munerera.*) Distinguit intelligentiæ significationem, ne quid confusum ambiguumque subrepat in eo quod ait: *Manda Deus virtutis tue.* Quod vtique cõtra humanum sensum & vsum naturalis consuetudinis est loquutus. Mandare enim quicquid virtutis suæ aliquid non videtur, quia per eam internæ potestatis insit effectus: & cum omnia virtute fiant, non existimatur virtuti ipsi aliquid mandari solere faciendum. Sed enim Dei virtus Deique sapientia est Dominus Iesus Christus: qui & ponendæ animæ ac refumendæ mandatam accepit à patre. Idcirco non cõtra intelligentiæ cõmunis sensum dictū videtur, quod tamen prophetiæ scientiæ proprietate memoratum est: vt virtuti suæ mandaret Deus, vnigenito scilicet Deo, qui & Dei virtus est. Dehinc quia rerum subitarum in Deum non cadit noua repensque molitio, cuius scientiam non subterfugiant quæ gerenda sunt, quia natura eius vniuersa quæ erunt virtutis suæ potestate complexa est: id nunc confirmari propheta postulat, quod iam sit idem Deus operatus in nobis, secundum illud Apostoli: *Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestibus: in quo & elegit nos ante mundi constitutionem, vti essemus sancti & immaculati in ipso.* Deus itaque qui secundum prophetam fecit quæ ventura sunt, ea quæ iam ante constitutionem mundi per definitionem gerendorum operatus in nobis est, confirmauit in Domino. Et quid illud sit, mox continuat ordo dictionum: *A templo tuo in Hierusalem tibi afferent reges munerera.* Templum in Hierusalem est, in quo hostiarum legitima offerebantur: nunc autem à Templo in Hierusalem à regibus sunt munera offerenda. Quod vtique contra locorum significationem rationemque gestorum est: vt illinc quò inferri magis oporteret, id est de templo, auferenda sint munera. Sed quia est celestis illa nobis mater Hierusalem, & primitiuorum confessorum, & frequentantium cœtus, omnique in Christo renatus Dei templum est, maximè in quo non mors magis sit regnatura, sed vita: & qui ipse rex sit eius, cuius seruus fuerat antè peccati: hostiam seipsum viuam, & rationabilem, & placentem Deo offerens. Tum ergo ab hoc templo, id est, ab hac sancta corporis sui habitatione, in illo conuentu angelorum frequentantium, id est, in illa celesti Hierusalem, qui

Psal. 21.

Psal. 79.

Math. 11.

Rom. 3.

Colos. 1.

1 Cor. 5.

Ephes. 1.

Act. 8.

si qui reges sint, id est, qui peccato vltra non seruiant, offerret se ipsos Deo munus. Quod quia carnalis Israel sibi tantum peculiarem Dei misericordiam usurpat, videtur tanquam soli ei sit proprium defendere mox propheta subiecit: *Increpa feras syluæ, concilium taurorum inter vaccas populorum, vt non excludantur hi, qui probati sunt argenti, dissipantes quæ bellum volunt.* Vacca in Samaria adoratas esse cognitio ex libris est. Principes vero populi istius iam non populi, sed gregum duces esse propheticus sermo est, cum dicitur ex Domini persona: *Tauri pingues obfederunt me. Feras autem syluæ, nequitiarum spiritualium supra verticem capilli in peccatis suis deambulantium significatio intelligenda est, secundum illud: Deuastauit eam aper de sylua, & singularis feræ depastus est eam. Hoc in loco ipsius principis mundi, id est satanæ, & immanitas significatur & virtus. Id ergo nunc poscit propheta, vt videlicet has feras syluarum vel hoc concilium taurorum inter vaccas populorum increpet: ne hi qui probati argenti sunt, excludantur. Probati autem argento hi sunt: qui secundum argentum de peccati & passionum omnium igne decocti, immaculati & sine terrenæ sordis ammixtione iam splendunt. Cum enim propheticus sermo fidem gentium prædicet, populi huius exacerbatis improbam voluntatem sapissime increpet, iamque salus à Deo in omnes, per omnesque sit cognita, idque ex scientia dispositionis Dei notum sit: cum impietate populi exprobrata, sancti quique in spem regni celestis vocantur (non enim Iudæorum Deus tantum est, & non gentium, imò & gentium. Vnus enim Deus est qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.) Postea ergo quam increpatis his, qui principes Sodomorum & populus Gomorrhæorum esse meruerunt: tum ad gentes cognitio Dei scientiæ defluxit, & iam non intra errorem neque contradictionem in scientia detinentur. Increpatis autem syluarum feris, taurorumque conciliis vaccisque populorum: eos qui adhuc perpetuis aduersum gētium spem ad salutem infidelitatis odiis persistunt decertare, condemnat dicens, *Dissipa gentes quæ bellum volunt.* Pacificauit enim omnia Dominus in celo & in terra. Et secundum Apostolum Deus erat in Christo; mundum reconcilians sibi. Earum ergo gentium dissipationem, quæ celestis pacis fœdus abnuant, magisque dissensionum volunt bella, sub diuersarum tamen gentium cõgregatione denunciat. Nam ad conseruationem coniunctionemque totius sensus, increpatis taurorum conciliis, ferisque syluarum, gētibusque bellum volentibus dissipatis, ne quid sibi vltra arrogans Israel impiusque præsumeret, subiecit: *Veniet legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius, Deo regna terræ: cõtate Domino, psallite Domino.* Expleta autem hæc eadem sunt vel Magis ex oriente venientibus, vel tunc cum in apostolos spiritus sanctus diuisi ignis modo venit. Nam illic ad prædicationis Euangelicæ cognitionem etiam ex Ægypto conuenisse scribuntur: quibus magnitudinem diuini muneris tanquam legatis renunciantibus, Ægyptus propè vniuersa est iam fidelis. Æthiopia verò, in Candaces eunucho fidei confessione præuenit manus suas, dum ipse baptismi gratiam sibi postulat, dicens: *Ecce aqua, quis prohibet me baptizari.* Sacramentum ipsum baptismi adeo impatientis desiderij cupiditate præueniens: vt à diacono ministerium apostolici officij salutis suæ cupidus exigeret. Et quia exinde per omnes ferè gentes prædicationis diuinæ cognitionis illuxit: quia*

& omnia regna Dominum Christum Deum intellectura licet sero sunt, & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Iesus in gloria Dei patris sit: consummationem temporis huius exoptat, dicens: *Deo regna terræ: cantate Deo, psallite Domino. Omnes scilicet ad canendum ac Deo psallendum adhortatur: vel quia salute omnium prophetica sollicitudine letatur, vel quia regnis omnibus Deum cognoscētibus regni celestis succedit æternitas. Atq; vt in cæteris solet, nunc quoque cum Deo dominoque cantandum psallendumque esset, ostendit dicens: *Psallite Deo, qui ascendit super cælum cæli ad Orientem, ecce dabit vocem suam vocem virtutis.* Competenter nunc ascendens super cælum cæli ad Orientem Dei honor poscitur: vt quia superius significata humilitas eius fuisset, cum videlicet super occasum ascendit, & exitum mortis egreditur: nunc vbi non cælum, sed cælum cæli transgressus esse noscitur, diuinitatis ac magnificentiæ eius non ignoraretur æternitas. Ad Orientem verò idcirco, quia ipse secundum prophetam Oriens ex alto sit: vt regressus eò vnde descenderat Oriens nosceretur, ipseque sit omnibus in hunc celestis sedis ascensum rursus quator oriundi. Nam id ipsum sequens sermo significat, cum dicitur: *Ecce dabit vocem suam vocem virtutis.* In omnibus quidem quæcunque in corpore manens gessit, virtutis vocem dedit, cum paralytico dicit: *Surge & ambula: cum Lazarum vocat è sepulchro, cum Petro cæterisque apostolis ait: Quæcunque e ligaueritis super terram, ligata erunt & in cælis: & quæcunque solueritis super terram, soluta erunt & in cælis.* Vox planè est ista virtutis, humanæ infirmitati tantum posse concedere. Sed scimus adhuc aliam vocem superesse virtutis, de qua ipse testatus est, dicens: *Amen amen dico vobis, quoniam venit hora, & nunc est, in qua audiet mortui vocem filij Dei, & qui audierint, uiuent.* Nunquid vlla vox potest maior esse virtutis, quàm dissolutorum corporum puluerem in formam cogere, soliditatemque membrorum & vitam rursus in homines animasque renouare, & corruptionem naturæ imbecillis naturæ celestis incorruptione mutare? Hæc humanæ spei vera & perfecta constantia est, hæc diuinæ magnificentiæ bonitas absoluta est, ob quod vniuersos ad honorem huius tantæ virtutis hortatur dicens: *Date honorem Deo: vt percepra immortalitatis laudem ad honorem eius qui tanti nobis muneris parens est, referamus. Dehinc ne quid sibi vel carnalis Israel vel vniuersitas gentium ipsarum ex his pietatis scientiæq; Dei meritis præsumeret, à quibus hic honor Deo reddendus esset, ostendit dicens: *Super Israel magnificentiam eius, & virtus eius in nubibus.* Super eum scilicet Israel magnificentiam futuram esse demonstrans, qui iam ex comparatione nubium spiritalis existeret, vel qui secundum Apostolum rapi obuiam Christo in nubibus mereretur. Et idcirco virtus eius in nubibus est: quia his qui vltra terrenam originem mortalemq; degentes se in sensum celestem & vitam, vt ita dicam, æream extulissent, obuiamque elati in nubibus astitissent, his esset proprium virtute Dei magnificentiaque lætari. Frequenter autem memini his ipsis nubibus tanquam ratione scientiæque perfectis, ne super impiam Israel vineam pluerent, esse præceptum: quia indigni sancto eloquio, quos iam spinæ & tribuli, id est, terrena vitia obfederant extitissent. Namque cum omnibus sit ad nouam resurrectionis originem vocem virtutis vtendum, non vniuersis tamen gloriosus, id**

Math. 9.

Math. 19.

Ioan. 5.

Ioan. 5.

est, resurrectionis honor est preparatus, Domino dicente: Nolite mirari ista, quoniam venit hora in qua omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius: & prodient qui bona gesserunt in resurrectionem vitæ, qui autem iniqua gesserunt in resurrectionem iudicij. Et idcirco super eum Israel magnificentia & virtus Dei est, qui esset in nubibus: quia pro discrimine vitæ innocentis atque impiæ resurrectionis sit, aut in vitam aut in iudicium distincta diuersitas. Deinde id ipsum sequens sermo designat, dicens: *Mirabilis Deus in sanctis suis.* In eis scilicet mirabilis, quos in vitæ resurrectione excitabit æternos. Mirabilis autem est, cum omnem beneuolentiæ suæ in eos conferet voluntatem: cum ipsos intra perfectionem cælestis gloriæ collocabit. Sicuti ad patrem pro his precatus est dicens: Pater, volo ut vbi ego sum; & hi mecum sint. Vel illud: Ut omnes vnum sint, ego in illis, & hi in me. Mirabilis ergo in sanctis Deus est, quos cum conformes gloriæ corporis sui fecerit, per se, qui mediator est, etiam in vnitatem paternæ maiestatis assumet: dum & in eo per naturam pater est, & ille rursum per societatem carnis in nobis est, quos in regnum preparatum illis ante constitutionem mundi obtinendum locauerit, quibus absorpta morte immortalem vitam æternamque reddiderit. Non enim iam incrementis corporum escharumque alimentis, infirmitatumque calibus vitæ humanæ demutatio laborque tolerabitur: sed æternitas cunctis quæ naturæ suæ virtute ipsa se continens, id est, quæ se ipsam alat conferuetque, donabitur: certique omnes fore se sempiternos quod non aliunde iam, id est non extrinsecus contineantur ad vitam, sed ex Deo, per quem resurrexerint, & iam immortales maneant, & æterni. Et ideo hæc humanæ spei sacramenta tali confessionis fide propheta conclusit:

Mirabilis Deus in sanctis suis Deus Israel, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus est.

Dat itaque virtutem plebi suæ & fortitudinem Deus, quæ immortalis effecta, intra vitam virtutemque continetur, dispoliatoque corpore, superinducta sit honore cælesti, ut omni corruptione & infirmitate depulsa, Deum æternitatis suæ laude benedicat, per vni-genitum & primogenitum suum Deum ac Dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

In finem pro his, qui vel immutabuntur, Psalmus ipsi David.

PSALMVS LXVIII.

SALVEM me fac Deus, quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Tertius hic pro his qui immutabuntur est psalmus: qui etsi nihil sub historiæ commemoratione complexus est, vt in quinquagesimo & nono inesse tractauimus, neque vt in quadragesimo quarto aliquid proprium in superscriptione prætulit, vbi: Pro dilecto canticum prænotatur: in eo tamen quod non: Illius David, sed illi David psalmus: In finem præscribitur: in illum potius David qui & oriens & iustus & finis est legis conuenire intelligenda prophetia est. Per id enim non ab illo, sed in illum psalmus docetur esse catarus.

Ioan. 17.

A In his autem qui immutabuntur, Euangelicæ spei fideles significari docuimus: qui aut ex legis obseruatione, aut ex gentis impietate ad cognitionem Dei demutati tanquam renascentes incorruptæ æternitatis candore florent, quod id ipsum psalmi sine tractabitur. Non ambigitur autem psalmus ipse sacramentum passionis Domini continere. Nam præter Ioannem apostolum qui in potatione aceti consiliter consummationem scripturarum testatus est, cum etiã dictum hoc ab eodem sub Apostolorum recordatione præsumptus sit: Zelus domus tuæ comedit me, adimit ambiguitatem, confirmatque omnia ad eum dicta gesta que esse referenda. Vniuersarum itaque humanarum passionum sorte per functus, secundum susceptas infirmitates nostras loquitur: & dolet ipse quidem extra necessitatem & timoris positus & doloris, sed his se tamen quæ suscipit accommodans: vt qui carnis nostræ homo natus esset, ex dolorum nostrorum querelis & infirmitatis precatione loqueretur. Cæpit itaque ita: *Salua me Deus, quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Viuendi omnibus finem mors in cunctos constituta præscribit. Et quid sibi nunc oratio ista vult, quæ se saluari deprecatur, cum lex mortis in omnes sit constituta? Dehinc nunc orandæ salutis hæc causa est, quia intrauerint aquæ vsque ad animam. Introeundi autem aquis ad animam hinc facultas sit, quod infixus sit in limum profundi. Desixi verò in limo profundi nulla substantia sit. Ergo quia nemo nisi quod sperat precatur (sperat autem nemo se mori) talis hæc eius meritò oratio est, quæ moriturus licet, morte non erat obtinendus. Assumpta ergo infirmitas habuit officium deprecandæ salutis, diuinitatis verò conscientia spem tenuit salutis in morte sperandæ. Saluari ergo se orat qui & dixerit: Deus Deus meus quare me dereliquisti? Introeuntibus enim aquis vsque ad animam, subiectus morti crucis fiebat: cum passionum vniuersarum impetus vsque ad mortem animæ prærumperet.

C In aquis autem infestationes populi motusque gentium significari solere non dubium est, cum dicitur: *Torrentem pertransiuit anima mea.* vel illud: *Et pertransiuit anima mea aqua immensam.* Sunt & aquæ arenosam domum subruentes, eamque in casum ruinamque pellentes. Hæc ergo nunc aquæ vsque ad animam intrantes, ad precem eum orandæ salutis coegerunt.

E Verum ineuntium harum passionum, non aliunde quam ex assumptione carnis & virtus est & potestas. Non enim incidere in Deum hic infirmitatum nostrarum terror valebat, aut exerere se nisi in carnem corporis nostri: antequam in subiacente materia potuerant passionem. Porro autem haurienda fuit natura cælestis, vt exinanienti se ex Dei forma in formam serui hominisque decederet. Et ideo vsque ad animam aquæ penetrant: quia substantia ei non sit infixi in limo profundi.

Non vtique substantia ea non erat quæ assumpta habebatur, sed quæ seipsam inaniens haulerat. Nullo autem modo se corruit qui seipsum exinaniuit euacuans: nec tamen id ipsum videbatur extare, quod iam in aliud se euacuando congesserat.

Non est ergo substantia, per id quod infixus est in limo profundi. Primus enim homo de terræ limo: & secundus Adam in huius limi profundum de cælis descendens, seipsum tanquam ex alto veniens defixit. Euacuans ergo se, quippe cui substantia non erat, non iam

Job. 38.

Psal. 68.

Mar. 15.

Ibidem.

Psal. 13.

Ioan. 12.

Ioan. 11.

iam vsque ad carnis, verum etiam vsque ad mortis profunda descendit: & omnis in eum terror deficiens in nos tempestatis incubuit. Cum enim se contra naturæ cælestis terrenæque diuersitatem, in hanc humum potestatis suæ virtute defixit: quia ea quæ natura diffident, ad quandam connexionis suæ soliditatem non generis ipsius propinquitate conueniunt, sed potiore vita qua confixa sociantur: tunc & pati cœpit & mori posse, per occasum mortis in terram ac in inferna descendens. Sequitur enigmata: *Veni in abritudinem maris, & tempestas demersit me.* Imitator ille & dominicæ mortis & temporis Ionas mari merfus cetoque susceptus, non tam in mari se quam in inferno positum testatur. Clamauit in pressura mea ad Deum meum; & exaudivit de ventre inferiorum clamores meos. Et quamuis eum cetus ad speciem infernæ mortis hausisset, ait: Introiit caput meum in scissuram petrarum, descendi terram cuius seræ tenaces & æternæ. Sancto enim Iob post illud vniuersarum passionum gloriosissimum bellum, cum dignus iam esset eloquio diuino scientiæque naturæ, post contracta intra se maris portas, rugientisque eius in maris suæ ventre terrores: rursum quid etiam in mari significaretur Dominus reuelauit, dicens: Venisti autem super fontes abyssi, aut in vestigijs maris ambulasti? Aperiantur autem tibi præ timore portæ mortis? In vestigijs vtique maris, tanquam in profundo vel altitudine maris portas mortis esse significans. Nam cum profunda maris inferiora sint terræ: necesse est in profundo maris, id est, in inferioribus sedem mortis ostendi. Veniens ergo in hoc profundum maris, tempestate demersus est, cuius in anteriori psalmo ita meminit, dicens: *Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt.* Sed & ille, vt dixi, dominicæ mortis imitator, quem ex tenacibus externisque terræ feris immanissimus ille maris istius cetus euomuit, haud dissimilis est. Omnes suspensiones tuæ & fluctus tui super me transibant. Vsque ad mortis igitur veniens profundum, mortis ipsius tempestate demersus est, aduersarumque virtutum depressus procellis est, non tamen coactu eorum qui seipsos diabolo præbituri erant velut ministerij arma peccato: quippe qui & nonnunquam consilia inita mortis suæ exprobrauerit, & stans in templo sæpe clamauerit, & eleuatis ad Deum frequenter oculis intenderit, vt ad vnumquodque diuinitatis suæ opus maximum aspectare intelligeretur ad patrem, ob quod sequitur: *Laboravi clamans, rauca factæ sunt faucibus meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.* Infirmitates nostras suscipiens, portansque peccata, vsu & consuetudine humanæ defatigationis loquutus est. Nempe qui se somno & lassitudini sæpe commiserit, etiam vsque ad sitis & esuritionis necessitatem. Fauces itaque eius raucae sunt, oculique defecti. Causam verò maximi clamoris & intentionis oculorum hanc esse docuit, quia speraret in Deum, vel cum clamat dicens: *Qui credit in me, non in me credit, sed in eum qui me misit: vel cum clamaturus Lazarum voce magna, eleuatis sursum oculis ait: Pater gratias tibi ago quia audisti me. Sed illo vel paterni nominis magnificentiam testante vel humanæ salutis opus moliente: odia in eum multiplicantur incassum.* Sequitur enim: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Conuulserunt qui persequuntur me inimici mei iniuste, quæ non rapui tunc exoluere repetebat.* Numerus odientium vltra capillos capitis est multiplex: siue ob impiorum copiosam multitudinem, siue quia indigni sint Dei cura.

A Tam Apostolorum capillos cum tanta eorum Deo cura esset, scimus esse numeratos: siue quia infidelium numerus vltra numerum sit fidelium. Nam decus capitis in capillis est: & ecclesiæ quæ corpus est Christi, in apostolorum decore omnis ornatus est. Super hos capitis sui decus, odientium est multitudo. Oderunt autem eum gratis, id est, causam odij non habentes: & conualescentes inimici, iniuste sunt persecuti. Nō enim peccatum egerat, nec dolum habuerat: & ideo quæ nō rapuerat, tunc repetebatur exoluere. Cum enim debitor mortis peccati que non esset, tanquam peccati & mortis debitor tenebatur: ab his scilicet qui in eo peccati legem, quæ in membris nostris est, exerebant. De peccato enim condemnauit peccatum in carne. In quo quia magna diuinæ sapientiæ consilium explebat, crucisque mors in Deo stultitia gentibus videbatur, magna que in eo cælestis terrenæque spei expectatio inerat: subiecit. *Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt absconsa. Non confundantur in me, qui expectant te Domine virtutum. Non vereantur super me qui querunt te Deus Israel.* Insipientiæ suæ Deus conficius est, & delicta sua abscondita ab eo nō sunt. Pœnas scilicet insipientiæ & delictorum quas non rapuerat repetebatur exoluere. Vsque ad crucis autem stultitiæ, id est, quia stultum sit gentibus peccata nostra sic suscipi, vt peccator & stultus gratis iniusteque vexatur. Sed quia stultitiam atque delicta propter sapientiam nostram vitamque susceperat, vt & principem seculi iudicaret, & de peccato condemnaret in carne peccatum, cum in se, in carne scilicet corporis sui in qua nihil inueniri poterat peccati, secundum quod ait: *Ecce veniet princeps mundi & non inueniet in me.* quicquam: veniens hic mundi princeps nihilque inueniens, peccati tamen pœnam, id est, ius mortis exercuit, per quod humanæ mortis auctor, quia in auctorem vitæ peccati nescium mortem molitus sit, iudicatur. Et hæc sanctorum expectatio fuit, vt omnis caro redimeretur in Christo: vt in eo æternæ resurrectionis primitiæ existerent.

Non confundi in se eos rogat qui expectent Dominum, neque quærentes Deum Israel super se vereri aut pudere: quia suscipiendæ ab eo carnis tempus desideratum sit, secundum illud: *Multi prophetae & iusti cupierunt videre quæ vos videtis, & audire quæ auditis vos. Ne quid ergo in se imbecillum infirmumque maneat deprecatur: ne spem expectantium infirmitas corporis carnisque confundat.* Per eum enim & in eo expectatio nobis omnis ad Deum est. Veniens ergo in corpus, ne in se sanctorum spes confundatur orat.

Quod autem infirmitates nostras ad salutem generis humani ex paterna voluntate susceperit, quia non voluntatem suam facturus venerit, sed voluntatem eius qui se miserit patris, nunc quoque per subiecta declarat: *Quoniam propter te sustinui improprium, operuit reuerentia faciem meam. Alienus factus sum fratribus meis, & hospes filijs matris meæ. Quoniam zelus domus tue comedit me.*

Non fuit ergo in vnigenito Deo naturalis infirmitas, sed assumpta: quia propter Deum hæc impropria susceperit passionum. Quanquam ne in naturis quidem hominum inesse necessitas aliqua peccati, sed ex appetitu voluntatis oblectationeq; vitiatorum peccati vsus arripitur. Et ideo Dominus nō se rapuisse, quæ vt solueret repetebatur ostendit, quia ea quæ contra naturam sint desiderata rapiantur, soluturis omnibus quadrantibus

nouissimum talium debitorum: & ob hoc orationis dominicæ præscripto, remitti nobis debita deprecamur. Sustinuit ergo improprium propter Deum, dū alienum à natura sua corpus assumit: dum qui secundum Apostolum peccatum nesciuit, pater facit esse peccatum: dum fit obediens vsque ad mortem crucis: dum ipse exprobratur quòd cæteros saluans se ipse nō saluet: dum contumelias sputorum alaparumque perpetitur. Hoc igitur pudore coopertus ob Deum, fit alienus à fratribus suis, & filijs matris suæ hospes efficitur, à vitijs scilicet eorum qui sibi secundum carnem consanguinei habebatur alienus: dum numulariorū mensas templum ingressus euerit: dum nundinas ouium ac boum prohibet: dum vendētibz columbas cur domum patris sui domum fecerint negotiationis exprobrat. Zelo enim domus Dei peruasus hæc egit. Est autem hæc amoris pij indignatio: vt eorum quos diligimus contumelias tanquam zelo effluente moueamur. Hoc enim pollutæ domus zelo, vt Euangelium (sicut superius docui) testatū est, turbam omnē ementium ac vendentium templum ingressus eiecit. Zelo autem Dei etiam vsque ad mortis seueritatē, & finem placuisse, laudabile est. Per hanc igitur exprobratarū his cupiditatum indignationem, omnium in eum maledictorum congesta contumelia sunt. Quæcunque autem in impios dirigi solent, hæc in eū opprobria sunt relata: cum blasphemus, cum Samaritanus, cum Beelzebub, cum dæmonium habens dicitur. Id enim subiicit: *Et opprobria exprobrantium te ceciderunt super me.* Blasphemiam opprobrium, ei potius qui Deo contumeliam exprobrat ingeritur: sicuti dæmonij infamia, ei magis qui à Deo sit alienus est propria. Quæ cū omnia ei exprobrata sint propter domus Dei zelum, eorū qui Deum exprobrant super eum opprobria congeruntur. Et huius dicti ad Romanos Apostolus scribens, sub huius significationis meminit intelligentia. Ipsa enim ieiunij continentia recidit in opprobrium, cum à diabolo tentatur, cum in templi pinnaçula locatur, cum supra montem fertur, cum postremo ad adorandum satanam totius mundi ambitione tentatur. Flet interdum & ingemiscit, & tristis est: & id ipsum ad infirmitatis tribuitur exemplum. Omni denique generi hominum & obrectatio efficitur & anticum. Ipsi enim, qui in portis orandi victus causa sedebant, obloquuntur & detrahunt, & in eo ebrii psallunt. Hæc autem omnia vel secundum gestorum fidem, vel secundum humanæ cōsuetudinis modum in se ita gesta esse conqueritur. *Et operis in ieiunio animam meam, factum est mihi in opprobrium. Et posui vestimentum meū sacco, & factus sum illis in parabolam. Aduersum me detrahebant qui sedebant in porta, & in me psallebant qui habebant vinum.* Fuit itaque ieiunium ei in opprobrium: quia per esuriendi opprobrium vsque ad adorandi satanæ contumeliam tentatus est. Vestis autem de sacco, habitus est luctus. Luctus verò omnis affectus, in fletu est. Et cum Lazarus excitaturus lachrymar, infidelitatem humani generis lugebat: in habitu enim luctus, flendi significatur effectus. Quòd autem non Lazarū, cuius & morte lætatur, quem & ex mortuis excitaturus erat fleuerit: omnis ipse euangelij sermo declarat. Sed cum resurrectionis fidem nullam futuram, in ipso resurrectionis opere fleuisset: fletus eius in parabolam profectus, vt documentum amoris sui in Lazarū flendo dictus sit præbuisse: & plerisque hodie, quia fleuerit, arguatur infirmus. In ebrijs autem psallentibus, & his qui in porta sederent detrahentibus: omnium etiam

infimorum, in eum contumelia per hanc consuetudinem vulgi docentur. Ad eum autem nullum genus hominum de eo tacuisse manifestum est, vt Cleophas ei qui tanquam rerum ignarus causam sermonis interrogaret, respondiisse ita scribatur: *Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in ea in diebus his?* Stupor enim est de ignorantie vnus, in cognitione vniuersorum. Sed inter has omnia de se & obrectationes & contumelias, humanæ salutis sacramenta peragebat: & salutem à Deo homini queffit assumpserat deprecatur. Id enim sequitur: *Ego verò orationem meam ad te Domine, tempus beneplaciti Deus. In multitudine misericordiarum tuarum exaudi me, in veritate salutis tuæ. Eripe me de luto vt non hæream, & de profundo aquarum. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque contineat puteus super me os suum.* Cæteris in cōtumelias & opprobria eius intentis, ipse oratione sua totus ad Deum est: susceptas quidem infirmitates nostras in se habens, sed in his quibus afficitur celestis erga nos misericordiarum munus exequitur. Neque inuitus hæc sumens, in multitudine misericordie, beneplacitum Deo esse tempus ostendit. In hoc ergo beneplacito tempore rogat: quia non ignorat hæc patris de se prophetiam etiam ab apostolo Paulo recognitam: *Tempore accepto exaudiui te. Omnia quidē Deo pro magnificentia operum, intelligenda sunt placere quæ gesta sunt: & cum in Genesi scribitur, Et vidit Deus quia bona sunt, vitium nullum in rerū relinquatur creaturis. Tametsi quædā humani ingenij corrupta nequitij sunt, vt ex remedijs venena, vt ex ferro ensis, vt ex igni conflagratio, vt ex cibis cruditas, vt ebrietas ex vino: vt postremo partes ipse & membra corporum ad naturales vtique vsus vtilisque formata, vitiorum se ac criminum ministeria præbuerunt. Et cum Deo cuncta sint placita, beneplacitum tamen tempus hoc est, quo vnigenitus Deus in sanguine corporis nostri, tanquam inimica ac dissidentia reconciliaturus omnia in cœlis & in terra Deo esset: cū multiformis illa Dei sapientia alijs occulta temporibus, nullisque principibus ac magistratibus seculi cognita, ad laudem claritatis Dei esset reuelanda: cum coheredes & concorporales & comparticipes Christo gentes fierent: cum in eo omnes aduersæ Deo virtutes dehonestarentur: cum mors postquam in Deo esset grafata desineret: cum lex peccati, quæ in carne nostra est tolleretur: cum reuelationem filiorum Dei congregans omnis creatura speraret: cum in passionē vnigeniti Dei omnium ante constitutionem mundi causarum & originum consummaretur effectus: principem seculi iudicando, hominem ex peccati lege redimendo: creaturis corruptionis vanitate cui seruierant liberandis: nequitijis spiritalibus Domini morte damnandis: Deo in omnibus & per omnes æternitatis munere immortalitatis nostræ claritate laudando. Omnia autem hæc virtus resurrectionis impleuit: & per primitias ex mortuis ab hominum genere morte depulsa, in autores mortis, æternæ mortis pœna decreta est. In se enim ipso principatus & potestates dehonestatas cū fiducia triumphauit. Et ideo post beneplaciti temporis significationem, omnis tribuendæ veræ salutis oratio est: vt ea ipsa salutis veritas intelligeretur, quæ ex resurrectione speratur. Dehinc qui infixus esset in limo profundi, vt luto non inhæreret rogaret, secundū illud: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionē. Qui enim de terra est, & in terram ex aqua acceptus est,**

est, reuertetur: luto & limo quo infixus est inhærebit, naturæ suæ, id est, corporis origine dissolutus. Liberari etiam ex odientibus se deprecatur, & de profundo aquarum: quia vsque ad animam suam, id est, vsque ad passionem infectantium odia proruperant. Venies quoque in altitudine maris, ac tempestate demersus, nunc ne demergatur orat: vt superius assumptæ infirmitatis nostræ professio sit, cum se demersum esse profiteretur: nunc verò consciæ suæ salutis fiducia, cum ne se aquæ tempestas demergat precatur. Nam eiusdem naturæ non est, & demersam iam esse, & ne demergatur orare: sed eius quæ per corpus licet mersa, non tamen sit detinenda per spiritum. Et ideo nunc ne absorbeatur profundo, neque super se puteus os suū claudat, precatur. In puteo enim infernæ mortis sedem significari, & psalmus alius testis est, cum dicitur: *Tu verò Domine deduces eos in puteum interitus: demersum hoc profundumque puteorum in inferna terræ significari demonstrans. Ne contineat ergo super eum puteus os suū postulat. Impossibile enim est Deū vite, portis inferni detineri. Ac ne in eo quòd mortem nostræ infirmitatis assumpsit, secundum humanam necessitatē aliquid ei ex mortis acerbitate hæret, ideo subiicit: *Exaudi me Domine, quoniam suavis est mihi misericordia tua: secundum multitudinem misericordiarum tuarum conspicue in me.* Hoc enim in multitudine misericordiarum beneplacitum est tempus, cum in se vniuersorum hominum vitam Deus miserans, vt miserator Deus vitam esset largiturus ex mortuis: sed qui suauem hanc sibi esse Dei misericordiam testabatur, susceptæ tamē infirmitatis nostræ sollicitudinem non relaxat, dicens: *Ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende anima mea & libera eam: propter inimicos meos eripe me.* Omnia vt homo patitur & loquitur. Nam ex susceptione carnis & puer est, secundum illud: *Ecce puer meus quē elegi, dilectus meus in quo complacuit animæ meæ. Et citum auxiliium tribulationi suæ orat, & intendi in animam suam rogat: vt per id quod in eam intendit Deus, digna sit liberari. Et hæc quidem, vt homo noster obediens vsque ad mortem crucis precatur. Sed cum eripi se propter inimicos suos rogat, consuetudinem humanæ & spei & mortis excedit. Nemo enim saluus alia magis quàm salutis suæ causa vult esse: & à malis quis eripi se ob id necesse est, ne malis afficiatur optabit. At verò nunc eripi se nō sua causa, sed propter inimicos suos, ex his quibus afficitur deposcit: quia hi inimici dehonestandi in se patiente, & triumphandi cum fiducia in se ex mortuis resurgente mox essent. Denique nihil se sua causa agere ac pati consequentibus docet dicens: *Tu enim scis improprium & confusum & verecundiam meam. In conspectu tuo sunt omnes tribulantes me. Improprium expectauit cor meum & miseriam.* Superior nō dispar professio est, cum dicit: *Deus tu scis insipientiā meā, & delicta mea à te non sunt absconsa.* Contra humanæ enim opinionis errorem, soli Deo assumpta magis hæc ab eo in firmitas, quàm naturalis esse, erat nota. Et quia propter inimicos suos hæc perpetiendi sibi fuerant, per quæ humanæ salutis atque æternitati constulabat: huius beneplaciti temporis testatur affectum, dicens: *Improprium expectauit cor meum & miseriam: desideratas sibi esse huius temporis significans passiones, secundum illud diuinæ communionis sacramentum, Desiderio cupiui hoc manducare: quia in his passionis suæ desiderijs beneplaciti temporis consistebat effectus. Sed pati ad profectum nostræ salutis***

expectas, alterius quoque expectationis desiderio detentus est. Sequitur enim: *Et sustinui commarentem, & non fui: & consolantem, & non inueni.* Commarentis & consolantis non solatium, sed fidem quærit: vt si quis veniens ex lege, & harum omnium passionū intelligens prophetiam, secum tanquam in consummatione ipsius legis adlisteret, vt postea Paulus adimplet passiones Iesu Christi, & sepultus in baptismo, Christum finem esse scit legis. Nam ad consummationem humanarum passionum prophetiarumque doctorum: qui gestorū futurus finis erat, idem est & querelatum. Id enim sequitur: *Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Hæc enim ita vt scripta leguntur, expleta sunt. Nam & fel ingestum ei, & aceto potatum euāgelia testantur. Oblatū quidem secundum Matthæum fel reuēns: sed secundum Iohannem, vt acetum potaret sitiuit. Locus autem ipse his verbis est dictus: *Post hæc Iesus sciens, quoniam omnia consummata sunt, vt impleretur scriptura, ait: Sitio, & erat concha posita aceto plena. Spongiam igitur plenam aceto hyssopo admiscentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Venerat ad oues perditas domus Israel, & expectans consolantem commarentemque nō habuit: non quòd consolatione eguit volens pati atque mori: sed qui secum super totius populi impietate mœreret, & qui seipsum ipsa mœrentis secum salute consolaretur, vt omnibus tunc scelere perfunctis solatium in his saltem qui salui fierent acciperet, secundū illud, *Et in seruis suis consolabitur: quia non credēte Israel, gentes in eum essent credituræ. Verū propheticè nō fuisse scribitur, sed vt implerentur omnia, sitisse se dixit: quia cunctæ nostræ quæ in eo fuerunt infirmitates, non naturales sunt, sed assumptæ. Dehinc vt fatifecisse scripturæ prophetice nosceretur, potato aceto omnia consummata esse testatus est: vt plenitudo legis & prophetarum, qui legem & prophetas consummabat, existeret. Iam verò quia intra consummationē oblatis fellis & potandi aceti, consummanda quoque erat passionis toti⁹ prophetia: ad ea quæ postea impietatem tanti facinoris consecuta sunt sermo se retulit, dicens: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: & in captiōnem, & in retributionem, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum in perpetuo incuru.* Esse mensam sacrificiorum, vt de lege quæ in se futuri est speciem complexa taceamus, Apostolus testatus est, dicens: *Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorū. Sed esse mensam scientiæ, cum nonnullis locis cognitum sit, tum etiam in his ipsis dictis id intelligi oportere, idem beatus Apostolus ad Romanos scribens interpretes est: cum eos obcæcatos esse ne quid intelligerent testatur. Hæc ergo mensa vnde cibis vitæ spiritalis accipitur, coram ipsis in laqueum, & in captiōnem, & in retributionem, & in scandalū facta est: cum vel præscripta legis, vel prophetarum voces ab ecclesiæ viris ad reuelationem diuini consilij tractantur: cum ad assumendæ carnis fidē vnigenitus Deus in hominis specie, & ab Abraham adoratur, & cum Iacob colluctatus ostenditur: cum ex Iuda princeps veniens idem expectatio gentiū nunciatur: cum in Abraham semine omnes patriæ gentiū benedicendæ sunt: cum ex Dauid vtero æterni regni Dominus prædicatur: cum secundum Esaiam, Dominus tanquam ouis ad occisionem ductus, nec maxillas ab alapis, nec faciem auertit à sputis: cum secundum Hieremiam, hic Deus noster est, qui disciplinis***

Luc. 24.

Psal. 54.

Esai. 49.

Gen. 1.

Esai. 43.

Psal. 5.

Luc. 22.

Ioh. 19.

Deut. 32.

1. Cor. 10.

Mat. 23.

omnibus Israel dilecto suo traditis postea in terris visus sit, & inter homines conuersatus sit: cum denique de aduentu eius omnium prophetarum dicta conueniunt. Hæc itaque doctrinæ mensa, vel hic vitalis cibi sermo, & laqueus, & captio, & retributio, & scandalum est: cum à nobis Deus Iacob esse qui ab his sit crucifixus ostenditur. Hæc enim est retributio tantæ impietatis: vt quod nobis est Dei virtus, his scandalum sit. Nam cum illaqueati captique sint scriptis, intelligentiæ tamen carent sensu: & ideo obscurati sunt oculis ne videant, id est, ne lumen intelligentiæ contuerentur: quia, secundum euangelium, Omni habenti dabitur, qui autem non habet, etiam quod habet, aufertur ab eo. Indigni videlicet, qui intelligentiæ sensum ac lumen acciperent: & ideo euagelicæ libertatis scientiam non adepti, perpetuo adhuc legis onere deprimuntur, vt ferant quod sustineri nō possunt. Id enim in incuruando dorso per corporalium operū speciem significatur. Sed hanc eorum obsecrati cordis inscitia, alia etiam debita ultionis pœna consequitur: *Effunde super eos iram tuam, & animatio ira tua comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.* In ira Dei pœnæ constitutionem, nō motum animi ad ultionis voluntatem exardescens significari sæpe tractauimus: quam non subito puniurus intenderet, sed in quam pœnam dignus incideret. Mansit autē hæc à prophetis omnibus huic genti impia denuntiata damnatio. Nam euerſa mox ac diruta ciuitate deleri sunt: gloriosissimo illo templi cultu delato ornatuque detracto. Et ideo habitatione deserta, in tabernaculo eorum nullus habitabit. Verum adhuc secundum impietatis incrementa, prophetia quoque pœnæ & ultionis extenditur: *Quoniam quem tu percussisti persequi sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, & non intrent in iusticiam tuam. Deleantur de libro viuientium, & cum iustis non scribantur.* Causam apponendæ iniquitatis super iniquitatem ipsorum, & repellēdi eos ne in iusticiam intrarent, & delendis de viuientium libro, non scribendisque cum iustis eam esse demonstrans: quod quem Deus percussit, hi percuti sunt, & super dolorem vulnerum suorum addiderint quod doleret. Et fortē non iniuste quem Deus percussit, percuti esse videatur. Ac de his quæ percussa à Deo sint, quid sentire oporteat antè tractandum est: vt quatenus & hæc percussio salutaris, & illa percussio impia sit, possit intelligi. Percussit Dominus Sodomam & Gomorram, vltimis sceleribus pollutas & abominatas: & inuenio his ad misericordiæ reconciliationem, id quod percussæ sunt profecisse, cum tolerabilis his in die iudicij sit futurū, quàm his ciuitatibus, in quibus de apostolorum pedibus puluis excussus sit. Percussam quoque synagogam Dathan & Abiron plaga dignissima cognitum est: sed in animis eorum ea, quibus maximè peccauerant significata sunt opera. Et ne per singula quæ sunt multa discurram, cum & Apostolus in interitum carnis ad salutem spiritus tradat, Dominus ipse quid percutiens proficiat, ostendit dicens: Videte, videte quoniam ego sum, & nō est Deus præter me. Ego interimam, & ego viuificabo: percutiam, & ego sanabo: vt percutiendi causam proficisci ex causâ sanationis ostenderet. Percussus ergo est Dominus, peccata nostra suscipiens, & pro nobis dolens: vt in eo vique ad infirmitatem crucis mortisque percussio sanitas nobis per resurrectionem ex mortuis redderetur. Percussum autem se, ipse testatus est, commo-

Matth. 25.

Deut. 32.

dolet. Sed hunc pauperem ac dolentem salus ea quæ vultus Dei est, suscepit. Forma & vultus & facies & imago non differunt. Idipsum enim in vtroque horū significari communis est sensus. Hinc igitur pauperē in salutem vultus Dei, qui forma Dei est, suscepit: id est, assumptum hominem vnigenitum Deum, qui imago inuisibilis Dei est in æternitatis suæ vita, quæ in Deo salus esse intelligitur, collocauit. Omnis enim lingua confitebitur, quia Dominus Iesus in gloria Dei patris est: id est, susceptus homo in naturam diuinitatis acceptus. Esse autem in eo finem legis, & sacrificium laudis euangelica confessio est: ita vt hostiarum sanguine ex oblatione cessante sacrificium gratiæ laudisque prælatum sit. Hoc enim isto pauperē & dolente in salutem vultus Dei formæ quæ suscepta continuatur, & sequitur: *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit Deo super vitulum nouellum cornu producentem & vngulas.* Hæc itaque laudatio nominis Dei, laudisque ipsius magnificatio, super vitulum nouellum placebit. Talis enim antè in lege pro peccato offerebatur: cuius ætatem per terrena vngularum & cornuum incrementa significat. Placebit ergo super vitulum peccati honor laudis, secundū illud: Sacrificiū laudis honorificabit me, & illic iter in quo ostendam illi salutare Dei. Iter igitur ostendi salutaris Dei in laudis sacrificio, & ipsum in consequentibus psalmis ostendit. Nam post placituram magnificentiā laudis super vitulum nouellum, subiicit: *Videant pauperes & latentur, & quærite Deum, & viuat anima vestra. Quoniam exaudiuit pauperē Dominus, & victos suos non despicit.* Hoc scilicet tempus latentium videntes, cuius sacrificium in laude sit: quia illic ostenditur salutare Dei. Et ideo Deus ab his ad vitam animæ quæretur. Carnis enim & corporis timēri iudicem vetuit: quia animam in gehennam mittere solus potens sit Deus. Querendi autem Dei ad vitam animæ: ea causa est, quia exaudiuit Deus pauperem, scilicet qui se pauperem, vt nos diceremus: quem in salutē vultus sui suscepit, in quo nobis peccata donauit, nō spernens victos suos. siue qui victi sunt Christi, vt Paulus in vinculis gloriatur, siue quos satanas peccatis victos vt armatus & præpotes obtinebat, secundū illud: Dirupisti vincula mæa, tibi sacrificabo hostiā laudis. Latentur ergo in his quæ vident pauperes: quia scriptum est, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorū. Et quia his qui pauperes spiritu sunt in cælorum regno constitutis, creatura omnis congemiscens & dolens in gloria filiorum Dei liberanda est, vanitati non sua sponte subiecta: nunc quoque ob latentes pauperes vitamque quærentes, exauditurque pauperem, victosque non speratos ipsa illa ad laudem Dei expectans reuelationem gloriæ pauperum, creatura aduocatur. *Laudent cum cæli, & terra, mare, & omnia reptantia in eo.* Sub horum elementorum commemoratione creaturarum omnium liberandarum sensum mentemque significans: vt dum cælum & terra & mare dicitur, cognoscantur Domino Iesu Christo cælestia, & terrestria, & inferna genua flectere. In his enim quæ in mari reptant (cum tamen in aquatilibus natus magis sit ex natura quàm reptio) ea quæ in inferis degunt docentur, cum profundum maris sedem intelligamus inferni. Causam autem adhuc cur cæli & terra & mare Deum laudent, ostendit dicens: *Quoniam Dominus saluificauit Sion, & edificauit ciuitates Iudæ. Et inhabitabit in ea, & hereditabunt terram. Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen*

Zach. 13. Rem. 8.

I. Cor. 1.

Leuit. 18. Gal. 3. Abacuc. Luc. 10.

Rom. 14.

Psal. 49.

Psal. 115.

Matth. 5.

dolet. Sed hunc pauperem ac dolentem salus ea quæ vultus Dei est, suscepit. Forma & vultus & facies & imago non differunt. Idipsum enim in vtroque horū significari communis est sensus. Hinc igitur pauperē in salutem vultus Dei, qui forma Dei est, suscepit: id est, assumptum hominem vnigenitum Deum, qui imago inuisibilis Dei est in æternitatis suæ vita, quæ in Deo salus esse intelligitur, collocauit. Omnis enim lingua confitebitur, quia Dominus Iesus in gloria Dei patris est: id est, susceptus homo in naturam diuinitatis acceptus. Esse autem in eo finem legis, & sacrificium laudis euangelica confessio est: ita vt hostiarum sanguine ex oblatione cessante sacrificium gratiæ laudisque prælatum sit. Hoc enim isto pauperē & dolente in salutem vultus Dei formæ quæ suscepta continuatur, & sequitur: *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit Deo super vitulum nouellum cornu producentem & vngulas.* Hæc itaque laudatio nominis Dei, laudisque ipsius magnificatio, super vitulum nouellum placebit. Talis enim antè in lege pro peccato offerebatur: cuius ætatem per terrena vngularum & cornuum incrementa significat. Placebit ergo super vitulum peccati honor laudis, secundū illud: Sacrificiū laudis honorificabit me, & illic iter in quo ostendam illi salutare Dei. Iter igitur ostendi salutaris Dei in laudis sacrificio, & ipsum in consequentibus psalmis ostendit. Nam post placituram magnificentiā laudis super vitulum nouellum, subiicit: *Videant pauperes & latentur, & quærite Deum, & viuat anima vestra. Quoniam exaudiuit pauperē Dominus, & victos suos non despicit.* Hoc scilicet tempus latentium videntes, cuius sacrificium in laude sit: quia illic ostenditur salutare Dei. Et ideo Deus ab his ad vitam animæ quæretur. Carnis enim & corporis timēri iudicem vetuit: quia animam in gehennam mittere solus potens sit Deus. Querendi autem Dei ad vitam animæ: ea causa est, quia exaudiuit Deus pauperem, scilicet qui se pauperem, vt nos diceremus: quem in salutē vultus sui suscepit, in quo nobis peccata donauit, nō spernens victos suos. siue qui victi sunt Christi, vt Paulus in vinculis gloriatur, siue quos satanas peccatis victos vt armatus & præpotes obtinebat, secundū illud: Dirupisti vincula mæa, tibi sacrificabo hostiā laudis. Latentur ergo in his quæ vident pauperes: quia scriptum est, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorū. Et quia his qui pauperes spiritu sunt in cælorum regno constitutis, creatura omnis congemiscens & dolens in gloria filiorum Dei liberanda est, vanitati non sua sponte subiecta: nunc quoque ob latentes pauperes vitamque quærentes, exauditurque pauperem, victosque non speratos ipsa illa ad laudem Dei expectans reuelationem gloriæ pauperum, creatura aduocatur. *Laudent cum cæli, & terra, mare, & omnia reptantia in eo.* Sub horum elementorum commemoratione creaturarum omnium liberandarum sensum mentemque significans: vt dum cælum & terra & mare dicitur, cognoscantur Domino Iesu Christo cælestia, & terrestria, & inferna genua flectere. In his enim quæ in mari reptant (cum tamen in aquatilibus natus magis sit ex natura quàm reptio) ea quæ in inferis degunt docentur, cum profundum maris sedem intelligamus inferni. Causam autem adhuc cur cæli & terra & mare Deum laudent, ostendit dicens: *Quoniam Dominus saluificauit Sion, & edificauit ciuitates Iudæ. Et inhabitabit in ea, & hereditabunt terram. Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen*

ei in inhabitabit eam.) Laus vniuersa ex rerum admirabilitate proficitur. Tunc enim aliquid laude dignum videtur, cum opus ipsum ita magnificum atque præclarum est, vt & prudentiam ac virtutem generantis & gestorum decus vltimque contineat. Quod itaque sensum atque opinionem ingenij communis excelsat, id per admirationem sui meretur laudem. Cælum ergo quod tanto ornatu distinctum impletumque est, tantisque motus atque cursus incredibili cōstantia ac varietate conseruat, vt annum inter hyemem caloremque æstatis temperatis autumni & veris temporibus moderetur & finiat: terra autem quæ superis innumbrata naturis, vel complexa in sese, vel suscepta sinu semina & contineat & alat, & fecundet secundum vniuersi cuiusque generis naturam, vsu ac maturitate consolidet: mare autem quod vitæ nostræ modo, nunc hausto spiritu, nunc refuso animetur & maneat, mortisque in tanta sui varietate rationibus lunaris incrementi detrimentique moderetur, & profunda infinitaque sui obice mentem humanam opinionis excedat, vt neque quid extra, neque quid intra sit sensu persequente capiamus in his tamen tactis tantumque admirabilibus rerum naturarumque virtutibus in Deo, hoc quod Sion salua sit, ciuitatēque Iudæ edificandæ sint, cæli, terra, maria laudabunt: humana vti que opera & caduca, & ipso tēpore ac vetustate soluenda. Quod si extructas eas esse vt sint, laude sit dignum: nōne magis conseruatas eas esse ne destruerentur proficeret ad laudem? Non ergo hæc maximæ vti que præstantissimæque rerum omnium vel magis quibus vniuersæ res contineantur alanturque: naturæ maris, terræ, & cæli ad inanium ac leuium operum laudem aduocantur: id est, quia Sion saluificata sit, extructæque Iudæ ciuitates, quas post Babyloniorum Antiochique victoriam, bellum quoque Romani regis abscideret. Dehinc ipsam hanc inopem impiamque sententiam, rei quoque communis scientia & ratio condemnat. Nam ob id edificari ciuitates Iudæ propheticus sermo declarat: vt in ea quæ salua facta sit Sion inhabitet. Et quid hic secundum humanas instructiones ciuitatumque fabricas intelligentiæ loci est: cum neque in ædificandis his laus vlla sit, quæ sint postea destrudæ: neque ratio & natura patiatur ædificari ob id. Ciuitates, vt inhabitent ciuitatem. Est autem digna planè Deo laus cæli & terræ ac maris confessione, tribuēda, quod illa filia Sion quæ inuēcta in Hierusalē tanto præuentium sequentiumque comitatu, salua per Deum sit: in quam angeli concupiscunt, in qua æternitatis nostræ gloriā laudemque speculamur, in qua ædificatæ ecclesiarum ciuitates manebunt. Sion enim licet colliculus templo quod in Hierusalem fuit iunctus sit, tamen secundum interpretationē ex Hebræo in Latinum Græcumque sermonem speculatio dicitur. In hoc ergo corpore Domini, quod resurrexit ex mortuis, quod à dextris virtutis confedit, quod in gloria Dei patris est, spem nostrā vitamque speculamur. Et quia reuelationem nostrā in eo claritatis & ipsa in eandem liberanda creatura omnis expectat, salutem huius Sion sub significatione cæli & terræ & maris laudat: quia omnia in cælis & in terra pacificata & reconciliata per eā Deo sint, quia in resurrectionis gloriam, cuius spem in ipso ex mortuis resurgente speculamur, peccatum, mors, corruptio à vita & immortalitate deuorata sint & exhausta. nā si super vnus peccatoris penitentia magnum in cælis gaudium est an-

gelorum: quanto magis in totius mundi reconciliatio-
ne læticia sit? Et quia in finem pro his qui immutabū-
tur est psalmus: Iudæa etiam ciuitates, vt in Sion inha-
bitent, ædificandæ esse laudantur. Et ciuitates ipsas
conuentus hominum esse quis dubitet? Ecclesias ve-
rò ex conuentu plebium effici notum est. In hac ergo
Sion, quæ illam in se etiam primitiuorum conscripto-
rum in cælis, complexa sit ciuitatem, habitatio nostra
perficitur, qui vt semen Abraham, ita & semen Iudæ
manemus. Non enim qui in carne Iudæus, sed qui in
spiritu. Ob quod in his nostris conuentibus ciuitates
quoque Iudæ sumus. Ac ne sibi Israel impius ciuita-
tum Iudæ gloriā eo quod secundum carnem ser-
uorum Dei semen est, vèdicaret, eorum hereditatem,
eorum habitationem in Sion esse demonstrat, qui no-
men Domini diligant: vt pietatis magis sit, non gene-
ris electio, quia præstet omnibus caritas Dei, quæ in
Christo est: & Petrum nihil aliud quàm vtrū se ama-
ret interrogat Dominus noster Iesus Christus Dei fi-
lius, qui est benedictus in omnia secula seculorum,
Amen.

In finem psalmus David in rememoratione,
eo quod saluum me fecit Dominus.

Psalmus LXIX.

Domine Deus in adiutorium meum intende, Do-
mine ad adiuuandum me festina. Confundantur
& reuerentur qui quærunt animam meam. Auertan-
tur retrorsum & erubescant, qui cogitant mihi mala.
Auertantur statim erubescant, qui dicunt mihi euge
euge. Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt
te: & dicant, semper magnificetur Dominus, qui di-
ligit salutare tuum. Ego verò egenus & pauper sum,
Deus adiuua me. Adiutor me & liberator meus esto
Domine, ne tardaueris.

Alius hic in rememoratione psalmus est: nam
trigesimo septimo eadem inscriptio est. Ex
ipsa autè verbi huius significatione vsque
communi, quod in rememoratione præ-
scribi intelligendum sit, edocemur. Nam rememora-
tionis precatio ei competit, qui se incidere in obliuio-
nem eius à quo vel auxilium vel veniam expectat, per-
tinet: & aut sui ad salutem commemoratione fieri
desiderat, aut eorum ad poenam, qui sibi semper infe-
sti sunt. Et quidem in anteriori superscriptionis ipsius
psalmo de venia & salute tractatum est: qui totus ex
persona dolentis Domini pro nobis, portantisque pec-
cata nostra consistit. In hoc verò necessitas poscendæ
venia non relicta est: quia iam superior & contiguus
hinc psalmus saluificatæ Sion, ædificatæ (umque ciui-
tatum Iudæa laude conclusus est. Sed in eo rememo-
ratio in impios vltionis est, & retributionis in sanctos.
Et quia non illi David, sed in illum David psalmus in
finem est, secundum editam in anterioribus ex nomi-
nis proprietate rationem, ex persona Domini tractabi-
tur, vt ipso psalmi fine noscitur: *Domine Deus in adiu-
torium meum intende.* Pix confessionis hæc vox est, ad-
iutorium à Domino & Deo sperare, sed plus hic quàm
in deprecationibus sperandi auxilij solet esse, sermo
significat. Videri enim id potest, vt qui in adiutorium
positus sit super potentem: nunc in adiutorium in quod
positus est, vt intendatur orare. Et quis hic sit nò am-
bigitur ex psalmo, in quo inest scriptum: *Posui adiu-
torium meum super potentem, & exaltaui electum de
plebe mea, inueni David seruum meum. Et ne aliquid
in illum David Iesæ referri posset, adiecit: Et ego pri-
mogenitum ponam eam, excelsum super reges terræ.*

Psal. 88.
ibidem.

At ne quod primogenitus est, ad primitias indulti ei à
Deo regni trahi posset: id quod soli Domino Iesu
Christo propriū esse ostendit dicens: *Et sedes eius sicut
sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta manet in
æternū, & testis in cælo fidelis.* Nunc ergo qui aduer-
sus potētē positus sit adiutor, & qui intēdit in adiutorium
sui precatur, poenam in eos qui sibi aduersantur expo-
stulat dicens: *Confundantur & reuerentur qui quærunt
animam meam. Auertantur retrorsum & erubescant, qui
cogitant mihi mala. Auertantur statim erubescant, qui
dicunt mihi euge euge.* Ex verbis loquelæ sermonis no-
stri diuinus sermo pendendus est. Pudor & confusio
ex dedecore est, auersio ex repulsa est. Reditus verò,
in noua loca magis quàm in ea vnde digressio est. Qui
quærunt animam sancti huius, qui in adiutorium suum
orauit Dominum, confunduntur: potest etiam auerten-
tur, non in alia, sed in eadem. Et idem est dictionum or-
do qui & rerum. Confundentur iusti animam quæ-
rendo, quem cum peremerint, scient quoniam Deus
vitæ & resurrectionis est Dominus. Ac deinde auer-
tentur, ne occurrant cum sanctis obuiam Christo in
nubibus rapti. Postremo auersi non ibunt in aliena lo-
ca. Surgentes enim impij ex mortuis, rursum detru-
dentur in infima terræ vnde emerferant. Nam, vt A-
postolus ait, *Omnis quidem caro resurget, sed non om-
nis demutabitur. Resurget autem, quia in carne siue
bona siue mala egerint recipere constitutum est.* Er-
go & quærunt animam iusti, & euge euge dicentes,
& confundentur, & reuertentur in resurrectione, con-
fundentur inquam ad iudicium reuocati. Euge euge
autem iusto dixisse constat, qui dixerunt: *Saluos fecit
alios, se ipse saluare non potest. Sed post hanc malorū
poenam, quia rememorationis erat psalmus, pro san-
ctorum quoque fuit spebus orandum. Sequitur enim:
Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, et dicant,
semper magnificetur Deus, qui diligunt salutare tuum. Vt
confusio & reuerentia iusti animam quærētibus, ita exul-
tatio & læticia quærētibus Deū: quia secundum prophe-
tā resurgent alij in confusione, alij in lætitiā. Et vt re-
trorsum erubescēt auertentur, qui mala cogitāt, qui
dicunt euge euge, ita qui salutare Dei diligunt, ad cō-
fessionem magnificentiæ Dei proficiunt: vt ex gratia
indultæ sibi à Deo exultationis, laudis cōfessio augeat-
tur. Nō enim aliquo Deus qui idē atq; æternus est in-
digeret, aut quicquid in rerū naturis & mentiū opinionio-
bus est qd expectet. Quod enim incrementō demuta-
bile est, id detrimento sæpe mutatur. Deus autem qui
idem origo & causa gignentibus est, ad æternæ beati-
tudinis naturam sibi ipse sufficiens: nihil extra vel vl-
tra quod sibi deest, aliunde deūe expectat, dereliquit. Ma-
gnificatur autem per beneficiorum suorum incremē-
ta nobiscum, cum magnificentiā eius & commodorum
nostrorum sensu ac iucunditate & referendæ gratiæ
laude cumulat. Ergo quotiescunque magnificatur
Dominus, toties aut optādi nobis à Deo muneris vo-
ta sunt, aut sumpti perceptique confessio est: magnifi-
centiæ eius laude nobiscum per cōmodorum nostrō-
rum incrementa nascente. Oportuit autem psalmum
qui rememorationis in finē est, digno rememoriō-
nis sine concludi. Sequitur enim: *Ego autem egenus &
pauper sum, Deus adiuua me. Adiutor meus & liberator
meus es tu Domine, ne tardaueris.* Neque regis dignita-
ti, neque regni, summæ paupertatis atque inopiæ pro-
fessio congruit, sed eius vox est qui vt nos discere-
mus pauperem se præstitit, cui ne ad supremam qui-
dem cenam, nisi quæ sita & aliena domus fuerit. Au-
xilium*

1. Cor. 15.

Mart. 15.

Psal. 18.

zillium pro nobis itaque rogat. In forma enim serui o-
bediens vsque ad mortem factus est. Citum quoque
auxiliū vt liberetur orat, in quo nullius orationis tar-
ditas sit: qui & ipsas passionis moras non ferens, pro-
ditori dixerit: *Fac quod facis cito: memorari in se sus-
ceptæ carnis infirmitatem vt liberetur paterni numi-
nis virtute festinat.*

PSALMVS CXVIII.
Aleph.

Beati immaculati in via, qui ambulat, &c.
vsque ibi: *Derelinquas vsquequaque.* Qui
ad doctrinam rationalis & perfectæ pru-
dentia preparantur, ab ipsis statim litera-
rum elementis docendi sunt: vt perfectam veramque
rationem tanquam ab exordio primæ institutionis cō-
sequantur. Sciens istud sanctus Paulus apostolus, eam
solam veram atque vtilis doctrinæ esse prudentiā, quæ
ab ætatis initiis atque ab infantia ipsius inchoaretur
exordiis: hæc ad Timotheum inter magna atque præ-
clara fidei studii que præconia, in secunda epistola scri-
bit. *Tu verò permane in his quæ didicisti & credidi-
sti, & sciens à quibus didicisti, & quod ab infantia sa-
cras literas nosti, quæ te possunt instruere in salutem.*
Hoc propter præsentem psalmū ita dictum sit: in quo
eum cognitio veritatis ad eruditionem humanæ igno-
rantia esset ædenda, per ipsa literarum atque elemen-
torum initia, doctrinæ ordo est distributus. Secundū
enim Hebræorum literas singulis octonibus versibus sin-
gulæ literæ præferuntur. Est autem omnis numerus
versuum in centum septuaginta octo versibus. Nam
cum ex vigintiduabus literis Hebræus sermo
conueniat, & octonos versus psalmū ita dictum sit: in
numeris iste versus octonis partibus multiplicatus
expletur. Hanc igitur extitisse causam existimo, vt per
literas toti istius psalmi ordo decurreret, vt sicut par-
uuli & imperiti & ad legendum imbuendi, hæc primū
per quæ sibi verba contexta sunt literarum elementa
cognoscerent: ita & humana ignorantia ad mores, ad
disciplinam, ad cognitionē Dei per hunc singularum
literarum octonarium numerum ipsis veluti infantulis
doctrinæ initiis erudiretur. Arduum enim & difficili-
mum est, hominem per seipsum per seculique docto-
rum rationem præceptorum cælestium consequi: nec
naturæ nostræ recipi infirmitas, diuinis institutis nisi
per eius gratiam que hæc ipsi dederit erudiri. Nanque
qui simpliciter ea quæ inter manus sibi incidere leg-
gunt: existimant nihil differentia in verbis, nihil in
nominibus, nihil in rebus existere. Sed si istud com-
munis colloquij sermo non patitur, vt sub diuersis re-
rum nuncupationibus, nisi diuersa significata esse in-
telligantur: nunquid Dei eloquia tam imperita & tam
confusa esse credimus, vt aut inopia verborum, qui-
bus iterantur laborauerint, aut distinctionum genera-
noscierint? Plures enim cum audiunt legem, iustifica-
tionē præcepta, testimonia, iudicia, quæ omnia Mo-
ses sub diuersa vniuscuiusque generis virtute disposuit,
vnum atque idem esse existimant: ignorant aliud legem,
aliud iustificationem, aliud præceptum, aliud
testimonium, aliud esse iudicium: quæ multū à se dif-
ferre & discrepare testis nobis est octauus decimus
psalmus, quo continetur proprietas vniuscuiusque &
nuncupationis & generis. Lex enim immaculata, con-
uertens animas: testimonium Domini fidei, erudienti
paruos. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda:
præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Ti-

Amor Domini sanctus, permanens in seculum seculi: iu-
dicia Domini vera, iustificata in semetipsa. Sunt ergo
distantia in singulis quibusque rebus: & prudentis at-
que intelligentis viri est, in quæ scripta sunt discerne-
re. Vbi lex, vbi præceptum, vbi testimonium, vbi iu-
stificationes, vbi iudicia cōstituta sint: ne illa quæ ser-
mo propheticus mirabili vniuscuiusque proprietate
distinxit, ea ignorantia nostræ infirmitas indocta im-
peritiæ opinione confundat. Itaque per literas singu-
las hæc omnia maximus & vltra cæteros copiosissimus
psalmus iste discruit: vt per hæc verborum elementa
credēdi & viuēdi & erudēdi in Domini doctrinā
ratio, distincte doceretur. Plures autem arbitrantur,
implicitatem fidei ad absolutā æternitatis spem posse
sufficere: tanquam innocentia, secundum iudicium
seculi, studium doctrinæ cælestis non egeat institutis.
Et quia aliter se res habet, idcirco nunc viuēdi in Deo
innocenter, & in innocētia religiose manēdi cog-
nitio multa cum copia prophetici sermonis exposita est
quia difficile est quenquam per semetipsum, id est, per
seculi instituta, hanc innocentia religiose cognitionē
ad verum vsum vitæ piæ & innocētiæ adipisci. Nouit
etiam infirmam per se esse humanam naturā Aposto-
lus, ad hanc viuēdi scientiam capeffendā. Nam cum
de charismatum & munerum Dei donis doceret: cum
primum sermonem sapientiæ prætulisset, statim ser-
monem scientiæ subiecit. Hoc enim scientia, post sa-
pientiæ sequens à Deo donū Dei est: quia vsus sapien-
tiæ in vfu sciētiæ perfectus est. Occurrit autem in præ-
senti psalmo etiā ea nobis difficultas, quod cum duos
tantum psalmos acceperimus per literas Hebræas cō-
scriptos, id est, centesimum vndecimum atque duo-
decimum: ita vt à prima vsque vigesimam secundam
Hebræos literam versus numerus conueniret, versusque
singuli à singulorum elementorum ini-
tiis inchoarentur: in hoc nunc psalmo octonos ver-
sus elementa singula obtinerent. Sed cum omnia vi-
uēdi, credēdi & placēdi Deo præcepta continē-
tur in psalmo: in eo numero omnia literarum initia cō-
tinentur, qui maximè secundum plenam & religiosam
eiusdem numeri virtutis omnium conuenientium in
se vndique partium æqualitate perfectus est. Primum
etenim per duas in se partes ex partibus coequalis, tū
deinde per quatuor æquæ partes conuenit. Et virtutes
psalmorum, qui in hoc numero vel singulari vel mul-
tiplicato collocati sunt: docent numeri huius esse san-
ctam & religiosam plenitudinem. Hic autem nume-
rus, etiam in lege sanctus est. Iussum enim est vt qui
natus esset, in octauo signū circumcisionis acciperet.
Hæc etiam in circumcisione Domini ratio seruata est:
& in hoc die numero cum ipse circumcisiōne nō ege-
ret, oblati in tēplo est, vt in corpore eius humanæ car-
nis recideretur infirmitas. Hic etiā numerus omnia ge-
nera pecudū vt digna sacrificiis habeantur, enūciat: o-
ctauo em die iubetur offerri. Et in hoc numero dilu-
uij diebus origo rursum humanæ generationis eligi-
tur. Cōsummatio igitur nunc doctrinæ & eruditionis
nostræ, sub perfecti huius numeri abolitione per sin-
gula elemēta cōcluditur: ante quem neq; mūda Deo
hostia fuit, neque in generis familia quis cessante cir-
cumcisiōne susceptus est, & ex quo rursum iterandæ
generationis cepit exordium. Primæ igitur literæ hi-
versus sunt: *Beati immaculati in via, qui ambulat in lege
Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde
exquirunt eum.* Dictionum ordo non negligendus est.
Qui si non diligenter à nobis cognoscitur: neque

Ogdoas.

Aleph.

disposita quidem beatitudinis ordinem consequemur. Non enim primum beati scrutantes testimonia, sed primum beati immaculati in via. Prius enim est confirmatis moribus, & in innocentia studiis ex communi probitatis honestate compositis viam veritatis ingredi: sequens deinde est scrutari Dei testimonia, & expurgato emundatoque animo ad inuestiganda adesse. Ordinis autem huius & alius propheta non immemor est, dicens: Serite in iusticia vosmetipsos, & metite vos in fructu vitæ, & illuminate vos in lumine scientiæ. Non illuminatio primum, sed factio nostra præceptum est: ut cum ante nosmetipsos, id est, vitæ nostræ vsum in spem fructuum seuerimus, deinde cum quæ facta sunt messuerimus, tunc nos in lumine scientiæ illuminemur. Tenendus igitur hic ordo est factio, messis & illuminationis. Plures enim nostrum illuminari se priusquam serere ac metere festinant: cum factio atque messis quædam consequenti luminis præparatio sit. Prima igitur hæc beatitudo est: beatos esse qui immaculati in via sint. Sed non in via fortuita & incerta & erratica: sed in via in qua in lege Domini ambulatur. Plures enim vitalem & necessariam viam esse se ingressos existimant: sed immaculati in via non erunt, quia non in lege Domini ambulant. Sed via hæc non solum ineunda est, sed etiam peragenda est: nemo enim dum in via est, id ad quod per viam tendit obtinuit. Beatus Paulus ait: Non quod iam acceperim aut perfectus sim: sequor autem si apprehendam, in quo & apprehensus sum à Christo. Ergo adhuc ille pergebat: ea quæ retro sunt obliuiscens, in his autem quæ in priora sunt se extendens. Itaque viam hanc agens beatus est: qui cum obliuione præteritorum in futurorum spem extenditur. Et quæ via sit in qua vnusquisque ambulans beatus sit, Dominus docet dicens: Ego sum via. Quisquis igitur in præceptis eius institerit, hic beatus est: dum vitia carnis coercent, dum animi petulantiam edomat, dum auaritiæ famem vincit, dum terrenorum honorum gloriam euitat. Quisquis ergo in his manserit: hic est immaculatus in via, & in lege Domini ambulans. Adiectionem autem ea qua dictum est, in lege Domini, non est ociosa. Est enim & peccati lex, de qua ait beatus Apostolus: Video aliam legem in membris meis, contramilitatam legi mentis meæ: & captiuum me ducentem in legem peccati. Ergo quia & lex peccati esset, idcirco Domini lex dicta est. Nisi enim esset & lex exterior: non cum adiectione proprietatis, legem Domini propheticus sermo dixisset. Sequens deinde versus est primæ literæ: *Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* In primo versu est: *Qui ambulant in lege Domini.* in secundo: *Qui scrutantur testimonia eius.* In quarto, quia tei tus supplementum dedit secundo, de mandatis ait dicens: *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* In quinto de iustificatione: *Primum dirigantur via mea ad custodiendas iustificationes tuas.* In sexto rursus de mandatorum effectibus: *Non confundar cum respicio in mandata tua.* In septimo de iudiciis: *Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia tua.* In octauo de iustificatione: *Iustificationes tuas Domine custodiam, non me derelinquas vsque nimis.* Si ergo aliud lex, aliud præceptum, aliud iudicium, aliud iustificatio, aliud testimonium: necessarium est ab eo qui hæc omnia constituit & condidit, intelligentiæ gratiam nos & munus orare. Torum autem hoc in se habet legis nuncupationem. Quid ergo est lex? Vmbra scilicet (vt Apostolus ait) futurorum. Quod de cæteris scriptum nunquam est, scilicet vt fu-

osee. 10.

philip. 3.

ioan. 14.

rom. 7.

colof. 2.

turorum vmbra sit, aut iustificatio, aut testimonia, aut mandata: sed tantum legi id proprium est (vt Apostolus in pluribus docet) non secundum literæ intelligentiam legem esse tractandam, sed secundum spiritalem doctrinam futurorum in ea vmbra esse noscendam. Ait enim: Non obturabis os boui trituranti. Et adiecit: Nunquid pecudum Deo cura est? An non propter nos dicta scriptaque sunt? Et rursus: Legem legentes non audistis quod Abraham duos filios habuit, vnum ex ancilla, & vnum ex libera? Sed qui ex ancilla, secundum carnem natus est: qui autem ex libera, secundum repositionem. Et quia lex futurorum vmbra est: adiecit, quæ sunt. Hæc enim sunt duo testamenta. Ergo quæcunque doctrinarum spiritualium vmbra complexa est, hæc lex esse dicenda est: quia lex & spiritalis & vmbra est futurorum. Mandatum autem Domini est, in quo obseruatio præceptorum & custodia continetur, vt illud: Non occides, non mœchaberis, & cætera horum similia. Et quia hæc simplicia & splendida sunt, nosque in verum lumen per obseruantiam sui dirigentia: idcirco ita dictum est, Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. De lege autem non conuenit ista dixisse quæ per vmbra futurorum aucta est, & animas per futurorum cognitionem conuertens, mandatum autem, per obseruantiam sui illuminans. Ergo quia beati sunt scrutantes testimonia Dei, & aliud legem, aliud mandatum, aliud testimonia esse, sicut cætera diximus: quæ hæc sint Dei testimonia, noscendum est. Legis enim totius liber sub testimoniis datus est. Cælum nanque & terram, Moses librum testamenti traditurus, testimonium aduocauit. Sunt & plurima in causa testimoniorum constituta, cum Iacob ait: Testimonium erit vobis collis iste, & testimonium erit lapis iste. Et in Iesu scriptum est: Duodecim lapides tollite, vt sint hi in testimonium filiis vestris. Curato etiam leproso Dominus ait: Offer munus tuum in testimonium, quod constituit Moses illis, Apostolus plura ad Timotheum per epistolam loquens denunciat sub testibus: dicens In conspectu multorum testium denuncio tibi, & in conspectu Dei viuificantis omnia, & Iesu Christi & electorum angelorum, vt hæc custodias. Plura igitur & innumerabilia sunt Dei testimonia, quæ si quis scrutari per cognitionem legis, prophetarum, apostolorum, euangeliorum vellet, in beatitudine permaneret: neque velut vacuo & solitario orbe viuens, sciret se nisi sub teste peccare. Plena sunt enim omnia diuinis testimoniis: & omne hoc vacuum quod putatur, repletum est angelis Dei, nihilque quod non hæc diuinorum ministeriorum frequentia incolat. Horum itaque cognitionem per doctrinam quis adeptus, scit se sub testibus viuere. Et cum natura humanæ infirmitatis procliuus ad vitia est, refugit tamē vel sub teste peccare: quod ipsum docet nos communis consuetudinis ratio. Quis enim furari sub teste non metuit. Quis ad scælum nisi secretum elegit? quis ad adulteriū non aut solitudinem aut noctem optauit? Et si quando incalcescentibus vitis iam ad crimen animus promptus est, tamen furor insipientis voluntatis occursum testis coercentur: & in sese abruptam humanæ petulantiæ naturam, nonnunquam intercessio repentina reuocauit. Si ergo metu intercessionis iam presumptum animo facinus demoratur: quid Christianum hominem agere conueniet, scientem se tot vndique spiritalium virtutum testimoniis, non dico operum suorum, sed ipsius tantum voluntatis obsessum? Nonne cum in aliquâ turbidæ

1. Cor. 9. Galat. 4.
Deut. 5.
Psalm. 118.
Gen. 31. Ioan. 4. Matth. 8. 1. Tim. 5.
Ioan. 14.
Iacob 2.

turbidæ affectionis voluntatem infirmitatis nostræ aculeis commouemur, metuimus adfidentes vndique nobis choros angelorum, & plenum ministeris cælestibus mundum? Si enim angeli paruulorum patrē nostrum quotidie vident, qui in cælis est: possumus testimonia eorum metuere, quos & nobiscum manere, & Deo quotidie facinus adfistere. Quinetiam ipsum diabolus, illum per quem ipsa illa vitiorum nostrorum incentiua præbentur, suosque omnes testes metuere debemus: puncto temporis omnem amplitudinem mundi huius obeuntem. Cui dulce est peccare nos, vt peccatorum nostrorum testimonio gloriatur. Est enim eius hæc propria calliditas, infligare ad peccandum, & arguere peccantes. Dicitur enim: An nescitis quia adest diabolus acculator fratrum vestrorum? & quia hæc sunt aduersariæ nobis virtutes, in testimonio cum cæteris permanentes, de sanctis tantum prophetam meminisse dignum fuit dicentem: Beati scrutantes testimonia tua: non aliena scilicet, sed illa quæ Dei sunt. Non negligens autem testimoniorum Dei oporteret esse scrutatum, ob quod dictum est: In toto corde exquirunt eum. Non pro parte studium cælesti doctrinæ adhibendum est, sed toto corde Dei testimonia inquirenda sunt: vt quia sunt & alia quæ Dei non sunt, ea quæ Dei discimus esse, non auocato in alia negotia corde hæc serutemur. Succedit deinde hic versus: *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.* In primo versu singulariter via commemoratur, in hoc tertio plures: ex quo intelligendum est, per multas vias ad vnum perueniri, in qua quisque immaculatus si sit, hic beatus est. De plurimis autem viis atque vna Hieremias paria testatus est dicens: State in viis, & interrogate vias Domini æternales: & querite quæ sit via bona. In plurimis ergo viis standum est, & plurimæ interrogandæ sunt: & hæc quidem plures & Domini sunt & æternales, & in his cernendum est quæ sit via optima. Viæ plures sunt, & plurima Dei mandata, plures prophete per quos omnes in vnam viam pergitur: sed in his operari iniquitatis non ambulauerunt. Nam si in eis mansissent, vsque ad optimam illam noui testamenti viam peruenirent. Et via per Moysen, est per Iesum, est per Dauid, est per Esaiam, est per Hieremiam, Apostolos, per has omnes ad eum necessesse est peruenire, qui dixit: Ego sum via. Et, Nemo venit ad patrem nisi per me. Simile quiddam sub margarita nomine dictum esse intelligendum est. Multarum enim margaritarum negotiatorem oportet esse, vt vnâ margaritam multi precij consequatur. De margaritis verò cum sit sermo: sufficit ad honorem earum quod margaritæ sint nuncupatæ. Vna autem illa margarita quæ reperta est, magni esse precij dicitur. Ita & cum de viis plurimis prophetatur, quod & Domini & æternales sunt dictæ: cum autem in his viis queritur quæ sit utilis via, ea quæ reperta est optima prædicatur. Ergo quamuis vel illæ viæ æternales sint, vel margaritæ ipsæ suo nomine honorabiles sint: in multis viis standum est, vt bona via reperiat, & vendendæ omnes margaritæ sunt, vt ea quæ multi precij est reperta ematur. Dehinc consequitur hic versus: *Tu mandasti mandata tua custodiri valde.* Superius commemorauimus aliud significare mandata, aliud legem. Et de lege, quantum arbitror, Apostolus nobis testis fuit, quia vmbra sit futurorum: in qua species veritatis tanquam corpus in vmbra describitur. Mandati vero est, quod per obseruantiam implendum est: vt illud. Non mœchaberis, & non occides. Non enim in eo species fu-

turæ imaginis continetur, sed præsentem operationis habet effectum. Tu mandasti mandata tua custodiri valde. Nihil igitur dissoluto animo, nihil incurioso agendum est, sed sollicitos atque anxios curam mandatorum Dei exequi nos oportet: vt id quod agimus, in profectum fidei nostræ, in reuerentiam eius cuius, negotium agimus, exequamur. Cæterum aliquæ remissa voluntate & occupata in res alias cogitatione egerimus: officia quidem corporis in agendo occupabuntur, sed deuotionis meritum per negligentiam non consequantur. *Primum dirigantur via mea, ad custodiendas iustificationes tuas.* Habemus nunc post mandatorum custodiam etiam iustificationum obseruantiam: & mandata iam superius quæ esse existimarem ostendimus. Iustificationes autem sunt plures atque diuersæ in obseruandis singulis officiorum generibus temperandæ: ad quorum custodiam, nisi à Deo dirigamur, infirmi per naturam nostram erimus. A diuandis igitur per gratiam eius dirigendique sumus: vt præceptorum ordinem iustificationum consequamur. Est nobis iustificatio circa seruum distributa, est circa filium est, circa patrem, est circa fratres, est circa fideles viros, est circa ecclesiæ principes, est circa angelos, est circa Deum ac Dominum nostrum vnigenitū Dei verbum. In singulis ergo quibusque generibus atque nominibus iustificationis ratio obseruanda est: quia nisi hæc omnia ex comparibus deuotæ voluntatis officiis retineantur, iustificationem Dei non tenebimus. Religiosus in patrem si oderit filium, modum iustificationis amisit. Religiosus in seruum si fratrem oderit, prædictæ iustificationis ordinem dereliquit. Religiosus in Dominum si oderit sacerdotem, quam iustificationis obseruantiam in religione Dei expleuit, odia ipsa ministeria diuinæ iustificationis exercēs? Iam verò in ipsam fidem veritatem, id est, Dei patris & Domini intelligentiam per quam maximè iustificatio nobis erit probata: quanta opus est nobis Dei gratia, vt rectè sapiamus, vt ex prophetis atque euangelicis autoritatibus vnum idemque teneamus, ne in vno aut altero opinio nostra & sermo dissidiat, sed vniuersas Dei iustificationes æqua ac pari operum ac doctrinæ obseruantia dirigamus. Quod cum consequemur, tum dicere id quod consequenti versu continetur licebit: *Tunc non confundar, cum respicio in omnia mandata tua.* Nisi enim attenti in omnibus mandatis eius fuerimus, fuerintque alia præterita, alia pro voluntate obseruata: iustificationis ordinem non tenebimus. Cæterum si directis viis nostris erit par in omnia æqualisque custodia: nullo obliuionis vel negligentia pudore confusi, confidenter omnium mandatorum obseruatione gaudebimus. Sequitur deinde septimus versus: *Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iusticie tue. Iustificationes tuas Domine custodiam.* Abiicienda ergo est omnis animæ peruersitas, & directo atque in nullam aliam partem deflexo corde est confitendum: ne cedat animus in seculi curam, ne ex illis doctrinæ Dei semitis in deum euagetur. Sed directæ huius confessionis hæc causa est, quæ consequenti versu continetur: *In eo quod didici iudicia iusticie tue.* Primum igitur orauit, vt ad custodiendas iustificationes directæ viæ ipsius fierent. Secundo in nullo confundendum se esse subiicit, cum in omnia Dei mandata respiceret. Tertio quoque in directione cordis Deo se confessurū spondit: ob id quia iudicia iusticie eius didicisset. Per doctrinam scilicet directi cordis,

Y ij

cognitæque iusticiæ laudem Deo reddens. Sed iusticiæ cognitæ hic fructus est, ut iustificationes Dei retineantur: & idcirco subiecit: Iustificationes tuas Domine custodiam. Quis enim dedit iudicia Dei fructus est, nisi cognitionem nostram iustificationum obseruantia consequatur? Sed meminisse debemus licet cognitio præstanda à Deo sit, tamen esse semper orandum, ut his quæ in custodiendis iustificationibus suis custodire volumus faueat: sciens quidem frequenter nos ab eo ob tentationes derelinqui, ut per eas fides nostra probabilis fiat. Veruntamen secundum prophetam ne nos penitus derelinquat deprecandus est, ait enim: *Non me derelinquas usque nimis.* Quod & in dominicæ orationis ordinæ continetur cum dicitur: *Non derelinquas nos in tentationem quam ferre non possumus.* Scit Apostolus derelinqui nos ad tentandum, sed nouit & mensuram infirmitatis nostræ Deum nosse, dicens: Fidelis est Deus, qui non permittit nos tentari supra quàm possumus. Iob Deus tentari permittens, à iure diaboli potestatem animæ eius excepit, & secundum modum infirmitatis humanæ, tentandi ius dereliquit. Infirmitatis suæ igitur propheta conscius orat, ne valde derelinquatur, ut imbecillitatem eius tanquam Petri demergentis fluctibus Dominus assumat: ut quenquam ad torquendum relictus sit, non tamen usque valde, scilicet ne usque animæ & fidei periculum derelinquatur.

Matth. 6.
I. Cor. 10.

Beth.



*N*on quo corrigat iunior viam suam? &c. usque ibi: *Non obliuiscar sermones tuos.* In secunda consequentium octo versuum litera ipse sibi propheta his quibus responsurus sit proponens persona dicta sunt. Dehinc nunc tanquàm respondentis confessio subditur: *In custodiendo sermones tuos.* Contuendum autem est, secundum eum quem in exordio habuimus sermonem, vera atque perfecta timoris Dei instituta sub his elementis literarum contineri: quibus quasi ad usum confessionis Dei per ipsa infantia rudimenta formamur. Ergo intelligendus est propheta non ociosè locutus esse: In quo corrigat iunior viam suam? Omni quidem ætati optabile est, ex his corporis sui vicis ad innocentia studium transferri: quia & sera licet emendatio utilis sit obliuione vitiorum. Sed placitum Deo virum propheta conformans, non expectat post longam ac diuturnam criminum consuetudinem doctrina Dei & præceptis timoris institui: sed rudes à peccatis annos, ætatem adhuc criminum nesciam, vult non modo studiis aliquando innocentia, sed etiam ipsa adolescentia consuetudine imbui. Difficile est ab vitatis desinere, difficile est à familiaribus abstrahi. Magnum in se consuetudo habet vinculum: & idcirco optimus ille fuerit cultor, quem non modo delictorum remissio sine crimine constituerit, sed ipsa illa præstiterit viciorum ignorantia innocentem. Nouit Hieremias propheta ætatis huius beatitudinem, dicens: Bonum, inquit, est iuueni viro cum fert iugum graue in iuuentute sua: sed debet singulariter & tacebit. Non expectat frugescentes senectutis annos, nec emortuam iam per ætatem vitiorum consuetudinem. Vult longi prælij militem: vult eum Christi seruum, quem ne ipsa quidem præteritorum criminum recordatio polluat. Nam in his qui iam prouectioris ætatis crediderunt, inest quidem

Thren. 3.

per donum gratiæ præteritorum indulgentia: sed non abest per conscientia naturam gestorum recordatio. Bonum, inquit, iuueni ferre iugum graue. Onus istud maturi ad obediendum anni ægrè ferunt. Cæterum ætas tenera grauis oneris molestiam per virtutis incrementa non sentit. Sed suscepto in iuuetute onere quid faciet? Sedebit, inquit, singulariter & tacebit. Rarus ipse est cum quo perfectio timoris Dei per annorum argumenta concreuat: & idcirco singularis sedebit, lasciuos adolescentia cœtus derelinquens, & ab ipso senum nuper credentium confessu remotus: quia comperit se non dicere, Delicta iuuentutis meæ Domine ne memineris. Silebit etiam, congruam fidei & iuuentuti existimans taciturnitatem: non tumultibus negociorum secularium admixtus, sed per modesta tacens, sola diuina sacramentorum cognitione occupatus, & sermones Dei tacita rerum atque operum obseruatione custodiens. Redit deinde ad personam suam propheta, ut id quod superius dixerat significasse de se nosceretur, dicens: *In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis.* Competere bonitati Dei non videtur, ut à mandatis suis quempiam repellat: sed sermonum adiectio & virtus verborum que ex perfecta celestisque doctrina ratione disposita est, nihil dubium, nihil contrariū in se habet. Qui ergo secundum prophetam mauult peccatorum poenitentiam quàm mortem: nunquid existimandus est à mandatis suis quenquam repellere? Absit istud existimare. Sed neque hoc nunc propheta sentit, maxime qui in toto corde Deum perquisierit. Sed absolutio difficultatum in his ipsis requirenda est, è quibus videtur existere. Propheta enim quid senserit in promptu est noscere. Legimus scriptum in Hieremia: *Maledictus qui facit opera Domini negligenter.* Legimus & in euangelis scriptum: *Omni enim habenti dabitur, & abundabit: & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.* Ergo habens abundabit, non habens verò ipso illo quod habet indigebit. Propheta non est obnoxius maledictionis conditioni, quia non negligenter opera Dei egit: cum toto corde perquirens David confidenter ait, ne à mandatis Dei repellatur, quia eum toto corde perquirat. Secundum euangelita enim habenti dabitur, & ei qui non habet etiam quod habet auferetur Deus ergo non aufert nisi non habenti, secundum quod neque repellit nisi negligentem. Ad eum autem bonitate plenus est, ut habentem abundantia muneretur: ad eum verò non vult quenquam non habere, ut non habenti ipsum quod habet adimat.

Psal. 24.

Hier. 48.

Matth. 23.

Neminem igitur nisi obnitentem repellit, neminem nisi negligentem reiecit. Hanc enim propheta retulit causam, cur se non repellat à mandatis Dei precaretur, quia non ex parte, neque per desiderium Deum sed toto corde quæsiisset: per quod intelligimus eum à mandatis repellat, qui per multam incuriam fuerit indignus admitti, & extra inhibentis inuidia est, quod de culpa proficiscitur non meritis. Tertius iste secundæ literæ versus est:

In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccent tibi. Meminimus simile huic dicto legi solere vbi dicitur: *Mysterium regis bonum est abscondere.* Meminimus enim Paulum ad Corinthios adhuc in fide paruulos quædam Dei eloquia occultasse, cum dicit: *Lacte vos potaui, non cibo, nondum enim poteratis, sed neque adhuc poteratis.* Legimus & in euangelio in agro vberis atque secundo repertum thesaurum, eundemque empto agro occultari. Nouimus neque margaritas ante porcos proiciendas:

Psal. 102.

Iob. 13.

I. Cor. 3.

cos proiciendas esse, neque sanxam canibus dare oportere. Ergo intelligimus quædam nos cordis nostri secreto continere, quæ diuulgata inexpiables peccati culpam comparabunt. Ita enim dixit: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Quia cum cætera peccata secundum differentias rerum aut in nos ipsos aut in alios exercetur: tamen tum fierent in Deum propria, cum quæ occultorum cordium essent condenda secreto, hæc in prophetam cognitionis scientiam proderentur. Contuendus autem est in quarto hoc qui consequitur versus ordo doctrinæ. Primus versus de custodiendis ab adolescente mandatis Dei constitit. Sequens quia in toto corde Deum exquisierit, ne à mandatis Dei pelleretur: dehinc quod sacramenta abscondita sapientia & occulta Dei mysteria metis suæ secreto continuerit. Quarto nunc id deprecatur ut iustificationes suas eidem ostendat: & deprecatur confessionis honore prælato, dicens: *Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas.* De iustificationibus nonnulla anteriori sermone complexi sumus, & superfluum est eadem frequenter iterare. Maximus igitur & præcipuus labor est, hanc iustificationum Dei scientiam consequi, & humanæ naturæ infirmitas difficulter tot tantarumque rerum cognitionem consequitur: atque ob id ut doceatur orat, quia diuinæ bonitatis munus est, animi humani imperitiam ad congruam atque vnicuique tenenti competentem officiorum obseruantiam temperare. Succedit deinde etiâ de iudiciis Dei sermo quo dicit: *In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.* Quanta rerum & nuncupatum differentia est? Primum à iuuentute mandata Domini custodiuntur, dehinc Deus toto corde exquiritur, tum Dei eloquia occultantur, & iustificationes disci desiderantur, nunc iudicia prædicantur. Sed propheta fortè existimabitur à se excidisse: & vel suorum, vel alienorum dictorum immemor fuisse. In hoc enim psalmorum libro legimus: *Iudicia tua abyssus multa.* Paulus apostolus ait: *Inscrutabilia iudicia Dei, & rursum Propheta: Magna enim sunt iudicia tua, & inenarrabilia: & quomodo audebat propheta dicere, In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui? Sed nihil neque contra se, neque contra alium eiusdem spiritus prophetam nunc locutus est. Non enim ait: In labiis meis pronunciaui omnia iudicia tua: sed ait, Omnia iudicia oris tui: scies nonnullam differentiam esse iudiciorum Dei, & iudiciorum oris Dei. Nunquid cum ait: *Iudicia tua abyssus multa, dixit iudicia oris tui sicut abyssus multa? Nunc autem ait: Iudicia oris tui annunciaui.* Ea ergo quæ cognita esse per prophetas, vel ex Dei verbis iudicia esse potuerunt ea propheta non tacuit. Quæ idcirco prædicata sunt, ut doceantur. Post iudiciorum autem Dei oris publicam & constantem prædicationem, id consequitur: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.* Non timet propheta vitæ suæ testes, sed in his delectatur: & ei conscientia spectantium se & contentuum iucunda est. Trepidat enim ad omnem intercessionem, pollute conscientia metus: cæterum vbi constans innocentis vitæ est fiducia plurimum testimonium interuentio grata est. Sed non de communis consuetudine gaudij iucundus propheta est: delectatur enim sicut in iudiciis omnibus. Sunt opes in auro, sunt in argento, sunt in pecuniis, sunt in vestibus, sunt in domibus, sunt in agris, eorumque aut vitibus, aut oleis, aut frugibus. Sed Domini propheta doctrinarum fruge perfectus est, & legis ac prophetarum infinitutionum facultatibus diues: & anterior licet tem-*

Psal. 35.
Rem. 11.
Sup. 17.

pore, non tamen euangelicorum & apostolicorum præceptorum ignarus est. Nouit enim & has diuitias Paulus ad Corinthios loquens: *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, per gratiam Dei quæ data est nobis in Christo Iesu: quoniam in omnibus diuites facti estis in ipso in omni verbo & in omni scientia. In his ergo diues est, & in his delectatur propheta. Cæterum non est æstimandus secularium opum comparatione delectatus esse: qui nisi cum cōtemptu atque inopia seculi diues in Domino esse non potuit. Delectatus autem in viis testimoniorum Dei opus delectationis suæ agere debet, & non ambiguum est quin agat. Ait enim septimo versus: *In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas.* Exercitatione igitur & assiduitate opus est, ut vsus rerum necessariorum retineatur, quia periculosa est humanarum metuum & molestia desidia: ac ne ocij consuetudo subrepat, assiduitas exercitationis adhibenda est. Sed retentes etiam hic ordo rationis est. Nam prius exercendum est in mandatis Dei, tum deinde vitæ eius consideranda: quia nisi fidelium operum vsus præcesserit, doctrinæ cognitio non apprehendetur. Agendum à nobis antea fideliter est, ut scientiam consequamur. Vias ergo, secundum superiorem expositionem, legem, prophetas, & omnia euangelia & apostolos esse existimamus: quos in mandatis Dei se exercens propheta, considerauit ut nouerit. Conclufit autem octauum numerum hoc versus: *In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos.* A doctrinæ perfectæ ordine propheta non excidit. In iustificationibus Dei, quas doceri se orauit exercetur, sic ut mediteretur in mandatis. Mandatorum enim ea est ratio, quo nos ad obseruantiam atque opus innocentia instituant: ut illud est, Non occides, non mœchaberis, & cætera his similia. Hæc ergo exercentur: quia in his operationis est vsus, per præsentium se exercitationem ad futura confirmans. Iustificationes autem sunt, quibus Hebræus puer sex annis seruus, liber deinceps anno septimo fiet, & post sex annorum fructus, ager ociosus relinquendus est, & cætera in iustificationum obseruantiam constituta, quæ ingentem in se habent futuræ spei meditationem per negocij presentis effectum. Atque ideo in his meditat, ut in mandatis exerceatur: quia exercitatio ad usum pertinet consuetudinis instituta. Meditatio autem se in id quod nodum obtinuit extēdit: ut per meditationem id quod expetit consequatur, ne sermonum & promissionum subrepat obliuio.*

Gimel.



*R*etribue seruo tuo, &c. usque ibi: *Et consilia mea iustificationes tuas.* Quibus non est constans emundati cordis conscientia, precari ista propheta voce non possunt: Retribue seruo tuo. Si enim digna secundum opera nostra retributio aderit, peccatorum ac delictorum nostrorum penas merebimur. Satis est autem si cui vel hæc fiducia saltem gratulandi ad Deum fuerit: Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniusticias nostras reddidit nobis.

Psal. 102.

Quia secundum altitudinem cœli à terra longauit iniquitates nostras à nobis: quia ipse cognouitfigurationem nostram. Magnum est tantam in se Dei misericordiam recognoscere, & scire consuetudinem criminum procul à se abesse, & dignum Dei misericordia se esse cepisse. Propheta autem hic, in cuius scilicet

cer corpore habitatio Dei digna est, qui sancto spiritu plenus, non communia, nec terrena cogitat & effatur: liberatis eius est ut oret: Retribue seruo tuo. Sed forte insolentis istud audacia est, sine aliqua confessionis modestia meritum retributionis optasse: nec se in corpore situm, id est, in vili atque humili sorte esse meminisse. Exclusit autem propheta omnem de se vanitatis ac iactantiae opinionem. Nam cum dixisset: Retribue, ex fiducia innocentiae: seruo tuo, ex seruitutis officio, & ex conditionis suae confessione subiecit: Constante igitur haec postulat, qui Dei se seruum, non peccati esse meminisset: quia omnis qui peccat, seruus est peccati. *Viuam, inquit, & obseruabo sermones tuos.* Viuam atque obseruabo non praesentis temporis res est: sed significatio sermonis huius in futurum se tempus extendit. Scit enim propheta quando beata illa & vera viuendum vita sit. Nunc vero & in puluere mortis manemus, & in mortis corpore sumus, a quo se liberari Apostolus orat, dicens: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Habemus autem etiam nunc admixta nobis materiam quae mortis legi & peccati obnoxia est, & in huius caducae carnis infirmaeque domicilio corruptionis labem ex eius consorcio mutuamur: ac nisi glorificato in natura spiritali corpore, vitae verae in nobis non potest esse natura. Audiamus eum qui se meminit in corpore mortis habitare dicentem: Quia vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria. Hanc ergo retributionem sibi propheta orat, ut viuat: futurae huius vitae tempus in loco altero docens, quo ait: Placebo Deo in regione viuendum. Scit hanc mundi istius sedem regionem non esse viuendum, scit nos adhuc secundum praefigurationem legis emundandos esse: nunc enim admiscemur morticinae, & in lege quisquis mortuum contrectat immundus est. Sed ab sit istud ut quicquam horum in lege corporaliter intelligatur, tanquam per contrectationem mortui quisquam fiat immundus. Ioseph ossa egrediens Aegyptum Moyses ipse lator legis euexit. Heliuseus mortuo ut eum viuificaret incubuit. Dominus ipse mortuos manu apprehensos in vitam retraxit. Contrectatio mortui si immundum effectura fuisset: nequaquam a tantis viris, neque a Domino violata lex esset, ipso dicente: Non veni legem soluere, sed adimplere. Sed quia lex umbra est futurorum bonorum, idcirco per hanc praefiguratam significantiam docuit, nos in hoc terreni & morticini corporis habitaculo mundos esse non posse: nisi per ablutionem caelestis misericordiae emundationem consequamur, post demutationem resurrectionis terreni corporis nostri effecta gloriose natura. Et forte si quis existimet sibi in sacramento baptismi perfectam illam innocentiam, & caelestis vitae dignam redditam puritatem, Ioannem baptistam dixisse recolat: Ego quidem baptizo vos in aqua poenitentiae, qui autem post me venit, fortior me est, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Ipsum autem Dominum baptizatum a Ioanne cum adhuc esset in corpore meminerit locutum: Adhuc habeo alio baptismo baptizari. Est ergo quantum licet existimare perfectae illius emundatio puritatis etiam post baptismi aquas reposita: quae nos sancti Spiritus sanctificet aduentu, iudicij igne nos decoquat, quae per mortis iniuriam a labe morticinae & societate purgabit, quae martyrij passione deuoto ac fidei sanguine abluet. Et idcirco sanctus propheta victurum se dicit esse cum vi-

Rom. 7.

Colof. 3.

Psal. 114.

Contagium animi.

Matth. 3.

Matth. 3.

Luc. 12.

Baptismus martyrium.

uat: per hanc scilicet umbram vitae ad veram illam regionem viuendum transferendum. Secundum quod exemplum, ut dixit, vitam: ita & custodiam sermones tuos. Custodiuntur interim secundum apostoli Paulum pro parte & per speculum. Sunt enim multa seculi scandala, quae prohibent perfectam in nobis mandatorum esse custodiam. Taceo de naturis corporum: quae nos interim aut per infirmitatem, aut per incentiuam vitiorum imperfectos esse compellunt. At vero morte victa, & aculeo eius obtuso, cum facie ad faciem audiemus atque cernemus: tunc verè & viuemus, & mandata Dei sequemur. Ordo intelligentiae qui primo versu continetur, hic idem in consequentibus est. Ait enim. *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Scit mortalibus oculis atque corporeis nubem obscuritatis obsistere: scit ea quae corporaliter in lege praecipita sunt umbram esse & speculum futurorum. Legem quidem legit: sed optat legis mirabilia contueri. Meminit sancta esse sabbata: sed in aeternorum sabbatorum requie esse desiderat. Vitur quidem azymis panibus: sed firmetum eiicere naturae veteris festinat. Immolat paschae ouem: sed assistere ei qui per Ioannem reuelatur agno, concupiscit. Septimi anni legi satisfacit: sed ipse exactis septem milibus, seculi esse liber expostulat. Iubilei quinquagesimi anni legem explet: sed pentecostadis remissionem ac renouationem obtinere festinat. Scit ex praecipito Dei secundum caeleste exemplar & altarium a Mose institutum, & Aarō sacerdotali habitu ornatuque vestitum: sed principes sacerdotum in cuius exemplum haec fuerant, interesse ministerijs properat. Induci quoque in terram sanctam & terram fluentem lac & mel, tanquam totius huius orbis peregrinus orat. Vniuersa quidem ista Iudaei corporaliter gerunt, sed hoc Paulus aliter intelligit, dicens: Scimus enim quia lex spiritalis est. Haec igitur legis mirabilia quae velatis oculis adumbrantur propheta orat ut cernat: scilicet ut caduco atque infirmo corpore absolutus, haec quae per corporalem obseruantiam legis magna & mirabilia in caelis praefigurantur aspiat. Non demutatur affectus orantis. Post haec enim ait: *Accola sum in terra, ne abscondas a me mandata tua.* Accola non iuris sui terram incolit: sed aduena, & peregrinus fructum extemporariae operationis expectat. Nouit incolat huius Apostolus ordinem, dicens: Peregrinandum a corpore, & cum Christo manendum esse. Propheta itaque quasdam imagines caelestium conuersationum decernens, licet corpus incolat, tamen rem non suam incolit. Oculis mentis in caelum erectis scit in caelo thesauros collocandos: quia ubi thesaurus sit, illic & cor futurum sit. Non erat ille sensu suae terrae accola, qui in euangelica comparatione horrea exstruit capacia ingentium fructuum, & animam suam per presentium copia ad delicias adhortatur stultus, anima ipsa eadem nocte priuandus. Ergo accola se propheta constitens, orat ne mandata Dei a se occultentur. Nemo enim nisi peregrinus corporis sui cognitione mandatorum Dei est dignus. Quod mandatum cum lucidum sit illuminas oculos, absurdè nunc videbitur dixisse, ne sibi mandata Dei occultentur: quae hoc naturae in se habet, ut & lucida sint & illuminent. Sed negligentia aurium affert sensuum difficultatem. Illic enim mandatum lucidum & illuminas est, hic mandata abscondita sunt. Lucidum mandatum est, per quod ad contuendum lumen mandatorum illuminamur. Per mandatum quod in lege primum est, quo Deum ex tota anima, ex tota virtute amare praecipimur, digni illuminatione cognitionis efficiamur.

Allegoria veteris legis

Rom. 7.

I. Cor. 5.

Superbia.

efficiamur. Et sicut de gloria in gloriam transibimus, & in lumine videbimus lumen: sic per speculum faciem ipsam quandoque cernemus. Per hoc enim nunc corporalis vitae mandatum, sacramento baptismi & praecipito Dei illuminamur: & lumine utimur, & in gloria manemus. Per hoc rursum ex mandato mandata cernemus, per hoc lumine lumen videbimus: per hoc ex gloria in gloriam transferemur. Scit autem in caelis propheta plura Dei esse mandata, scit per diuersitatem ministeriorum diuersas esse praecipitorum obseruantias: angelorum, archangelorum, thronorum, dominationum, potestatum, & principatum. Quos utique necesse est, ut nominibus ita & officijs esse diuersos, perpetuam tamen mandatorum custodiam pro natura suae firmitate retinentes. Atque ob id reuelari sibi caelestium mandatorum sacramenta orat: quia sciat se in terra huius corpore esse peregrinum. Quartus hic tertiae litterae versus est: *Concupiscit anima mea, ut desiderem iudicia tua in omni tempore.* Non est propheta huius communis cum ceteris vel seculi sermo: altius sub significatione familiarium verborum intelligentiae suae extulit sensum, dicens: Concupiscit anima mea, ut desiderem iudicia tua in omni tempore. Multis enim videtur rectius dictum fuisse: Desiderat anima mea iudicia tua in omni tempore. Et forte quidam existimant id ipsum sub his dictis contineri. Sed meminit propheta, arduum esse & naturae humanae periculosissimum, Dei desiderare iudicia. Cum enim nemo viuens in conspectu ipsius mundus sit, quomodo desiderabile eius potest esse iudicium? An cum ex omni ocio suo verborum sumus praestituri, diem iudicij concupiscimus, in quo nobis esse ille indefessus ignis obeundus, in quo subeunda sunt grauius illa expandenda a peccatis animae supplicia? Beatae Mariae animam gladius pertransiuit, ut reuelentur multorum cordium cogitationes. Si in iudicij seueritate capax illa Dei virgo ventura est, desiderare quis audebit a Deo iudicari? Iob omnium humanarum calamitatum militia & victoria perfunctus, qui cum tentaretur, ait: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum in secula. Cinerem se esse coefferus, audita de nube Dei voce non loquendum sibi ultra decreuit. Et quis erit ausus Dei desiderare iudicia, cuius vocem de caelis nec tantum propheta sustinuit, neque Apostoli in monte cum Domino ferre potuerunt? Tenuit itaque propheta & humanae naturae & conscientiae modum, dicens: Concupiscit anima mea, ut desiderem iudicia tua in omni tempore. Non enim iudicium desiderat, sed ut desideret concupiscit: desiderij eum cupiditas, non iudicij continebat. Concupiscit enim desiderare, scilicet ut in tanta innocentia maneat, ut tuto iam & sine metuendi iudicij terrore desideret rem ipsam: nondum per conscientiam humanae conditionis desideras, sed eius desiderium ex conscientia perfectae si proueniat innocentiae concupiscens. Scit verò continentem & indefessam desiderij huius concupiscentiam esse oportere, atque adeo adiecit, in omni tempore: nullum scilicet docens ocium nobis esse debere, quin semper desiderij huius cupiditate teneamur. Dehinc sequitur: *Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis.* O infelix superbia. Dignatur sub praecipitis caelestibus viuere, quae mandata diuina anima infidelis timore fastidit. Plurima sunt humanorum vitiorum crimina, & diuersae atque innumerabiles peccatorum operationes: sed nulla magis prouocandi in nos iram Dei quam superbiae causa est. Increpasti enim non auaros,

non lasciuos, quibus utique increpatio debita est, sed superbos: quia plures superbia qua humana contemunt, etiam Deo obsequi spernunt. Sed sint licet praecleara caetera fidei opera, & in omnium diuinorum praecipitorum custodia deuotio immoretur: tamen subrepente superbia, eorum memoria quae rectè operamur abolebitur: quando Euangelicus ille pharisaeus labore se in vitam statuit, ne aliena rei rapax esset, ne in quenquam iniuriosus existeret, ne adulterijs dissolueretur, laborauit bis in sabbato ieiunans: & infelix hoc vitiosum corpus per abstinentiam cibi ingetis patientiae virtute confecit, quando deinde labore auaritia vincenda, decimas substantiae suae in usum egentium intulit. Quid his praeclearius? quid horum operum executione difficilius? Sed incidit in superbiae laqueum, dicens: Quia non sum sicut peccator iste & publicanus. Ex ingentibus operibus cecidit in crimen, & insolens per hanc virtutum suarum gloriam factus, iustificato magis publicano recessit. Sed quid de pharisaeo dicimus? Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, aduersum quem diabolus omni virtutis suae arte luctatus est, angelum satanae qui se colaphizer accepit: ut per passionum omnium indefessas molestias, nulla superbiendi occasio per ocium temporis posset obrepere. Ipse quoque eligendi & constituendi sacerdotis quamdam legem ferens, cum iam eum in his quibus episcopum dignum est virtutibus collocasset: neophytum eligi vetuit, ne superbiret, dicens: Non neophytum, ne inflatus incidat in iudicium diaboli. Id est, ne per recens adeptam regenerationis gratiam insolescat: vult illum multo passionum bello antè tentari, vult multis humilitatis & fidei stipendijs prouehi. Cor enim humiliatum Deus non spernit, & sacrificium optimum cor contribulatum. Quia qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Et idcirco maledicti qui declinant a mandatis tuis, quia increpantur superbi: quia superbia animi insolentis & humana despiciamus, & diuina negligimus. Sed virtus verbi hic collocati non negligenter est audienda. Promptum enim fuerat dicere, Maledicti qui non obtemperant mandatis tuis. De vno & de plurimis mandatis in superiore versus competentia diximus. Maledicti autem sunt, qui per hanc prophetiae doctrinam eruditi a mandatis Dei declinant: id est, per viciorum praesentium desideria ad spe aeternorum mandatorum decidunt. Qui enim declinat, & id in quo est deuitat: ex alia parte in aliam deducitur, & flexu quodam de itinere decedit. Vel leuiter ergo declinatem a mandatis Dei maledictionis sententia comprehendit: ut intelligeremus quanti periculi res esset, ea omnia ignorare nos, a quibus declinatio maledicti est. *Miser a me opprobrium & contemptum, quia testimonia tua exquisiui.* Peccata opprobrium sunt digna: & idcirco peccatores exurgent in opprobrium sempiternum. Quod autem peccata omnia opprobrium sunt digna, in euangelis discamus: tum cum Dominus exprobrare illis ciuitatibus cepit, in quibus plures virtutes eius effectae essent nec poenitissent, Corozaim & Bethsaida. Quod ab illis ceptum, necesse est ut in omnes eiusdem criminis pares fiat: & tunc humano generi exprobrat non poenitenti, neque in viam euangelicam pergenti: id quod psalmo continetur. Quae utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Exprobrat enim superbis atque maledictis, cur nihil in sacramento sanguinis sui atque mortis vitilitatis esse existimant: cum ille nostri causa, & natus &

Luc. 18.

I. Tim. 3.

Luc.

psal. 29.



passus & mortuus sit. Tenuit etiā propheta rationem A infirmitatis humanæ. Scit inesse quædam quæ per Dei misericordiam auferenda à nobis sint: scit & Deum tali peccatorum nostrorum confessione orandum, vt & si digni argnitione habeamur, non tamen arguamur. Confitendum enim crimē est, vt obtineatur & venia. Scit deinde post argutionem in contemptum, id est, in nihilum gentes existimari: quia scriptum est, Omnes gentes nihil sunt, & omnia quæ à malitia sunt, in nihilum æstimata sunt. Sed secundum prophetæ exemplū auferri à nobis opprobrium & contemptum hac spe ac fiducia nos deprecati oportet: vt addamus ad id quod dicitur: *Asper à me opprobrium & contemptū, & id quod sequitur: Quia testimonia tua exquisiui.* Et testimonia Dei exquiri, vt argui non debeat: & auferri à se opprobrium contemptumque precatur, vt vrecundiam nō derelinquat. Esse quidem in natura sua confessus argutionis & opprobrij causam quā à se deprecatur auferri: sed per deuotionem exquisitorum testimoniorum eam sperat auferri. Exquiri autem testimonia Dei propheta, non in ocio, neque insolentia rerum secularium: sed exquiri multis aduersus se recidentibus & aduersus se colloquentibus dicit: Etenim federunt principes, & aduersus me detrahebant. Scit enim omnem propheta fidē, mundi huius deesse principibus: scit & apostolos cunctis futuros propter Christianum nomen odiosos. Sedent aduersus prophetam principes, & detrahunt tunc cū audiunt Esaiam dicentem: *Audite verbum Domini principes Sodomorum, attendite legem Dei populus Gomorrhæ.* Ex consilio enim talium Esaias lectus est, Hieremias quoque carcere clauditur, Daniel leonibus fame ad scuitiam incitatus obiicitur, Zacharias inter templum & altare occiditur, apostoli cæduntur, defecantur, crucifiguntur, vt prædicatio Dei auferatur, vt doctrina prophetiæ inhibeatur, vt vitæ æternæ via obsepaiatur. Sed hos principum confessus, & hæc obtreactionis eloquia spreuit fides constans. Consequitur enim: *Seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus.* Obstreptentibus illis videlicet, & totis pœnarum armis inhihentibus: in exercitationibus iustificationum Dei spiritus perseverat. Sed vt iam super tractauimus, exercitatio iustificationum & meditatio testimoniorum illa est, qua cum legis opera per corporales efficiantur exercamur. Exercitatione iustificationum tamen, & testimoniorum meditatione, bonorum æternorum per præsentium meditationem quædam præparatio comparatur. Sed testimoniorum imeditatio vnde oriatur ostendit. Adiecit enim: *Et consilia mea iustificationes tue.* Omnem scilicet vitæ curam, omnes consiliorum varios diuersosque motus intentos esse iustificationibus constans Dei in Christo Iesu, cui gloria & honor in secula seculorum. Amen.

Daleth.

Ad hæc pauimento anima mea, & cætera, vsq; ibi: *Cum dilatasti cor meum.* Multiplex intelligentia non potest in se habere dictorū difficultatem, cum amota omni obscuritate intelligendi magis abudet electio: vt in primo quartæ literæ versu contuemur. Ait enim: *Ad hæc pauimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum.* Potest istud & de assiduitate orationis intelligi, tanquam ex peccatorum confessione in terra propheta prostratus adhæserit pauimento. Sed vt altius aliquid

Esai. 40.

Esai. 1.

sub his dictis intelligamus, per sepecta diligentius verborum virtute necessariam ducimus. Non enim ait: Ad hæc pauimento, sed ait: Ad hæc pauimento anima mea: & admonemur intelligere hic eum esse de animæ & corporis societate conquestū. Et multa sunt, quæ nos vt potius probabile existimem⁹ admoveant. Dixit enim Apostolus, corpus humiliationis nostræ, dixit & propheta: *Humiliata est in puluere anima mea, dixit rursus: Et in puluere mortis deduxisti me.* Igitur vel quia in terræ huius solo commoramur, vel quia ex terra instituti, conformatique sumus, anima quæ alterius originis est, terræ corporis adhærisse creditur: maximum ipsa certamen suscipiens, vt se immanens in eo, ab eius societate diuellat, vt tanquā peregrina incolatu eius vtatur. Non ignarus est autē propheta licet anterior ætate, apostolici dicti: quia qui adhærent Domino, in vno spiritu sunt. Scit enim à se prædicatum: Ad hæc post te anima mea. *Quin etiam legit in lege: Post Dominū Deum ambulabis, & adhærebis ipsi.* Adhæreere igitur huic magis quā illi concupiscit. Sed quia meminit ex consortio eius nonnullam se labem contraxisse peccati: orat vt per verbum Dei quamuis admixta terrenæ mortalitq; naturæ anima eius sit, ipse tamen in viam vitæ cœlestis animetur. Scit enim se nunc pauimento adhæreere, nō vitæ: sed secundum verbum Dei, cui mortui viuunt, orat vt viuificetur in vitam. Dehinc sequitur: *Vias meas pronunciaui & exaudiisti me, doce me iustificationes tuas.* Qui secundum voluptates corporis vitam agunt, in vijs suis ambulant. Qui autem omni viciorum carnalium consuetudine derelicta in præceptis Dei degunt: iam illis non in sua, sed in via Dei iter est. Et hæc audiamus in Deuteronomij præcepto: Sed nunc Israel quid Dominus Deus tuus poscit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus vijs eius: & diligas eum, & seruias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & custodias præcepta Domini Dei tui, & iustificationes eius, quæ ego præcipio tibi hodie vt bene sit tibi? Ergo Deo adhærens, in via Dei est. Et qua ratione prophetam hic locutum existimabimus dicentem: *Vias meas pronunciaui, & exaudiisti me, doce me iustificationes tuas?* Si enim vias suas prædicat, necesse est peccati vias prædicet: quia in via peccati sit, quisquis in via Dei nō sit. Sed huic presentis dicto consentiens illud videtur, quod dictū est: *Pronunciaui aduersum me iniusticias meas Domino.* Et rursus: *Iustus in exordio sermonis sui ipse sibi accusator est.* Ergo hic pronuntiatio quæ dicitur nō laudatio est, sed confessio viarum suarum: id est, peccatorum suorum penitens confessio. Et propheta vt esset dignus spiritu prophetiæ, vias suas, id est, peccata sua ante confessus est: vt per hanc pronuntiationem eorum, doctrinæ iustificationum Dei capax esset. Quod vtrunque absolute docetur. Nam cum dicit, Pronunciaui, confessionem hanc præteriti temporis esse demonstrat: cum dicit, Doce me, oratio est ex futuro. Quia confitendum antè est de peccatis, & exacta confessione discendum. Manens autem propheta in lege, non ex his doceri se postulat, quæ corporali tum ministerio gerebantur: sed ex his quæ per speciem præsentium futuri erant sacramenta complexa. Viam iustificationum tuarū fac vt intelligam, & exercebor in mirabilibus tuis. Sermo præsens discretissime cognoscitur iustificationes à via eorum. Et quantum re ipsa intelligitur: omne quod est ad quod per viam tenditur, nō idem est quod & via ipsa qua pergitur. *Querenda igitur*

Psal. 43. 21.

Psal. 42. 13.

Deut. 10.

Psal. 31. 18.

Psal. 72. 0. 13. 1.

Deut. 10.

tur causa est: cur propheta præstari sibi, vt viam iustificationum intelligat, potius quā vt ipsas iustificationes cognoscat, orauerit. Meminit etenim omnes iustificationes legis, vmbra in se sanctarum iustificationum continere: cum post sexennij seruitutem Hebræus puer liber esset, cum septimi anni fructus indigentibus & pecoribus terræ relinquitur, cum post quinquagesimum annum omnia in ius familiæ eius vnde decesserint: reuertantur. Et quia hæc quæ in lege sunt constituta, via est eorum quorum in his præformatur exemplum: viam iustificationum vt intelligens in mirabilibus Dei exerceatur orat, id est, in legis operibus versetur: quia lex sit ad futurorum bonorū speculum constituta. De sequenti versu comperi multos varia sensisse, eo quod non eadem proprietate à cæteris traslatoribus ex Hebræo demutatus esset, vt ab his Septuaginta interpretantibus conscriptus est. Nonnulli enim pro eo quod ab aliis dictum est: *in vijs, distillauit verterunt.* Sed nobis neque tutum est translationem Septuaginta interpretum transgredi: & sana ratio est, & sensus dictorum ita admonet, vt rectè ac probabiliter versum traslatum intelligamus. Est enim eum illis & nobilium ita: *Dormitasti anima mea præ radio.* Et superior omnis sermo & consequens, humilitatis & infirmitatis confessio in se habet: cum pauimento anima adhæsit, cum peccatorum viæ cōsistentur, cum intelligentiā viæ iustificationū orat. Consequens ergo est, nunc animā suam præ radio mortalis habitaculi dormire conquectus sit: quæ nondum iustificationum viam intelligat, quæ etiam pauimento adhæserit. Atque ob id in vijs Dei, confirmandum sese orat, quia præ radio dormitet. Sed hic ea ratio seruata est, vt dormire se, non dormire dicat: quia qui dormit, in ipso somni opera est: qui autem dormitat, antequam dormiat dormitat. Quæ & in alio loco ratio seruata est, cum dicit: *Eccē non dormit, neque dormitabit qui custodit Israel.* Sed & illic vbi meminit: *Si dero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.* Dormitationem dixit palpebrarum, somnum verò esse dixit oculorum: quia palpebrarum officium est, vt somnum ex dormitatione concilient. Propheta igitur esset dormitasti, non tamen dormitasti: quæ ob id ne dormitans obdormiat adiecit, *Cōfirma me in verbis tuis: id est, vt per omnium iustificationum, quas superius memorauit, intelligentiam cōfirmatus non modo non dormiat, sed etiam sine aliqua dormitatione peruigilet.* Ait enim post hæc: *Viam iniquitatis amoue à me, & lege tua miserere mei.* Promptum fuerat dicere: *Iniquitatem amoue à me: sed licet infirmitatis suæ conscius, meminerit in corpore suo viam inesse peccandi, tamen per timorem Dei à peractione peccati omnis alienus est.* Viam igitur peccati, qua ad peccatum pergere promptum est, amoueri à se depreccatur: id est, omnia corporalium voluptatū desideria auferri, nec tentationem aliquam concupiscentiæ, aut ignorantia qua tanquam per viam ad peccatum itur ingruere. Nec solum id orat Deum, sed etiā vt per legem suam misereatur eius. Per legem autem hoc modo misericordiam consequetur: quia vt superius ostendi, ita in lege est scriptū: *Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus poscit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus vijs eius, & diligas eum, & seruias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & custodias præcepta Domini Dei tui, & iustificationes eius, quas ego præcipio tibi hodie, vt bene sit tibi? Ergo cum lex doceat*

in vijs Dei ambulandum, vt ambulanti in his bene in posterum sit: & nunc fortè propheta oret vias iniusticiæ à se amoueri, sibi que vt Deus misereatur ex lege: id orat quod lege conclusum est, vt in vijs Dei ambulans in beatitudine collocetur. Dehinc sequitur: *Viam veritatis dilexi, iudicia tua non sum oblitus. Viā multi diligunt, sed non omnes diligunt viam veritatis.* Et quicumque aut voluptatum, aut diuitiarum, aut honorum viam ineunt, sed & qui hæreticorum doctrinis vagi & incerti & impij differuntur: in via quidem sunt, sed non in via veritatis. Sed propheta ex spiritu eius loquitur qui assumpto corpore dicturus postea erat: *Ego sum via, veritas & vita.* Et quia hoc iudiciū est, secundum quod in euangelijs continetur (Hoc enim iudicium est, vt qui credit in me, habeat vitam æternam) meritò propheta ait: *Viam veritatis dilexi, iudicia tua non sum oblitus.* Nobis enim hæc ad cognitionem posterius dicta sunt, sed propheta in his & viuuit & loquitur. Cohæret autē sibi doctrinæ & confessionis prophetiæ sermo. Ait enim: *Ad hæc testimonij tuis Domine, nobis me confundere.* Quia veterū & anteriorum peccatorum veniam testimonij Domini adhærendo sit meritis. Scit enim verbis Dei dictum esse: *Ecce deleam vt nubem iniusticias tuas, & tanquā nebulam peccata tua.* Dominus potens est omnia ea quæ in nobis pudoris & confusionis sunt, amouere, si & nos dicere cum libertate possimus: *Ad hæc testimonij tuis.* His enim adhærentes, confusione pudendorum & anteriorum criminum liberamur: sed concludentur omnia suo ordine & suis rebus. Superius enim ait: *Viam iniusticiæ amoue à me, deinde subiicit: Viā veritatis dilexi, tertiū id sequitur: Ad hæc testimonij tuis, nunc deinde ita finit: In via præceptorum tuorū cucurri, cum dilatasti cor meum.* Per gradum ad id ventū est, viæ iniquitatis amota, viæ veritatis dilectæ, testimoniorum indiuisibili societate, vt in via mandatorū Dei curretur: sed via quæ ad vitam ducit, & angusta, & tribulata est. Angusta, quia diligenter & caute in ea ingrediendum est. Tribulata, quia per multas tribulationes & passiones aditur. Ergo insolens propheta existimabitur, qui se pamen hanc currere gloriatur? Meminit autem inter innocentia studium & humilitatis confessionem, sermonum suorum moderandam esse virtutem. Idcirco postea quā dixerat: *In via mandatorum tuorum cucurri, hoc addidit: Cum dilatasti cor meum.* Dilatatum est cor, quod per fidem ca pax doctrinæ Dei panditur. Et hoc de credētibus dictum est: *Et inhabitabo & inambulabo in his.* Cor igitur dilatatur, in quo sacramentum patris & filij residet: in quo capaci habitatione Spiritus sanctus dilatatur. Meminit & Salomon dicens: *Sapientia in exitibus canitur, in plateis cū libertate agit.* Verbi huius vtriusque Latinitas nostra vel obscuritatem nobis affert, vel alterius intelligentiæ opinionē præbet. Nam quod nos in exitibus dicimus, Græcitas ex Hebræo *in igdois* translulit. Et exodus propriè est, vbi ex multis angustis viis in vnam coitur. Quod verò nos plateas nuncupamus, eodem nomine Græcitas nuncupauit. Sed plateas latitudines esse Græcus sermo designat: & nos putamus has esse vrbium vias. Ergo sapientia, quæ Christus est, in via illa in qua nobis ex multis egressus est, canitur. In latitudinibus autem cū libertate agit: in quibus non solum habitare, sed etiam deambulatorum se esse promissit. Ergo viam Domini propheta liberè currit, postea quā dilatato corde esse cœpit. Non enim antè potuit viam Dei currere, quā ipse illa digna & an-

Ioan. 14.

Esai. 44.

Prouer. 1.

pla Deo efficeretur habitatio.

He.

Egem statue mihi Domine, &c. vsque ibi: *In aequitate tua vivifica me.*) Inusitatam ac novam deprecationem prophetæ in primo quintæ literæ versu invenimus. Ita enim cepit: *Legem statue mihi Domine viam iustificationum tuarum.*) Sed rationem consequi versus huius ex Latina interpretatione difficile est. Per conditionem enim communis sermonis nostri, non ita absolute potuit virtus verbi Græci & Hebraici explicari. Græci namque ex Hebræo transtulerunt, *νομοθετησόν μου νόμους, ἃς δὲ δὸν ἔδωκεν ὁ θεός.* Orat enim in hoc versu, vt sibi lex statuat iustificationum: quod Græci est *νομοθετησόν*, ad eiusdem sensus intelligentiam Latinitas explicare non potuit. Propheta ergo orat, vt viam iustificationum suarum legem sibi Dominus constituat, id est, vt qua lege viam iustificationum Dei accipiat, intelligat & sciat. Non enim viam tantum, sed iustificationum viam postulat legem. Et quæ tandem iustificationis via lex erit? Nam in communibus & terrenis vijs legem meminimus esse in spacijs mensuras: cum passuum mille intervalla quædam legis viæ signa statuuntur, cum mansionum requies disponitur, cum vsque ad urbem refectioe viantium congrua rursus mansionum intervalla dimensa sunt. Sed etiam tunc cum ex Aegypto populus per rubrum mare pedester transiit, legem quandam viæ suæ meminimus: & non humani arbitrij iudicio, sed diuini constitutam in columna ignis & nubis. Nam cum oporteret populum iter agere, columna ignis nocturno tempore anteibat: die verò columna nubis. At cum placitum Deo fuisset, diu in hisdem castris populum contineri: columna neque ignis noctu prouehabatur, neque nubis die anteibat. Legem itaque hanc viam statuit. Et si diligenter stationes eas, mansionesque castrorum, & conditiones locorum quæ Exodo continentur, retractemus: magna in ipsis cœlestis itinervis mirabilia cernemus. Ob quod frequenter propheta orauit, dicens: Considerabo mirabilia de lege tua. Sed non iam istis se viæ legibus contineri propheta orat: non enim viam legem, sed viam iustificationum poposcit. Scit esse viam testimoniorum, cum dicit: In via testimoniorum tuorum delectatus sum. Scit esse viam præceptorum, cum ait: Viam præceptorum tuorum cucurri. Nouit etiam viam legis, cum beati sunt qui ambulant in lege Domini. Scit esse hanc viam iustificationum, de qua nunc deprecatur. Scit etiam esse viam in prophetis, scit esse viam in euangelij: scit etiã viam in apostolis, de quibus sæpe testatus est. Vult ergo per viam huius legem, vsque in perfectam illam vitæ viam tendere. Plures enim sunt hæreticorum qui viam legis probant, plures qui prophetarum, multi qui euangeliorum, multi qui apostolorum. Scimus etiã quosdam non omnibus his vijs esse contentos: sed scriba doctus nouit diuinitatis patrisfamilie se exemplo de thesauris proferre vetera & noua. Hanc igitur iustificationum viam legem propheta desiderat. Lex enim iustificationum quibusdam religiosi cordis disciplinis continetur, & intra fines nos constitutionis sue quibus se verteret, arctauit: ne excedentes eos, ad opiniones hæreticæ intelligentiæ euagremur. Non vult igitur ab ea lege excedere, quam constitui sibi orat. Sed in quam causam hanc legem orat institui? Scilicet vt exquirat eam. Lex erat iustificationum per Moysen scripta, & hanc propheta operibus exercebat. Non ergo hanc statui sibi orat, quæ iam statuta erat, & ab eo religiosè agebatur:

A sed eam quam optat inquirere. Quid ergo optat inquirere? Finem scilicet legis? Apostolum audiamus: Finis enim legis Christus est. Sed per has iustificationum vias, quibus statuta lex fuerit, finem legis optat exquirere: neque solum exquirere, sed semper exquirere. Ita enim ait: *Et exquiram eam semper.*) Officium exquirendi non suffecerat per voluntatem, nisi etiam indefessa ab eo temporis continuatione generetur. *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & seruabo eam in toto corde meo.*) In prouerbis Salomonis scriptum meminimus: Ignorando sapientiam sapienter interrogatibus sapientia deputatur. Quo sensu id ostendi videtur, quod qui non intelligat, & sapienter interroget, sapere credatur. Hoc itaque eò proficit, quia propheta in lege manens, & secundum apostolum Hebræus ex Hebræis, octaua die circumcisus, & secundum genus ex tribu Iuda, & secundum gratiam corporeæ vinctiois, & rex electus, & Christo, & sacramento dominicæ natiuitatis dignus, cuius filius Iesus Christus esset, tanquam peregrinus legis, orat: *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & seruabo eam in toto corde meo.*) Nondum ergo seruat, nondum scrutatus est, nondum intelligit. Non ergo de ea lege loquitur, in qua natus est, eruditus est, operatus est propheta. Sciens itaque primam partem esse prudentiæ, vt quis quod non intelligit, sapienter interroget: & quod ignorat, intelligat: idcirco intellectum vt accipiat rogat. Sciens verò adepto spiritu intelligendi, studio opus esse scrutandi, ait: *Et scrutabor legem tuam.* Scrutationis autem fructus huius rei custodiam esse cognoscens, dixit: *Et seruabo eam.* Intelligens verò perfectam custodiã diligentiam in toto esse cordis officio: cõsummauit omnem sermonis sui ordinem, dicens: *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & seruabo eam in toto corde meo.* Sed quid tandem istud est quod intelligere optat, quod scrutaturum se & seruaturum toto corde promittit? Meminit namque non ociosos dies Moysi libro in mûdi huius operatione monstrari. Scit non superflua esse diei septimi requiem. Recordatur in mensis noui religionis sacramentum festiuitatis cœlestis tanquã in speculo figurari. Nouit annum illum, quo post sex annorum seruitutem liber Hebræus est, quo post multam operationem requiescit, fructibus eius relictis profelyto pauperi & bestijs terræ: quo & debita vniuersa Hebræis omnibus remittuntur. Quinquagesimi quoque anni legem concupiscit scrutari. Vult quæ sit in primo mensis decimi diei vsque in quartamdecimam, & deinde vsque in vigesimam primam religio. Illam quoque septimi mensis cogitat solennitatem cuius memoriale in tubis est: decimi quoque diei in eo placationem, & post quintamdecimam in tabernaculis dierum octo lætitiã: quomodo ex his & prima & octaua sit sancta. Scit circumcissionem primam fuisse, scit & iteratam per Iesum liber gestam. Azyma sancta desiderat, litare pascha concupiscit, de quo in agni ipsius immolatione scriptum est: Hoc est pascha Domini. Terram repromissionis, terram fluentem lac & mel, scit nondum verè à populo, qui secundo est circumcisus, obtentam. Ob hæc igitur intellectum orat: hæc intelligens scrutaturum se pollicetur: hæc scrutatus seruaturum se professus est: hæc seruans in toto corde custodiet. Post sequitur: *Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsum volui.*) Et in hoc nunc versu, sermonis virtus non propriè per conditionem translationis expressa est. Nam id quod nostri ita dixerunt: *Deduc me in semita, Gracitas*

Rom. 10.

Allegoria legis.

Gracitas sic locuta est, *in semitis suis*, & id quod cum illis *scribitur*, dicitur, trita & frequentata discursibus semita intelligitur. Nobiscum autem, semita potest & esse semita, & esse non trita. Ergo quia Gracitas vtrūque eadem nuncupatione complexa est, nos quoque ita sentiamus, & semitam equidem sciamus esse quæ trita est. Et obseruandum est, quod hic non legis mandatorum semitam esse dicat. Via enim legis Moysi gradienda est postquam ipsa constituta est: quia in mandatis Dei iam à seculi institutione perrectum sit. In hac enim semita & Abel cucurrit, & Seth institit, & Enoch placuit, & Noe reseruari meruit, & Melchisedech & benedice-re potuit, & decimas accepit, & Abraham amicus Dei est, & ex Iuda expectatio gentium est, & Ioseph in testimonium positus est, Iob à lege liber de hoste legis triumphat, & Hebræum Moses vindicat, & Iesus secundo Israel circumcidit, & Samuhel dignus in vngendo rege eligitur. Et nunc in hanc orat se hic & vinctus, & rex & propheta deduci. Scit enim imbecillam sibi esse naturam, neque se posse hanc semitam sine duce aggredi. Dux enim est, cum dicitur: *Retro post eum ambulabis, quoniam ipse te deducet.* Deducit autem, cum ait: *Qui non tulerit crucem suam, & sequutus me fuerit, non est me dignus.* Deducit etiam, cum prior omnem euangelicarum passionum semitam truit. Si Apostoli docent, prior ille docuit. Constituit enim sapientia amicos Dei & prophetas. Si istè nunc aliquid geritur à nobis, princeps iusticiæ nostræ est. Est enim ipse iusticia. Si ob fidem, ob terrorem flagellamur, flagellis ille dorsum suum præbuit. Si per contumeliam conspui mur, faciem suam ille non auertit à sputis. Dux in omnibus ille est: sed dux est diligentibus legem, quæ superius se toto in corde custoditurum propheta professus est. Non enim hic secundum sermonem Gracitatis, cū dicitur: *Quia ipsam volui, ad semitam mandatorum referri potest: quia Gracitas, vbi foeminino genere semita scripta est, id quod vellet, masculino genere pronūciat.* Lex enim à nobis foeminino genere nūcupatur quæ Græcè nomos dicta est: quod ab his genere masculino enūciatur. Et cū illic foeminino genere semita nūcupetur: id quod voluit ad id refertur, quod per masculinum genus Gracitatis proprietate memoratum est. Sequitur nunc: *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in vtilitatem.*) Omnia propheta ad manus Dei retulit: siue vt lex iustificationum sibi statuatur à Domino, siue vt sibi intelligentia præsteret, siue vt deducatur in semita, siue vt cor eius in testimonia inclinetur, id est, in ea quæ sub testibus scripta sunt. Teste enim coslo & terra, lex tradita est. Sed fortè per hanc prophetæ religiosam modestiam, quisquam impiè loqui ita audebit. Si, inquit, omnia à Deo sunt, humana ergo ignorantia caret culpa: cū nihil obtinere possit, nisi quod donatum à Deo sumpserit. Et primū hoc impiè est voluntatis existimare: idcirco se ea quæ sunt credentium propria non consequi, quod sibi à Deo indulta non fuerint. Sed omnem occasionem huius impia excusationis propheta submouit. Primum enim cum orat, conueniens infirmitati suæ egit officiu: dehinc Dei munericibus humanæ deuotionis studia connexuit. Cū enim ait: *Legem mihi statue Domine viam præceptorum tuorum: quid secundum orationis nostræ humilitatem Dei esset ostendit. Cū autè subiecit: Et exquiram eam semper, officiu deuotionis suæ protulit. Et in cæteris quoque vtrunquæ quodam cõplexu sibi inuicem colligauit: cū deduci se in semita*

Matth. 10.

177166

A postulat, & cū id ipsum voluit. Prius enim quæ à Deo sunt, cum honore præposuit, & tunc quæ à se sibi confessione subiecit. Orat igitur vt Deus tribuat. Est ergo à nobis cū oramus exordiu vt munus ab eo sit: dehinc quia de exordio nostro munus est eius, & non nostro rursus est, vt exquiratur & obtineatur & maneat. In eo autem quod ita se habet: *Inclina cor meum in testimonia tua, & non vtilitatem: quidam transtulerunt, Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auariciam.* Id enim quod in Hebræis codicibus continetur, ambigua in definitione vtriusque intelligentiæ positum est. Sed nos, sicut oportet, sequimur Scripturam: interpretum religiosam & antiquam auctoritatem: ex iudicio tamen cæterorum translatorum proprietatem intelligentiæ huius, quæ est difficilis, captâtes. Cū enim hi dixerint, in vtilitatem, illi dixerint, in auariciam: per id ipsum quomodo vtilitas hic nunc sit subiecta noscetur. Nam seculi homines pecuniam, argentum, aurum, & cætera opum instrumenta vtilitatem vocant. Ergo cū in Dei testimonia inclinari cor suum, & non in vtilitatem propheta orat: inclinatum in Dei testimonia cor ab his sine dubio refert, quæ humano iudicio existimantur vtilia. Et quidem intelligentiæ nostræ sensum versu eo qui consequitur confirmat. Ait enim: *Auerte oculos meos ne videant vilitatem, & in via tua vivifica me.*) Vanitatem eorum dicens, quæ ab hominibus existimantur vtilia. Et quærendum est, quos oculos, & à qua vanitate oret auerti. Orat autem & animi & corporis oculos: eos scilicet, qui in theatralibus ludis captiui incubant, eos qui Circensium certaminibus seruiunt, eos qui vestium præcia mirantur, eos quos auri splendor & gemmarum varietas occupat. Nisi fortè non magis equorum cursu astrorum cursus est gratior: & obscens illis spectaculorum turpium fabulis, non amœnitas diuina illa humanæ spei eloquia cantantur. Nisi fortè huic terrenorum metallorum vsui non magis æternitatis repositæ diuinæ honor & gloria præferretur: & blandior mihi erit auri species, quàm hominis, & terræ, & lucis, & cœli? Ab eorum igitur vanitatibus auerti oculos, & hos corporis sui, & illos animæ deprecatur: de quibus occacatus beatus Apostolus docet, cum ait: *In vanitate sensus eorum intenebrati, alienati à vita Dei.* Et auerforum oculorum à vanitate quod præmiū sit, longè requirendum est. Sequitur enim: *Et in via tua vivifica me.* Declinandi enim à vanitate sunt oculi, vt nobis in via Dei vita sit, non ea vita quæ nunc est, sed ea quæ in cœlis reposita est, & in Christo absconsa. Ita enim in omni hoc psalmo locutus est: tanquam victurus sit, non modo viuatur. Erigendi igitur oculi sunt: quibus Christi potius gloria, quàm mundi huius inanis & vana cernatur. In via enim Dei referentes oculos à vanitate viuemus. Dehinc sequitur: *Statue in sermo tuo eloquium tuum in timore tuo.*) Nouit à plurimis propheta eloquia dei sine metu suscipi. Plures enim auditas cœlestis eloquij scripturas tanquam fabulam rerum inanium negligunt: & Dei verba quæ præerire cœlo & terra prætereunte non possunt, magno cū periculo irreligiosæ temeritatis irrident. Nouit initium sapientiæ Dei esse timorem: nouit in illa septiformis spiritus gratia timorem in postremo tanquam firmamentum eorum quæ superius sunt dicta numerari. Constitui ergo in se Dei eloquia in timore Dei precatur: quia scit ea nobis eloquia futura esse, quæ tanquam Dei timebuntur, vtilia. Dehinc adiecit: *Circumcide opprobrium meum quod suspicatus sum, quia iudicia tua incumda.*)

Eph. 4.

Propheta in corpore positus loquitur, & neminē videntium scit sine peccato esse posse. Vnum memini esse, qui peccatum non fecit: neque dolus inuentus est in ore eius. Ergo cum circuncidi à se opprobrium deprecatur, peccata circuncidi orat: quia peccatū sequatur opprobrium. Sed cum circuncidi à se orat, nō tamquam de admisso perpetratoque cōfessus est: sed quia id per infirmitatem carnis suæ in se suspicatur habitare. Non enim ait: Circuncide opprobrium meū quod perpetravi: sed, Circuncide opprobrium meum quod suspicatus sum: suspicionem opprobrij ex conscientia propriæ infirmitatis ostendens. In iudicijs enim multi ad opprobrium resurgunt. Quæ quia his iucunda sunt, in quibus peccati non manebit opprobrium, ipsam illam quæ in se est suspicionem opprobrij à se circuncidi orat, vt sibi sit sint iucunda iudicia. Ac ne de admisso peccati conscientia precatus esse existimaretur: circuncisionem omnem, quam sub singulis oñtionis verbis defert, hac libertate conclusit: *Ecce concupiui præcepta tua, in æquitate tua viuifica me.* Superius orauit, vt in Dei timore, Dei in se statueretur eloquia, dehinc vt à se suspicio circuncideretur opprobrij: nunc concupiscentiam ac desiderium suum erga Dei præcepta demonstrat, & vt in æquitate Dei viuificetur, orat: sciēs proprium diuinæ æquitatis esse munus, vt viuificet eum, qui & præcepta Dei seruauerit & desiderauerit: cui & circuncisa opprobrij suspicione iucunda iudicia sint, & in timore Dei in se constituentur eloquia.

Vau.

Et ueniat super me misericordia tua Domine, & cætera. vsq; ibi, *Et exercebar in iustificationibus tuis.* Plures secundum Apostolum sunt qui sapientiam seculi sequentes, sapientiam Dei reprobauerunt: ob quod stultam fecit Deus seculi sapientiam. Quid enim infidelibus stultius est: qui præter illum communem irreligiosorum errorem etiam hoc adijciunt piaculi, vt diuinarum scripturarum eloquia putent perfectæ doctrinæ carere ratione? Et quia pro impietate ingenij sui diuinorum dictorum capaces esse non possunt, ad contumeliam cælestium verborum pro excusatione hebetudinis suæ prorumpūt, dicentes, in his nihil rationabile, nihil esse perfectum: volentes ea quæ à se dicantur, sola esse erudita, & doctrinæ suæ prudentia expolita, stulti, Deo negantes, quæ assumere ipsi sibi audent. Nec mirum est, si irreligiosè de eis opinantur: quorum pecuinæ hebetudinis modo intelligentiam non consequuntur. Verum quamuis in eo sermone quem superius hebuimus, hi qui sapientiam Dei sequuntur, cognitam dictorū cælestium perfectionem existiment, nihilque eorū esse, quod non consummatum, atque omni ex parte perfectum sit: tamen id quoque etiam in his sextæ literæ verbis absolutius licebit intelligi. Post superiorem enim sensum ita loquitur: *Et ueniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum secundum verbum tuum.* Misericordiam itaque primum deprecatus est, dehinc salutare. Salus enim nostra ex misericordia Dei est, & bonitatis suæ hoc munus in nobis est: & inde cœpit oratio, vnde & salus inchoat deprecantis. Dehinc ne ex incerta & ex inopinata spe precari propheta existimaretur: primum misericordiam, dehinc salutare commemorat, tum tertio subiicit, secundum verbum tuum: vt hanc orandi fiduciam proficisci secundum verbum Dei, id est, secundum doctrinam legis ostenderet. Possit

hunc itaque perfectæ orationis ordinem id sequitur: *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in verbis tuis.* Tenet ordinem ratio perfectæ: Si, inquit, in me venerit misericordia tua, & salutare tuum secundum verbum tuum, & ita fuero misericordiam consecutus, & à te conseruatus vt spondidisti: consequens erit vt in his qui insipientiam mihi, & errorem spei, & verbū hoc quod in te spero exprobrant, respondeam. Quid itaque aduersus hanc prophetæ responsionem exprobrare irreligiosa mens poterit? Misericordia primum oratur à Deo, salus etiam expectatur à Deo: & inde eam spondidisse per verbum suum Deus ostenditur. Concluditur itaque exprobrantium impietas, ab his qui in Dei verbis sperant: quōdo Deus precatur, & misericordiam & salutem ab eo credētium fides sperat, & doctrina hæc spei nostræ fit, vt oratus miseretur & saluet. Dehinc sequitur: *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsque nimis, quia in iudicijs tuis speravi.* Accipiat humana insolentia humilitatis modestiæque doctrinam. Prius propheta concedi sibi orat, quā se id mereri vt obtineat ostendat. Omnia vult à bonitate Dei in se inchoari: nec tamen causam fiduciæ suæ subtrahit. Ait enim: *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsque nimis.* In quo primum maiestatem eius cōfiteatur, qui semper orandus est: dehinc se non ex inani sperare subiicit, dicens: *Quia in iudicijs tuis speravi.* Humanæ autem meritis est hic mos, prius ad obtinendum aliquid meritum quam mereatur ingerere: & eum à quo quid postulet, tanquam ex officij debito conuenire. Sed non sufficit nobis, vt modestiæ tantum tenuerit propheta rationem: collocaiones etiam verborum virtutesque cognoscendæ sunt, cur ita dixerit: *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsque nimis.* Omne oris officium, cordis sensui moribusque famulatur. Et cur propheta ne ab ore sibi verbum veritatis auferatur oret: versus istius consequentia docet. Non enim metum hunc prophetæ fuisse existimandū est, vt sibi veritatis verbum ex corde ac ore vereretur auferri. Scit autem quædam esse peccata, quæ ex ore verbum auferat veritatis. Peccatori enim dixit Deus: *Quare tu enarras iusticias meas? Non enim ait: Quare memores iusticiarum mearum? Sed peccatorum mouit eum, qui in peccato mansisset, prædicationis officio abstinere: vult enim liberum à crimine esse doctrinæ cælestis prædicatorem, vult eloquia sua à casti corporis casto ore tractari. Cauendum igitur est, ne quando ex ore nostro verbi veritatis auferatur eloquium. Hinc illud est quod Apostolus monet: Noli negligere quod in te est charitatis: ne per negligentiam ac desidia indigni prædicatione verbi Dei simus. Sed propheta non audet in tantum se à peccato liberum effici velle, vt non meminerit vnum solum esse qui peccatū non fecerit, & dolus in ore eius non inuentus sit. Et idcirco subiicit, vsque nimis. Per modestiam scilicet cōfessionis, & vt nō auferatur à se verbum veritatis orati & per honorē eius qui vnus tantum sine peccato est, ne vsque nimis à se auferatur expostulat: quia se hominem meminit, qui per naturæ infirmitatē sine peccato non possit. *Custodiam legem tuam, semper in seculo, & in seculo seculi.* Nullum propheta vitæ suæ finē pertimescit. Non enim cōcluditur fides sua seculis: sed se in infinitatem temporum officio custodiendæ legis extendit. Scit & altare à Mose in exemplum esse superioris altaris extractum, scit & Aaron sacerdotem ad speciem esse ostensi in monte sacerdotis ornatū. Mofi enim Deus ait: *Vade, fac omnia secundum exemplum quod**

quod ostendi tibi in monte. Festinat ergo in leges illas æternorum seculorum. Nam cum lex futuri vmbra sit: necesse est corpus illud veræ legis æternum sit. Distinxit autem hoc officium ab indefessa illa perpetui officij iugitate, dicens: *Et custodiam legem tuam semper in seculum & in seculum seculi.* Cum ait, semper in seculum: nullum in hac tēpus vita subrependæ obliuionis tempus admittit. Cum autē adiecit, & in seculo seculi: scit per hanc vmbra legis ad mysteriū veræ & æternæ legis ascendi. Ait enim, seculum seculi: tanquā temporis tempus, succedente quadā vicissitudine huius seculi, seculum fit futurum. Nouit esse secundum euangelicū diuitem & pauperē Lazarum, exemptæ à corpore animæ legē: per quam alia ab alia chao impenebrabili separetur. Scit secundum apostolum Paulum resurrectionis quoque esse legem: in qua differt stella ab stella in claritate. Scit esse leges angelorum: cum alij assistentes, Deum indefessa voce colatant, alij ante conspectū inuisibilis nobis Dei, tanquam lege officij propioris assistunt. Nouit & pusillorum angelos, faciem Dei quotidie ex quadā lege conspiciere. Scit vtique esse æternas leges, & eas omnes se in illo seculi seculo custoditurum esse cōdit: quia ea quæ per vmbra sunt constituta, in hoc nunc seculo semper obseruet. *Et ingrediebar in dilatatione, quia mandata tua perquisiui.* Non est angustus propheta: & superius iam dixerat, *In via præceptorū tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Scit inter humanarum tribulationū passiones semper ad Deum patulo se esse corde oportere. Quod ipsum Apostolus docet, dicens: *In omnibus tribulati, sed non angustati.* Nouit hac ipsa amplitudine cordis de se idē Apostolus gloriari, cum ad Corinthios ait: *Non angustiamini in nobis, sed angustiamini in vobis.* Patet etiam hic propheta, dicente Deo: *Et inhabitabo in his, & inambulabo in ipsis.* Angusta igitur peccantiū sunt corda, & hospitio Deū mens polluta non recipit. Patulum enim domicilium incōceptibili Deo opus est: & idcirco in amplitudine propheta ambulat, quia in eo in se loquētis habitatio est. Causam verò amplitudinis suæ docet, dicens: *Quia mandata tua perquisiui.* Naturæ nostræ consuetudinē recordamur. Quotiescunq; lectioni vacantes, mandata Dei & præcepta scrutamur, in quantam amplitudinem intelligentiæ mentium nostrarū dilatatur angustia: & quam patulus nostræ humilitatis in desideria diuina sit sensus. Per peccatorum autem nostrorū cōscientiam, coarctatur nobis omnis animæ amplitudo: ac difficilia omnia & angusta sunt, cum diuini verbi habitatione sumus indigni. Sed ambulans in latitudine propheta, versari in officio digno adeptæ amplitudinis debet: & versatur planè. Sequitur enim: *Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebam.* Hoc officium dilatati cordis est, vt ex eo inhabitantia diuinæ doctrinæ verba procedant. Loquitur enim propheta constanter aduersus principes terræ, Deum prædicans. Et quidem duplex significatio sensus huius est, quia secundum dominica præcepta oportet à nobis Christum coram regibus & potestatibus prædicari: neq; nos terrenarum potestatum fas est iure terreri, quo minus omni confusione reiecta constanti & publica fide Deum qui negantes negaturus sit non negemus. Potest & sermo ad eos referri, de quibus & Apostolus ait: *Iam sine nobis regnatis, & vnum regnetis: id est, tanquam in conspectu sanctorum, qui vtique frequenter reges terræ sunt nuncupati, propheta Dei testimonia sit loquutus, neq; confusus per præ-*

dicationem suam doctrinæ cælestis instituta præbere. Geminam autē lectio intelligentiam ex se præstat: vt quia vtrūq; ex testimonijs scripturarū intelligi promptū est, aut vtrūq; significatū existimetur, aut quod magis videbitur probabile eligat. *Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi vehementer.* Nō solum igitur loqui nos in testimonijs Dei conuenit: sed legis mandata omnia diuturna meditatione percenserē. Neq; tantum meditatio vtilis est, nisi lex ipsa, quæ in meditatione est, diligatur. Neq; diligere communi dilectione sufficit: nisi etiam vehementer id quod diligitur diligatur. Atque ideo hunc omnem perfectæ rationis ordinem sermo propheticus percurrit, dicens: *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi valde.* *Et exegi manus meas ad mandata tua quæ dilexi.* Manus ad mandata ea quæ diligebat exegit, non vtique contumeliosas aut procaces: sed mandatis humilitatis seruientes, sed operibus misericordiæ insistentes, & fidei præcepta peragentes. Operis verò officium semper oportet esse intentum: & nulla interdum negligentis ocij dissimulatione cessare. In hoc quoq; se manere propheta testatur, dicens: *Et exercebar in iustificationibus tuis.* Exercitatio assiduitatem operationis ostendit. Frequentem itaque sibi esse & semper intentam præceptorum obseruantiam docet, ad illas de quibus supra memorauimus, cælestium iustificationum efficientias nunc se in iustificationibus præsentis, & ex futuris adumbratæ legis exercens.

Zain.

Memor esto verbi tui sermo tuus, &c. vsque ibi, *Quia iustificationes tuas exquisiui.* Omnis Dei sermo qui scripturis diuinis continetur, in spem bonorum cælestium vocat. Atq; ob id propheta in omnibus se Dei præceptis mansisse cōfidens, constanter ait: *Memorare verbum tuum seruo tuo.* Nunquid promissi sui Deus immemor tuus? Absit istud, vt aliqua subrepere in æternam atq; indefessam virtutem, humanarum infirmitatum genera credatur. Sed propheta qui promissis Dei creditur, qui desiderio cælestium detentus est, qui cōtemptu præsentium futura sperauit, nō ad memoriam verbi sui Deum admonet: sed vt verbi sui in se seruo suo memor sit deprecatur, id est, vt dignus habeatur, in quo verbi sui memor esse dignetur, quo in verbo spem dederit. Et spem non inanem esse oportet, neque verbis tantummodo prædicari: sed rebus ipsis doceri. Et si quando incidant infirmitates, persecutiones, damna, orbitates, contumeliæ: has præsentis seculi minas ac potestates, spe æternorum promissorum cōsolemur. Sed iam ipsis omnibus propheta perfunctus est, dicens: *Hæc me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me.* Hæc ad spem refertur, quæ sperare eum in Deum fecit. Consolata vero est eum in humilitate: id est, cum contēnitur, cum irridetur, cum iniuriis vexatur, cum cōtumeliis inhonestatur: sciēs hanc sibi tentationū præsentium esse militiam. Sed se inter hæc infirmitatis suę bella spes à Domino præstita consolatur: viuificatur autem per eloquia Dei. Scit in his excellentem esse in cælis humilitatis suæ gloriam: scit animam eloquijs Dei refertam, tanquam pabulum aliquod vitæ in se æternæ continere. Non mouetur in eloquijs Dei viuens, inani superbientium gloria. Nouit enim indigentiam suam eorum esse opulentia diuitem. Scit ieiunia sua cælesti atque euangelica benedictione saturari:

Z j

scit humilitatem suam glorioso esse honoris premio munerandum, atque ideo subiecit: *Superbi inique agebunt vsquequaque, a lege autem tua non declinavi.* Inter nimias & consummatas superborum iniquitates, valde enim inique agebant, nullo propheta deflexu a lege Dei declinat. Oportet esse eum memorem iudiciorum Dei. In omni enim vitæ nostræ genere memoria nobis diuini iudicij inferenda & continenda est: vt cum aliquid agimus, residente in nobis iudicij memoria, vel nunquam potius abeunte, præceptis Dei opera nostra famulentur. Beatus erit, quisquis non sine memoria diuini iudicij omnia gesserit. Quod de se proficitur propheta, dicens: *Memoratus sum iudiciorum tuorum a seculo, & exhortatus sum.* Hic nunc a seculo tantum, non etiam a seculo seculi: quia omnia in nos iudicia Dei ex seculo huius ac mundi temporibus instituta sunt. In his autem se hortatus est, inter hos scilicet mundi turbines, & inter hæc passionum corporalium prælia, ad tolerantiam ac victoriam infestantium malorum humilitatem suam iudiciorum Dei memoria adhortatus. Deinde sequitur: *Defectio tenuit me, a peccatoribus dereliquentibus legem tuam.* Virtutes propriæ suæ propheta huic ad spem vitæ æternæ non sufficiunt: neque quod spem in verbo Dei habuit, neque quod in spe eadem collocatus est, neque quod Dei viuificetur eloquio, neque quod non declinat a lege, neque quod se per memoriam iudiciorum Dei adhortatur: quin etiam dolore humanæ impietatis fatigatur, & ob irreligiosas hominum iniquitates exanimis est. Sanctus enim quisque cum cæditur, non humilitatis suæ qui cæsus est, sed insolentia eius qui cædit, miseretur: vt a vafano filio pater, vt ab amente ægroto medicus contumeliam passus, dolorem non ex eo quod perpeffus fuerit, sentit: sed ob id quod ille quem sanū esse cuperet, iniuriam sibi vefanus intulerit. Membro autem vno aliquid patiente, secundum Apostolum, compatiuntur & cætera membra. Defectio itaque secundum hæc tenet prophetam super peccatores dereliquentes Dei legem: affectu miseratis scilicet & dolentis, & tanquam membris suis pro parte ægroris, iniquorum & irreligiosorum periculo fatigatur. Manet autem ipse quantum ad se iustificationibus Dei semper intentus: & in omni quacumque sede habitat, nequaquam ex ore eius religiosæ confessionis hymnus abcedit. Ait enim: *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco incolatus mei.* Exemplo suo docet, suscepta femel in aures psalmorum cantica, in corde esse continenda: & semper ea officio oris iteranda. Non negligenter, vt ipse prædicat, legit atque audit: neque irreligiositatis nostræ modo diuina eloquia, aut occupatis in aliud aut incuriosis oculis legit, aut mox obliuiosis auribus excipit: sed cantabiles mihi, id est, sine intermissione cante. In omni autem cuiusque generis loco, nequaquam a se abesse psallendi consuetudinem docet, cum ait: In loco incolatus mei. Nō enim ait: In incolatu meo, sed ita ait, In loco incolatus mei: in quacumque scilicet sede mansisset, intelligens se mundi huius esse peregrinum, Dei tamen semper sibi iustificationes esse cantabiles. Sed quàm cantabiles sint iustificationes Dei ostendit: cum nullum omittat tempus, quæ non in illo cœlestium sacramentorum opere versetur. Ait enim: *Memor fui nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam.* Scit præcipue nocturno tempore diuini esse a nobis nominis recordandum: scit tum maximè custodiam Dei legis a nobis esse retinendam, cum subrepunt animo impuræ cupiditates: cum vitiorum stimuli per recens as-

1. Cor. 12.

sumptum cibum corpus exagitant, tum Dei nominis recordandum est, tum custodienda lex eius est, pudicitiam, continentiam, timorem Dei statuens. Nouit hoc præcipue tempore Dominum orandum, deprecandum, promerendum: dicens in loco alio, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Non est periculoso nocturnarum vigiliarum ocio animus relaxandus: sed in orationibus, in deprecationibus, in confessionibus peccatorum occupandus est: vt cum maximè corporis vitii oportunitas datur, tum præcipue eadem vitia diuinæ legis recordatione frangantur. Sequitur deinde: *Hæc mihi facta est, quia iustificationes tuas exquisiui.* Hæc, ad memoriam refertur: per quam memor fuit noctibus nominis Dei. Quod autem ait: Mihi facta est, id est, non subito recurrens, neque temporariè assumpta: sed semper in se manens, & intra se quodam fidei opere instituta: & ob id ei facta, quia iustificationes exquisierit. Vtile igitur est, iustificationes Dei sine aliqua temporis intermissione scrutari: quia per exquisitiorem earum memoriã nos perpetim continemus in Christo Iesu, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Psal. 6.

Heth,

Portio mea Dominus dixi vt custodiam legem tuam, &c. vsque ibi: iustificationes tuas doce me. Plures psalmorum codices legentes & nos ita opinabamur versus qui octauæ literæ primus est, id est hunc, Portio mea Dominus, in superioribus septimæ literæ octo versibus contineri, quia ita in Latinis codicibus, atque etiam in nonnullis Græcis scriptum continebatur: & sanè absolutior sensus videbatur. Sed secundum Hebræos emendatum apud Græcos psalmorum librum legentes, inuenimus hunc versus non septimæ literæ nouissimum esse, sed octauæ primum. Itaque secundum hæc cognitionem nos quoque tractare de eo aggressi sumus. Cæpit enim ita: *Portio mea Dominus dixi vt custodiam legem tuam.*

Rarus quisque est, cui ista fiducia est, vt portionem suam esse Deum audeat dicere. Renunciandum est seculo omnibusque rebus eius, vt nobis Deus portio sit. Cæterum si nos ambitio detineat, si cura pecuniæ occupet, si illecebræ libidinum capiant, si negocia rerum familiarium demorentur: portio nobis Dominus non erit, secularium curarum atque vitiorum possessione detentus. Mōsi cum iussu esset portiones incolatus distribuere duodecim gentibus Israel, ita de tribu Leuitica præceptum est: Filiis Leui non erit portio neque fors in medio fratrum suorū: quia Dominus Deus est pars eorum. Et rursum scriptum meminimus: Ego Dominus pars eorū. Nullam ergo Deo seruientibus lex data terrenā esse voluit portionē: quia pars eorum Deus esset. Meminit & euangelij prædicator ille Petrus, nullam sibi esse portionem possessionis humanæ, cum oranti alimoniam respondit: Aurum & argētum nō est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. Quid est istud Petre quod possides? Renunciaueras omnibus Deo tuo dicens: Ecce nos omnia dereliquimus, & secuti sumus te, quid erit nobis? Et ille responderat: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in re generatione sedebitis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Et exemplo vestro ceteris relinquētibz cuncta spōderat, quod & centuplū acciperēt, & dehinc vitā æternā possessori essēt. Quid est igitur istud Petre quod habes? Habes planè, & nō audeo dicere p̄ te cētuplo obtinere, dico tamē te sine multipli-

Deut. 18.

Act. 3.

Matth. 19.

multiplicatione calculi possidere. Dicis enim, Quod habes hoc tibi do, in nomine Iesu Christi surge & ambula. O felix possessio, o perfecta Dei portio. Non terrena largiris, sed naturæ opus rependis: & vitiosi partus damna instauras. Claudum natum ingredi iubet, & multæ ætatis virtum incessu rudi incitas. Has o pes tribuit, cui Deus portio est. Nouit & Paulus diuitiæ suæ glorias, dicēs: Mihi autem abfit gloriari, nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Talis Apostolo gloria, talis est portio. Humanarum igitur hæreditatum modo, portionem quæ melior est, & quæ vtilior eligamus. Si circa terrena patrimonia sua in cohæredum diuisione quis nititur sortem commodioris portionis appetere, quanto propensiore cura partū cœlestis hæreditatis diligemus? Centuplum Dominus prouenit: & centuplum non in æternum, sed in præsens. Æternorum autem bonorum immensā & infinita retributio est. Cæterum sub definitione cētupli, præsentium mensura concluditur. Ego autem ambigō vtrum hoc centuplum Petri excefferit portio. Certè secundum Domini præceptum sperandum hunc in hoc seculo, relicti omnibus seculi rebus centuplum munus est. Etenim nobis Deus portio est, qui ait: Et inhabitabo in his. Non ergo centupli præmium est, vt in hoc corruptulo nostro terreno Deus habitet? Sed ad quid Deus habitet? Ait & ipse: Et ambulabo in his. Patens Deo est fidelis pectoris & ampla possessio: vt inhabitet, & inambulet. Sed qui inhabitat, qui inambulat, quid tertium addidit? Et ego ero illorum Deus. Ecce promissam nobis ab eo portionem, vt simus Dei habitatio. Et dum in nobis ambulat, fit nobis ipse possessio: si seculum relinquamus, si possessioni terrenæ labili renūciemus, si hæreditatem caducorum respiciamus, si viuentes de seculo exeamus. Quæ enim merces est emortuis corporibus & exeunte anima dissolutis seculum reliquisse. Carendum est eo per cōtemptum eius, nesciendum est ignoratione voluptatum suarum. Moriendum nobis in eo est, dum non ei viuimus. Scit Paulus iam non se sibi viuere, dicens: Quod enim viuo, iam non ego viuo, viui tamen in me Christus. Propheta itaque secundum Apostolum, non seculo viuens, cōstanter & liberè ait: Portio mea Dominus. Tenuit hunc quem in superioribus modum, cum se custoditurum legem Dei sponondit. Non enim de ea quam corporaliter agebat, loqui intelligitur: cum custoditurum se potius quàm custodire fateatur. Sequitur deinde: *Deprecatus sum faciem tuam in corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum.* Mōsen deprecatum esse meminimus, vt Deum videret. Et forte cognata precī eius propheta huius oratio existimabitur. Sed dictum memini a Deo: Nemo hominum videbit faciem meam, & viuat. Ergo quod negatum Mōsi meminert, id concedi sibi postulat? Sed rursum licet dicto euangelico anterior sit, meminit tamen hanc fidei beatitudinem referuari, qua dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Itaque cum in lege sciat dictum quod nemo faciem Dei videat, & ex euangelica beatitudine non ambigat omnes mundo corde Deum esse visuros: perfectæ modestiæ temperamento cupiditatem desiderij sui elocutus est, dicens: Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. Scit nunc impossibile sibi esse, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, vt videat. Scit inuisibilem esse carnalibus oculis gloriam Dei. Meminit non dico

Galat. 6.

2. Cor. 6.

Galat. 2.

Exod. 33.

Matth. 5.

ad angelorum claritates hoc humanæ visionis lumen habere: sed ipsam gloriam vultus Mōsi humani corporis oculos non tulisse. Sed nunc ex desiderijs humanis propheta desideria metiamur. Ad egressus regum quanta expectationis sollicitudine curritur? Et quod viuētibz gaudium est, cum se præbuerint contuentos? Quid illum cœlestis spiritus capacem virum existimabimus velle? Quanto desiderij ardore cupere vt Deum cernat, qui ipsam illam inuisibilem maiestatem per has angelorum claritates, & per hanc Mōsi gloriam metiatur? Et sciat etiam eos, qui digni sunt conspectu Dei, gloriam ex conspectu gloriæ esse sumpturos, quod eos visio tantum & dignatio contemplantæ maiestatis illuminet? Quod sanctus Apostolus ita intelligens loquitur: Nos inquit, omnes reuelata facie gloriam Dei spectantes in eandem ipsam transfere-mur imaginem, a gloria in gloriam sicut a Domini spiritu. Et nunc quia id impossibile istis corporeis oculis sciat esse, toto istud corde desiderat. Et cui est portio Deus, confidēt faciem eius deprecatur: quia quamuis nemo hominum videat faciem Dei & viuat, tamē Deum omnes mundo corde visuri sunt. Ergo misericordiam hanc a Deo postulat, vt sibi videndo faciem eius beatitudo contingat: & postulat non sine ratione modoque præstandi. Ait enim: *Miserere mei secundum eloquium tuum.* Fidei modestæ vox est: misericordiam Dei non secundum peccatorum suorum conscientiam, sed secundum eiusdem Dei eloquia deprecari. Scit Deum etiam peccatoribus esse ignem consumentem. Moyses enim ait: Deus noster ignis consumens est. Nouit eundem esse fidelibus lucē, de quo & alibi propheta ipse dicit: Illuminans tu mirabiliter de montibus sanctis. Discernit & hanc Apostolus bonitatis & feueritatis Dei cōsuetudinem, cum ait: Vide ergo bonitatem & feueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt feueritatem, in te verò bonitatem. Et rursum: Et nisi permanes in bonitate, excideris. Illi vero si non permaneant in fidelitate, inferentur. Bonitatem Dei propheta expectat, cum ait: Miserere mei. Scit enim neminem sine peccato esse qui viuat, & omnes in carne sitos misericordia Dei egere. Officij autem sui deuotionis que non immemor est, cum ait: Secundum eloquium tuum. Eius scilicet eloquij quo & peccatoribus penam denunciat, & in se credentibus vitæ æternæ beatitudinem pollicetur. Dehinc sequitur: *Cogitavi vias meas, & conuertii pedes meos in testimonia tua.* Ex his que propheta se gerere vel gessisse commemorat: quid nos quoque facere oporteat docet. Vias enim suas cogitat, & cogitatis his pedem in testimonia Dei refert. Nihil egit, quod non antea cognitione præuoluerit: non linguā in officium suum mouit, nō pedem in aliquod quod acturus esset opus protulit: non manum ad agendum aliquid exeruit, nisi antea super his omnibus cogitasset, & tum operationem atque effectū cogitatis rebus attulerit. Vidit igitur ante omnia vitæ suæ vias, & cum placentem sibi ac probabilē reperit, tunc in eam pedem contulit: scilicet perspectis omnibus humanæ operationis viis, postquam quid esset sibi vile cogitauit, fidei suæ pedem in testimonia diuina detorsit. Cogitatio enim nihil potest subitum, nihil nouū, nihil inopinatū pertimescere: cum de cōsiliij sentētia omnia quæ accidere solent sperantur, præfiniuntur, ad euntur. Et id consequenti versu docetur. Postea enim quàm vias suas propheta cogitauerat, & pedem ad testimonia Dei cōuerterat, liberè loquitur. *Paratus sum & non sum turbatus, vt custodiā mādātā tuā.*

2. Cor. 3.

Deut. 4.

Psal. 75.

Rom. 11.

Qui ad aliquid præparatur, longo vſu ad id in quo ei est meditatio præparatur: ne eum de propoſiti ſui ſententia negligentem & incautum viſ aliqua repentinæ turbationis excutiat. Propheta itaque nouit eſſe plurima ſeculi ſcândala, nouit inſidiantes eſſe humanæ naturæ aduerſantēſque virtutes: ſcit periculofè dulcem eſſe opinionem ambitionemque gloriæ ſecularis, nouit occurſus laſciuentium ſceminarum eſſe continentium oculis captioſos, ſcit turpes corporum cupiditates affectu blandæ voluptatis irrepere, ſcit cætera vitiorum genera illecebroſis aditibus ingruere: nouit etiam plurimis ſe irreligioſorum odiis ſubiacerē, & ob prædicationem Dei pietatiſque doctrinam variis perſequentium cõtumeliis eſſe vexandum. Ne igitur turbati tot & tantis excidiis ingruentibus poſſet, contra omnia ſe hæc fidei excidia præparauit, dicens: Paratus ſum & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua. Habet paratam beatus Apoſtolus huius præparationis ſuæ fiduciam, dicens: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, aut anguſtia: aut paſſio: aut famēs: aut nuditas: aut periculum: aut gladius? Sicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die, deputati ſumus tanquã oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus & vincimus, propter eum qui dilexit nos. Et quia aduerſum horum tolerãtiam, ne per hæc à charitate ſeparari poſſet, ſeſe præparaſſet, adiecit: Conſido enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; poteſtates, neq; præſentia, neq; futura, neq; virtutes, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Nulla Apoſtolum rerum earum quæ accidere poſſunt genera, tali ſpe præparatū firmatūq; perturbat. Sit ergo in nobis & fiducia hæc & vox: vt cum ſubrepant cupiditates, cum paſſiones ingruant, cū pericula fatigent, cum ſupplicia cruciēt, dicere audeamus: Paratus ſum & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua. Dominus noſter vnigenitus Dei filius inter cætera præcepta diſcipulis ſuis mādatur, dicens: Non turbetur cor veſtrū, neq; trepidet. Aduerſum turbationem quæcunq; ex accidentibus erit, longæ præparationis opus eſt firmitate: vt robuſta fide atque firmata, Dei mandata cuſtodiat. In quem autem ſe proſectū, quamū in cauſam propheta præparauerit, neque turbatus ſit, quo minus cuſtodiret mandata Dei: continud ſubiicit, dicens: *Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus.* Eſſe peccatorum funes per Eſaiam docemur dicentem: Væ qui ligant peccata tanquam funem longum. Modo funis ex pluribus minimis creſcentis in multum, peccata ſemper tanquam longo fune tenduntur. Sunt etiam hæc delictorum vincula quibus humanæ mentes illigantur, de quibus in Prouerbiis ſcriptum eſt: *Fasciis peccatorum ſuorum vnusquisque cõſtringitur.* Stringit enim nos atque alligat, & his vitiorum funibus implicat diabolus: in omni vitæ noſtræ curſu laqueos prætendens. Quod autem liget, in euangeliiſ cognouimus, cum dicitur: Hanc autem filiam Abraham ligauit ſatanas annis decem & octo. Ligat igitur omni vitiorum genere: ebrietatis conſuetudine, voluptatum deſideriis, inſidelitatis piaculo. Sed inter hoſ funium laqueos, non eſt admittēda legis obliuio. Præparatos enim nos eſſe conuenit, vt ad his laqueis, ſi quando circumligent, exuamur: vt legis Dei omni tempore recordemur. Et recordatur planè propheta, dicens: *Media nocte ſurgebam ad conſtitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.* Non vacat totis noctibus

ſomno, nec ocioſus lecto continetur: ad conſtitendum Deo non ſolum nocte, ſed etiam media nocte conſurgit. Meminit hoc eſſe tēpus quo primitiæ Aegyptiorum meritiffima impiæ obſtinationis clade percuſſæ ſunt. His ergo horis non laxatur in ſomnum, ne gladio Aegypti admilceatur: hoc noctis tempore introeūte ſponſo, ſapientes virgines in nuptias cum lampadibus introibunt. Vigilat ergo ne cum ſtultis mereatur excludi. Hoc tempore præſentibus Paulo & Silia apoſtoliſ, catenæ & vincula reſoluuntur. Non dormit itaque ne vincus ſit, nec habet eum nocturni temporis ſomnus, nec ei obliuio officij ſui requie medicat: obrepit: ſurgit enim ad conſtitendum Deo. Conſeſſio verò non ſemper ad peccata referenda eſt, verum etiam in Dei laudibus intelligenda eſt. Nunc ergo conſitetur Deo ſuper iudicia iuſtificationis eius: laudans Deum quod nihil niſi in iudiciorum iuſtificatione decreuerit. Sequitur deinde: *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.* Apoſtolum dixiſſe meminimus: Particeps Chriſti facti ſumus. Sed & in quadragimo quarto pſalmo, quodam participes Dei ſignificatos eſſe meminimus, cum dicitur: *Vixit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ confortibus tuis.* Sunt ergo ſecūdum Apoſtolum, & ſecūdum prophetam plures Domini noſtri Ieſu Chriſti participes. Et participes eius erit, quiſquis in veritate perſiſtit. Ipſe eſt enim veritas. Et quiſquis in nouitate vitæ ambulabit, erit participes eius: quia ipſe eſt reſurrectio. Ergo cum ſciat propheta plures Dei eſſe participes, nunc per verecundiam ac modeſtiam de ſe prædicationem, cum ſe, quia & ipſe Chriſtus & factus & dictus ſit, Chriſti meminerit eſſe participem: tamen omnium timentium Deum potius ſe conſeſſus eſt eſſe participem. Eſt autem tunc timentium Deum participes, cum patientibus compatitur, cum plorantibus complorat, cum tanquam eiufdem corporis membrum in dolore membri alterius dololet. Hac igitur paſſionum communionem timentium Deum participes ſit. Cæterum quiſquis per inſolentiam ſuam credentem in Chriſto & redemptum à Chriſto dedignatur, exacerbat, inhonorat: nõ eſt ille timentium Deum participes, qui non ſit in compatiendis paſſionibus conſors. Non nudum autem hoc, neque ſolitarium propheta poſuit, cum dicit: *Particeps ſum ego omnium timentium te.* Plures ſunt timentes Deum, & tamen inſideles: quos naturæ ſuæ cõditio timori quidem Dei ſubdidit, ſed voluntatis ſuæ peruerſitas ab obſequiis Dei auocat, atque ob id non ſufficiffet propheta dixiſſe ita: *Particeps ego ſum omnium timentium te, niſi addidiffet: Et cuſtodientium mandata tua.* Timor enim fidei in ſola obedientia eſt, & metus religionis in obſequela eſt. Horum itaque participes eſt, qui timorem ſuum in mandatorum Dei cuſtodia comprobabunt. Dehinc ſequitur: *Miſericordia tua Domine plena eſt terra, iuſtificationes tuas doce me.* Terra miſericordia Dei plena eſt: quæ contaminata, quæ corrupta, quæ irreligioſa, quæ inſida, quæ perſita eſt. Et ſi quis forte audebit impio ore prophetam mendacij arguere, tanquam non in omnem terram Dei miſericordiam putet eſſe diſfuſam: Dominum in euangeliiſ recolat dixiſſe: *Eſtote boni ſicut pater veſter, qui ſolem ſuum o-* *Matth. 5.*

Matth. 5.

Et quia hanc bonitatem patientiæ Dei perfectionemque ſub illis iuſtificationibus legis corporaliter adumbratam meminit, ſemper ſibi propheta ſperadum ait: Iuſtificationes tuas doce me Domine. Iuſtificationes omnes in lege legerat: ſed cœleſtes ſperabat, quæ in terrenis præformabantur. Non eget doctore terreno. Doceri enim ſe ab eo orat, qui ait: *Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis.* Aperiri ſibi & dari clauem à doctore legis deditur propheta: ſcientiæ cœleſtis expectans Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Theth.

Bonitatem feciſti, &c. vſq; ibi, *Super milia auri & argenti.* Iam in exordio pſalmi commemorauimus, nihil aliud in eo, quàm doctrinam humanæ vitæ contineri: per quam ad cognitionem Dei, ipſis tanquam paruuli literarum elementis erudiremur. Ex perſona enim ſua nos propheta confirmat, qualiter in omni genere diuini officij verſari nos oportet, & per diſciplinam adeptæ inſtitutionis, fidei ordinem tenere: ſicut ipſo illo primo nonæ literæ verſu docetur. Ita enim dicitur: *Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine, ſecūdum verbum tuum.* Et forte quidam exiſtimabunt, de ſecūdus rebus prophetam locutum: Deo quæ gratiam ob ea quæ ſibi proſperè acciderint retuliſſe. Sed nouit etiam in aduerſis rebus gratiam Deo eſſe referendam: ſcit in omni paſſione ac tribulatione eum, cuius iudicio hæc ingruunt, gratulationibus honorandum. Scit intelligentem eſſe medicum, putribus vulnere ſinibus parcentem. Meminit piam eſſe patrum in filios ſeueritatem. Argui ſe per tentationes, ac probari per patientiã à Deo optat: & in his quæ aduerſa exiſtimantur, agit gratiam. Atque hanc noſtram intelligentiam, vt id prophetam oraſſe credamus, verſus qui ſubiectus eſt docet, dicens: *Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me, qui mandatis tuis credidi.* Quicquid ergo Deus in ſeruo ſuum facit, bonum eſt: ſecūdum enim verbum ſuum facit. Et quicquid ſecūdum verbum eius eſt, non poteſt malum exiſtimari: quia qui ſolus bonus eſt, voluntas ſit plena bonitatis. Verſus itaque vt diximus, ſecūdus propheta exponit affectum, cum oret dicens: *Bonitatem, & diſciplinam, ſcientiam doce me.* Bonitatem ſuperius conſeſſus eſt erga ſe factam, quomodo hanc quaſi ignorans doceri ſe precatur? Niſi quod tunc fuit ex fidei cõfeſſione gratulatio, cum quicquid illud fieret in ſe, id eſſe bonum credidit: nunc verò eſt per naturam humanam ignorantia cauſa, cum vt doceatur orat. Sed eam bonitatem vult diſcere, cui diſciplina ſit iuncta. Diſciplinam enim neceſſe eſt eſſe ſeueritatis officium: peccata arguentis, & vitia corrigentis. Correctio verò vitiorum, magnum aſſert in bonitatem proſectum. Bona ergo eſt ſeueritatis diſciplina, ſed adhuc eam propheta ignorat. Non enim tantum bonitatem & diſciplinam, ſed etiam ſcientiam vult doceri: affectum in eo fidei ſuæ oſtendens, cum bonitatem & diſciplinam quam nondum ſciat, tamen bonam ſibi à Deo eſſe fateatur. De ſcientia autem locis plurimis admonuimus: hanc & Apoſtolum, hanc & prophetam inter præcipua gratiarum ſpiritualium, dona numerare. Ergo vt bonitatem & diſciplinam ita & ſcientiam doceri orat. Et doceri ob id, quia mādatis Dei credat: oſtendens non niſi fideles, atque cre-

dentis ſcientiæ conſequi poſſe doctrinam. Manet autem etiam in tertio verſu eiufdem intelligentiæ ſenſus. Ait enim: *Præquam humiliauer ego deliqui, propterea eloquium tuum ego cuſtodiu.* Non prius tribulatio paſſionum ingruit quàm delicta præcedant: neque per paſſiones antè humiliamur, quàm per peccatorum iniquitatem digni paſſionibus ſimus. Docet itaque propheta humiliationem ſuam emendationem eſſe delicti: atque ob id bonum ſcit eſſe ſibi quicquid à Deo eſt, qui pati meruit, quod pati cœpit. Et ſcit diſciplinam emendationem eſſe vitiorum. Prius ergo deliquit, ſecūdum autem humiliatus eſt, & per humilitatis diſciplinam oportet eum ne delinquat doceri, & in eloquiis Dei manere, quia iam ſit delinquens humiliatus, & in mandatis Dei, ne vltra poſſit peccare, manſurus ſit. *Bonus es Domine, in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.* Scit iuſtificationes Deo bonas eſſe, quia bonus ſit qui eas ſtatuit: ſcit ſibi nihil niſi ex iuſtificatione Dei accidere: quia profeſſus ſit prius ſe deliquiſſe, dehinc poſtea humiliatum eſſe. Et quia ſuperius oraſſet, vt bonitatem, & diſciplinam & ſcientiam doceretur, nunc orat, vt iuſtificationes Dei in bonitate doceatur, quia iuſtificationis opus ſit rei iuſtæ, quæ ſibi ignorabilis ſit: quia iuſtificationes quæ in lege ſunt conſtitutæ, vmbra in ſe iuſtificationum cœleſtium continerent. Deinde adiecit: *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum, ego autem in toto corde ſeruo ſabor mandata tua.* Patienter omnia & æquanimitèr propheta tolerans, in opprobrium ſuperborum atque iniquorum deductus eſt. Si quis enim obiurgationes trium regum in Iob recolat: intelliget quanto illudentium exacerbetur opprobrio. Namque cum irreligioſi quique, per paſſiones aliquas emendari Dei ſeruos contuentur, exprobrare hæc ita ſolent: *Vbi fides? vbi ſpes in Deum? vbi auxiliantis virtus? vbi boni Dei miſericordia eſt?* Contra quæ ſermo animo fidelique opus eſt, & in mandatis Dei intento atque occupato: ne multiplicatis tot in ſe ſuperborum iniquitatibus cedat, ſed ſemper dicat: *Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine, vt ait ille paſſionum humanarum glorioſus & beatus victor: Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſit nomen Domini benedictum.* Deinde ſequitur: *Coagulum eſt ſicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus ſum.* Cor ſuperborum, ait, ſicut lac coagulum. Lac ſpecie & ſapore bladiſſimum eſt, quod aliquo vitio corruptum coagulari ſolet, & ex naturæ ſuæ ſuauitate decedens, inutili ſapore amaroque corrumpitur. Ergo antea iniqui, cum in ſecūdus rebus eſſe prophetam contuerentur, felicitium rerum amici, ſimplicitatis ſpecie blandientes, tanquam lac fuerunt: at vbi eos ex humilitate ſancti viri ſuperbiã & faſtidiū tenuit, ex lacte coagulati ſunt, & ex blandis ac ſuauiſſimis adulationibus, in vitioſi & acceſcentis ſaporis amaritudinem ſunt redacti. His verò ſicut lac coagulatis, legem tamen Dei propheta meditatus eſt. Meditatus autem in id, vt diceret quod ſequenti verſu continetur: *Bonum mihi quod humiliasti me.* Iniquitas licet ſuperborum multiplicetur, & cor eorum vt lac coaguletur: ſcit humiliationem tamen ſuam ſibi propheta bonam eſſe, nouit ſecūdum Apoſtolum virtutem in infirmitatibus perſcifici. Bona omnis paſſio, bonæ omnes tribulationes, per quas iuſtificationes Dei cognoscuntur: vt peccantes humilitate emendet, vt delinquentes ſeueritate coerceat, vt ignorantem doctrina doceat. Idcirco enim bonum ſibi quod humiliatus eſt ait, quia per humiliationem iuſtificationes

Iob 1.

Dei disceret. Deliquit enim prius quam humiliaretur: & humilitas ei bonum est, quia per eam iustificatio Dei discitur. Conclufit autem hoc modo:

Bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti.

Non est simplex conclusionis istius sermo. Suffecerat enim ad prophetæ gratulationem dixisse: Bonum mihi lex tua. Sed cum ait, lex oris tui, plus vult intelligi. Locutus est Deus per Moysen legem, locutus est per prophetas: sed hæc lex Dei est, non etiam lex oris Dei. Os autem Dei est ille qui & virtus Dei est, qui & sapientia Dei est, qui & brachium Dei est, qui & imago Dei est: Deus scilicet & Dominus noster Iesus Christus, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: Beati lugentes, quia ipsi consolabuntur, dicens: Benedicite qui vos persequuntur, & orate pro calumniantibus ac persecutoribus vos. Hanc legem oris Dei, bonum sibi esse propheta confessus est. Et bonum non comparationis & definitionis & modi numero, sed super milia auri & argenti. Indefinitus hic sermo est, cum dicitur milia: quia indefinite bona est lex oris Dei. Ex comparatione enim rerum maximè in terris preciosarum, vtilitatè bonorum eorum quæ à Deo sunt statuta significat.

Ioth.

Manus tua fecerunt me, &c. vsque ibi: In iustificationibus tuis non confundar. Commune iudicium est, inter omnia terrena Dei opera nihil homine vtilius, nihil esse speciosius. Quia & si sint aliqua pulcra & ornata, magnitudinem quidem eius, qui ea tam decora genuerit testantur: verbum speciei & ornatus & constitutionis suæ fructum ipsa nō sentiunt. Loquimur enim de his, quæ humano subiecta cōspectui sunt: scilicet de creatis in terra & mari & aere, & quæ singulis quibusque generibus naturisque permixta sunt. Pulcra hæc, sed quod tandem in oceano, aut terra, aut caelo, aut aere bonū quæ in his creata sunt eo quod talia creata sunt consequentur? In homine autem quicquid est, sibi proficit. Et hoc vnum in terris animal rationale, intelligens, diiudicans, sentiens constitutum est: horūque omnium generum quæ in eo sunt nihil aliud aliquid proficit, quàm vt ipse in cæteris aliis & his in quibus est natus vtatur. Vtatur autem, ad cognoscendum venerandūque eum qui tantorum in se bonorum autor & parens sit. Ex quo magnum illud atque mirabile Salomonis dictum esse intelligitur, quod tale est: Grande homo, & preciosum vir misericors: virum verò fidelem opus est inuenire. Quid enim tam difficile est, quidū tam arduū operis est, quàm inuenire eum, qui meminerit secundum imaginem & similitudinem Dei se esse factum, qui diuinorum eloquiorum studio intentus, rationem animæ suæ corporisque cognouerit, & originem vtriusque generis naturamque perceperit: ad quem denique finem hæc institutio sua ortūque contendat? Atq; ob id magnum quiddam est homo. Hoc enim nomen, vbi rerum superius commemoratarum cognitione neglecta in vitia deciderit, amittit: indignus scilicet iam iudicatus homo nuncupari. Et cum secundum imaginem & similitudinem Dei factus sit: secundum exprobrationes propheticas & euangelicas, aut serpens, aut progenies viperarum, aut equus, aut mulus, aut vulpes ei nomen est: & proprietates ei nominis sui vbi de innocentia exciderit aufertur. Verum qui studiosa fide doctrinam

Matth. 5.

Prov. 20.

A Dei & præcepta scrutatus sit, & per innocentiam studium dignum se præstare velit, qui secundum imaginem & similitudinem Dei factus sit: vti & ipse propheta voce poterit, dicentis: Manus tuæ fecerunt me, & præparauerunt me. Et in aliquibus codicibus ita scriptū deprehendimus: Manus tuæ fecerunt me, & finxerunt me, da mihi intellectum vt discā mandata tua. Et sine dubio non ociosum esse existimandum est, quod non satis erat prophetæ dixisse: Manus tuæ fecerunt me, nisi & adiecisset, finxerunt, vel præparauerunt. Sed honorem conditionis suæ in hoc significare voluit dignitatēque primam, dicens: Manus tuæ fecerunt me. In creatione mundi omnia verbo effecta esse accepim⁹, cum dicitur: Fiat lux, cum dicitur: Fiat firmamentum, cum dicitur: Et appareat arida, cum dicitur: Germinet terra herbas pabuli feminatē semen secundum suum genus, cum dicitur: Fiant luminaria in firmamento, cum dicitur: Eiciant aquæ reptilia animarum vituarum. Ergo omne ex quo vel in quo mundi totius corpus creatum est, originem sumit ex dicto: & subsistere in id quod est ex verbo Dei cepit. Verum de homine ita Deus locutus est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Differt itaq; natura & origo hominis, ab institutione vniuersæ creationis: & propriè de eo antè & tractatur & cōfirmatur vt fiat, cum cetera sine quadam consilij sententia esse sint iussa. Habet ergo primam hæc origo hominis dignitatem, quod ei propriū fuit de se antè tractari. Verum & in hoc præsentī prophetico dicto, ingens humanæ originis priuilegium cōtinetur. Non enim manus Domini pecora & aquatilia, & volatilia fecerūt: nusquam istud scripturæ tradidere. Egregium hoc itaque & præclarum in homine est, quia ceteris dignitate operationis excipitur. De confirmatione autem cæli ita in quodam loco legitur: Ego manu mea firmaui cæli. Ergo exæquatur operationi hominis istud elementum: cum id ipsum manu Dei firmatum esse memoratur. Sed quamquam cælum manu, homo tamen manibus. Præstat ergo officio vnus manus, duarū operatio. Et id quod ad confirmationem cæli satis est, in hominis conditione non sufficit. Intelligendum autem est cur manibus propheta se factum esse dicat: neque solum factum, sed etiam figuratum, vel præparatum. Ceterorum omnium elementorum creatio, eo ipso in tempore & instituta & effecta est, quo subsistere iubebatur: neque inchoatione eorum & perfectionem tempus aliquod discernit. Nam & consummationem inchoatio in eo quod est cæpta percepit. Homo verò cum externam & internam in se naturam dissonantem aliam ab alia contineat, & ex duobus generibus in vnum sit animal rationis particeps constitutus: duplici est institutus exordio. Primum enim dictum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Dehinc secundo: Et accepit Deus puluerem de terra, & finxit hominem. Primum opus non habet in se assumptæ aliunde alterius naturæ originē: incorporale est, quicquid illud de consilij sententia inchoatur. Fit enim ad imaginem Dei non Dei imago: quia imago Dei est primogenitus omnis creaturæ. Sed ad imaginem, id est, secundum imaginis & similitudinis speciem: diuinum in eo & incorporale condendum. Quod secundum imaginem Dei & similitudinem cum fiebat, exemplum scilicet quoddam in nobis imaginis Dei est, & similitudinis institutum. Est ergo in hac rationali & incorporali animæ nostræ substantia primum, quod

Gen. 1.

Hominis creatio.

Es. 44.

Gen. 1.

Gen. 2.

ad imaginem Dei sit factum. Secundi verò operis efficientia, quantò differt ab institutione prima? Deus terræ puluerem accepit. Tam sumitur puluis, & terræ materies formatur in hominem vel præparatur: & ex alio in aliud opere ac studio artificis expolitur. Primum ergo non accepit, sed fecit: secundum, non vt prius fecit: sed accepit & formauit vel præparauit. Vtrūque autem rectè intelligi potest, quia vtrunq; scriptum deprehendimus, vt formauerit in id quod est, dicitur, Et inspirauit in eum spiritum vitæ, & factus est homo in animam viuētē. Inspiratio ergo huic præparatus siue formatus est: per quam natura animæ & corporis in vitæ perfectionē quodam inspirati spiritus federe contineretur. Scit in se duplicem beatus Paulus esse naturam: cum secundum anteriorem hominem delectatur in lege, & cum aliam in membris suis videt legem, quæ se captiuum ducat in legem peccati. Quod ergo sit secundum imaginem Dei: ad animi pertinere dignitatem. Quod autem formatur ex terra: speciei corporis naturæque primordium est. Et quia vel locutus ad alterum Deus intelligitur, cum dicitur: Faciamus hominem: vel triplex cognoscitur hominis facti formatque perfectio: cum & fiat ad imaginem Dei, & formetur è terra, & inspiratione spiritus in viuētē animam commoueat: idcirco manibus se factum & formatum, non manu tantum propheta testatur, quia in constitutione sua non solitaria & eadem triplex fuisse docetur operatio. Et quia istud sciat propheta valde esse occultum atque reconditum, quatenus scilicet manibus Dei formatus sit: tamen vt plenam atque absolutam intelligentiæ huius rationem consequatur, ait: Da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Tanquam ignorans hæc loquitur: & tanquam nondum intelligentiam adeptus, dari sibi intelligentiam deprecatur. Et audent non dico ecclesiæ homines, sed gentium sophistæ quædam de naturæ humanæ institutione velle tractare. Audeamus etiam gloriari, rectæ ac perfectæ nos vitæ esse scientiam consecutos. Sed doceri nos oportet prophetæ huius exemplo, vt vel diuinarum rerum ignorantiam confiteamur: vel ignorantiam intelligentiam deprecemur. Optimum est autem celestium mandatorum scientiam à Deo per precem postulare: & infirmitatem ingenij nostri pauperatēque cognoscere. Primum enim, secundum Apostolum, munus est gratiarum, sapientiæ donum: sequens scientia: & idcirco hunc ordinem etiam hic propheta seruat, dicens: Da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Primum intelligentiam, post etiam scientiam deprecatus est. Sequitur deinde: Qui timent te, videbunt me & latibuntur, quia in verba tua speraui. Consuetudo impiorum est, vt cōspectis religiosis viris tristes sint. Oderit enim necesse est ebrius sobrium, continentem impudicus, iustum iniquus: & tanquam conscientia onus, præsentiam sancti cuiusque non sustinet. Contrà verò ad cōspectum viri fidelis, religiosi omnes quibus timor Dei est lætantur: vt vel solo corpore contemplationis visu gratulentur, modo auium herbarūque quarundam, quæ visæ tantum & cōspectæ morbis aliquibus & infirmitatibus medentur. Vtilis ergo est præsentia sancti timentibus Deum: quia necesse est profectum aliquem ex contemplatione illius consequantur. Sed propheta non hoc in se solum contuendum putat, quod publicis ac promiscuis oculis subiectum est. Vult ille probitatem vitæ conspici, vult iu-

A stitiam suam & religionem & continentiam cerni. Non enim tantum timentes Deum, quia tantum vident eum, lætabuntur: sed quia vident eum in verba Dei sperantem, & sperantem nō mediocriter, neque confuso humanæ opinionis errore, sed dicentem cum libertate id quod consequitur: Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & vere humiliasti me. In locis cæteris meminimus, ita prophetam dicere solitum: Da mihi intellectum, & doce me, & obseruabo præcepta tua: nunc autem tanquam de adeptis proficitur, dicens: Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua. Sed hic nō de iudiciis illis æternis, sed de præsentibus sermo est. Iudicia illa æterna secundum eundem prophetam, sicut abyssus multa: & secundum Apostolum: Iudicia Dei inuestigabilia & inscrutabilia. Scit autem in his iudiciis, quæ nunc sunt, quicquid in se geratur, ex iudicio Dei fieri: omnes tribulationes, omnes pressuras, omnia infestationum odia, omnes persecutionum infestationes, ex iudicio in se Dei adesse, vt per hæc probabilis, vt per hæc emendatus, & tanquam per ignem examinatus atque purgatus sit. Plus est autem nescio quid in cognitione, quàm in fide operis, & idcirco non creditur, sed cognouit: quia fides habet obedientiæ meritum, non habet autem cognitæ veritatis fiduciam. Distinguit Apostolus plurimum inter cognitionem fidemque differre: posteriore loco eam inter gratiarum dona connumerans. Primū enim sapientiam, sequenter cognitionem, tertio fidem prædicauit: quia qui credit potest ignorare quod credit. Qui autem iam cognouit, non potest id quod cognouit adepta cognitione non credere. Ergo ambiguitatē hic non admittit propheta, qui sciat iusta esse Dei iudicia, id est, humiliationis suæ & tribulationis & contemptus & iniuriæ & doloris. Ita enim ait: Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & vere humiliasti me. Non sine causa se scilicet esse tribulationibus subditum, nō sine causa passionibus permissum, non sine causa per iniurias humiliatum: sed ad humanorum vitiorum expianda peccata, ex iustis se ac veris Dei iudiciis humiliationi esse subiectum. Sed quia in his passionibus ex æquitate diuini iudicij versetur: Fiat misericordia tua, vt exhortetur me, secundum eloquium tuum seruo tuo. Exhortationem præsentium humiliationum ex misericordia Dei deprecatur, quia humana infirmitas ipsarum sit tolerantia passionum, dicens: Fiat misericordia tua vt exhortetur me. Sed meminuit bonum sibi esse humiliari, bonum sibi esse passionibus subdi: & ea omnia à quibus vexatur, purgationem sibi terrenorum esse vitiorum. Non enim vt humilitas ac tribulatio à se auferatur orat: sed vt sibi ex misericordia Dei adhortatio in tribulatione præstetur. Optat ergo diuino prælio in his corporis sui infirmitatibus militare: optat longo certamine aduersus mundi huius nequitias consistere. Sed adhortationem ex misericordia Dei sperat: vt tribulatus licet & afflictus, diuinæ adhortationis auxilio firmetur. Scit & beatus apostolus Paulus omni ipse tentationū genere perfunctus, vt se diuinæ misericordiæ adhortatione, dicens: Benedicā Deus pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarū, & Deus omnis exhortationis, qui exhortat nos in omni tribulatione. Et adhortationē hæc scit sibi propheta promissam à Deo patre & Domino miserationū, qui per tērationes eū qui se credat examinet, atq; ideo subiecit: Secundum verbū tuum seruo tuo: id est, secundum eam promissionē qua sponderit se tribulatos in passionibus non relicturum.

Rom. 11.

2. Cor. 1.

Matth. 10. Dixit enim in euangelis: Cū ergo tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et hoc quidem quantum ad præsens pertinet tempus, futuræ tamen spei propheta non immemor est dicens: *Veniant mihi miserationes tue, & vitam: quia lex tua meditatio mea est.* Naturæ corporalis infirmitas eget miserationibus Dei. Neque enim beatæ illius vitæ æternitatem consequi merito suo poterit: nisi miserationibus eius, qui pater miserationum est prouehatur. Scit se propheta nõdum ea viuere vitam quæ vita sit: nemo enim nostrum quasi ex quodam fonte viuunt vitam audebit existimare. Nunc enim in corpore mortis sumus, Paulo dicente: *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et hoc ipsum eodem propheta testante ita: *Et in puluerem mortis deduxisti me.* Vera enim vita nostra cum Christo absconsa est in Deo. Sed neque hæc nunc in qua agimus regio viuentium est: ea autem est de qua hic idē propheta ait: *Et complacebo Deo in regione viuorum.* Atque ideo vitam dixit: quia non in vfu istius vitæ viuunt, sed in Dei sit miseratione victurus. Sed sperat istud, quia lex Dei meditatio eius est. Vacemus igitur diuinæ lectioni, vacemus præceptis Dei: & opera legis vitæ nostræ officii exequamur. Quia propter meditationem legis, veniente in se Domini miseratione, sperat se propheta victurum. Non est verò sufficiens huic propheta, vt sibi tantum sollicitus sit, ac solum sui memor sit. Oportet enim curam humani generis sumere, & publicæ sollicitudinis affectum subire: & orare pro his qui in peccatis & irreligiositate versantur. Huius itaque affectus sui sollicitudinem consequenti versu docet, dicens: *Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt super me.* Non est hic maledicti oratio, neque retributionem iniuriæ sibi illatæ precatur. Et absit vt propheta & euangelij prædicator rationem euangelicæ charitatis excesserit, Domino dicente: *Diligite inimicos vestros, & orate pro calumniantibus ac persecutibus vos: ratio non patitur vt vindictam in superbos atque iniuriosos precetur.* Sed quia à peccatis qui desinit, in his erubescit: & qui vitia derelinquit, necesse est vt ea idcirco quia oderit derelinquat: orat propheta vt qui in se superbi iniuste fuerat, hi per cognitionem vitiorum suorum in his quæ gesserint erubescant. Quam diu enim quis peccat, in his quæ peccat non confunditur, consuetudine & voluntate peccandi. Vbi verò peccare destiterit, finem peccandi habet ex pudore peccati. Ipse autem exercetur in mandatis Dei: viuendo iuste, religiose prædicando, iniurias non retribuendo, & tolerando patienter. Ob id enim multorum in se superbiorum cōtradictiones iniquitatesque sustinuit. Absolutē enim consequenti versu id quod de confusione superbiorum tractamus, significasse intelligitur. Sequitur enim: *Conuertantur mihi qui timent te, & qui cognoscunt testimonia tua.* Vult ergo eos qui Deum timere ceperunt ad se propheta conuertī, vt per doctrinam suam in viciis suis & criminibus erubescant. Cognitis scilicet testimoniis Dei, de quibus multa iam diximus, & consuli in veteribus delictis, ad institutionem prophetae doctrinamque se referant, quorum ex superbia atque peccatis ad pietatem modestiamque conuersio est. Conclufit autem verecundiæ suæ more dicens: *Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar.* Exercetur in mandatis, meditatur in lege, iusticiam iudi-

Rom. 7.

Psal. 21.

Psal. 114.

Luc. 6.

ciorum Dei cognouit. Timentes Deum conspectu eius lætantur, manibus Dei factus atque formatus est, & non audet dicere immaculatum cor sibi esse: & audemus interdum præferre innocentiam nostram, iactare vitiorum abstinentiam, & puros nos à peccatis atque iniquitatibus gloriari? Sed vt fidem, ita & humilitatem ac modestiam discere à propheta nos contuenit, orante vt sibi immaculatum cor fiat. Scit enim ex eo progredi secundum id quod dictum est: *De corde enim exeunt cogitationes malæ, cædes, lasciuia, fornicationes, furta, falsitates, blasphemias, & horum similia.* Hoc igitur immaculatum fieri deprecatur, vnde tot tantorumque vitiorum quasi ex quodam fonte initia suggeruntur. Immaculatum autem hoc modo sciens fieri, si in iustificationibus Dei maneat: iustificationum autem hūc fructum esse intelligit, ne in his manens confundatur. Confusio enim ex peccatorum conscientia est, & ex opprobrio delictorum. Vbi ergo confusio non erit, nec peccatum erit. Peccatum verò vbi non erit, in iustificationibus Dei manebit. Iustificationes autem Dei, immaculatum cor esse præstabit.

Matth. 13.

Caph.

Defecit in salutare tuum anima mea, &c. vsq; tibi, Et custodiam testimonia oris tui. Naturæ humanæ est, vt cum id quod desiderat nõ potest obtinere: per desiderij iugem cupiditatem, animi defectione teneatur. Et hoc nosse ex ipsis affectionis nostræ motibus promptum est: in quãtã animi defectionem eorum quæ desideramus expectatione redigimur. Propheta itaque cuius omnis ad Deum expectatio est, cui omne in mandatis eius desiderium est: loquitur & dicit: *Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum spero.* Non habet alia, quæ desiderium suum occupent: & sancti cupiditas non vacat seculi rebus. Defecit igitur in desiderio salutaris, & defecit ob id, quia in verbum Dei sperat: finis enim legis Christus Iesus est. Et hic est de quo scriperunt Moses & prophetae. Est autem salutaris ipso illo nomine quo Iesus nuncupatur. Iesus enim secundum Hebraicam linguam, salutaris est: & id ipsum angelus ad Ioseph loquens docet, cum dicit: *Et vocabis nomen eius Iesum: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis.* Causa itaque defectionis, est desiderium salutaris. Desiderij autem hinc origo est quòd in verbum Dei sperat. Salutaris enim noster Iesus est, qui & desideratus & natus est. Sed defectionem animæ desiderantis intelligendum est, quia sequenter ait: *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes, quando exhortaberis me?* Sequitur ergo defectionem animæ defectio oculorum. Sed vt de natura defectionis animæ tractauimus, videamus qualis oculorum soleat esse defectio. Pone igitur in expectatione aut peregrinatione viri coniugem, aut iam diu absentis filij patrem: quem omni tempore existimet reuersurum. Nõne ei itineri, quo venturum opinabitur, semper intendet? Nõne intentio ac visus oculorum, cõtuitio ipsius expectatione deficiet? desideria hæc in se prophetarum Dominus testatur, cum dicit: *Amen dico vobis, multi prophetae & iusti quæsierunt videre quæ vos videtis, & audire quæ auditis.* Propheta itaque & animo & oculis deficit. Sed hi modo oculi prophetae licet Deum videre desiderauerint, non sunt tamē corporis oculi. Loquuntur enim, expectant: & men-

Matth. 1.

Matth. 13.

& mentis potius est contuitio ista & loquela, non corporis. Dicunt enim, *Quando exhortaberis me?* Scit ergo exhortationem hanc sanctos quiescentes in inferno desiderare, scit testante apostolo Petro, descendente in inferna Domino, etiam his qui in carcere erant; & increduli quondam fuerat in diebus Noë, exhortationem prædicatam fuisse. In hæc igitur Dei eloquia oculis loquentibus deficit nõ tam visu: corporeo Deum ex eloquiis Dei nunciatum, quàm contemplatione animæ & mētis expectans. Dehinc sequitur: *Quia factus sum sicut vter in pruina, iustificationes tuas non sum oblitus.* Noui generis hæc causa est: vt ideo iustificationes Dei non oblitus sit, quia factus sit sicut vter in pruina. Et si rē solis auribus metiamur: inanis & ridiculus prophetae sermo existimabitur. Sed meminit vtrē pro humanis corporibus nūcupari, Domino in euangelis dicente: *Nemo, inquit, mittet vinum nouū in vtres veteres.* Et non ambigitur eū in vtribus corpora, in peccatis suis vterna memorasse. Per cõtinentiã autem studium frigit fidelitū corpora: & calore naturæ interioris extincto, vtres erunt frigidi. Quæ cū intrinsecus per naturam vitiorum efferuentium incallescant: extrinsecus tamen continentia patientia tanquam pruina frigore obrigescunt. Ergo in hoc corporum frigore iustificationum Dei immemores esse non possumus. Quisquis autem per vitiorum ardorem vtre pleno caluerit, neq; per metum Dei religionemq; frigescat, necesse est iustificationum Dei obliuiscatur. Quæ obliuisci sanctus non poterit, cum vtris in pruina modo obrigescens extrinsecus, internarum cupiditatum omniū instigatione sit frigidus. Dehinc sequitur: *Quot sunt dies serui tui, quando facies mihi depersequentibus me iudicium?* Iudicium post consummationem seculi propheta esse non ignorat, cum ait: *Propterea nõ resurgunt impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorum.* Quod ergo nunc orat de persequentibus se fieri iudicium: non illud vtique quod in resurrectionis seculo meminit futurum, cum se paucorum nunc dierum secundū corporalem vitam sciat esse. Ita enim ait: *Quod sunt dies serui tui.* Cū dicit quot, scit esse non plures. Et superius dixerat, esse se tanquam vtrē in pruina. Ergo quia se paucorum dierum scit, fieri iudicium ab his qui se persequuntur desiderat: à diabolo scilicet: ministrisque eius. Sunt enim spirituales nequitia in cœlestibus, sed scit & diabolus in resurrectionis seculo iudicandum. Paucorum itaq; dierum ipse cū sit, fieri hoc iudicium desiderat: scilicet vt cõsummatē sanctus & perfectē Deo placens conterat infra se diabolus, conterat aduersantes sibi inimicisq; virtutes, & fidei suæ animæ subdat nequitias spirituales. Nondum igitur de naturæ suæ firmitate confidit, licet etiam vt vter frigeat: sed vt per misericordiam Dei iudicium inimico suo sit deprecatur. Hanc potestatem iudicij Dominus Apostolis suis dedit, dicens: *Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.* Vocem hanc quidem nondum propheta Domini in corpore manentis audiuit: sed dari sibi id potestatis orat vt constituatur sibi in persequentes se tale iudicium. Tentatur enim vndique, cum ei per naturam corporis vitiorū inest cognata materies: cāmque diabolus conatur ardore geminæ cupiditatis accendere, cū impijs irreligiosorum vocibus læditur, cū prophanas gentium contra Deum disputationes & eloquia vana perpetitur, ideo in consequenti: *Narrauerunt mihi iniqui exercitationes, sed non*

1. Pet. 3.

Mar. 2.

Psal. 1.

Luc. 10.

ita vt lex tua. Quanti enim sunt qui quaedam humanæ vitæ instituta docere se asserat, cū ad virtutes seculi studia animæ nostræ Deo rectius seruiencia accendunt? Quanti etiam sunt qui cognitionem se habere diuinarum scripturarum mentientes, heretica & peruersa dogmata prædicant? Sed sciēs propheta perfectam humanæ doctrinæ eruditionem in Dei lege esse, ait: *Narrauerunt mihi iniqui exercitationes, sed nõ ita vt lex tua.* Iniqui enim sunt hæc prædicantes. Et ideo vox Dei vtuit peccatorem eloquia sancta narrare, quia iniquitas doctrinæ cœlestis non recipit veritatem. Peccatori enim dixit Deus: *Quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu autē reiecisti sermones meos retrò.* Et hæc igitur exercitationes propheta non fert: sciens nihil narrationi legis æquandum. Denique adiecit: *Omnis mandata tua veritas: inique persecuti sunt me, adiua me.* Iustum qui persequitur, necesse est vt iniquè persequatur: quia iniquitas iniustæ operationis effectus est. Scit & hanc Apostolus persecutionum iniquitatem, cū dicit: *Omnes volentes religiose viuere in Christo, persecutionem patientur.* Multæ enim tribulationes iustorum sunt. Nunc satanas insectatur, nunc ministeria eius impugnant, nunc falsorum fratrum simulatio ad nocendum arte fraudulenta insectationis irreperit. Sed propheta qui veritatem esse mandata Dei meminerit, iniustæ iniquitatis persecutionem fideli animo sustinet. Et quia persecutionem fidei sciat esse documentum, non orat eam à se remoueri: sed adiuuari se in ea postular, & opem atque auxilium misericordiae Dei precatur, euangelici huius præcepti non ignarus: *Qui nõ accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus.* Veritas ergo est in præceptis Dei: Veritas nihil falsum, nihil incertum, nihil imperfectū habet: persecutio autem iusto intentata, iniquitas est. Iniquitas enim prædicatorem necesse est oderit veritatis: sed auxiliū à Deo est veritatis prædicatori. Graues enim meminit has esse persecutorum molestias: & quia iusto vtilis sint, non putat amouendas. Periculosa nanque ociosa fidei pax est, & faciles securis excubiis insidiæ sunt. Bellis autem exercitatum virum non cito doli capiēt: & glorioso certamine opus est, vt corona victoriæ deferatur. Ob quod non orat sibi adimi causam certandi, sed tribui auxilium vincendi. Meminit autem non in leui se tentationum esse pugna. Sequitur enim: *Penē consummauerunt me in terra, ego autem non deliqui mandata tua.* Propē vsque ad finem vitæ iniustæ persecutiones prophetam redegerunt, illæ scilicet de quibus superius diximus: spirituales nequitia in cœlestibus, quæ nos ad corporalia vitia ingestis cupiditatum illecebris instigant. Penē igitur est propheta consummatus in terra, id est, in corporum vitia & peccata deiectus: vt enim consummatio bonorum: ita & malorum est. Sed ingruentibus licet his perniciosissimis inimicis ac persequentibus se, mandata Dei non dereliquit: & infirmata licet naturæ suæ imbecillitate, in præceptis Dei permanet: hoc gloriosius in mandatis Dei permanens, quod penē naturæ suæ infirmitas sit subacta. Cõcludit deinde modestiæ & spei suæ more, dicens: *secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.* Viuificari se tanquam nondum viuēs precatur: & custoditurum se testimonia oris Dei, tanquam nunc non custodiat pollicetur. Sed cū viuat in corpore, vitam ille non huius seculi concupiscit: & cū testimonia Dei in lege custodiat, tamen testimonia oris Dei custoditurum se

Psal. 49.

2. Tim. 3.

Matth. 10.

pollicetur: quæ euangelicis innotuata præceptis non adulterio tantum, sed etiam desiderio adulterij abstinentes, sola fidei sanctificatione consummant: per Dominum nostrum Iesum Christum, qui os & dexteram & virtus & sapientia Dei est, benedictus in secula seculorum. Amen.

Lamech.

In seculum Domine, & reliqua. Sermionem prophetæ non in humilibus ac peruulgatis demorari decet, sed semper excelsa & Deo digna tractare: atque ita, ut dum nos ad innocens vita obseruantiam imbuit, ingenij quoque nostri humilitatem ad intelligentiam diuinorum & inuisibilium sacramentorum extollat. Nec sanè humana infirmitas in cœlestem scientiam se ipsa proeheret: nisi Deo donum scientiæ per doctrinam spiritus largiente ad cognitionem diuinæ imperispicabilis naturæ erudiretur. Volens igitur propheta præstare nos ac perficere Deo dignos, & sciens repositum humanæ spei esse ut in cœlestem gloriam, si disciplinam cœlestis obedientiæ confectaretur, accederet, ita cœpit: *In seculum Domine permanet verbum tuum in cœlo.* In cœlo ait: quia scit in terris propter falsitatem hominū non manere. Et quomodo in cœlo maneat, ipsa veluti corporalis contemplationis fide cernitur. Non est illic transgressio, non demutatio, non infirmitas, non oclum. Contuemur solis annum cursum, & menstruum lunæ recursum, aliorum quoque aut stationes, aut conuersiones, aut demutationes: nunquid non finibus suis & constitutis terminis ac decretis vicissitudinibus continentur? Nihil illic demutatur, nihil differtur, nihil negligitur: sed in constitutionis suæ manet lege, & in indefessis obediētia ministeriis perseuerat. Sed seruauit hanc desinendorum & præteritorum officiorum propheta rationem, dicens: *In seculum Domine, verbum tuum permanet in cœlo.* Latini quidem interpretes ambigua id significatione & minus propria trāsulerunt. Nam quod apud illos est, *eis τὸν αἰῶνα μένει*, id nobiscum est, in æternum Domine translatum. Accipi autem æternum ita potest, ut intelligatur nullo id quod æternum est sine desinere. Seculum verò, quod *αἰὼν* Græcè est, intra spacium definiti temporis continetur. Non enim ait in seculum seculi, neque in secula seculorum: sed in seculum verbum tuum permanet. Scit post hoc seculum cœlum & terram præterire, Domino dicente: Amen dico vobis, cœlum & terra præterient, verba autem mea non transient. Meminit etiam hoc seculum præteriturum esse, ut sit cœlum nouum, & terra noua. Idcirco ait: *In seculum Domine, permanet verbum tuum in cœlo.* Quia postquam hoc seculum transierit: in cœlo verbum hoc obediētia constitutæ in creaturis, quæ reuelationem filiorum Dei expectant, necesse sit permanere. Sed non idcirco non & in terris aliquando Dei verbum est, licet id tantum in cœlo propheta prædicet manere. Nemo enim nostrum est, qui non interdum donum spiritualis gratiæ sentiat, qui non aliquando in se habeat Dei verbum: cum sobrius, cum tranquillus, cum continens est, cum beneuolus est, cum misericors est. In his enim cum sumus, manet in nobis Dei verbum, cum præceptis eius bonarum rerum obediētione famulamur. Sed subrepentibus turbidarum affectionum motibus, cum subit pecuniæ cura, cum æstus turpis lasciuæ cupiditatis accenditur, ira peccus commouetur, cum ebrietas desideratur: iam

Matth. 24.

nō in nobis manet verbum Dei. Est autem in his, qui secundum Apostolum exuti veterem hominem cum peccatis suis, nouum induerit, qui commortui Christo & conscripti iam in nouitatem vitæ terram exierunt, & collocati sunt in cœlestibus: qui terreltris imagine derelicta, cœlestis imaginem portant. In his enim tantum in cœlo verbum Dei permanet: in quibus hoc verbum non offenditur ira, ebrietate, odio, infidelitate, lasciuia. Nam etsi aliquando manet in nobis: tamen à sancto habitacionis suæ cōtumelias non fert, ut semper inesse permaneant. Si verò hæc commemorata vitia semper in nobis erunt: ne introire quidem polluta corporum domicilia dignabitur. Adest autem vnicuique proximum, ut dictum est: *stet enim ad osium verbum Dei & pulsata ostium animæ nostræ, & dicit: Ecce stans ante ostium pulso: si quis aperiet mihi ostium, ingrediar ad eum.* Vult ergo semper introire, sed à nobis ne introeat excluditur. Claudimus enim per hæc corporis vitia animæ nostræ aditum. *Qui si cœperit emundatis omnibus erunt: si quis aperiet tuos scemclum pedu tuorum.* Qui si cœperit emundatis omnibus erunt: si quis aperiet tuos scemclum pedu tuorum. Et secundum Apostolum: *Oportet eum regnare donec ponat inimicos suos sub pedibus eius.* Ergo tunc dies, id est sanctorum lumen permanebit, cum Deo cœperint vniuersa seruire. Et hæc quidem à nobis secundum prophetiam atque Apostolicam doctrinam cōmemorata sunt. Vt quæquam in præsentibus dictis futurorum bonorū significari tempus intelligatur: in quo & cœlum nouum & terra noua & felix demutatorum corporum gloria & æterna (oblitis terrenorum vitiorum noctibus) nostri luminis dies spei & expectationi nostræ preparantur: tamen ut magnificentiam Dei omnes huius quoque mundi creationes indemutabili officiorum suorum constitutione testentur, cum ita firmata statutæque omnia sint, ut perpetuis quibus manebunt constitutorum ab exordio temporum cursibus perseuerent, propheta perseuerare se ut diem postulat, & in sequentibus seruum se esse Domini sui meminit dicens: *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea.* Frequenter admonuimus humilitatione id significari cum tentationibus anima subiecta est, & infirmitati suæ derelicta humilis efficitur. Lex ergo ei meditatio est: & nisi meditatio ei fuisset, forsitan in humilitatione perissem. Nō est ergo meditatio legis Dei cum tribulamur & angustiamur relinquenda: sed cum variis corporum infirmitatibus affligimur, cum inter persecutionū bella vexamur, constans in nobis debet legis esse meditatio. Vrant enim licet in excidium fidei ignes, lacerent quoque ad periculum salutis nostræ flagella, fodiant etiam ad eliciendam impietatis confessionem redempta à Deo corpora vngulæ: dicti tamē prophetici meminisse debemus, ut confortes ipsius simus. Dicamus & nos patientes atque vincētes: Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea. Et beatitudinem meditationis huius iam in exordio psalmorum propheta meminit, dicens: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et verè beatus erit quisquis in lege Dei meditabitur: quia meditatione in ipsa quoque tribulationū humilitatione seruabitur. Dehinc sequitur: *In seculum non obliuiscar iustificacionum tuarum, quia in ipsis viuificasti me.* Scit propheta, secundum Apostolum, finem legis esse Christum, in qua iustificacionum obseruatio constituta est: & in Euangelia crediturus*

Apo. 3.

psal. 109.

1. Cor. 5.

psal. 1.

id est, secundum seculi huius constitutionem & ipsa mansura. Sed si permanens est, quo verbo significatur in perpetuum mansura? Earum necesse est generatio non terra fundata & mansura esse credenda est, quibus ob veritatem in his Dei manentem, cœlestis horū modo terrenorū corporum gloria præparatur. Et absolutius id ita cōsequenti verū poterit intelligi. Ait enim: *Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi.* Dies iste qui nunc est, non perseuerat interuentu noctis exemptus. Aut si de huius diei temporibus locutus esset, mentionem etiā noctis fieri conuenerat: quæ pari ut dies, Dei ordinatione perficitur. Sed quia dies lux est, & sanctus quisque mundi istius lumen est: huius ergo luminis dies non ambiguit ordinatione Dei perseuerare creditur, & perseueratur, quia omnia Deo seruiant. Nunc enim non omnia Deo seruiunt. Nunquid & peccatores Deo seruiunt? Nunquid & hi seruiunt, qui scammello Domini pedū subdēdi sunt? Dixit autem David: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Donec ponam inimicos tuos scemclum pedu tuorum. Et secundum Apostolum: *Oportet eum regnare donec ponat inimicos suos sub pedibus eius.* Ergo tunc dies, id est sanctorum lumen permanebit, cum Deo cœperint vniuersa seruire. Et hæc quidem à nobis secundum prophetiam atque Apostolicam doctrinam cōmemorata sunt. Vt quæquam in præsentibus dictis futurorum bonorū significari tempus intelligatur: in quo & cœlum nouum & terra noua & felix demutatorum corporum gloria & æterna (oblitis terrenorum vitiorum noctibus) nostri luminis dies spei & expectationi nostræ preparantur: tamen ut magnificentiam Dei omnes huius quoque mundi creationes indemutabili officiorum suorum constitutione testentur, cum ita firmata statutæque omnia sint, ut perpetuis quibus manebunt constitutorum ab exordio temporum cursibus perseuerent, propheta perseuerare se ut diem postulat, & in sequentibus seruum se esse Domini sui meminit dicens: *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea.* Frequenter admonuimus humilitatione id significari cum tentationibus anima subiecta est, & infirmitati suæ derelicta humilis efficitur. Lex ergo ei meditatio est: & nisi meditatio ei fuisset, forsitan in humilitatione perissem. Nō est ergo meditatio legis Dei cum tribulamur & angustiamur relinquenda: sed cum variis corporum infirmitatibus affligimur, cum inter persecutionū bella vexamur, constans in nobis debet legis esse meditatio. Vrant enim licet in excidium fidei ignes, lacerent quoque ad periculum salutis nostræ flagella, fodiant etiam ad eliciendam impietatis confessionem redempta à Deo corpora vngulæ: dicti tamē prophetici meminisse debemus, ut confortes ipsius simus. Dicamus & nos patientes atque vincētes: Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea. Et beatitudinem meditationis huius iam in exordio psalmorum propheta meminit, dicens: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et verè beatus erit quisquis in lege Dei meditabitur: quia meditatione in ipsa quoque tribulationū humilitatione seruabitur. Dehinc sequitur: *In seculum non obliuiscar iustificacionum tuarum, quia in ipsis viuificasti me.* Scit propheta, secundum Apostolum, finem legis esse Christum, in qua iustificacionum obseruatio constituta est: & in Euangelia crediturus*

legem esse pædagogam, scit & iustum ex fide viuere, scit & legem spirituales esse, scit quod qui ea quæ in lege sunt fecerit viuat: & idcirco ait: *In seculum non obliuiscar iustificacionum tuarum, quia in ipsis viuificasti me.* Vt quamquam fides Euangelica finitis legis sit operibus prædicanda, iustificacionum legis tamen quæ sibi vitæ initium sit immemor non sit: quia legis iustificacio Euangelicæ iustificacionis fideique pædagogus sit. Constante verò cum sibi nulla iustificacionum Dei subrepre possit obliuio, id quod consequitur est professus, dicens: *Tuus sum ego, salua me: quia iustificaciones tuas exquisiui.* Non omnibus vox professio nis istius competit, sed rarus quisque: est qui se Deo audeat dicere. Audebit sanè ille qui dixit, *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Et, *Viuo iam non ego, viuat autē in me Christus.* Et qui huius fidei erūt similes, non impudenter quod Dei sint cōfitebuntur. Vox ista animæ semper Deo intentæ: opus istud est misericordiæ indefessæ, continentiæ immobilis, ieiunij vfitati, largitionis impenitentis. Quomodo enim se Dei esse profitebitur in libidinem calens, in iram mobilis, in auaritiam sollicitus, in ebrietatem sitiens, in gloriam seculi inanis? Horum potius erit iste, non Dei. In quo enim hæc passionum vitia abundabunt, quomodo nō eorum erit quibus seruiet? Plures gētium dii: sed vnus solus Deus ex quo omnia, & vnus Dominus noster Iesus per quem omnia. Constāter ergo propheta, cui soli seruit, quod suus sit constitutus: & quia suus sit, ut saluetur orat. Suus autem per id est, quia iustificaciones eius exquirat. Aliis quærentibus gloriam mundi, aliis quærentibus agros, domos, pecuniam: ille iusticias Dei exquirat, & quod Dei sit gloriatur. Est autem in istiusmodi pios ac religiosos viros, ingens odiū irreligiosorum. Et scit propheta, vel seculi hominibus, vel diabolo & ministris eius, eum qui se Dei profitetur, esse perasum. Hoc etiam consequenti versu docet, quo ait: *Me expectauerunt peccatores ut perderent me, testimonia tua Domine dilexi.* Diabolo vel ministris eius cura est, pugnam & omnem gloriam viri fidelis auferre: & eum non ex portione Dei finire esse, sed damnationis suæ consortium assumree. Longo atque ac diutino piglio contra fidem prophetæ dimicatur. Sed memor ille mādatorum Dei, & testimonia eius intelligens: restitit atque permansit. Neque aliter spem eorum qui perditionem suam expectabant elusit, quam quod vitæ sibi in testimoniis Dei intellexit esse doctrinam. Arduum autem atque difficile est intelligere Dei testimonia: & vltra præsentis cognitionis scietiam eorum intelligentia procedit. De testimoniis verò iam in psalmi exordio tractauimus. Per hæc enim præsentia legis testimonia, testimoniorum æternorum cognitio præstatur. Denique id ipsum consequens sermo demonstrat. Sequitur enim: *Omnis consummationis vidi finem.* Frequenter admonuimus, non posse satisfactionem intelligentiæ ex Latinitatis translatione præstari. Alia enim vis dicti huius est ex Græco enunciati: ita enim est: *πάντος συντάλας εἶδον πέρας.* Id quod τῶλος cum Græcis πέρας nuncupatur, vltra finem est rerum statutarum, neque aliquo ut desinat continetur: sed omnem limitem sub indefinita significatione transcedit. Quod autem nobiscum scribitur in finem, sine eo qui significatur existimatur id vnde agitur contineri. Sed propheta, qui non corporalia neque terrena testimonia legis intelligit, secundum Græcam significantiam, vltra omnem consummationem contuetur. Scit consummationem esse temporum legis, cum post ple-

Phil. 1. Gal. 2.

τῶλος.

nitudinem temporum Deus in corpore contuendus sit, sed ultra hanc consummationem videt. Videt enim Evangelicæ spei tempus, sed & huius quidē consummatio non ignota ei est. Ultra id enim intelligentiæ suæ oculos extendit. Namque & resurrectionis consummationem videt. Scit enim & demutationis esse ordinem constitutum, Apostolo dicente: Vnquisque autem in suo ordine. Et rursum: Omnes quidem resurgent, sed non omnes commutabuntur. No-uit & dies regni Domini nostri Iesu Christi: ex quo in regnum Dei patris prouehemur, & illa in exquisita & inuestigabilia Dei iudicia transferemur. Scit & tempus esse iudicii, & hoc scire ei ex amplitudine mandatorum Dei licuit: quia se in immensam cognitionis doctrinam diuinus sermo diffuderit. Ait enim: *Latum mandatum tuum uehementer.* Latum planè est, siue quòd in infinitum cognitionem humanæ ignorantia excedit: siue quòd multa sunt in quibus Dei præceptis obtemperetur atque placeatur, secundum diuisiones & munera gratiarum. Non enim ab omnibus omnia expectantur, neque vniuersi vniuersa ad summam placendi implere possunt. Alius ieiunio placet, alius simplicitate fidei promeretur, alius vitia elemosynis redimit, alius securitate consummat: sicut alij curationū concessa virtus est, alij prophetiæ scientia contributa est, alij fidei firmitas data est, alij sapientia & cognitio donata est. Latum igitur mandatum Dei est, & in omnia spei nostræ genera diffunditur, ut non difficile sit si voluntas adit præcepto Dei obtemperare: cum latum & diffusum sit ad placendum officiosæ religionis varietate. Neque solum latum, sed uehementer latum: latitudinis infinitate hac ipsa superlatiui adiectione monstrata.

Mem.

Quomodo dilexi, &c. Vtile hoc nobis ac necessarium prophetæ opus est, quod ad perfectam Dei cognitionem atque obedientiam edocemur, duabus rebus maximè infirmitati nostræ congruis instituti: vt & Deum qui ignoratus sit nouerimus, & mandatis eius secundum voluntatem decreti sui obtemperemus. Perfectum enim legis & prophetarum & Euangeliorum virum in omni psalmi istius corpore propheta confirmat, vel ex sua, vel alterius quem instituerat persona: cui in fiducia sit, hæc de se quæ subiecta sunt prædicare. Est autem dignum contueri, qua verborum diligentia, qua, intelligentiæ absolutione nos in singulis quibusque dictorum generibus propheta confirmet. Dicit enim in tertiadecimæ literæ versu: *Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio est mihi.* Promptum vtiq; fuerat dixisse, *Quomodo feci legem tuam.* Sed

A ecclesiam adeunt, dum argui absentiam & negligentiam erubescunt. Sed non omnes id quod faciunt, & amant. In amorem ergo non potest incidere necessitas obsequelæ: quia nemo id quod diligit non vult. In facto verò potest & non subesse dilectio: dum id efficitur, quod non effecisse aut terror aut pudor sit. Sed propheta in nullo infirmus est. Quod amat facit, & quod facit indeficienter exercet. Legem enim quam diligit, omni die & sine intermissione meditatur. Non subrepunt alia occupationum studia, nō interueniunt diuersi secularium curarum æstus, nec in eum incidit interiectu alicuius cogitationis obliuio: semper idem est & in eodem est. Tantus ipse in dilectæ sibi legis meditatione est, quantus dies vniuersus in tempore sit. Et quia, vt superius commemorauimus, legis & prophetarum atque Euangeliorum hominem in se propheta demonstrat, ait in consequenti: *Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quoniam in seculum mihi est.* Mandata Dei prudentius propheta quam inimici eius intelligit. Sed quid commune nobis & inimicis nostris in præceptis est Dei: qui non solum ne mediocriter quidem comperta habet, verum nec inicitium saltem cognoscendi sectantur? Et quid magnum, si inimicis suis in mandatis Dei propheta prudentior sit? Quando enim inaniamantia saxa, aut metalla, aut ligna venerantes consequi aliquid de viuientis atq; æterni Dei cognitione potuissent, vt his comparatis fieret propheta prudentior? Sed omnis hic impiorum error, ipsum illud nomen cum lege & prophetis & apostolis respuit, detrectat, horrescit. Sed habet alios propheta hic sanctus inimicos, quibus prudentius in mandatis Dei est eruditus. Mandatum Dei in prophetis & in lege hæretici habent: sed nullo eorum per imperitiam irreligiosæ voluntatis vtuntur. Mandatum legis Iudæi tanquam proprium & hæreditarium sibi vendicant: sed spiritualis circuncisionis autorem non habentibus, quid circuncisio in signo tantum constituta iam proderit? quid sabbati religio Deum sabbati nescientibus opis afferet? quid paschæ agnus, & liminum sanguis, & azymorum festiuitas, agnum Dei & azyma sinceritas & sanguinem salutis ignorantibus auxiliij præstabit? Mandata exercent, sed efficientiam mandatorum & tempus ignorant. Legem legunt, sed eam legente & nesciente Iudæo Christianus intelligit. Inimicus planè hic propheta est, parricidiales manus vnigenito Dei filio inferens, & saluatorem generis humani & vitæ æternæ largitorem morte quantum in ipso est condemnans. Præ his ergo omnibus in Dei mandato prudentior est. Atque vt absolute hos inimicos significasse intelligeretur, id quod consequitur adiecit:

Super omnes docentes me intellexi, quoniam testimonia tua meditatio mea est.

Didicisti ò Dauid à Mose legem, & Aaron tibi sacrificiorum omniū doctor est: Iesus iteratæ circuncisionis magister est. Samuel vngendo tibi sacramentū in te ipso & propheta & regis ostēdit. Quid est istud quod loqui ausus es, quod super omnes te docētes intellexeris? Sed superior versus super quos omnes docentes se intelligat, ostendit, id est super inimicos. Et rursum hic qui nūc est versus inferior qui inimici sunt declarat, id est omnes docētes. Claves enim cælorū se habere profitētur, & doctores esse se legis gloriantur. Et cum omnia legis testimonia aduentū Domini nostri Iesu Christi testent, super doctores suos propheta intelligit, qui vnigenitū Dei filiū in carne venturum

testimonia

testimonia eius meditans semper expectat. O felix discipuli in intelligentia, ò doctorum miserabilis imperitia. Docentes nesciunt, & intelligunt qui docētur: Caret autem propheta vitio iactantiæ: intelligentiæ enim præstantiam vnde adeptus esset ostēdit. Nam superius ait, quod super inimicos suos prudentior à Deo in mandatis esset effectus. Intelligentia enim omnis ex eo est, qui prudentiorem eum esse constituit. Super docētes se ergo intelligit. Et quia interdum ex naturæ diuersitate solet accidere, vt discipulus prudentior sit magistro, tamen hoc ipsum diligentia suæ & studij esse demonstrat. Ait enim: *Super seniores intellexi, quia mandata tua exquisiui.* Et super docentes intelligit, & super seniores intelligit, doctrinæ atque intelligentiæ suæ officium, cum ipsa temporis antiquitate demonstrans, id est populi ante se anterioris significans ætatem. In quo vtrumque conuenit, vt & antiquior sit, & se putet esse doctiorem. Sed super eum ille intelligit, qui & docetur & iunior est. Intelligit verò, quia mandata Dei exquisierit, quæ doctor dum se docere credit, ignorat. Consequens autem est vt qui super seniores & doctores intelligit, fructum intelligentiæ suæ reddat, scilicet vt & quæ cognita perfecta habere cœpit, exerceat. Et videamus an hoc ipsum in consequentibus sit. Ait enim: *Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verbum tuum.* Perfecta hæc & Euangelici viri vox est, ab omni se malitiæ via abstinere, & tot vbiq; occurrentibus erroris semitis, nulla earum per quam nequitiæ adeatur, incedere. Sed aliud nescio quid in eo propheta significat, cum dicit, Prohibui pedes meos. Natura corporis nostri fert nos in omnem criminis cursum, & humanarum cupiditatum impetus in hanc nos viam cogit. Sed qui super seniores & docentes intelligit, per intelligentiæ doctrinam se prohibuit, & exeuntem procurrentemque reuocauit. Resistendum ergo est & obnitendum, vt nosmetipsos ab omni mala via primū arceamus, tum deinde si quis nos insinctus eò cœperit ferre, vt retrahamus, & prius nostra & ipsius potestate sumus inhibēdi, vt deinceps custodiamus Dei verbum. Antea autem propria inhibitione opus est, vt possit Dei verbi esse custodia. Neque enim quisquē verbum antè custodiet quam prohibere se poterit. Prohibitio enim ea demum est, vt id quod fiebat fieri arceatur: custodia verò tum firma est, cum se quis à malis inhibens bona obseruat sine intermissione custodia.

Qualis autem custodia verbi Dei esse debeat, sequens versus docet. Sequitur enim: *A iudiciis tuis non declinavi, quia tu legem posuisti mihi.* Hæc est igitur vera custodia, nullam in partem à Dei se iudiciis deflectere, neque leui saltem declinare decessu, sed intentum semper, & semper immobilem, in eo quo insitit permanere. Non declinat autem, quia legem sibi Deus statuerit. Legem quidem Moses statuerat, sed hic idem propheta in psalmo altero orauerat, dicens: Domine constitue legislatorem super eos, scientes quoniam homines sunt. Ea enim lex quam Moses scripserat, pædagogica nobis in Christo fuit, & idcirco super docentes & seniores intellexit, quia legē Euangelicam quæ lege Mose non cōtinetur intelligit. Hæc ergo per Deum collata est, hæc omnem hominem in scientiam Dei erudiuit. Et idcirco ad id quod dixerat: Constitue legislatorem super eos, adiecit: Sciant gentes quoniam homines sunt: id est, ex terra genitæ, & in cognitionem Dei ex limo conformatæ. Quod enim antea per ignorationem Mose præciebant, nunc per

prædicationem Domini nostri Iesu Christi sciunt: & vt originem suam, id est corporis naturam in nouo latore legis agnoscunt, ita & gloriam noui huius latoris expectant, in exordio sui iam ad imaginem & similitudinem Dei cōstituta. Et prædicationis huius Euangelicæ dulcedinem in consequentibus propheta testatur. Ait enim: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Mel in ore, non etiam in faucibus dulce est. Extra regionem enim oris corporalium saporū nullus est sensus. Sed Dei eloquia in faucibus dulcia sunt, in animam scilicet defluentia & intima penetrantia, non in ore modo cibi placencia, sed illic dulcia vbi cognitionis & prudentiæ & intelligentiæ sensus est. Et ideo eloquia in faucibus, & in ore mel dulce est. Sed vt mel per ægritudinem æstumq; febrium ea quæ acciderint oris amara mitigat, ita animæ nostræ amaritudines & tristes cupiditatum insalutariū febres infusa Dei eloquia mitigant, si modo non ore contineantur, sed faucibus deuorentur. Sequitur deinde: *A mandatis tuis intellexi, propterea odium omnem viam iniquitatis.* Intelligentes nos faciunt præcepta, sed præcepta re atque opere expleta, id est vt ea quæ his continentur in quantum possumus expleamus. Et licet à Deo intelligentia perfecta sit, tamen à nobis incipientium est, vt possumus perfectam intelligentiam promereri. His enim qui non per se inchoat, clausa à Deo sunt omnia. Et id ipsum propheticus sermo per Esaiam docet dicentem: Ne dicas de mandatis meis quòd cognoueris ea, neque cognouisti, neque credidisti ea, neq; ab initio aperui tibi aures. Cognoui enim quòd spernens spreueris, & quòd iniquus adhuc ex ventre vocandus esses. Ergo non indulgetur scientia non appetentibus eam. Et quia Deus cordium scrutator est, his qui sperari eam essent, obtusæ aures sunt, & hebes sensus est. Sed propheta à præceptis Dei intelligit, præcepta scilicet agens, intelligentiam consecutus: intelligens verò omnem iniquitatis viam odit. Humanæ enim naturæ omnes diuersarum affectionum adiacent motus, vt sunt: odij & amoris. Sed amor impendendus est in dilectionem bonorum, odium autem assumendum est ex offensa malorum. Bonum ergo est modo vtilis organi corpora nostra in coaptatos & concinentes modos temperare, vt non vitia diligamus, vt non virtutes bonas oderimus, vt vnicique nos generi decenter atque vtiliter coaptemus. Propheta mandata Dei diligit: & qui mandata Dei diligit, iniquitatis vias odit. Vt enim perfectæ fidei & obsequelæ est obedientiam diligere, & id quod quis agit affectu charitatis ex- plere, & necessitatē agendi amantis voluntate præcurrere: ita & magnæ innocentia est, iniquitates nō modò non agere, sed odisse, quia interdū non ab his metus & terror auertat. Odium autem nobis earum iudicium veræ & perfectæ de his opinionis insinuat. Diligamus iustitiam, modestiam, frugalitatem, misericordiam, & oderimus rixas, ebrietates, cædes, superbias, supra, cum quibus necesse est & diabolum oderimus. Diligentes verò pacem, veritatem, iusticiam, diligemus eum qui est pax, iusticia, & veritas, Dominū nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Nun.

Viterna pedibus meis, &c. Vita sensusq; hominum in errore ac potius nocte inscientiæ manet, dum carnali inserta cogitatione in profundo ignorantia per grauiatē nature, cui admixta est, detinet. Quādo em̄ p̄ semetipsā causā

& rationem originis suae nouerit? quando si quis fructus vitae suae sit? quae conditio spei? quae promerenda posteritatis via? Neque enim quisquam tam demens, aut inops sensu est, ut natum se existimet, ut rursus postquam natus est nullus esset, cum sine dubio meminisset ex bonitate Dei profectum esse quod natus est: nec id in bonitatem eius malicia cadat, ut in nobis hoc suum quod nascimur munus interimat. Sed propheta cognitione rerum caelestium dignus, ut in luce scientiae munere Dei & eloquio collocatus, ducem ad bene & innocenter viuendum eum sequitur, qui lux vera est, & qui omnem hominem lucificat. Hanc ergo uitae suae ignorantiam, quodam praelato lumine ad intelligentiam dirigit, dicens: *Lucerna pedibus meis uerbum Domine.* Scit se nisi in uerbo Dei illuminatum, has corporum tenebras, & hanc seculi noctem ferre non posse. Scit ubiq; adesse lapides offensionum, laqueos funium, scrobes fouearum. Vt enim quis nocte egressus lucernam antefert, & quod pedem inferat contuetur, atque ad singulos gressus lumine praeeunte sollicitus est: ita unusquisque nostrum manens in se uerbum Dei in omnes operum processus tanquam lucernam praetendit. Omnis etenim doctrina caelestis dux nobis ad iter uitae est, quae lucernae modo in hac nocte seculi praerenda est, cum aliquid aut agimus, aut cogitamus, aut loquimur. Vt ea in omnem progressum cuiuscunque operationis utamur iubet Dominus in Euangelio, hanc praceptorum suorum lucernam non ociosam nec inutilem oculis, dicens: Nemo enim lucernam accendit, & ponit eam sub modio. Quae enim lucernae, si modio tegatur, utilitas est? Vsum suum tantum intra id quod operitur impendit. Iubet igitur eam in candelabro, id est in officio sui sede constitui. Itaque hanc doctrinam, atque hoc uerbum Dei intra nos receptum non ociosum, neque inutile tanquam modio oculamus: sed lumē istud nobis ipsis primum, & rursum ex nobis, omnibus gentibus praebemus. Sequenti quoque istud mandatum Dominus ammonuit, dicens: Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae uestrae ardentes. Iubet ergo nihil nos agere in obscuro: quia omnis in peccatis agēs odit lumen, & diligit tenebras. Vult has lucernas nostras semper esse accensas, ne quando in nocte huius seculi relinquamur. Iudaeis in tabernaculo testimonij lucerna accenditur, & haec omnis festiuitatis suae tempore ardet.

Illi hoc quod agunt nesciunt. Sed nos in his tabernaculorum nostrorum, id est corporum testimonij ardentes lucernas semper habeamus, & festiuitatem spei nostrae earum luce peragamus. Apostolos, quoque, quos sal terra, quos & lumen mundi Dominus esse ecclesiae ostendit, dicens: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Corporis scilicet ecclesiae, quae unum corpus in Christo est, nosque inuicem membra eius sumus. Primo enim uniuersum nostrum est Dei uerbum oculus siue lucerna, deinde uir Apostolicus toti corpori suo, id est ecclesiae lucerna est: neque enim omne corpus, aut pes, aut oculus, aut manus est. Ergo si oculi totius corporis pars lucidissima, & ob id membris suis caeteris praestans, erunt tenebrae, id est si Apostolorum lucernae non ardebunt, lumine ipso in tenebris suo, quata totius corporis nox manebit? Ioannes praedicator poenitentiae lucerna & Iudaeis & gentibus fuit, Dominus dicente: ille erat lucerna ardens & lucens, & vos uolulistis ad horam exultare in lumine eius. Habemus ergo doctrinae lumen, exultemus in

co, non ad horam, sed semper, neque ad tempus, sed in aeternum. Beatae uirginis illae, & uiles olei mercatrices, sole in lampadum suarum lumine cum sponso thalamum ingressae sunt, caeteris negligētibus & dormientibus ab ingressu thalami exclusis. Ad omnem igitur animae nostrae pedem utamur Dei uerbo ut lucerna, sed lucerna semper ardente, semper in officium suum per nostram prudentiam praeparata. Verbum autem quod pedibus lucerna est, ipsum illud & semitis lumen est. Sensim enim & domesticē ingrediētibus lucerna opus est, peregrinum autem & publicum iter ingrediētibus lumen potius necessarium est, ne latro infidietur, ne ambiguae uiae error occurrat. Per incrementa enim a minori ad maius acceditur. Vt ei cui uerbum Dei primum lucerna sit pedibus, id ipsum uerbum ei fiat lumen in semitis. Sed lucerna pedibus & lumen in semitis uilem profectum praestare debet. Et uideamus ad dignum aliquid propheta subiecit. Ait enim: *Iurauit & statui custodire iudicia iustitiae tuae.* Iam non in nocte seculi errat, nec pedem metuit offendere. Sacramentum enim omne firmatae scientiae res est, & iurandi religio ex ueritatis cognitione suscipitur. Iurat ergo propheta, nec tantum iurat, sed & statuit, quia sacramenti uinculum haec firmitas sit tutorum. Statuit ergo iurans custodire iudicia iustitiae Dei. Et difficile est statuta couelli, & optimū est statuere iurata. Sed meminit nihil esse in Dei iudiciis iniustum. Si enim humana iudicia ea uere iudicia existimantur, quae ex arbitrio iusti iudicij fanciuntur, quomodo ambigendum sit nihil esse in Dei iudiciis iniustum? Amittimus liberos, iniustum hoc iudicium existimamus. Nunquid iniustus Deus in Iob filios dedit diabolo potestatem? Damna nostra tanquam iniquē accidentia dolemus. Nunquid egere solū illum perfectum uirum Deus sine iustitiae ratione permisit? Cruciamur doloribus, & contra Deum impatientiae nostrae querelis increpamus. Anne incerto consilio exesus uermibus, sanie defluens, perfolius uicere fuit? Certē haec omnia ad documentum fidei, & ad praemium gloriae patientiae profecerunt. Infirmitas nostra efficit, ut malum esse id quod patimur existimemus. Caeterum Dei semper uoluntas est, ut patientia passionum probemur: nos uero diuini iudicij iustitiam dum sine documento fidei latere uolumus, improbamus. Sed qui superius & iurauerat & statuerat, ut custodiret iudicia iustitiae Dei, dignum aliquid sacramentum & constitutione sua in obseruandis debet praestare iudiciis. Non enim leue est quod custoditurum se statuit iuratus. Et quid illud sit, sequens uersus loquitur. Ait enim: *Humiliatus sum usquequaque Domine, uiuifica me secundum uerbum tuum.* Vnigenitus Dei filius naturae ex uirgine sibi corpus assumēs, cum in seipso ueram & perfectam humanam prudentiae formam praebuisset, quid a se disci tanquam exemplo doctrinae uoluerit, noscendum est. Ait enim: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiam. Tollite iugum meū super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Ipse utique perfectus & sine peccato solus, & unus in cuius ore dolus non fuit, hoc praecipuum a se doctrinae sumi uoluit exemplū, mansuetudinis scilicet & humilitatis, per quae animab' requies inueniretur. Scit insolentē esse & incapacē rerum secundarū naturae nostrae infirmitatem. Alij per opes insolent, nescientes de largitione operū dictū esse, Eleemosina enim abscondit peccatū. Et rursū, dispersit, dedit pauperib', iustitia ei' manet in ingernū

Psal. iii. Et

Math. 25.

Math. 5.

1. Pet. 2.

Philip. 2.

Ephe. 4.

Math. ii.

1. Cor. 11.

Et Deum ipsum his qui esurientem cibassent, sitientem potassent, peregrinum receperissent, nudum ueste solassent, infirmum uisitassent, clausum carcere consolatū essent, dicturum: Venite benedicti patris mei, possidete praeparatum uobis regnum a constitutione mundi. Alij gloria seculi tument, nescientes hanc principalem benedictionem caelestium fuisse sermonum, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Alios nobilitas carnalis in fastigium erigit, non cogitantes illis qui in Christo renati sunt dictum esse, Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. Aliae sunt seculi leges, alia Dei munera. Diabolus cum Deum tentare ausus est, suum esse seculum gloriatur: Dominus uero mori nos seculo iubet ut uiuamus ipsi. Cum Domino opum contemptus, opulenta est. Cum Domino terreni honoris despectus, caelorum regnum est. Cum Domino humilitas cordis, generosa & regiae natiuitatis ornatus est. Hoc igitur a se disci uoluit, quod uirtutum omnium maximum est. Apostolus etiam ad humilitatem nos docens talibus adhortatur: Hoc enim sapite in uobis, quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam existimauit esse se aequalem Deo, sed se exinaniiuit formam serui accipiens, & habitu repertus ut homo, humiliatus se factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Habemus exemplum ab uenigento Deo humilitatis, sed uideamus & praemium. Propter hoc enim eum Deus exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Hoc humilitatis fuit praemium, ut corpus assumptum in gloria Dei patris maneret, ut in nomine eius, genu caelestia, & terrestria, & inferna curuarent. Manens enim in Dei forma, non uoluit sibi ac rapina, id quod erat praesumendum existimauit, scilicet ut Deo esset aequalis. Erat enim in Dei forma, nihilq; ei ex eius gloria deerat, in cuius forma manebat, sed formam serui per humilitatem accepit, & habitu ut homo repertus est, humilians se per obedientiam usque ad mortem, nec solum usque ad mortem sed usque ad mortem crucis.

Caelum ex praepcepto Dei ipse formauit, mundum ex paterno iussu in hanc speciem tanti decoris ornauit, terram & quae in ea sunt creauit. Sed nunquid ob illa meruit hominem assumptum in aeterni patris gloria collocare? Humilitatis hoc praemium est, humilitatis haec merces est: ut qui manens ante in forma Dei, esset forma serui deinceps effectus, & manens in forma Dei, & effectus formae serui, confessione caelestium & terrestrium & infernorum esse in Dei patris gloria nosceretur. Verens quoque idem Apostolus, ne quos ipsa illa diuinorum munerum gratia efficeret insolentes, ait: Vnigenique data est demonstratio spiritus ad utilitatem. In eo enim quod ait, ad utilitatem, docuit eo uiliter utentium: ne forte quatenus spiritualium donorum confidentia efficeret insolentem, & Dei gratia per insolentiae uitium fieret ociosa. Ex persona autem sua ipse demonstrat, etiam hoc se a Deo gratia consecutum, ne per confidentiam plurium in se gratiarum in aliquem tumorem superbiē tolleretur, dicens: Et propter eminentiam reuelationum datus est mihi stimulus carnis angelus Satan, qui me colaphizat ne extollar. Etiam hoc ille uas electionis & doctorum genus meruit, ne ultra humanam infirmitatis naturam per spiritualium in se munerum confidentiam

superbiret. Ezechiam regem scriptura laudat quod fecerit rectum & bonum in conspectu Dei: sed non usque in finem potuit haec manere laudatio. Scriptum enim est in secundo Paralipomenon libro: Et cecidit: Ezechias ab altitudine cordis sui. Vbi cor in altum exerebat, ubi in superbiam se per confidentiam laudationis extulerat: praeteritorum gestorum gratiam per superbiam crimen amisit. Propheta igitur sacramento constituens, ut iusta Dei iudicia custodiret, hoc primum opus sumpsit ut humilis fieret. Neq; solum humilis, sed humilis ualde: per adiectionem hanc consummatam in se humilitatis modestiam docens. Et erant causa in eo plures superbiendi. Praebat insolentiae causas nobilitas ex Iuda, & in eo primum potestas benedictionis regiae inchoata. Mansit enim aliquandiu ex Dauid tribu regiae potestatis familia: ex qua secundum carnem rex aeternus emerit. Erat etiam prudentissimus. Ait enim ipse: Inuisibilia & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. Meruit etiam & propheta esse, cum dicitur: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi. Humanae quoque opulenta copias abundauit. Ait enim ipse: Ecce congregaui de paupertate mea auri talenta rot milia, & argenti alia, & aris & ferri quorum numerus non est.

Hinc familiae nobilitas, hinc regis potestas, hinc sapientiae fiducia, hinc prophetiae meritum, hinc copiae facultatum: non exerebant tamen in superbiam, neque in aliquem fastigij tumorem extulerunt. Tutō ergo postulat, dicens: Viuifica me secundum uerbum tuum: id est, ut tanquam nondum uiuens aeterna uita vitam secundum uerbum Dei mereatur, quia eum humilitas modesta intra disciplinam & doctrinam praedicationis Euangelicae contineret. Deinceps sequitur: *Voluntaria oris mei fac beneficia Domine, & iudicia tua doce me.* Dignē exequitur propheta sacramentum constitutionis suae. Primum enim humilis ualde effectus est: sequenter nunc orat ut uoluntaria oris sui beneplacant.

Non contentus est iam praescriptis legis contineri, neque tantum necessitati obedientiae subiacere. Lex praeeperat malum pro malo esse reddendum. Dauid iste cum Saul totis imperij sui uiribus se persequerem, frequenter captum & conclusum habuisset: non modo non peremit, sed etiam cum honore dimisit, dicens: Non inferam super eum manum meam, quia Christus Domini est. Huic etiam cum in bello peremptum comperisset, & fleuit, & uindicauit. Filius quoque eius Absalon regnum occupat, exercitum contrahit, patrem bello parricidali persequitur. Sed militibus Dauid dicit: Parcite puero Absalon. Illi quidem ad resistendum necessitas imposta est, ut regi: sed pietas & bonitas affuit ad parcendum, ut propheta. Mortuum quoque affectu paterno & dolore defleuit. Haec enim uoluntaria, non legitima sunt: & his obtemperare libertatis potius quam necessitatis officium. Habet hanc Apostolus uoluntariae doctrinae & non legitima consuetudinem dicens: De uirginibus autem praepceptum Domini non habeo, consilium autem do. Aut cum gloriam uiduitatis & continentiam laudat, non inhibita potestate nubendi: sed meritum caelibatus praedicator ultra legem instituit, & ultra praepceptum rdhortatur, uoluntaria legitimis anteponēs. Et rursus ait: Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? nunquid non habemus potestatem mulieres circumducendi, sicut caeteri apostoli & fratres Do-

Aa ij

Luc. 12.

Ioan. 5.

Psal. 50. Psal. 77.

1. Para. 22

1. Reg. 24.

2. Reg. 18.

1. Cor. 7.

1. Cor. 9.

mini & Cephas? Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Sed non vitur hac potestate. Potestas in licito est, cum lex infidelitati nostrae parcens praescriptis nos grauibis non onerat. At verò voluntatis professio ex incremento fidei est: cum in his quae moderata lex nobis est, nosmetipsos voluntaria vt Deo sint placita propheta orat, quia illa quae ex praescripto legis gerantur, ipsa seruitur sui necessitate peraguntur. Causam autem semper praetendit deprecationis suae. Postea enim quam voluntaria oris sui vt beneplacita essent orauit, adiecit: Et iudicia tua doce me. Iudicia legis ait, & quantum in se est gestis atque operibus exercet, sed nondum ea intelligit. Scit enim esse legem spiritualem. Et illud quod sub specie praesentium operationum continetur nosse festinat: ea enim quis necesse est doceri postulet quae ignorat. Totum autem se propheta secundum sacramenti sui constitutionem Deo dedit. Humiliatus est valde, voluntaria oris eius placencia sunt: nunc eius anima in Dei manibus semper est, & legis Dei non obliuiscetur, dicens: *Anima mea in manibus tuis semper, & legem tuam non sum oblitus.* Totum quod viuunt, Deo viuunt. Omnis eius sensus & spiritus in Deo est: nullum tempus admittitur, quod subrepere legis possit obliuio. In omnibus operibus & cogitationibus Deus cogitatur. Lex in memoria est, in Dei manibus semper anima viuentis est. Scit quam sibi istud vile sit, scit quam necessarium quotidie se manibus Dei gestis atque operibus suis, & per indefessam memoriam legis inferere. Ait enim: *Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erraui.* Scit in hac seculi sylua plures laqueos extendi, plures vitae suae captiones parari. Sermo, cogitatio, opus nostrum semper adiacentes habent laqueos: cum interdum occurrat causa irae, doloris affectio, querelae necessitas, malae cupiditatis occasio. Hos diabolus, angelique eius ab initio transgressores, & ab exordio peccatores, laqueos semper extendunt. Sed cuius in manibus Dei anima est, & qui nunquam legis Dei immemor est: is vndique licet laqueis circumiectis, à praecipis tamen non aberrat. Semper enim Deum cogitans ab his euolat, vt in psalmo alio loquitur: Sicut passer liberatus ex laqueo venatorum. Et Dominus ipse per prophetam ait: Liberabit te ex laqueo venatorum, & à verbo conturbationis. Non enim iniuste tenduntur retia auibus. In caelestem scientiam homo eruditus es. Quid tibi cum terrenis operibus & gestis? Auis effectus es: cur non in naturae tuae elementis moraris? Volucres enim caeli nuncupantur. Non iniuste ergo illis in possessione terrenae habitationis insidiae sunt. Seculo renunciauit, quid tibi cum seculi rebus? Quid quereris captus in seculo: quid quereris iniuriam laquei in regione non tua? Dic potius & vttere ipse tu voce psalmistae dicentis ista: *Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo & requiescam?* Natura auium est, vt non nisi cum volando requiescant. Tu autem iam factus es columba, volando requiescis: id est, in caelestem te sedem & cognitionem à laqueis terrenis volatu fidelis animae offerendo. Dehinc sequitur: *Haereditaria testimonia tua in seculo, quia exultatio cordis mei sunt.* Haeres, secundum humanam consuetudinem, omnia eius obtinet cuius & haeres est. Sed humanas haereditates dedignatur propheta, qui testimonia Dei haereditauit: gratum ipsi si Dei fiat ipse testis, quia exultatio cordis sui sit, si se Dei inter persecutionis bella testetur. Sic &

Psal. 123.
Psal. 91.

Psal. 54.

meminimus his testimoniis Apostolos gratulatos cum exeuntes de confessu persecutorum, laetati sunt propter Dei nomen dignos se iniuriis iudicatos. Testimonia ergo eius exultatio eorum cordis fuit. Sed propheta vt Apostoli licet inter multas persecutiones haec testimonia Dei, id est, testandi de eo cum exultatione cordis tanquam haereditatem retineat: tamen etiam illa Dei testimonia haereditate acquisita habet, quae sub testibus dicta sunt. Moses legē sub testibus dedit caelo atque terra: Elias sub testibus arguit caelo atque terra: Apostolus iam celsioribus testimoniis vt praedicator Euangelicus vsus est, dicens: Testor vobis coram Deo & Christo Iesu & angelis eius. Haec ergo testimonia sub his scripta, & sub his testata, & in his testata, tanquam noui patrimonij haeres occupat: non ex parte, sed in totum. Ius enim haereditatis ex solido est. Et si inter plures secundum humanam successione haereditas diuidatur, tamen haereditas ipsa nomen haereditis ex solido est. Ac ne, quod à multis dici saepe solet, rationis aliquam habeat autoritatem, cum afferunt proprium Dei munus esse, vt quis in Dei rebus atque operibus versetur: excusantes infidelitatem suam, quod cessante erga se Dei voluntate maneat infideles: est quidem in fide manendi à Deo munus, sed impediendi à nobis origo est. Et voluntas nostra hoc proprium ex se habere debet, vt velit Deus incipienti crementum dare: quia consummationem per se infirmitas nostra non obtinet, meritum tamen ad aspiciendam consummationis est ex initio voluntatis. Idcirco psalmū ita propheta concludit: *Declinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in seculo, propter retributionem.* Cor suum ipse declinat, & ex naturae humanae peccatis in obedientiam Dei inflectit. Naturam quidem & origo carnis suae eum detinebat: sed voluntas & religio cor eius ex eo in quo manebat originis vitio ad iustificationum opera declinat. Et declinat in omni vitae suae tempore non in definitione aliqua spacij, sed in omni vitae suae seculo. Declinat autem propter retributionem, certus scilicet ea fidei meritis reseruari: & in his retributione eius esse quae oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quae preparauit Deus his, qui diligunt eum in Christo Iesu, cui gloria est, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Samech.

Niquos odio habui, &c. Praecepti euangelici doctrina est, vt inimicos diligamus: & non solum amantibus nos amorem, sed etiam his qui nos oderunt debeamus. Ergo haec prophetae professio aduersari videtur dominicis mandatis: vt cum amor nobis inimicorum imperetur, ille quod iniquos oderit tanquam bonum opus praeferat, dicens: *Iniquos odio habui.* Sed huius ipsius dicti ratio ex ipsis Euangelicis noscenda est. Nam Dominus qui inimicos diligere iussit, & maledicentes patrem aut matrem reos mortis esse constituit: rursum alio in loco praecipit, dicens: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc etiam & animam suam: non potest meus esse discipulus. Ergo haec videntur sibi esse contraria vt cuius ex praecipito non solum odium in parentes, sed maledictio tantum morte sit digna: ipse rursum dicat neminem discipulum suum esse posse, nisi qui patrem, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, & animam suam oderit. Durus hic sermo, & praecipuum

I. Tim.

2. Petr. 6.

Luc. 14.

praecipuum graue est, impietatis necessitatem ad consummationem religionis imponere. Verum nihil à Deo durum, nihil impium, nihil contrarium anterioribus praecipis iubetur. Irasci autem charissima haec nobis nomina, pater scilicet aut mater, & vxor & filij non possunt, quod eos praecipimus odisse: cum animam ipsam nostram odisse iubeamur. Scit enim esse Dominus plures tam inconsulti amoris, vt cum perflere in martyrij gloria filios suos videant, vt tempori cedant, rogent: vt sententiam mutent, praecentur: & pietatis impiae erga eos vtantur affectu: cum anus mater, & pater senex miserabiles canos filios in ipso martyrij certamine cum inuidia praedure voluntatis eorum ostendant. Hinc & vxor alit filiorum ambrosia comitatu, ore vt potius sibi illisque viuat: hinc fratres & sorores blandis nominum suorum familiaritatibus deprecantur: Ipsa quoque anima illecebris iam pridem capta viuendi, tacitis quibusdam consiliis ad coniuuentiam deflectendae voluntatis irrepit. Hoc igitur in tempore odisse nos patrem, matrem, uxorem, filios, fratres, sorores, & ipsam quoque animam Dominus praecipit. Nam hunc eundem sermonem ita clausit, post odium vniuersorum m, dicens: Et si quis non portat crucem suam, & venit post me: non poterit meus discipulus esse. Ergo tunc odio habendi sunt, cum portare nos martyrij crucem nolint, cum sequi Deum exemplo passionis dehortentur.

Honestum hoc odium & vitale est, eos qui ab amore Christi abducere conantur odisse. Itaque nunc propheta nihil contrarium Euangelicis praecipis quibus amare inimicos iubetur, locutus videtur, dicens: Iniquos odio habui. Non enim inimicos suos odit, sed iniquos: id est, transgressores legis. Propriore istud verbo Graecitas nuncupatur, *μαρτὸν* dicens, id est, extra legem agentes. Sed qui preteritores legis odit, non potest non id amare quod oderit esse neglectum, & ideo ait: Et legem tuam dilexi. Conuenit autem vt qui legem amat, eos oderit qui legis inimici sunt. Dehinc sequitur: Adiuutor & susceptor meus es tu, & in verbum tuum spero. Magno nobis auxilio Dei opus est, in tanto atque affido seculi istius praedio. Non enim nobis, secundum Apostolum, pugna est aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates, & mundi potentes harum tenebrarum, aduersus spirituales nequitias in caelestibus. Hos ergo hostes habemus, aduersus hos adiutor Deus precandus est, vt nos in susceptionem suam recipiat. Sed non tam timoris haec precatio debet esse, quam meriti. Timor enim ex trepidatione conditionis humanae est, propheta autem in verbo Dei sperat. Spes non res praesentes obtinet, sed futuras. Sperat ergo quae verbo Dei, id est, dictis prophetis continentur. Sperat autem vel retributiones fidei in vitam spiritualem: vel ipsum illum Domini nostri, qui Dei verbum est, aduentum expectat. Spes enim ista meretur auxilium & adiutorium Dei. Non aliter aut nos meremur, aut aliqui ante meruerunt: quam verbum Dei Deum naturae nostrae carnem vel habiturum sperasse, vel quod habuerit credidisse. Sed propheta multa in se esse meminit, quae spei suae conentur obfistere. Et ideo subiecit: *Declinare à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.* Doctrinae caelestis ratio admonet, vt dictum hoc referendū ad personam hominum, in quibus in sit malignitas, existimetur. Propheta enim qui gētes docet, qui verbum Dei praedicat, iubet vt à se vniuersi maligni declinet: quia congregatio sancta ad maliciae operarios sit indigna,

& nesciat quem possit excipere. Omnibus enim per naturam demutabilis voluntate adiacet, ipsique Apostolis verbo licet iam fidei emundatis atque sanctis, non abesse tamen malitiam per conditionem communis nobis originis docuit, dicens: Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris. Nostrum autem bonos amare, & malos ad bonitatem docere, secundum eum, qui vniuersos ad se potius inuitat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Sed scit propheta plures malignitates in occulto humani cordis esse. Secundum enim Domini dictum, Deintus exeunt cogitationes male: caedes, mœchia, fornicationes, furta, falsitates, blasphemiae. Haec enim sunt, quae communem hominem faciunt. Huius igitur modi vt à se declinent aduersantes fidei suae postulat. Obstant enim innocentiae studiis, obfistunt doctrinae spirituali: atque his per consiliorum suorum assiduam familiaritatem se ingerentibus, non vacat animo Dei mandata scrutari: quia maligni viri praesentia multum eum qui mandata Dei scrutari velit, impediunt. Et quia Dei opus est misericordia, vt in familiam eius recepti à dominatu malignorum horum liberemur, propheta orat dicens: *Suscipe me secundum eloquium tuum & vitam, & non confundas me ab expectatione mea.* Propheta expectat, & sperat: nihil praesens, nihil temporariū sectatur. Plures autem sunt qui hanc expectationem fidei nostrae arguunt & irridunt, dicentes: Quid ieiunia, quid continentia, quid castitas, quid iactura patrimoniorum utilitatis afferunt? vbi spes vestra est Christiani? Mors equaliter dominatur vniuersorum, in omnium corporum naturas commune ius illi est. Quinetiam vniuersis nos bonis seculi fruimur, & vitae verae licentia vitur: & in quo tandem nobis spei nostrae expectatione praestatis? Non confundi ergo se in hac expectatione sua propheta orat: sed vt maneat confidentis, & fructus verae illius vitae quam expectat, accipiat. Scit enim se nondū viuere, licet viuat. Vita enim nostra, secundum Apostolum, absconsa cum Christo est. Et idcirco ait: *Suscipe me secundum eloquium tuum & vitam: quia verae illius & indeficientis vitae expectatione ac spe detinetur.* Sperat enim aeternitatem, sperat regnum caelorum, sperat regnum Dei, sperat spirituales benedictiones in caelestibus in Christo. In hac spe, in qua non confunditur, rogat vt suscipiatur & viuat. Dehinc sequitur: *Aluui me & saluus ero & meditabor in iustificationibus tuis semper.* Superius dixerat, Adiuutor & susceptor meus: nunc autem nominum commemoratorum rem precatur, vt qui susceptor est suscipiat, & qui adiutor est adiuuet. Non abesse à se adiutorium apiuuantis precatur. Non orat ne malignantes non habeat, quia per passionum patientiam fides probatur: sed vt aduersus eos adiuuetur orat, quia auxilium à Domino semper orandum est. Sed quemadmodum in superiore susceptus viuat: ita & in hoc adiutus saluabitur. Adhuc enim sibi ob-eunda mors est, adhuc inferi sustinendi. Tunc saluabitur cum ex corporea terrenaque natura in spiritualem gloriam transformatus, nullum aduersantis inimici periculum metuat: viuat inter electos angelos, sit paradisi incola, & absorpta corruptione ex mortali immortalis existat. Sed quomodo meditaturum se in iustificationibus Dei dicit, & meditaturum semper? Nunquid non meditatur, qui & in meditatione sperauit? Potest quidem & praesens vitae opus accipi, vt quousque in corpore sit, semper iustificationes meditetur: sed nihilominus & in futurum sermo procedit.

Matth. 11.

Matth. 15.

Scit in cœlo omnes angelos in meditatione iustificationum Dei esse. Nihil enim illic ociosum, nihil iners est. Omnes virtutes cœlestes in opere ministerij sui permanent. Et cum nobis tunc vita angelorum viuendum sit: potest secundum eos qui semper operantur, nobis quoque aeterna iustificationum esse meditatio. Dehinc sequitur: *Spreuisti omnes discedentes à iustitiis tuis, quia iniqua cogitatio eorum.*) Auxilium & susceptionem ob hoc propheta orat, ne cum discendentibus à iustificationibus Dei & ipse spernatur. Sed hic seruata ea ratio est, vt non dictū sit, Spreuisti omnes peccatores: sed, Spreuisti omnes discedētes. Si enim peccatores sperneret, omnes vtique sperneret: quia sine peccato nemo sit. Sed spernit discedentes a se, quos apostatas vocat. Neque enim interest an in iustificationibus Dei quis aliquando fuerit. Spernendus enim est à Deo quisquis discesserit: quia manentis meritum conseruat consummatio spernēdi. Differt verò à peccatore discessio: quia peccatori venia per penitentiam referuatur, discessio verò cum ipsa penitentia discessione se damnat: quæ hinc oritur, cum volūtas eorum qui discessuri sunt est iniqua. Dehinc sequitur: *Præuaricantes reputauit omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimonia tua.*) Propheta sermo longe sc̄, & vltra communem sensum tendit. Nos enim præuaricatores eos existimamus, qui susceptam fidem, & cognitionem Dei adeptam relinquunt: aliquid pollicitos, & aliud nunc agentes. Sed hic præuaricatores existimantur omnes peccatores terræ: nullus excipitur, generaliter ad omnes præuaricationis nomen refertur.

Præuaricantes reputauit omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimonia tua.

Lex.

Rom. 2.

Luc. 15.

Peccare in cœlo quid.

Lex enim veluti naturalis est, iniuriā nemini inferre, nil alienum præripere fraude ac periurio abstinere, alieno coniugio non infidari. Nouit & hanc naturæ Apostolus legem, dicēs: Cum enim nationes quæ legem non habēt, naturaliter secundum legem faciunt tales homines legem non habētēs sibi ipsi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ergo præuaricatores existimantur, qui quod à natura legis accipiunt, derelinquunt. Furem quis deprehensum, aut adulterum, aut homicidam arguit lege naturæ. Sed si in his ipse versetur, præuaricator est legis. Nouit etiam cum ait peccatores terræ, alios esse & cœli peccatores. Audiamus enim Euangelicæ prædicationis prodigum filium perditum atque mortuum, de peccato suo patri confitentem: Peccaui, inquit, pater in cœlo & coram te. Quisquis cœlestis doctrinæ & spiritalis gratiæ particeps factus in peccato demoratur: non terræ peccator est ille, sed cœli. Omnes enim credentes in se Dominus noster Iesus Christus excitauit, & collocauit in cœlestibus: ex quibus qui decidit, tanquam cœli peccator arguitur. Cum igitur propheta terræ peccatores præuaricatores esse existimet, quia naturæ legem peccando transgressi sunt, ob hoc ipse testimonia Dei diligit. Quia cum præuaricatio sit decidere ex lege naturæ, tum iam sine venia sit ex cœlesti lege discessio. Concludit autem ita: *Conspice timore tuo carnes meas, à iudicij enim tuis timui.*) Nouæ & inuoluntate precēs prophetæ sunt, vt à timore Dei carnes suæ configantur: sed meminit compatiendum & commemorandum esse cum Christo his, qui conregnare cum eo velint. Et minore istud dicti virtute Latinitatis trāslatione eloquuta est. Quod enim nobiscum est confige, illic καὶ ἡμῶν id significat, vt clauis se configat. Moriendum ergo nobis est, & omnia carnis nostræ vitia configenda cruci Domini sunt. Morimur enim secundum Apostolum cum Christo: & consepelimur in

baptismo. Et hoc propheta quanquam in sua voluntate habeat: tamen vt per misericordiam Dei consequatur postulat. Conspice enim ex timore Dei carnes suas orat, quia iudicia Dei metuat. Timet enim aeterni iudicij sententiam, timet non cum Christo configi, & commori, & consepeliri: nouum se hominem, nisi veterē cum vitis & concupiscentiis exuto, intelligens non futurum.

Ain.



Feci iudicium & iusticiam, &c. Et in psalmi exordio, & deinceps frequenter memini- mus, per hæc singularum literarum quædam quasi elementa discendi, doctrina nos pietatis, continentia, intelligentia, fidei & timoris institui: & vt rudem infantiam ad loquendi scientiam, quæ & agendi doctrina consequitur, ipsis humanæ vocis iniiciis erudiri: quod ex consequentibus sextæ decimæ literæ octo versibus intelligi licet. Propheta enim ex persona sua vniuersos docet, quid velle, quid agere, quid profiteri vnumquemque pro conscientia insumitatts ac naturæ suæ vitile sit: quid etiam metui, quid cauere, quid emundari oporteat. Beatus idem propheta, qui per misericordiam Dei ipse sibi & prospector & emundator & iudex est. Certè dignitatis eius decen- tissimum est: vt qui spiritus Dei loquitur, ea quæ humanæ & salutis, & aeternitatis sunt, loquatur. Ain enim ita: *Feci iudicium & iusticiam, non tradas me nocentibus me.*) Fecit placentia Deo opera: & quia fecit, ne nocentibus se tradatur orat. Opus merendi antefertur, & dehinc meriti præmium postulat. Fit enim primū quod placeat: & tum dignatio eius, cui per opus placet oratur. At nos nec operamur, nec placemus, quin etiam impiis & irreligiosis rebus offendimus: & quia tales non placemus, irascimur. Sed dignum est contueri, qualia sint quæ propheta faciens, ne nocentibus se tradatur orat: & omnia quæcumque quis timens Deum fecerit, vitia ei atque pulcra sunt. Pudicitiam quis collens, gloriosum ac timens sordem corporis sui carni lumen inuexit. Contemptum verò pecuniæ assumens, liberum se à terrenis dominationibus præseruauit. Frugalitatem autem & parsimoniam diligens, nobilitatem animæ cœlestis captiuam ebrietati non dereliquit. Sed hæc quamuis magna atque præclara sint: tamen quia prophetæ propria, eique tatummodo vitia sunt, non referuntur ad meritum. Sed quid fecit, vt non tradi se nocentibus deprecetur? Iudicium & iusticiam scilicet. Nihil inconsultum, nihil iniustum agens: sed primum faciens iudicium. Omnia nanque ratione, modo, & veritate pertractans: vt id quod in alterum agat, perpensum antea atque perspectum iam de concilij sententia exequatur. Non permittit autem consilio tantum suo iudicij sententiam: sed facit cum iudicio iustitiam. Iudicantis autem cum consilio hoc opus maximum est, vt quod iudicat iustum sit. Iustitia etenim est amicitia concordia, vnanimitatis vinculum, fundamentum pacis, diuinæ atque humanæ rationis operatio. Hoc itaque propheta fecit: in quibus cum opus suum sit, tamen & eorum quibus iudicium & iusticiam fecit, utilitas est. Postulat verò ne nocentibus se tradatur. Omnis enim in quo peccati voluntas est, Deo vacuus est: & vbi Deus non erit, illic diaboli locus est: qui insidians atque obsidens vbi ad eundem opportunitatē habuerit, tanquam vacuā domū occupat, quæ ei Deo eam deserente sit tradita. Et propheta

1 Cor. 5.

1 Tim. 1.

Eph. 2.

Isa. 10.

Matth. 4.

Matth. 25.

Et propheta quidam, qui ex persona omnia loquebatur, ne à Deo tradatur orat. Cæterum Apostolus habet iam id in se fiducia, vt peccatores diabolo tradat ipse: cum ad Corinthios de eo qui fornicationes omnes supergressus, vxorem patris sui acceperat, scribit: Ego autem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicauit tanquam præsens eum qui hoc fecit, congregatis vobis & meo spiritu cum virtute Domini Iesu, tradere istiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. Sed licet Apostolus tradat, scit tamē se in virtute Christi, & in suo spiritu traditurū. Sed & in alia epistola ait de Phygello & Hermogena: Quos tradidi, inquit, satanæ, vt discant non blasphemare. Qui enim ab ecclesiæ corpore respuuntur, quæ Christi est corpus: tanquam peregrini & alieni à Dei corpore, dominatui diaboli traduntur. Sed propheta ne nocentibus se tradatur orat. Adfuit enim inimicæ infestæque virtutes: quæ fidei propositū conturbent, quæ timorem Dei obliterent, quæ in terrenas cupiditates & desideria sollicitent, quæ infirmam corporis naturam quibusdam blandimentorum aculeis in vitia commoueant. Nouit & Apostolus hanc multitudinem dominantium virtutum dicens: In quibus & vos aliquando ambulastis, secundum principem potestatis aëris spiritus, qui nunc operatur in filiis dissiditæ. Fecit ergo propheta iudicium & iusticiam: & ne tradatur se nocentibus rogat. Et hoc modo nocentibus cum in peccatum impellunt, cum in gloriam inflant, cum in iram accendunt, cum in odium exacerbant, cum ad lasciuiam illiciunt, cum ad auaritiam prouocant: sed cum per hæc nocere properent, obtinere tamē eos qui innocentes sunt, nisi sibi per secessionem Dei traditi fuerint, non valebunt. Dehinc sequitur: *Excipite me seruus tuum in bonum, non calumnietur me superbi.*) Proficit in spes suas propheta, & celsiorem iam deprecationis suæ gradū scandit. Qui enim orauerat ne tradatur nocentibus se, iam vt in proprietatem serui excipiat rogat: beatum illum in se Dei dominatum cum bona susceptione sua deprecans. Et nō ob leuem causam vt in bonum suscipiatur orat, scilicet ne superbi calumnietur. Et qui sunt superbi? Nempe illi, quorum principem loquentem Esaias introducit ita: Dixit enim, virtute faciam, & sapientia intellectus, aufferam fines gentium, & virtutem eorum, & commouebo ciuitates inhabitabiles, & omnem orbem terræ apprehendam manu mea vt pullos, & tanquam contracta oua auferam. Hæc superbientis vox est, diaboli scilicet: qui Deo ac Domino nostro Iesu Christo ostensa terrenorum imperiorū gloria dicere ausus est: Omnia hæc tibi dabo, si procidens adoraueris me. Nō esse autem hunc solitarium, sed plures ei adesse spiritualiū nequitiarum ministros, per eum docemur qui ait: Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Ab horum igitur se superborum calumnia esse liberū rogat. Calumniantur enim, quia cum ipsi peccati incentiua suppeditent: calumnia nobis ante Deum peccati, quod per eos gesserimus, intendunt. Causam nanque peccati ad crimen iniiciunt, & criminis inuidiam per calumnia exacerbant: scriptura in Apocalypsi calumniatorem eum esse testante. Verum etiam nunc se extendit propheta in celsiorem profectum, dicens: *Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiæ tuæ.*) Oculi deficiunt, cum intentus in aliquam expectationem visus laborat. Propheta itaque animæ suæ oculos in Dei salutare defixit, & de salutari quid intel-

ligi oporteret, sæpe tractauimus: eum scilicet esse Iesum, qui saluum faciet populum suum à peccatis. Alij igitur oculos in desideria secularia occupantibus, & in voluptates rerum præsentium tendentibus: propheta in Dei salutare defixus est. Et ne per corporales oculos eum deficere sub hac cōtemplandi intentione existimarem: non solum in Dei salutare deficiunt, sed etiam in eloquium iustitiæ. Iusta itaque esse Dei eloquia confitetur. Scit esse quædam, quæ cum imperitis atque impijs iniusti eloquij habeant opinionem: cum Pharaonis cor ad contumaciam obduratur, & pertinacia ei irreligiosæ voluntatis affigitur: cum ex duabus adhuc in vtero gentibus minori maior sit seruitura, & neutro quicquam boni promerēte, seruitus alteri imponitur, dominatus alteri donatur: cum Adam de paradiso ne arborem vitæ contingat expellitur: quæ homines diuine virtutis & bonitatis & iustitiæ incapaces, dum intelligere non possunt, iniusta esse constituunt. Sed prophetæ huius in istiusmodi eloquiū iustæ oculi deficiunt: quia sciat nihil iniustū esse in his dictis Dei, sed omnia aduentu salutaris Dei hæc eloquia & consummanda & intelligenda esse iustitiæ. Procedit autem per hanc intentam vsque ad defectionem oculorū expectationem, vt aliquid vltra præcari audeat. Confessus itaque eloquium iustitiæ, hæc subdidit: *Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me.*) Insolens fortè vox existimaretur, quæ diceret: Fac cum seruo tuo. Quod enim dicitur, Fac: tanquam ex fiducia aliqua præsumptio est vsurpata potestati. Sed non impudenter id diceret, qui iudicium & iusticiam fecisset, qui se excipi in seruū deprecatus esset: cuius oculi in salutare Dei & in eloquium iustitiæ defecissent. Sed ne in his quidem propheta insolens est. Nam in eo ipso quod dixit, Fac: adiecit, Cum seruo tuo. Et quia seruitus nostra ad id ipsum, vt in seruitutis fide maneat, misericordia Domini indiget, superaddidit: Secundum misericordiam tuam: quia misericordie eius opus est, vt in hac seruitutis nostræ professione maneamus. Imbecilla enim est per se aliquid obtinendi humana infirmitas, & hoc tantū naturæ sue officium est, vt aggregare se in familiam Dei & velit & cœperit. Diuinæ verò misericordie est, vt volentes adiuuet, incipientes cōfirmet, ad eūtes recipiat: ex nobis autem initium est vt illa perficiat. Sed quid tādē vt faciat cum seruo suo secundum misericordiam suā postulat? Nempe in iustificationibus quas Moses constituitur præceptus est, magnum nescio quid, & in cōprehensibile humanæ intelligentiæ contineri. Scire optat quis iste sit, vt frequēter diximus, coemptus Hebræus puer, sex tantū annis seruiturus. Legit hæc quidem: sed non statim quod legit & intelligit. Scire vult quæ illa seruitus sit, quæ septimi anni libertas, quid sit auris forata ex subula si liber esse nolit, quæ illa mulier Hebræa, quid illud, vt sine muliere ingrediatur ipse: quid deinde secunda iustificatio, quid tertia, quid sequentes habeat futurorum sacramentorū præformationes. Non est humani ingenij hæc consequi posse: cœlesti opus est magistro, & plurimis fidei nostræ meritis necessarium est vt doceri ista mereamur. Scire autem nos conuenit, in omnibus prophetæ verbis nihil humile esse, nihil commune cum cæteris: sed proprium vel sibi ipsi, vel suis similibus enunciari. Latet autem sub familiaribus verbis maxima conscientiæ & fidei professio: vt nunc in eo quod loquitur, intelligimus: *Seruus tuus ergo sum, da mihi intellectum vt sciam testimonium tuum.*) Nemo nostrum est, qui non

DIVI HILARIJ IN

vel in orationis suae prece, vel in communium sermo- num consuetudine seruum se esse Dei fateatur. Et quid magnum propheta fecit, seruum se profitendo, quod nullus ausus sit denegare? Sed professio ceterorum fal- lax est: quae cum habeat conscientiae necessitatem, non habet tamen confessionis veritatem. Proprii hoc pro- phetae est, vt se seruum Dei profiteatur, in omni vita genere famulatu conditionis suae fungens: siue ambu- lans, siue vigilans, siue dormiens, in cibo etiam atque ieiunijs Deo aut esuriat aut saturus sit, & nullo in tem- pore a seruitutis suae officijs absistat. Hic liberè dicit: Seruus tuus sum ego. At verò qui stupris dormit, la- trocinijs vigilat, quæstibus peregrinatur, luxui requi- escit, si dicat, Seruus tuus sum, profitetur quidè quod est, sed quod non est agit. Propheta autem quamuis conditione sui officij etiam ipso famulatu suo con- fiteatur, tamen infirmitatis suae memor est: dari enim intellectum sibi rogat. Est enim intellectus in quodam thesauro repositus spiritualium gratiarum: quem in- terdum sub falsa opinionis errore imprudentiù men- tibus diabolus insinuat. Sed à Deo intelligentiam pro- pheta postulat, ne sibi inanis intelligentia subrepat: qualis gentium, qualis Iudaeorum, qualis haereticorù: & postulat ob id, vt testimonia Dei sciat: quæ sub tes- tibus tradita sunt, quæ sub testibus neglecta & viola- ta esse exprobrantur: quæ in aduentum eius ob quem testandum dicta sunt, neglecta & falsidita vindicabun- tur. Et horum quidem testimoniorù tempus non igno- rat propheta, dicens: Tempus faciendi Domino, dissipauerunt legem tuam. Lex populo sub testibus data est: quæ cum dissipata & abiecta à Iudæis est, tunc fuit tempus Domino, ea quæ continebantur lege faciendi. Polli- citus enim in lege est, vt salutè gentibus daret, vt ipse sibi hominis corpus, quo secundum imaginem & similitudinem Dei factus est, assumeret: vt dissipata lege, fidei gratiam donaret. Temporis huius meminit per Esaiam prophetam, dicens: Tempore accepto ex- audiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Aposto- lus verò dicti huius interpres hæc scribit: Ecce nunc venit acceptum tempus, ecce dies salutis: id est dissipa- ta lege, tempus Euageliæ prædicationis aduenit. Sed illis legem dissipantibus, aliud opus prophetae est. Et quod sit, ex subiectis docemur. Ait enim: Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion. Quod ait, ideo, ad id retulit quod dixerat: Tempus faciendi Domino, quia sciret tempus faciendi Domino esse, cum legem dissipassent. Ideo autem mandata dilexit, quia in his tempus faciendi Domino contineretur. Lex enim om- nis aduentum Domini testata est, ipso dicente: Si cre- ditis Moysi, creditis utique mihi. De me enim ille scrip- sit. Mandata igitur ob id propheta dilexit, quia in his aduentum dominicæ corporationis intelligit. In eo autem quod diligit, plus nescio quid significat. Face- re autem aliquid, minus est quam diligere: quia plerù- que id quod agimus, necessitatis est. Dilectio verò ea- dem perfecta est, quæ maxima est, & quæ nulli com- paratione similium coæquatur. Diligit autem manda- ta Dei super aurum & topazion. Humanus error pre- ciosius nihil auro & gemmis opinatur: & hæc sunt quæ hominum cupiditates dominatu precij sui & honoris subdiderunt. Auro viris honestas pudicitiae venalis est. Per gemmas verò humani corporis præstantior, vt pu- tant, species ad naturæ contumeliam expolitur. Et id- circo nihil habet sexus uterque preciosus, dum viri posse omnia auro volunt, mulieres verò per gemmas fieri se existimant pulchriores. Præstat autem vt cate-

Esai. 9. 2. Cor. 6.

ris metallis aurum, ita & alijs lapidibus topazius. Est enim ipse rarissimus & speciosissimus omnium & ma- ximus. In Thebaidis verò loco, cui Alabaftra nomen est, reperiri solet. Hunc etiam ferunt secularium ges- torum literæ, in Topazo insula ab incolis eius, id est Troglodytis Arabis inuenti, ad matrem regis Aegy- pti Ptolemæi, sub quo scripturæ legis ex Hebræo in Græcum translatae sunt, munere fuisse delatum. Con- tinet autem ipse, in se solus cæterarum gemmarù op- timarum preciosissimarumque speciem, & in vno illo diuersissimorum colorum permixtio continetur. Su- per hunc igitur topazion, & super aurù mandata Dei propheta dilexit, non terrenis, sed cælestibus se desi- derijs significans detineri. Contempta autem seculari- um opum cupiditate, omnem à se occasionem per- uerfæ & prauæ voluntatis recidit. Diligens enim su- per aurum & topazion mandata Dei, dehinc ait: Pro- pter hoc ad omnia mandata tua dirigebam, omnem viam ini- quam odia habui. (Non deflectitur, non detorquetur per terrenas cupiditates, sed ad mandata Dei dirigitur. Non obuia occupant. Vidit aurum, scit hoc terræ li- mum esse: vidit gemmas, meminit esse aut montiù aut maris calculos: vidit illicem ad lasciuiam vultum, scit tanquam auibus cæli, ex his sibi laqueis euadendum. Resistit ergo coalitis sibi naturæ suæ vitijs, & omnem viam iniquitatis odit. Ideo itaque ad mandata omnia dirigitur, quia ea super terrena desideria diligit. Et di- rigitur ne particeps eorum fiat quibus dicitur, Natio praua & peruersa. Et omnem viam iniquitatis odit, vt sit in eo qui est via, Domino scilicet nostro, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Phc.

Mirabilia testimonia tua Domine. (Natura humani sensus ea est, vt ea mirabilia habeat quæ ante compererit. Ex compertis enim iudicium admirationis existit. Cæterù nemo poterit ignorata mirari. Hæc idcirco antea com- memorata sunt, vt diligentiù dicti prophetici ratio qua- reretur: contra opinionem enim generalis sensus hæc dixisse existimatur: Mirabilia testimonia tua Domine, ideo persecutata est ea anima mea.) Nam cum prius secu- dum humanam consuetudinem oporteat persecrutiari & re- perire, & reperta mirari: testimonia Dni ante mirabi- lia sunt, & ob id persecrutatione sunt digna. Dicti au- tem huius perfecti & pulcherrimi ea ratio est. Testi- monia enim Dei, id est ea quæ sub testibus scripta sunt, etiam si per obseruantiam legis humanam infir- mitatem ad cognitionem & famulatum Dei imbuant: quippe vbi castitas, pietas, pudicitia, veritas, innocen- tia, frugalitas & religio mandatur, & per quasdam re- ligionum consuetudines, historiarumque diuersitates diuini honoris officium præcipitur, in quibus cum ad- miratio magna sit, pro peccatis oblata hostia, & datum pro redemptione animæ munus, & agnus in sacramen- to paschæ occisus, tamen in his plus de futurorù spe atque doctrina admirationis continetur. Hæc itaque huic prophetae admirabilia sunt: sed quia præsentis admirationes futurorum atque æternorum bonorum exemplaribus admirabilia sunt, persecratur ea. Non inquirunt tantummodo, in quo est rerum absconditarù diligens exquisitio, sed persecratur etiam, per ad- ctionem scilicet diligentioris exquisitiois, laborem suum in persecrutatione demonstrans. Neque tantum- modo persecratur, sed persecratur ex anima: ad vo- luntatis

Luc. 9.

Leuit. 11.

Esai. 1.

Esai. 6.

Dan. 12.

Esai. 29.

Matth. 11.

luntatis officium animæ intentione sociata. Sequitur A deinde: Declaratio seruum tuorum illuminat, & intel- ligentiam dat paruulis. Et is quoque sermo fortè vide- tur à natura nostræ consuetudine esse diuersus. Cum enim ante intelligendum sit, & sic lumine intelligentiæ vtendum, quia noctem ignorantiae intelligentiæ adeptæ lumen expellat: propheta tamen dicit decla- rationem verborum Dei prius illuminare, & post illu- minationem intelligentiam præstare. Sed quæ sint Dei verba, ante discendum est: & tunc illuminationis, & postea intelligentiæ ratio præstanda est. Verba Dei sunt, quæcunque propheta loquuti sunt. Cum enim Moses verbis suis populo Hebræo legis obseruatiam nunciauerit, tamen in libro eiusdem legis ita scriptum est: Et dixit Dominus ad Moysen: Dic filijs Israel. Vius igitur est his legislator verbis, quibus ei vt vtete- rum præceptum est. Ergo verba Dei sunt, quæ per offi- cium licet humani oris audita sunt. Sed & magnus ille propheta ipso iudicio Domini nostri Iesu Christi be- ne loquutus, cum dixisset: Audi cæli, & auribus per- cipe terra: ait, Quoniã Dominus loquutus est. Et post aliqua quæ quædam maximis increpabantur, dixit: Os enim Domini loquutum est hæc. Hæc ergo om- nia Dei verba sunt, sed declaratio sermonum maximè necessaria est. Sunt enim sub velamine opinionis alte- rius prædicata, sunt secundum Apostolum allegoru- mena, sunt comparatiuis significationibus amphibo- la. Testis est Dominus hæc eadem per Esaiam ita dicta esse Iudæis infidelibus exprobrans & dicens: Audiu- audietis, & non intelligetis. Signata enim omnia sunt, & per solam spirituale doctrinam resignanda. Hæc enim ad Daniele desideriorum virum dicta sunt: Vade Daniel, quia clausi sunt signatiquæ sermones. Ait etiam Esaias: Dabitur liber iste in manus hominis scientis literas, & dicetur ei: Lege hæc, & respondebit: Non possum legere, signatum est enim. Sed declara- tio verborum mysticorum per Euangelia præstatur, vbi legis abscondita & occulta prophetica Domino in corpore manente panduntur, ex quibus primù fi- des discitur. Ibi enim ea quæ à prophetis dicta sunt, per eum rebus & operibus explentur: cum virgo pari- rit, cum Dominus verbum est, & verbum caro fit, & habitat in nobis, cum muti loquuntur, cum surdi au- diunt, cum claudi incedunt, cum leprosi emundantur, cum cæci vident, cum dæmoniaci curantur, cum mor- tui resurgunt: declaratio hæc verborum Dei, nostræ hanc naturæ obscuritate fidei luce illuminat. Nunc enim intelligentiam resurrectionis gloriæ, iudicij po- testatem, æternitatis honorem. Intelligimus hæc paru- uli: vel ad innocentiam renati, vel ignorantiam impe- riti. Hæc declaratio verborum Dei, & intelligentia paruulis præstata, huius temporis & ætatis est: vt Do- minus in Euangelio demonstrat, dicens: Confiteor tibi Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapien- tibus & intelligentibus: & reuelasti ea paruulis. Ecce declarationis & illuminationis & intelligentiæ tēpus: absconsa enim hucusque sunt. In his diebus hæc de- clarantur, & declarata illuminat, & illuminata intelli- gentiam paruulis subministrant. Fiunt per hanc intelli- gentiam sancti spiritus iam capaces. Denique id ip- sum sequens sermo subiicit, dicens: Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua concupiſcebam.) Non de hoc vtique humani corporis ore dixit, quod per labia concluditur ac patet. Nam spiritum offi- cio narium magis quam oris haurimus. Laboriosus autem auditu auris in animam transfunditur: absol-

tus verò per naturalem cursum famulatu atque offi- cio narium commeat. Sed os scriptura non labiorum tantum, sed & cordis solita est nūcupare. Corde enim per fidem patente, & per desiderium ad hauriendum hiante intelligentia doctrinæ cælestis accipitur. Non animæ hoc, sed cordis officij est. Apostolus enim ait: Animalis enim homo non percipit quæ sunt spiritus. Stultitia enim est ei. Et idem doctor gentium ait: Lex enim non in tabulis lapideis scripta, sed in tabulis cor- dis carnalibus. Hoc ergo os suum propheta pandens, attraxit spiritum. Non enim vltro ingruit, expetendus est, attrahendus est: & infantium modo tanquam lac innocens hauriendum. Ideo autem propheta os ape- ruit, quia meminerit sibi in psalmo altero dictum: Di- lata os tuum, & adimplebo illud. Et in lege scriptum sit: Describe hæc in latitudine cordis tui. Corde enim Dei prædicatio, non ore suscipitur. Et secundum Eu- angelicam prædicationem, verbum Dei ex corde malus abripit: quod vltra nel & faum iustum in ore dele- ctat. Vt enim per os in alimoniam corporis cibos su- mimus, ita per cor ad viuificandam animam eficas do- ctinæ cælestis accipimus: quæ nisi amplificato & pa- tente corde attracta quodam modo fuerint, non iua- bunt. Sequitur deinde: Respice in me, & miserere mei se- cundum iudicium diligentium nomen tuum. Ad id quod dixerat, respice in me, mox addidit, Et miserere mei. Scit enim Dominum etiam in vltionem impiorù pe- nãnamque respicere. Respexit enim, vt scriptum est, su- per castra Aegyptiorum, & colligauit axes curruum eorum. Et rursum: Respexit Dominus super Sodomã & Gomorram. Respexit verò non ad penam, sed etiam ad terrorem, cum dicitur: Aspicias in terram, & facies eam tremere. Propheta ergo non solitarium hoc orat, vt in se Deus respiciat, sed cum miseratione respiciat: neque cum miseratione tantum, sed secundum iudi- cium diligentium nomen eius. Est quidem ex bonita- te Dei misericordia, sed promerenda est hæc à nobis studio innocenti: vt in nos respiciat, qualiter respexit in Abraham, qualiter in Isaac, qualiter in Iacob, qua- liter in Ioseph, qualiter in Iob, qualiter in Moysen. Scit enim ad hæc misericordiae suae opera Deum solere respicere, cū dicitur: Deus de cælo respexit in terram, vt audiret gemitum vinculatorum, & solueret filios interemptorum. Et rursum: Respexit super filios pau- perum, & non spreuit deprecationem meam. Secundum ergo hoc iudicium timentium Deum orat vt Deus su- per se respiciat & misereatur: vt si ieiunantem videt, si miserantem contuetur, si pius ac religiosus in omni opere conspicit, tunc secundum iudicium eorum qui diligunt nomen suum ipse quoque Dei miseratione sit dignus. Dehinc sequitur: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, ac ne dominetur mei omnis iniustitia. In- cedit quidem propheta ex voluntate sua iustitiæ gres- sib: sed scit vndique sibi iniustitiæ dominationes im- minere. Superius orauerat, vt in se Deus respiceret, ac misereretur secundum eos qui diligunt nomen suum. Misericordiae autem quam orat hunc fructù esse sen- tit, vt gressus sui dirigantur, non secundum seculi vias, non secundum humanam gloriam, non secundum cor- poris voluptates: sed secundum eloquium Dei. Si nihil impedimenti vsquam occurreret, si aduersantes sibi non vndique adessent: suis ipse viribus in ea quæ agere veller confirmaretur. Sed vbi infidia sunt, vbi bellum est, opus est potioris auxilio: vt non in se dominetur omnis iniustitia, non vt à se absit, sed ne dominetur sui orat. Scit per tentationes ad gloriam perueniri. Memi-

1. Cor. 5. 2. Cor. 3.

Psal. 80.

Esai. 14.

Psal. 103.

Psal. 101.

nit Abraham & peregrinationis iniuria, & amittendae uxoris metu, & per immolandi filij dolorem fuisse tentatum. Scit Iob omni tentationum esse militia perfundum. Recolit Ioseph cum a fratribus venditur, cum a domini sui coniuge ad adulterium compellitur, cum carcere poenae referuatur, gloriam maximae fidei per hanc iniustitiae tentamenta meruisse. Dominationem iniustitiae propheta metuit, tentationem vero eius non recusat. Dirigedos autem esse a Domino gressus suos secundum eloquia sua meminit: ne iniquitas qua tentatur, potestatem possit habere dominandi. Post quae id consequitur: *Redime me a calumnijs hominum, ut custodiam praecpta tua.* Humana tentatio grauis non est, Apostolo dicente: Tentatio autem non apprehendat vos, nisi humana. Sed calumnia grauis est. Calumnia autem est, vel cum bono operi facinoris mali nomen adscribitur: vel cum specie blandiente internae malitiae virus occultitur. Neque enim eius directae malevolentiae opus est: sed fallax & subdolum, & sub specie bonae voluntatis maliciae operatione defauit. Et difficile est cauere a talibus, qui sub nomine fratrum inimici sunt, sub nomine amicorum hostes sunt, sub filiorum specie parricidae sunt, sub specie vnauitatis coniugum inuicibile malum sunt. Abel iustum Caim scelestus per familiaritatem fratris occidit. Noen Deo probatum Cham filius eius irrisit. Esau Iacob exulem esse paterna domo fecit: validissimum praetorem diaboli Iob, sola vxor eius tentauit inflectere. Hunc ipsum sanctum prophetam quoties calumnia hominum fefellerunt? Quoties Sauli proditus est? Quoties quibus in locis ageret, nunciatum est? Vbi que ei calumniantium insidia affuerunt. Nouit hęc Dominus, domesticae calumniae scandala grauissimum solere fidei excidium afferre, dicens: *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, & si pes dexter, aut manus scandalizat te: erua & abscide abs te.* Non de membris corporis hic locutus est, cum scandala nec pes, nec manus possit afferre: sed de coniunctissimis nobis ac maxime necessarijs membris, quia omnes vnum corpus sumus in Christo. Hęc iubet, ne domesticis calumnijs ac scadaljs penes nos manentibus aliqua nobis vitiorum labes adhaereat. Ergo propheta si ab his redemptus esset, custoditurum se praecpta Dei pollicetur: quia istae domesticorum omnium calumniae impedimentum fidei frequenter afferrent. Dehinc sequitur: *Faciem tuam illumina super seruum tuum, & deus iustificationis tuas.* Vultus Domini quidem est super facientes mala, vt expugnet de terra memoriam eorum. Sed sicut Deus respicit ad poenam, respicit & ad misericordiam: ita & vultum suum ad vtrumque delectat. Sed hanc faciem Domini a l illuminationem suam propheta orat. Ex maiestate enim & vultu videtur Deus, lumen accipit: & deflexus in nos misericordiae suae vultus, ad gratiam spiritualis virtutis irradiat. Vel certe cum iudicij dies aderit, cum visibilis nobis in gloria paterna maiestatis assistet: tunc nos faciei suae lumine illuminabit. Vt enim quaedam metalla atque gemmae naturae suae fulgorem in ea quae sibi proxima sunt, refundunt, & aemulantes speciem ex intima sui specie praestant: & vt Moses ex contemplatione gloriae Dei lumen accepit, ita vt honorem gloriae suae populus sustinere non posset: sic & propheta seruum Dei se illuminari precatur, & iustificationes Dei doceri, vt a se non ex parte, neque per legis vmbra, sed facie ad faciem, & spirituali cōtemplatione cernatur. Dehinc sequitur: *Exitus aquarum transfierunt oculi mei, quia non iustodierunt legem tuam.* Conscius peccatorum veterum, vt historia ipsa docetur, licet toto corde se direxerit: tamen quia & peccati sui dolore ante re ipsa iam scripserit, tunc cum Nathan propheta arguente crimē suum recognouit & fleuit: nunc quoque non definit verae poenitentiae lachrymis facti veteris crimen abluere, dicens: *Exitus aquarum transfierunt, oculi mei: fontes scilicet lachrymarum suarum, fontes fluminū esse transgressos.* Hęc enim poenitentiae vox est, lachrymis orare, lachrymis ingemiscere: & per hanc confidentiam dicere, *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Hęc venia peccati est, fonte flentium flere, & largo lachrymarum imbri madescere. Sed secundum rationem temporis, & fidei etiam immobilis firmitatem, dicti quoque sui teporauit modum. De praeterito enim dixit: *Quia non seruauerunt legem tuam.* Confessio quidem criminis semper in tempore est: quia oportet peccati poenitentiam non desinere. Finis enim peccati interioris est temporis: quia vera peccati confessio est, sine intermissione temporis poenitere. Peccati vero poenitentia est, ab eo quod poenitendum intellexeris destitisse. Atque ob id propheta nec confiteri peccatum, definit, & peccatum ex praeterito confitetur.

Zade.

Vultus es Domine. Indefessa & perseveranti fide necessarium est, vt immobilis in nobis & inconcussa confessio sit: ne vel aliqua temporum iniuria, aut persecutionum dolore commoti, deuotionis studium relaxemus. Sed quando morbi vexabunt, passiones & cruciatus corporum defauiunt, damna defatigabunt, luctus & orbitates affligent: semper vtetur hac qua nunc propheta vultus est voce, dicens: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam, testimonia tua & veritatem tuam valde.* Meminerimus enim primum, qui vniuersorum Dominus est, iustus esse: & iudicia eius recta esse. Cur enim in suos iniquus sit? Cur in eos quos ipse genuit, iniustus sit? Bonitatis suae immensitas non finit istud de eo existimare. Genuit nos non ad iniuriam, genuit nos non ad originis nostrae naturae dolorem. Si quid est quod patimur, ex iudicio bonitatis suae accidit. Vinci diabolum patientiae nostrae virtutibus delectatur, & probari nos per luctus & dolores & dāna desiderat: vt nihil in seruos suos seculi potestas sibi esse iuris & dominationis intelligat. Quaecunque iussit, iusta & testata & vera sunt cum augmento adiectionis: Valde enim vera sunt. Et quia rarum est horum obseruatem esse, & difficile est inconcussam fidem inter has seculi procellas & inter humanorum vitiorum naufragia dirigere: quia si quid aduersi accidit, prona in Deū querela est: Deum enim inter damna sua auarus accusat, Deo cum inuidia flentium suorum orbus irascitur, Deo iniustitiam qui ad confessionis gloriam persecutionibus probatur exprobrat. Vniuersorum stultissima hęc querela est, cum iniustitiae Deum per impatentiam impij doloris accusant: & idcirco propheta subiecit dicens: *Tabeſcere me fecit zelus tuus, quia oblitus sunt verborum tuorum inimici mei.* Dei zelo ad omnia vitia nostra & crimina exanimatur propheta. Habet hanc etiam natura humana consuetudinem, vt si quando eorum quos diligimus, voluntati aduersari aliquos viderimus: zelo eius cui non paretur, vtamur. Quantum autem nobis dolor est, cum vnum ex Dei populo effici videmus seculi ministrum, & operatoriū diaboli,

1. Cor. 10.

Math. 18.

Psal. 6.

Psal. 68.

Num. 25.

Psal. 138. Gen. 17.

Math. 5.

diaboli, & vas mortis, & materia gehennae? Zelo ergo Dei irascitur, quisquis Christianum ieiunij die luxuriantem conuiuijs viderit. Zelo Dei irascitur, qui insolentem in fratres ministrisque conspexerit. Zelo Dei irascitur, quisquis diuersari in stupris sanctificatum iam in Christo corpus arguerit. Zeli huius & Apostolos meminisse accepimus, cum Dominum templum ingressus, flagello è funibus omnes vendentes & ementes cepit eijcere, & eius zeli de quo scriptum est *Zelus domus tuae comedit me.* Efficimus enim nos interdum templum Dei, aut domum negociationis, aut speluncam latronum. Templum enim Dei secundum Apostolum corpora sunt, quae in Christo sanctificata sunt. Et hęc eadem corpora cum cogitamus atque agimus stupra, cedas, furta, falsitates, rapinas, speluncam latronum constituiamus. Cum autem seculi negocijs, & negociationum commercijs laboramus, tunc domum Dei domum negociationis efficiamus: vt quae orationis sedes esse debebat, fiat vel latibulum latrocinantium, vel domus negociationum. Hoc ergo zelo Dominus, vt istiusmodi homines de templo eijciat, commouetur. Vbi sunt & hoc zelo probabiles & accepti Deo viri. Nam & Phinees ob hunc zelum meruit iudicium plebis aeternae. Cum enim fornicati essent filij Israel, & Dei zelo incitatus in poenam eorum fuisset, tunc ait Dominus: *Phinees filij Eleazar filij Aaron requisierunt fecit animationem animae meae: quia zelauit zelum meum.* Sanctus ille & in caelestem habitationem raptus in corpore Helias propheta ait: *Zelum zelauit, quia dereliquerunt te filij Israel, & prophetas tuos occiderunt: & ego derelictus sum solus.* Teneat itaque & hęc prophetam zelus ille. Videt enim irreligiosas damni querelas, impios luctuum flentium, prophanam legis Dei obliuionem: & idcirco hęc agentes, inimici eius sunt. Nullum enim religiosi viri cum talibus esse ius amicitiae potest, quando declinandi detestandique sint odio irreligiosorum. Nam id ipsum psalmo altero docetur, cum dicitur: *Odiertes te Domine odium, & super inimicos tuos tabescam.* Perfecto odio oderam illos. Abrahā quoque Dominus dixit: *Qui te maledixerit, maledictus erit, & inimicus ero inimicis tuis, & aduersantibus tibi aduersabor.* Si Abrahāe inimici, Deo inimici sunt: quales nobis oportet, quos Deo videmus inimicos? Causam deinde affert cur eos oderit, qui verborum Dei fuerint oblit: non enim sunt inania non terrena, non leuia. Ait enim: *Ignitum eloquium tuum valde, & serua tuus dilexit illud.* Non explicat proprietatem verbi huius Latinitatis translatio. Quod enim nobiscum ignitum, id Graecè πικρὸν πλεονασμῶν scribit: πικρὸν πλεονασμῶν autem id significat, quod tanquam constatum igne purgatum sit. Quaecunque metalla igne constantur, fecem in se alienam atque inutilem non continent. Totum quicquid in his residet, verum & perfectum & omni vitiorum contagione purgatum est: vt eloquium Dei aeternorum in se bonorum continēs fidem. Hinc illud est quod in Euāgelio Dominus ait: *Iota vnum aut apex non praeteribit ex lege, donec haec omnia fiant.* Verum enim omnia sunt, & neque ociose, neque inutiliter constituta Dei verba: sed extra omnem ambiguitatem superflua inanitatis ignita: & ignita vehementer, ne quid illic esse quod non perfectum ac proprium sit existimetur. Hęc itaque diligit seruus eius. Non solum hęc agit, sed etiam diligit: quia operationem non obedientiae solum, sed plerunq; terroris est. Ceterum dilectio non nisi ex deuota mentis voluntate proficitur. Dehinc ait: *Adolescentior sum ego &*

contemptus, iustificationes tuas non sum oblitus. Ex persona quidem sua propheta hęc loquitur, sed competenter & nostri teporis populo: & quatenus id David de se dixisse credatur, absolute ostenditur. Samuel enim propheta venire ad Iesse domum a Deo missus est, vt vnum ex filijs eius in regem vngeret. Quod cum venisset, adesse omnes filios Iesse iubet. Vidit deinde natu maiorem, specie pulchrum, habitu & proceritate eminentem: sed responso ita monetur: *Ne inspexeris pulchritudinem eius ac magnitudinem quia non ita videt homo vt Deus.* Homo enim in facie videt, Deus autem in corde. Adest secundus, adest tertius, adfunt & omnes, quos tunc Iesse praesentes habebat: sed nullo de praesentibus extitit qui placeret. Verum quia propheta Samuel sciret non mendacem eum, qui se adesse iussisset, & ex ijs qui praesentes erant intelligeret nullum a Deo esse electum: Iesse ait: *Nunquid est tibi adhuc filius? Qui respondit: Est mihi modicus, quae dereliqui in pastoralibus.* Ergo electus a spiritu sancto, & vnctus in regem: & ex iunioribus atque contempto gloriam & prophetam & regis accepit. Ad populum verò, qui & iunior est, & ante contemptus est, hęc ita pertinent. Erat enim in vicij seculi, erat in agresti ac rustica ruinosi & terreni corporis domo. Sed hic iustificationum Dei non obliuiscitur: hic reprobatum populo seniore iunior in haereditatem familiae eligitur. Emit enim Iacob primogenita Esau, quae sibi tanquam moriturus inutilia existimauit. Scit has populus iunior natiuitatis suae primitias aeternas, nec morte intercipi posse. Has igitur non obliuiscitur, quas senior & desperauit & vendidit. Denique id ipsum sequenti versu docet: *Iustitia tuae in aeternum, & lex tua veritas.* Has iustitias non cogitauit populus ex Aegypto progressus: cui mare aruit, cui columna nubis de die, nocte autem columna ignis famulata est, cui manna matutinū caelum subministravit, cui vigintiseptem regna cesserunt, cui Iordanis stetit aridus, cui muri Hiericho ad sonitū exercitus, & arca testamenti circuitū concidere. Has iustitias scit populus qui est iunior, aeternas. Has quia aeternas sciret, emit fide: has quia moriturum se crederet senior, distraxit infidelitate. Populo enim iuniori lex veritas est. Nam verè ab eo circumcisio cordis per Iesum iteratur ad vitam, verè per mare huius seculi transit in promissam sibi terram, verè caeleste manna sumit aeternum, verè in Iordane laetatur renatus, verè pascha agni sanguine liberatus immolat, verè in azymis syncretitatis epulatur, fermentoque malitiae purgatur. Iam non legis ei vmbra, sed veritas est. Scit autem ob hanc veritatis confessionem multis se persecutionibus hic iunior vrgeri. Hinc enim sunt in toto orbe terrarum beata fidelium confessorum & sancta martyria. Hinc plures patrimonijs expoliati, exilijs dispersi, vinciti, caesi, vlti, necati: sed fidei semper mandatorum meditatione, omnia quaecunque ingruerunt cōfirmante fidei virtute vicerunt. Et ideo ait: *Tribulatio & angustia inueniunt me, mandata autem tua meditatio mea est.* Vrgent licet pugnae, intententur exilia, proscritiones adhibeantur, mortes non dico inferantur, sed cum poenarū ingenijs inuouentur: vox tamen ea esse semper fidelis viri debet: *Tribulatio & angustia inueniunt me, mandata autem tua meditatio mea est.* Non vi occupante, non obliuione temporis subrepente, meditationem a nobis mandatorum abesse conuenit. Dehinc ait: *Aequitas testimonia tua in aeternum, intellectum da mihi eorum, & viuificer.* Non contentus est, Dei testimonia in praesens tantum aequa existimare & expectare.

1. Reg. 16.

Acquitatem eorum in æternum sperat: & per superiores tribulationes & angustias obtinere ea quæ æterna sunt nititur. Nihil æternum esse diues ille Euangelicus existimans, beatitudinem præsentem suam pœnali morte mutauit. Aeterna autem Dei testimonia Lazarus pauper expectas, & Abrahamæ sinu continetur, & miseriam vitæ laboriosæ beatæ quietis honore demutat. Horum intelligentiam propheta orat, donum scilicet inter multa dona præcipuum, spiritualium gratiarum: & per eam se viuificari deprecatur. Sicut enim nunc in præsens testimonia dei & madata meditatur, ita expectat æterna: & sicut viuit corporis vita, ita per intellectum quem à Deo acceperit, vt æterna gloria viuat, exoptulat.

Caph.



Lamaui in toto corde, exaudi me Domine. &c.
Inter multa Euangelicæ doctrinæ præcepta, silentium à nobis orandi Dominus exigit: vt taciti, & ex secreto cordis precemur, neque in eo vocis potius esset officium quam mentis: Deo orationis nostræ secreta (quia secretorum inspector est) audiente. Ergo contrarium Euangelicis institutis videtur hoc quod ait propheta dicens: *Clamaui ex toto corde meo, exaudi me Domine, iustificationes tuas requiram.* Sed scit propheta clamorem potius cordis oportere esse, non vocis: & idcirco de corde clamat. Non hic elata vocis sonus est, neque corporalis auditio, sed clamor fidei, clamor mētis: vsque ad thronum Dei, non vocis sed fidei spiritu efferendus. Ille enim ad Deum toto corde clamat, qui magna postulat, qui cœlestia precatur, qui æterna sperat, qui innocentis timoris viuit officijs. Sic & in huius mundi exordio, iustus Abel etiam peremptus magna loquitur & clamat. *Scriptum est enim: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.* Non humilis sanctorum querela est, nec depressa fidelium oratio est. Altum est quod postulat, excelsum est quod spectat: clamore personum est quod precatur. Urgebat Pharaon infestis Dei populum manibus, mare rubrum fugæ obstitit. Conclufus vndiq; Israel, iam ad mortem urgebatur: hoste proximo, mari obuius. Inter hæc nullam Moysi ad Deum vocem fuisse scriptura testatur. Stabat mœstus, stabat tacens: sed secreto cordis sui personans & orationis suæ fide clamans. Vox enim istud diuina testatur, dicens: Dixit autem Dominus ad Moysen, *Quid proclamas ad me? Silebat vir ille, sed oratio fidei eius clamor ad Deum.* Nouit & Apostolus, hunc in viris fidelibus spiritus esse clamorem, cum dicit: Spiritus enim in cordibus nostris clamat, abba pater. Penetrat hic silentij clamor vsque ad aures Dei, sed aures non clamorem, sed fidem audiētes: fidem quæ non terrenas opes poscat, non gloriam inanem caducamque desideret, non quæ moritura corporis gaudia precetur. Exiguus quidē epistolæ suas Apostolus literis scribit, & communis hæc ei elementorum arque apicum forma est: sed nouit ingentes has esse literas suas dicēs: Ecce qualibus vobis literis scripti mea manu: magnitudinem sensuum, præceptorum vtilitatem, literis talibus cōprehendens. Clamat igitur propheta ex toto corde. Et quia ex corde clamat, vt audiatur orat: & auditus hæc postulat, vt iustificationes Dei exquirat. Scit has esse occultas & latentes, & vmbra legis obductas. Has optat inquirere, ad quas multis opus sit magnisque rebus: clamore cordis, exauditionis merito, inquisitionis officio. Sed qui clamauit vt audiretur, & inquireret iustificationes Dei: nunc cla-

Gen. 4.

Exo. 14.

Gal. 4.

mat vt saluus fiat, & custodiat testimonia Dei. Quantæ autem modestiæ ordinem tenuit. Non statim clamorem suum sperare ausus est proficere in salutem. Prius fuit vt auditione dignus esset, prius fuit vt iustificationes inquireret. Merenda fuit auditio, adhibenda inquisitio: & salus post ista speranda. Nos verò salutem tanquam debitum postulamus: & veluti Deo sit hanc eandem præstare necesse primis ab eo precibus oramus: atque vtiñ cordis clamore loqueremur. Labia tantum nostra, sensu peregrinante quod nesciunt murmurant: & officium corporis mens in res alias occupata non sequitur. Propheta verò cum post tot præcedentes preces antea vt saluus esset orasset: salutis ipsius stipendium docet, dicens: Et custodiam mandata tua. Hæc fidei nostræ militia est, custodire mandata: & secreto fidelissimo hunc thesaurum depositi & cōmendati nobis præcepti referuare. Qui vero clamauit, & testimonia Dei, id est, sub testibus cœlo et terra & angelis scripta custoditurum se professus est: addidit adhuc & meritum obtinendæ salutis dicens: *Præueni in maturitate & clamaui, in verba tua semper speraui.* Non expectauit infirmam à vitijs senectutem: neque deseruētibus longo vsu luxuriæ æstibus frigidæ ætatis tempus elegit: sed maturitatem omnem fidei & religione præuenit, vincens per continentiam lasciuientes annos, & senectutis nunc ipsos dies modestæ & castæ adolescentiæ tranquillitate præueniens. Et propheta clamor est sperantis in Dei verba: non aliquando, sed semper. Finis enim nullus est spei nostræ: sed in cœlestes res semper extenditur, & in æterna Dei promissa procedit. Nullum tempus vacuum habet, nullum ociosum. Denique id sequitur: *Et præueniunt oculi mei diluculo, vt meditarer eloquia tua.* Qui in maturitate clamorem præuenerat, nunc ipsos dies meditationibus præuenit: vigilat ille diluculo, non expectat vt grauatos somno oculos lux infusa proturbet. Vigilat ille, & ipsum redeuntem lucis ortu orationibus operitur: nunc prophetarum dictis occupatus, nunc psalmodum hymnis intentus, nunc patriarcharum & sanctorum gestis negociosus, omne eloquium Dei in omni tempore & assidue meditatus. Dehinc sequitur: *Vocem meam exaudi secundum misericordiam tuam Domine, secundum iudicium tuum visifica me.* Discamus modestiam ex tot dictis prophetæ superioribus, clamore cordis, iustificationum inquisitione, custodia testimoniorum Dei, & continentia iuuentutis, & antelucanæ meditationis vigilijs: per hæc omnem in misericordia Dei spem reponentes. Postremò audiri vocem suam secundum misericordiam rogat, & misericordiam secundum iudicium Dei postulat. Nos si semel ieiunamus, satisfecisse nos arbitramur: si aliquid ex horreo domesticarum facultatum inopi damus, impleuisse nos iusticiam credimus. Ieiunantes vt aut placeamus hominibus, aut corpora cibis fassa releuemus, & inter ipsa ieiunia, stupra, iniurias, odia, cogitantes, donantes autem exiguum nescio quid, dum pulsantem fores nostras inopem non sustinemus, aut dum bonitatis famam inani & ociosa hominum opinione sectamur: & deberi nobis vt audiamur existimamus. Sed totum de Deo propheta sperat, totum ex misericordia eius expectat. In operibus quidem bonitatis totius ipse perfectus est: sed satis esse hoc sibi non putat ad salutem, nisi secundum miserationes Dei & iudicia misericordiam consequatur. Nunquam autem ociosus est, nunquam non infestantes insectantisque proximi sunt: vita eius omnis secundum scripturæ fidem in insidijs fuit.

Ieiunium inutile quod.

Sed

Sed & quisquis nunc placere Deo vult, displiceat impiis necesse est. Et ideo ait: *Appropiauerunt persequentes me iniquitati, à lege autem tua longe facti sunt.* Hæc quidem de se, cuius infestata fuit vndique vita dixisse creditur. Sed qui in psalmo hoc humanæ doctrinæ ordinem tenet, ad eruditionem nostram omnia temperauit: vt cognosceremus eos qui proximi iniuriæ fidelium fierent, à Dei lege longe abesse. Quanta enim fit in sanctis iniuriæ accessio, tanta fit ex lege Dei recessio. Cauendum autem est, ne quando nos aduersum fratres ira commoueat, ne quando inuidia stimulet, ne quando æmulatio irriter, vt aliquid in eos irreligiosum ac fastidiosum agamus: quia iniuriæ cum aulistimus, tum à lege Dei desistimus. Dehinc sequitur: *Prope es Domine, & omnia madata tua veritas.* Alio in loco legitur: Deus appropias ego sum, & nō Deus de longe, dicit Dominus. Non corporalibus locis Deus cōtinetur, neque finibus aut spacijs diuinæ virtutis immensitas coarctatur. Adest vbiq; & totus vbiq; est: non pro parte vsquam est, sed in omnibus omnis est. Beatus Apostolus Atheniensibus philosophiæ inanitate ridiculis, pro concione respondens ait: Non longe à nobis manentem querimus Deum: in ipso enim viuimus, mouemur & sumus. Et spiritus Dei secundum prophetam repleuit orbem terrarum. Et rursum: Nō ne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus? Nihil à Deo vacat, nihil indiget. Vbiq; est, modo animæ incorporalis, quæ in membris omnibus diffusa, à singulis quibusque partibus non abest. Etiam si priuata quædam ei regia in toto corpore sedes est: tamen in medullis, digitis, artubus infunditur. Iam si corruptis aliquibus corporis membris recisione erit necesse cum vsum suum eadem membra vitis emortua non habebunt: id quod pure caducumque carnis est, sine detrimento animæ reciditur. Ipsa enim corporis nostri anima sanis & integris admixta mēbris est: & cum eadem fuerint putrida & recidēda, non sequitur. Hæc quidem superflue diuinæ naturæ ad comparationem similitudinis conferuntur, quia incōparabile est quicquid æternum est: nec recipit cōfigurata veritatis speciem, inimitabilis diuinitatis exceptio. Sed intelligentiæ nostræ istiusmodi coaptatur exemplar: vt per id secundum cœlestium dictorum autoritatem, incorporalem & immensum Deum circumscripito huic & corporali mundo intelligeremus admixtum: vitiosis verò & per opera sua mortuis non inesse. Quin etiam adhuc cum diuinarum atque inuisibilium rerum intellectus ex contemplatione corporalium rerum naturisque sectamur: solem videm⁹ in quadā cœli parte prout ei cursus est, demorantem, & certe vbiq; pretenditur, vbiq; adest: & quantum per omnia est, ita vbiq; est, tantus infunditur. Sed si in clausis domorum fenestras incidat, lumen quidem illius præsto est, sed ipsa sibi lucem eius quæ obserata sunt denegabunt. In omnibus igitur vitæ nostræ operibus, circumspecti, & ad Deum patentes esse debemus. Primum vt liberis, & per innocētiam patulis cordibus nostris lumen suum dignetur infundere. Deinde vt nos in diuinitatis suæ sinu agere credamus: neq; eum abesse cum irascimur, eum credimus, cum contemnimus, cum maledicimus, cum inebriamur, cum libidinemur, cum diuina & humana negligimus: maiore contumētia eius intra quem hæc agimus peccantes. Sed ad id etiam illud accedit, quia mandata sua veritas est. Nihil illic anceps, nihil dubium, totum veritatis absolutione perfectum est: quæ hoc maiore periculo negliguntur, quo magis ve-

Hier. 23.


Mat. 17.

Hier. 23.

Ps. anima in membris, ita Deus vbiq;.

ritatis præcepta sunt constituta. Quatenus autem id propheta cognouerit, subdidit dicens: *In iustis cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea.* Hæc licet propheta de se dicat, legem Dei ab exordio ipse cognoscens: vniuersæ ætati tamen congruunt, quæ ab institutione mundi doctrinis Dei sit erudita. Qui enim statutam Adæ voluntatis legem meminit, qui ipsam illam Eux creationem didicerit, qui maledictionem serpentis audierit, qui clausum vitæ lignum Cherubin flammeo gladio conuertibili legerit, qui occisi Abel clamantem sanguinem scierit, qui pœnæ & in Cham & in Lamech numerum reputet, qui translatum Enoch, qui reseruatum Noe, qui benedictionem Sem & Iaphet, & maledictionem Cain, Abraham electum, Isaac promissum, Iacob prælatum, Ioseph venditum, sanctificatum Iudam, Moysen nutritum, eruditum, & post ingentia latæ legis sacramenta in verbo Dei mortuum, & Iesum diuiforem promissæ terræ, & autorem iteratæ circumcisionis intelligit: profecto vt propheta voce poterit: In principio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea. In omnium enim superius memoratorum virorum vitæ atque gestis æternorum bonorum spes continetur: & per eos ad doctrinam Euangelicæ prædicationis imbui-mur. Sed quæ fundata sunt, in ædificationem futuræ domus præparantur. Aedificamur enim secundum beatum Paulum super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, in quibus testimonia Dei fundata sunt in æternum, vbi extruitur cœlestis illa & regia ciuitas sancta Hierusalem: quæ domus angelorum frequentia, & electorum primitiuorum est, cuius fundamenta sunt viui lapides præciosæque gemme in Christo viuētes, resurgentes, regnantes, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Res.



De humilitatem meam, & eripe me, &c.
Multa quidem nobis atque magna sanctus propheta fidei confessionis suæ toto in psalmo proposuit exempla: per quæ formam seipsum cæteris credendi, agendi, intelligendi, ignorandi, sperandi, prædicandi constituit, Euangelicum virum perfecta legis obseruatione consummans. Et quanquam omnia quæ vel diuinæ voluntati placita, vel humanæ spei proposita sunt agat, aut testetur, aut speret: meminit tamen in quo obseruantia genere mandatorum omnium caput & summa consistat, scitque quid à Domino suo etiam ipsis quibus committēdæ clauces cœlorum erant, Apostolis quæreretur. Namque cum inter se opinionibus ac studiis disti-derent, sibi que singulis principatum humana contentione præsumerent, dum præstantiorem se cæteris vnusquisque esse aut optat aut poscit: Dominus meriti huius ac nominis præmium vnde petendum esset ostendens ait: Qui vult esse ex vobis maior, fiat omnium minimus. Omnis enim qui se humiliauerit exaltabitur, & qui se exaltauerit humiliabitur. In humilitate scilicet docuit omnia fidei nomina & præmia contineri. Vtilissimum itaque est obedientes diuinis præceptis omnem intra se ipsos humanæ insolentiæ ac petulantia inanitatem fractam, protritamque cohibere: seseque & magnificentia & miseratione reputata intra humilitatis modestiam cōtinere. Ob quod hic noster sanctus & rex & propheta Deo ac Domino suo secundum carnem in feminis sui originem deputatus

Bb j

Mar. 10.

inter has seculi infestationes ac spiritualium nequitiarum pugnas sola ac tali ad Deum precationis suae ambitione proclamatur: *Vide humilitatem meam & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.* Non regni opes, non spiritum prophetiae, non alia aliqua humanae iactantiae nomina conspici in se, sed humilitatem precatur. Non enim aduersum seclantes se armis belli resistit, nec humanae indignationis impatiens rapit ad ultionem suam & potentiae tempus & regni. Sed sciens hanc diuinam voluntatis esse sententiam: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus, non obliuiscitur legis Dei in humilitate retinenda: sed eripi se ob id quia sit humilis deprecatur, memoriam legis Dei in humilitatis conseruatione esse declarans. Reseruans itaque omnia iudicio diuino, & eripi se ob humilitatis meritum deposcens, qui in nullo aduersum Dei constitutiones, aduersum odia humana, aduersum praesentium modestiarum patientiam moueretur, nihilque in hoc nunc seculo sibi de his iudicandum esse decerneret: consequenter haec addidit: *Iudica iudicium meum & redime me, propter eloquium tuum uiuifica me.* Magnae ac securae conscientiae vox est, iudicij sui iudicium postulare: ut ad id quod statutum a se sibi que complacitum est, etiam diuinam sententiae examen exoptet. Non hic aut alios aut seipsum diiudicans corrupti sensus opinione deflectitur: neque a veri iudicio, ira, aut gratia, aut odio, aut amore decidit: non ignarus huius Euangelici mandati: Quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. Sed ne ille quidem iudicij sui iudicium pertimescit, qui ait: Ego autem non iudicauic quicquam scire me, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. In hac igitur iudicij sui securitate propheta tepus redemptionis expectans, redimi se & propter eloquia Dei uiuificari precatur. Venundati sub peccato, per redemptionem & iustificationem in sanguine Domini liberamur. Hoc legislatio, hoc omnes spiritus prophetiae, hoc patriarcharum spes, hoc angelorum voces, hoc toto in seculi tempore diuini eloquij sermo testatur est: ob quod redimi ac uiuificari se deprecatur. Sed haec eadem eloquia Dei ut pijs spebus vitam redemptionemque denunciant, ita impijs non relinquunt. Nam expectationem prophetae haec de peccatoribus mox sequuntur. *Longe est a peccatoribus salus, quoniam iustificationes tuas non exquisierunt.* Non habet veniam ignoratio voluntatis: quia sub scientiae facultate nascitur, repudiatae magis quam non reperta scientiae est reatus. Ob id enim longe a peccatoribus salus, quia non exquisierint iustificationes Dei. Nam utiq; non ob aliud consignatae literis manent: quam ut ad uniuersorum scientiam notionemque defluerent. Sed sciens propheta cum a peccatoribus non exquirentibus iudicia Dei salus longe sit, iuxta tamen Dominum esse his qui recto sunt corde, secundum etiam illud Apostoli: vos qui eratis longe, facti estis propere: ne & ab ipso salus longe sit, cognitionem iustificationum. *Dex expetit: non ignorans quantum in his sacramentum nostrae salutis expressum sit per quasdam praesfigurationum aeternarum in rebus praesentibus notiones.* In Hebraeo scilicet sex tantum annis seruiente & post hoc idem sexennij tempus, & terra omni in ocium relinquenda & fructibus etiam bestiis deputadis. In Iubilei quoque anni, id est, quinquagesimi lege, per quam & laxatis praesentibus debitorum, & agris omnibus ad dominorum si qui forte uenissent iura redeuntibus, noua & caelestis rerum omnium & remissio & reformatio praenunciatur. Et quia ab his qui non ista ex-

Rom. 12.

Matth. 13. I. Cor. 2.

Ephe. 2.

Iubileum.

quisierint, salus longe est: totus in exquirendis his propheta detentus, & diuinam atque aeternam misericordiae iustificationem in speculo contemplans subiicit: *Miserationes tuae multae Domine ualde, secundum iudicia tua uiuifica me.* Valde itaque multae sunt miserationes Dei: modum enim humanae opinionis excedunt. Sed confidentem in his prophetam ac se uiuificandum in Dei iudiciis sperantem, multorum extrinsecus odia & infestationes fatigant. Verum misericordiarum eius (quarum secundum eundem prophetam non est numerus) non immemor, a testimoniis eius non declinavit. Sequitur epim: *Multi qui persequuntur me & tribulant me, de testimoniis tuis non declinavi.* Non impellitur, non mouetur: & cum multi persequantur, ne declinat quidem. Sed qui in mandatis Dei permanet, ut ab infestationibus impelli deflectique non possit, habet quod se graui dolore perturbet, se etiam usque ad tabem liquefcentis quodam modo animae dissoluat: cum se a testimoniis Dei non declinante, alij a Dei timore defciscunt, & susceptam legis fidem pacionemque corrumpunt. Hos habet aetius, has tantum defatigationes sentit propheta, cum dicit: *Vidi non seruantes pactum, & tabescebant: quia eloquia tua non custodierunt.* Consignati testamenti Israel haeres nunc cupatus est, & audita de monte Domini uoce respondit: Omnia quaecumque dixit Deus & audiemus & faciemus. At uero ubi deos alienos adorauit, ubi omnium se scelerum uitijs cotaminauit: pactum & auditae nuncupationis & professae obseruationis amisit. Eloquia enim Dei non custodierunt: quae se esse facturos auditurosque responderant. Nec noua prophetae huius super praeruaricatione populi uox tabescit: quippe cum & Dominum ipsum ad impietatem Hierusalem illachrymasse noscimus, & ex doctrina eadem super impenitentes Apostolus fleat, & in super ipse si quis scandalizetur vratur. Sed qui doler super non seruantes pactum, atque tabescit: mandatorum in se Dei non refugit examen. Dicit enim: *Vide quoniam mandata tua dilexi, Domine in tua misericordia uiuifica me.* Parum prophetae est, per merum explere mandata: sed ea magis diligit, quia extra necessitatem timoris sit dilectionis operatio. Et quamquam amor legis potior quam metus sit: non tamen ita sui fidens est, ut non magis uiuificari se per misericordiam Dei deprecetur. Non nunc se ille uiuere putat: sed vitam exempto hoc mortali corpore & absorpto in gloriam immortalitatis expectat. Scit sibi hoc iam in exordio creationis suae promissum, cum a Deo dicitur: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Hoc super homine principium uocis est Dei: cum ad imaginem in terminatae aeternitatis originis nostrae exordium conderetur. Certus ergo se uita illa atque imagine Dei esse uicturum, ait: *Principium uerborum tuorum ueritas, in aeternum omnia iudicia iusticiae tuae.* Verba Dei caelo & terra praetereunte non traesunt. Quaecumque de labijs eius effusa sunt, non irrita sunt: aeternae sunt iustificationes & aeterna iustitia est. Principium ergo uerborum Dei ueritas est: neque de se, id est de hominis creatione, ullum alium anteriorem Dei scit esse sermonem, ut secundum imaginem ac similitudinem fieret. Haec itaque indemutandae ueritatis est constitutio: sic in principio uerborum Dei ueritas est; ut nouus homo regeneratus in Christo, uiuat deinceps secundum aeterni Dei, id est, caelestis Adae imaginem iam aeternus. *λαπα.*

Sin.

Sin.

Matth. 10.

Ibidem.

Matth. 5.

Gene. 1.

Allegoria.

Pincipes persecuti sunt me gratis, &c. Grauius quidem propheta Dauid, & regis Saul & principum populi odia & infestationes sustinuit: quia pia conscientiae constantiam ferre impietas professa non potuit. Sed conformans Euangelicum Deo atque Apostolicum uirum, non ignarus est Euangelici sermonis, quo ait: Tradet enim uos & flagellabunt in Synagogis, & stabitis ante reges & potestates in testimonio illis & gentibus. Quinetiam constantiam praedicationis insinuat, & confessionis gloriam docens, aeterea eos fuerat adhortatus: Omnis qui confiteatur me coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo qui est in caelis: qui autem negauerit me coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui est in caelis. Siue igitur de dicatur ex lege, siue etiam in Euangelij gloriam praeparatus, qui neque Saul populoque eius causam infestationi se reliquisset, & per multa principum & gentium odia sciret caelorum regnum seculo nunciandum: confidenter haec Deo loquitur: *Principes persecuti sunt me gratis, & uerbis tuis formidauit cor meum.* Metuit enim negari, si negaret. Sed cum beatae huius infestationis praemia non ignoret, Domino dicente: Beati estis cum uos persecuerit, & dicent omne malum aduersus uos propter iustitiam: gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in caelo: post principum odia, formidinem uerborum Dei ita consequentibus temperauit: *Letabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.* Fuit ergo formidinis ne persecutionibus principum aut indigne subderetur, aut cederet: quia & causam odiorum praebuisse, non sancti est, & Dei gratiam metu seculi amisisse sine uenia est. Sed spolia inuenisse uictoris est. Certae ea ex se praebuisse iam uictori est. Cum his itaque infestationibus propheta non frangitur, & odia principum fide uincit: refert quaedam impietatis spolia de uictis. Scit enim secundum Euangelium ligatum esse in domo sua fortem, & armis suae potestatis exutum, diripienda iam de se fidelibus spolia praebuisse. Laetatur ergo nunc in eloquijs Dei, tanquam qui multa spolia inueniat: cum fracta impiorum potestate & uictor fide permanens, omnibus eos armis seu impietatis seu crudelitatis exuerit. Sed huius laetitia affectus non inest, nisi & in diuinam legis dilectione, & in execratione iniquitatis. Quia neque defugere quisquam nisi quod odit optabit, neque nisi quod diligit obtinere nitetur. Laetatur ergo tanquam super spolia multa, subiicit: *Iniquitatem odio habui & abominatus sum, legem autem tuam dilexi.* Iniquitatem ergo odit, & diligit Dei legem. Sed diligens Dei legem, non in his tantum que per obedientiam legis explentur intentus est: ad aliquod autem se aliud necesse est per opus legis extendat. Et quo praeterea in officio sit audiamus: *Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iusticiae tuae.* Sanctus propheta primum, quod agit, diligit, opus scilicet legis: quia uictorum omnium & usus reciditur, & uoluntas. Sed postea iudicia iusticiae Dei laudat. Haec enim, ut saepe admonuimus, plus significant quam agunt, dum gesta ipsa notionem nobis aeternae dispositionis insinuant: ut sabbati requies, ut Hebraeus puer, ut terra quae ociatur, ut annus quinquagesimus, sub imagine sacramentorum non parui esse momenti intelliguntur. Hoc ergo in die septies laudatur. Ac non ambiguum est, cur laudis hic numerus sit. Haec enim eadem, uel in die, uel in puero, uel in terra,

uel in anno atque annis, sub sanctificatione huius numeri continentur: cum usque ad illam quinquagesimam aeternam requiem, quod est sabbata sabbatorum, septenus numerus expleatur. Multa de numeri huius sanctificatione sunt cognita: ut ipsa dierum constitutio, ut angelorum throno Dei adstantium electio, ut spiritualium potestatum & requiescentium gratiarum in Domino plenitudo. Certae iudicia iusticiae Dei hoc in numero laudari a propheta conuenit: per quem & in quo earundem iustificationum uirtus & constitutio continetur. Non alius autem nunc praedicationis propheticae ordo est quam fidei. Nam & tolerantia persecutionum, & formido uerborum, & laetitia eloquij, & odium iniquitatis, & amor legis, & laudatio iustitiae, & omne omnino, si quod aliud in lege mandatum est, in huius tantum praeccepti obseruatione concluditur: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Hoc holocaustis, hoc sacrificijs omnibus maius est, ynum atque idem sibi meminisse cum alio corpus esse, qui Christi est, & ut corpus suum, id est, ut seipsum amare qui proximus sit. Sequitur enim: *Pax multa diligenti- bus legem tuam, & non est illis scandalum.* Apostolus non quae sua sunt, sed quae aliorum cogitans, carne se abstenturum in seculo, ne fratrem scandalizet, professus est. Ad eod perfectae charitatis & pacis tenuit affectum ut ab ipso uitae communis usu dum modo causam offensionis abscideret temperaret. Pax ergo retinenda est: & non quid unicuique, sed quid uniuersitati congruat expendendum est: quia secundum Euangelium, utilius sit in vitam non uenisse, quam scandalum minimis intulisse. In his itaque pacis charitatisque praecceptis manens propheta, Euangelicae spei desiderio de- tentus est. Scit enim in quo uel quis finis sit testis, cum ait: *Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua feci.* Salutaris Iesus est. Haec enunciatio ex Hebraeo nominis. Hoc ad Ioseph angelus est locutus. Hoc Simeon exinde in pace remittendus agnouit. Hoc red- dita nobis per eum salus edocet. In eo autem mandata Dei se profiteretur fecisse, quod salutare Domini expectet: declarans omnia legis mandata aduentu Dei unigeniti contineri. Testimonia quoque Dei custodiuit, vehementerque dilexit, dicens: *Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea uehementer. Custodiui mandata tua & testimonia tua, quia omnes uiae meae in conspectu tuo.* Agens propheta sub iudice & scrutatore cordium Deo, in custodia mandatorum testimoniorumque Dei permanet: non uias seculi, neque uias uictorum & impietatis incedit. Nam quodcumque uita suae iter egerit, a Deo tam probabile tamque innocens agit, ut conspectu Dei dignum sit: Deo ipsas cogitationes cordium motusque noscentes, & neque conspectu eius qui immundo sit corde condigno. Fidelis enim in caelo testis haec dixit, Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Tau.



Appropiet oratio mea in conspectu tuo Domine, &c. Finem sumit secundum literam psalmus. Nam omnibus in his quae sancto uiro erant propria iuxta Hebraicorum elementorum ordinem comprehensis: nunc propheta ut oratio eius Deo sit proxima deprecatur:

Appropiet oratio mea in conspectu tuo Domine, secundum eloquium tuum da mihi intellectum.

Multa sunt quae toto psalmo orauit ad Dominum. Sed quia eloquia Dei plurimum in se obscuritatis

Bb ij

mala adhortationis societas, & pestiferi consilij confuetudo, à qua animus refrenandus est, & aures obstruenda sunt. Distinxit autem labia iniqua & linguam dolosam. Et quidem iniquitas inuerecunda est, palam autem, palam molitur, palam perficit. Ii sunt qui abnegantes Deum, nullum humanis rebus asserunt reliquum esse in religione Dei profectum, sed solum hoc sibi bonum esse, quod luxui & corpori viuunt, adimentes Deo curam, prouidentiam, arbitrium, potestatem. Horum ergo labia sunt iniqua. Dolosae autem linguae opus fallax est, cum per simulationem noxiam sub religionis lumine iuvertat religionem, & per vitae speciem deducat in mortem. Haereticorum quoque ista mendacia sunt, prophetarum dictis & Euangeliorum virtutibus & Apostolorum praescriptionibus mendatio occultatis, aliter omnia tradere & docere quam scripta sunt. Ab his igitur per vim misericordiam orantes, & inter illorum tribulationes clamantes ad Deum exaudiemur. Sequitur: *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* Bene ad id quod dictum est, Ad te Domine cum tribularer clamaui, & exaudivisti me. Domine libera animam meam à labiis iniquis & à lingua dolosa, subiicitur: *Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* vt per prophetam impleatur quod à Domino dictum est: *Ecce adsum tibi. Tanquam in ipso puncto imprecationis haec Domini vox refertur: Et quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* Frequenter autem interrogantis Domini personam legimus & in nouo & in veteri testamento, vt ad Adam, Vbi es Adam? vt ad Cain, Vbi est frater tuus? vt ad turbas cum mulier fimbria attigisset, *Quis me tetigit?* vt ad discipulos, *Quae dicunt homines filium hominis? vos autem quem me dicitis?* Non ille doceri vult, qui scrutans corda & renes Deus est, & cogitationum nostrarum inspector est: sed per confessionem interrogatorum aut peccatis veniam, aut fidei, honorem redditurus interrogat. Denique Adam confessus, veniam reseruatus, & glorificatus in Christo est: Cain negans, maledicto diaboli adaequatus est. Est enim à principio iam designatus homicida. Confessa mulier fide satana est: respondens fidem Petrus clauis caeli sortitus est: Atque ita omne spei nostrae praemium in confessione consistit, vt ea quae consequi posse nos credidimus, consecuturos esse testemur, & idcirco quaedam à propheta interrogationis est facta conuersio, sed fidei digna consecuta responsio est. Ad id enim quod quaesitum est: *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* id est, *Quid tibi aduersus falsitatem huius praesidij afferatur?* Responsum est: *Sagitta potentis acutae, cum carbombus desolatoris.* Solae enim Domini potentes sunt & acutae sagittae, quae linguam dolosam valeant configere, habentes in se virtutem perurendae fraudulentiae atque vastandae, de quibus in septimo psalmo ait: *Sagittas suas ardentibus effecit, quae sibi vtraque conueniunt. Dei enim verbum omnem nequitiam configit, & omnem sensum petulantiae conuulserat, & ipsum illum vehementissimum mortis aculeum compungit. Namque peccator cum audiat, Deum aeternum, Deum mundi conditorem, Deum iudicem, seseque hominem intelligat Deo debere quod natus sit: quando doctrinae Dei telo conscientia eius errorque ferietur, cum se igni inextinguibili separatum, vt paleas à tritico, & desolatum bonorum fructuum consortio cognoscat, vrendum? Cuius doctrinae per Apostolos reuerendae, in psalmo altero meminit dicens: Sagittae paruulorum*

Gene. 3.
4. Math. 9.
16.

Psal. 63.

factae sunt plagae eorum. Has potētis sagittas, hos carbones desolationis dari sibi fidelis quisque orat, & ad linguam dolosam expectat apponi emendandis his qui tribulant, vel doctrinae telo, vel metu poenae. Sed & beatus Iob hostem suum quo confixus fuerat ignoras, cruciatus corporis sui & dolores sagittas Domini esse dixit dicens: *Sagittae Domini in corpore meo sunt, quarum indignatio ebibit vt sanguinem spiritum meum.* Et forte has quoque vlticum poenarum sagittas aduersus labia iniqua & linguam dolosam imprecatur propheta, quibus confixa cum lingua dolosa, vniuersa labia perurantur. *Quaquam sint plures, qui spiritualiter suscepta à fidelibus caelestis doctrinae praecipua sagittas velint exilimari, & carbones desolationis peccatorum emendationem: atque ita accipiendum putent carbones desolationis, quia Dominus dixerit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo si iam accensus est? Non est autem dubium, peccatorum eum abluitionem & remissionem attulisse, in qua igne iam accessum esse dixerit, quia per eum vitiorum omnium fiat sordiumque purgatio. Accommodatur autem ad hoc illud quod dictum ad Esaiam est, cum per forcipem carbone comprehensio labia eius contacta sunt: Ecce abstuli peccata tua, & iniquitates tuas purgaui. Sagittam autem ipsum Deum nuncupatum in eodem Esaiam meminimus, hoc modo: Et posuit me taquam sagittam electam, & in pharetra sua abscondit me, & ait: Grande tibi est hoc, vocari te puerum meum. Esse itaque intelligimus etiam hanc vtilem sagittam & potentem, confixis vitiorum nostrorum aculeis, salubri nos vulnere vtilique penetrantē. De qua sagitta, sponsa illa in Canticis dixerit: *Vulnerata dilectionis ego sum.* Sint ergo haec sagittae vtrumque in modum expectatae, vel in poena conscientiae iniquos ac dolosos conficientes, vel in dilectorum sibi corporibus peccata & vitia vulnerantes. Sitque vel deuastrans carbo, vel purgans, dummodo abnegantes Deum per poenam absumat, purget autem ad perfectam innocentiam confidentes. Sed quae ad superiora dicta sequens prophetae responsio est? *Heu me, quod incolatus meus prolongatus est.* Bona non possunt videri, vere bona à nobis iudicari, nisi expectentur. Nam quomodo fidem iudicij nostri, nisi eorum de quibus bene iudicauerimus, essentia praestabimus? Bonam pudicitiam existimamus. Quis Ergo opinionis nostrae fructus, nisi in ipsa pudicitiae appetitione consistit? Bona innocentia, sed nisi festinantes atque exercentes eam, verè ita sentire non intelligemur. Mentium enim iudicia non verbis significanda sunt, sed rebus explenda. Conuenit igitur prophetam expectantē post sagittas Domini, & illos carbones desolationis beati illius regni & aeterni temporis gloria, id quod expectat desiderare. Et desiderat plene. Neque solum desiderat, sed moras odit, & ipsam illam non potiundi iam desiderij tati dolet dilationem dicēs: *Heu me, quod incolatus meus prolongatus est.* Querelam istiusmodi à plurimis sanctis frequenter audiuimus, de tarditate spei suae, & morosa corporum dissolutione desistentium. Dñs in Euangelis suis docuit accelerationem regni caelestis orandā: impatientē enim charitatē esse eorum, qui amant conuenit, atque ideo dici oportet, quod vt dicamus à Domino praecipitur: *Adueniat regnum tuum, fiat volūtas tua.* Paulus beatus in habitatione corporis sui congemiscit, per incolatum carnis peregrinari se à Deo conquerens: ex quo contra peregrinandum in carne scit sibi esse vt ei cum Deo incolatus sit Sed tamen melius ei esset dissolui, & cum*

Luc. 12.

Esai. 6.

Esai. 49.

Ecd. 4.

Iob 3.

Hier. 20.

Hier. 1.

Cedar quid.

Cant. 1.

Matth. 6.

1. Thes. 5.

& cū Christo esse, & Ecclesiastes ait: *Et laudavi omnes qui mortui sunt, super omnes qui viuunt vsq; nunc: libera scilicet per dissolutionem corporis anima, onerataque consortio, atque etiam infirmis huius atque periculosa carnis exuta.* In hoc igitur nimium sibi prolixo in corpore incolatu congemiscit propheta: festinans peregrinari à terrenis, & incolere caelestia, vt derelictis corruptilibus atque perentibus, cōsequatur inuisibilia & aeterna. Iob sanctus & testimonio Dei dignus, non solum corporis istius incolatu congemiscit, sed ipsam illam natiuitatis suae diem maledicit, dicens: *Pereat dies ille in quo natus sum, & nox in qua dixerunt: Ecce masculus natus est, & Hieremias similiter: Maledicta dies in qua genitus sum: maledictus nuncians patri meo & dicens: Quia natus est tibi masculus. At qui idē à Domino audierat: Prius quam te formarem in vtero noui te, & prius quam exires de ventre sanctificauit te. Quid ergo? maledictine coepisse se qui ante quam esset, & Deo cognitus est, & sanctificatus à Deo est? Absit istud. Non enim hoc in se quod sanctificatus est odit: sed ea quae sanctificationem consecuta sunt maledicit, profectum scilicet per incrementa corporis in has molestias corpore incolatus. Formatus enim intra matris vuluum, & per virtutem creatoris sui in substantiam animae ad Dei imaginem figuratus: non conceptus, nec figuratiōis suae ortum, sed eum qui ex incrementis accessit profectum editi corporis congemiscit: in quo sibi in malis seculi & infirmitatibus carnis vitijque viuendum sit. Iam tamen conformato in vtero, & in vulua sanctificato, specie in se originis caelestis aeterna nō ambigunt, quin ex Dei significatione post legem mortis huius esset mansurus aeternus: Sed prophetae huius non multum longē alius affectus est, quam Iob atque Hieremias: nō enim incolatum, sed prolongatum incolatum suum queritur. Nam post prolixi huius incolatus sui querelam, cōsequitur ad id quod ait: *Heu me quod incolatus meus prolongatus est.* *habitauit cum habitantibus Cedar.* Cedar enim Iſmahel filius fuit, Genēsi testante. Primitius, inquit, Iſmahel Nabaioth & Cedar, hi sunt nūc Saraceni nūcupati: Qui ergo psalmos istos terreno ingenio intelligendos putant, id volunt ex persona populi captiui prophetam conuestū fuisse, quod in habitaculis Cedar longus ei fuerit incolatus. Sed virtutem verbi non intelligentes, nec prophetam spiritum sentientes, autoritatem nominis ad confirmationem stultae opinionis assumunt: psalmo omnino nihil quod captiuitati populi congruat continente. Cedar enim secundum Hebraicam linguam id est, quod nobiscum pronunciat obscuratio. In hoc enim obscuro tenebrosoque corporum habitaculo, inuisibilis illa animarum nostrarum confirmatio continetur, habetque hūc contagiosi incolatus sui carcerem caelestis naturae captiua generositas. Meminit huius tabernaculi sponsa illa in Canticis canticorum, dicens: *Nigra sum, sed formosa filiae Hierusalem, sicut tabernacula Cedar.* Ex tabernaculi huius obscuritate confessa est se nigram: sed non abnuens quia Christi sponsa sit, se esse formosam. Omnis enim se spondens Christo, in spe iam consistit aeterna. In his nos illuminari tabernaculis Dominus praecipit, dicens: *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si autem lumē quod in te est tenebrae sunt, tenebrae ipsae quantae sunt? Et rursum: Vos filij estis lucis, non filij tenebrarum. Seruauit autem hanc rationem prophe-**

ta, vt cum habitantibus Cedar habitauerit, non in habitationibus. Licet enim sancti in carne viuunt, tamen si habeant arma militiae non carnalia, sed fortia Deo, cohabitabunt tabernaculis Cedar, non inhabitabunt. Peregrinantes enim à corpore vt Dei accolae audient ab Apostolo: *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Sic ergo habitauit, vt cohabitaret habitantibus, ostēdens in eo quem doleat incolatu se esse peregrinum: & quia iniquorum consortium & cohabitationes habitantium in obscuritatibus odisset, quamquam de futuro iam quiesceret, adhuc etiam de praeterito ait: *Multum incolatus fuit anima mea.* In multis scilicet tribulationibus laborum iniquorum & linguae dolosae, ob quas ad Deum proclamauit. Sed cuiusmodi incolatus sibi fuerit ostendit, dicens: *Cum odientibus pacem eram pacificus.* Hoc proprium & dignum prophetae est, similitates & motus naturae alienae voluntatis suae pace cohibere, & insidias quasque animorum ac turbulentas affectiones omni placabilitatis modestia continere. Et haec Dominus docuit, pacificans ipse in semet, quae in caelis & terra sunt: orare pro persequentibus, neminem odisse, amare inimicos. Et Apostolus monet: *Si possibile est in vobis, cum omnibus hominibus pacē habeatis.* Et Dominus hanc veluti praecceptorum summam consignat: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Haec igitur cōseruabit corda nostra in Christo: haec nos patriarchis adaequabit, haec etiam eos qui pacem oderunt, per pacem obsequetes in pace retinebit. Sed prophetae restat & aliud officium: doctrinam scilicet Dei vniuersis constanter ingerere, & verbū vitae aeternae iugiter praedicare. Non immemor quoque huius fuit ministerij. Nam ait: *Cum loquebar illis, impugnant me gratis.* Erat quidem pacificus cum pacis inimicis, sed praedicationem pacis ipsius oderat pacis inimici: & ad doctrinam Dei commouebantur, quos per modeltiam prophetae silentium eius in pace cohibebat: atque ita cum inimicis pacis propheta pacificus est, & praedicare pacem propheta non desinit, sed pacis praedictorem inimici pacis impugnant.

Rom. 8.

Rom. 12.

1. Ioan. 14.

Canticum graduum. Psal. CXX.

Secundum hunc psalmum cānci graduum, aliqui referēdum esse ad personam Domini & saluatoris nostri existimant, aptantes maxime ei dictum hoc: *Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.* Impletam enim hanc prophetiam eo tempore putant, quo in passione Domini sole obscurato nox intercessit. Sed iudicio horum nihil decerpimus. Neque enim sensum intelligentiae huius arguimus, vniuscuiusque arbitrio relinquentes, quid ex his quae aut legerint, aut intellexerint, sequi magis velint. Nos tamen non potuimus sermonem nostrum nisi his quae intelligebamus aptare. *Leuaui oculos meos in montes.* Humanæ mentis natura est, vt si cogitatione aliquid contemplerur, talem se nobis vnaquaque species exhibeat, qualem eam & cogitando formemus. Quoquo enim mentis nostrae oculos intenderimus, id ipsum in quo desixi sunt referunt ad sensum. & vt planius intelligi id quod dictum est possit, afferemus exemplū, si quis hyemis die ver cogitauerit, & ornatū eius lumine mētis inspexerit, oblitterata hyeme in qua sit atque algeat, totum ei in sensu suo verū cū habitu suo ornatūque consistet: aded mentis

DIVI HILARII IN

296

Psal. 118.
Psal. 118.

oculi oculis corporis præstant, vt incunte in nos obliuione præsentium, totos nos obtineat quidam quasi animo præsumptus vsus absentium. Hoc igitur quod spectet mox videbimus. Leuat in montes propheta oculos, quòsnam oculos? nempe de quibus scriptum est: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et rursum: Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Nunquid non isti oculi nostri corporali lumine ad contemplandum accensi sunt? nunquid non naturam videndi sortiti sunt? quæ illuminatio & reuelatio erit necessaria? deinde quæ visuri mirabilia in lege? Nisi forte in casis festa frondium, in templo pedum sanguinem, in pascha agni victimam, in summa religione sabbati ocium, & vt puto fieri hæc ab his qui spectatores aderant videbantur. Non ergo ad id reuelandi sunt oculi quod cernebatur, sed ad id quod intelligi optabatur in lege. Mentis ergo oculos propheta eleuauit in montes. quòsnam montes? non vtique in hos lucis atque aris profanatos, & conuentibus impios, neque in illos syluis horridos, faxis nudos, præruptis iniuis, niuis concretos. Quid enim in his aut admirationis aut spei situm est? Sed montes accipimus propheticos libros ex terra in altu eleuatos, per quos fit in superiora conscensus, & gradus in æterna. Poterimus autem & montes existimare angelica ministeria & cælorum virtutes & potestates, quarum ministerio nobis in sublimia præstatur ascensus. Si enim secūdam Daniele Dominus ipse mons magnus est, non ambigendum est, montes eos nuncupari qui præcepti eius & voluntatis & communicandæ in nos beatitudinis sunt ministri. In hos igitur montes propheta oculos cordis leuans, horumque intra se omnium monita, ministeria, officia, dona contemplans, & in his intelligentiæ suæ lumen intendens, reddidit sensui suo contemplatæ speciei integram perfectamque naturam, & totum id quod cogitatione viderat, mente cōtinuit, sciens vnde ei venturum esset auxilium dicens: *Vnde veniet auxilium mihi.* Statimque sibi beata confessione respondit: *Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.* Ad montes quidem oculi leuantur, quia per eos est doctrinæ ministerium profectus accessus. Sed cum confitendum sit vnde veniat auxilium: Auxilium meum à Domino est qui fecit cælum & terram. Hæc felix fides est, hæc vera confessio, hæc spes æternæ & cælestis benedictionis digna muneribus. Deniq; quia omnis prophetia in spiritu est, statim beatam hæc eius confessionem ad personam prophetæ sancti Spiritus consecuta benedictio est. *Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.* Sensus ipse significat conuersionem factam esse personæ. Ad eum qui superius locutus est, sermo conuersus est: Non det in commotionem, quis? nempe qui fecit cælum & terram. Pedem tuum. Cuius? quærimus. Nempe eius qui leuauit oculos in montes, & qui cōfessus est, quod auxilium esset à Domino. Sed & illud, non det, optantis & benedictis affectus est. Et quis optauit? Ille vtique optauit, qui in nobis est, præter Deum alius aduocatus, de quo ait: Et alium aduocatū mitto vobis: qui & loquitur in prophetis. Quid ergo aduocatus hic loquitur? Confessorem vtique huius fidei & spei benedicit: Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te. Sed vtraque hæc indigna Deo sunt, vt & commotioni tradat & dormitet: & post custodiæ vigiliam ex quadam laboris continuatione requiescat. Sed antequam id attingamus, quid in pede significationis sit, tractandum est. Pes est pars corpo-

ris, omne corpus in res efficiendas agendæque circumferens. & quia scriptura per corporalia docet, & inuisibilia demonstrat: sub pedis nomine motus metis nostræ incessūque significatur, vt in hoc eodē propheta: Mei autem paulominus moti sunt pedes, vtique hi semper carnales mouentur in corpore. Aut quomodo periculi res est, quod penè sint moti: quorum vt semper moueantur proprium officium est? Sed & in Euāgelij Dominus pedes alios significas, dextrū scandalizantem iussit abscindi, dicens: Et si pes tuus dexter scandalizat te, abscinde eum. Nunquid si in pede dextero scandalum est, minus scandalizabit sinister? Aut quid illa pars corporis potest tentationis afferre, cum ipsa absque aliquo appetitionis affectu solum in se habeat ministerium necessariæ seruitutis? Ergo vt oculi mentis, ita & pedes intelligendi sunt, habentes in se & intelligentiæ visum, & voluntatis motionem. Non est autem intelligendum quod idem ista benedictio sit, Non det in commotionem pedem tuum, tanquam aliquos. Deus tradat in vitia, vel aliter in quæ pedibus corruptæ mentis inuehimur. Non ille nos tradit, sed cum ab eo abscedimus cōsequitur. Nam cum pedibus corruptæ mentis inuehimur, non ille nos tradit, sed nos ab eo per peccata desciscimus: & cum in peccatorib; ipse non habet, descensionem nostram ab eo cōsequitur: & abscessio eius à nobis, quæ nos ab eo per peccata desciscimus, descendentem eum à nobis: in omnes delictorum foueas incidimus, & per amplissimam mortis viam currimus, dominatui dæmonum subditi, quibus nos Deus à nobis abscessio derelinquit, Et desolatio eius idcirco traditio est, quia peccatores obtinere diabolum nisi à Deo ab his descendente non poterit. Cæterum nobis penes eum manentibus, vel eo in nobis manente, per uigil custodiæ est, & indefessa munio. Verum si per teporem fidei dormiamus, nunquid dormit & ipse nobiscum? Nequaquam. Non enim in æterna virtute somnus aut requies est, cuius angeli, & nomine & natura vigilantes sunt: hæc enim sunt terrenis corporibus necessaria: sed quia secundum fidem nostram aut vigiliam, aut dormiet: idcirco Dominus frequenter & vigilans significatur & dormiens. Quo exemplo illud in hoc eodem propheta dictum est: Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso subuerteris. Nūquid Deus non semper sanctus est, vt etiam aliquando peruersus sit? Non vtique. Non enim quicquam nisi bonum in eo & æternum est: sed quia secundum vniuersumque mores ac studium vnicuique; Deus adiacet, idcirco peruersus auersus, & sanctus sanctus est. Atque vt ostenderet ex nostra potius ad fidem dormitione somnū esse custodiæ, neque in naturam custodiæ cælestis somni requiem cōuenire, quia indefessa sit & æterna, statim conuenit: *Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.* Imprecatur superius ne dormitaret, nunc neque dormitare neque dormire ait, dormitionem superius ex nostra ab eo descensione significans: nunc autem neque dormitare, neque dormire, quia sit æternitas indefessa demonstrans. Sed quis hic est, qui neq; dormit, neq; dormitat? Ille scilicet qui custodit Israel. Liber Genesis exponit eum esse qui Deum viderit. Iacob autem patriarcha post luctam, quam cum Deo habuerat, hoc nomen accepit: vltra humanam naturā Deum contuens fidei suæ oculis, dignus hoc nomine est. Deum autem ad eum vidit, vt benedici se ab eo precaretur. Meminit & Paulus esse nunc in plebe gentiū, id est in populo ecclesiæ, dicens: Pax super eum & super Israel

Israel Dei, ne forte nomen hoc antiquæ tantum illius A plebis fuisse existimaretur. Ergo & si ille non dormit qui custodit Israel, & proprium nomē Israel est, Deū vidētis: ille necesse est custodiatur, qui leuatis ad montes oculis vidit & dixit: Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram. Impeditur ergo fidei huic cælestis custodia, & æternæ vigiliæ munitionem confessio ista sortitur: quæ perfectè sectanda, obtinenda, retinenda est, nunquam custodia eius in nos quem sic conhibebimur, dormiente. Ac ne alicuius alterius infomni custodiam demonstrari existimarem, subicitur: *Dominus custodiet te.* Ille vtique, qui fecit cælum & terram. Dehinc custodia ipsius ratio distincta est. *Dominus protectio tua super manum dexteræ tuæ.* Tam & superius diximus, per ea quæ corporalia sunt, significari in corporalia. Infirmitas enim intelligentiæ nostræ cōsequi inuisibilia non potest, nisi per visibilitū cōparationē vt: nunc id quod dicitur, sensum nostrum nisi per nomē manus & dexteræ non adit. Quamquā hic cōtra naturæ intelligentiæ manus dexteræ posita sit. Sic enim dicitur: Dominus protectio tua super manū dexteræ tuæ. Absoluta res esset si ita dictū esset: Super manū dexteræ tuæ. At verò cum ita dicatur: Super manū dexteræ tuæ, significari videtur dextera, habens manū & dexteram & sinistram. Hoc non recipit, nec natura hominis, nec sensus. Verū semper scriptura dexteram partem optimam atque vtilissimam demonstrat. Et quidem euangelia per eos qui à dextera & à sinistra sunt, significantiam intelligentiæ vtiusque monstrant. Manum verò effectum omnis operis accipimus. Vnde illud etiam ab hoc eodem propheta sic dictum est: Libera me de ore leonem, & de manu canis vnicam meam. Neque enim in animal oblatrans & rabidum pars hæc corporis cōueniebat, sed ab operibus se maliciæ liberari deprecatur. Ergo quia aduersantes nobis dæmonum virtutes, optima & validissima fidei nostræ opera debilitare & conuulnere cōtendunt, idcirco super manum dexteræ custodia Dei vigilatura promittitur: vt illibata in nobis bonæ voluntatis opera perseuerent, quibus manentibus æterni illius & beati temporis regno absterfa omni infirmitate corporea mancipemur. Nā id nobis in eo quod sequitur prophetia pollicetur, dicens: *Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.* Elementorum horū natura hanc in se efficientiam habet, vt vnumquodque eorum in suo tempore humanorum corporū vires per demutationē imbecillæ in nobis substantiæ infirmitet, vt sol calor, luna frigore adurat: fitque per anni cursum talis eorum conuersio, vt hyberno tempore sol non adurat luna adurente, sed soluat: luna auertente se sole vratur: rursumque æstiu mensibus sol vratur, & luna dissoluat. Qui itaque hæc putant corporaliter intelligenda: quæro quid asserant prophetam ei qui in montes oculos suos leuauerit polliceri in eo, quod dicitur: *Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.* Non enim manente natura corporis nostri, natura quoque elementorum demutabilis fiet: ut non naturæ suæ in naturam nostram consuetudine perseuerent. Aut nunquid quisquam audebit hæc sibi in hoc seculo firmitatem corporis sperare, ne aduri nocte ac die possit: beato patriarcha Iacob perustum se noctis frigore & calore diei conquerente, cū dicit: Et fui diei perustus calore, & gelu noctis? Sed propheta nunc, vel spiritus per prophetam nouit illam beatitudinem temporum, in qua à nobis omnis demutatio corporæ infirmitatis abscedet: in qua non frigus, non calor, non nox &

demutatio, sed æterna dies & beata temperies sit, infirmitas in nos sole dominante. Cuius temporis requiē iam in deserto Dominus præformans, populo suo diurnū calorem columna nubis, & nocturnum frigus ac tenebras columna ignis temperabat. In hac igitur æterna temporum & beata temperie, quisquis Domini custodiam promeruerit permanebit, ne natura corporis gelu luna, & calore solis vratur: sed fecit huius malis & iniurijs liberatus, in æternis & beatis & temperatis quiescens, glorificati corporis sui sumat solidam inde mutabilemque naturam. Sequitur deinde: *Dominus custodiet te ab omni malo.* Et à quibus malis custodiet Dominus? Non opinor ab his quæ putantur: hæc enim sunt infirmitati nostræ & corpori debita, mori, infirmari, egere: quæ si mala essent, & Abel viueret, nec Iob cruciatus esset, nec Petrus pecunia quæ in elemosynam poscebatur eguisset. Ergo enim nunc sunt ab omni malo Dominus custodit: id est, ne eam diaboli tinea corrumpat, ne fur obrepat, ne canis oblatret, ne lupus laceret, ne visus defæuiat, ne pardus infiliet, ne tigris aduollet, ne leo vastet. Hæc enim nunc sunt diaboli ministeria, hæc omnia eius in tēpore seculi huius officia sunt: vitijs consumere, blandimentis subreperere, obtreccationibus lacerare, ambitione insillire, lasciujs allicere, & totā virtutis suæ potestate vastare. Ab hoc igitur omni malo Dei expectanda custodia. Et quia in animam maximè sæuiat, nam debitū nobis est, vt aduersus eum pugnemus in corpore, non est enim nisi ex concertatione victoria, idcirco subsequitur: *Custodiat animam tuam Dominus.* Ne quid tot tantisque malis superius memoratis in eā sit potestatis. Termit autem propheticus sermo ordinem suum dicens: *Dominus custodiet introitum tuum, & exitum tuum ex hoc & usque in seculum.* Non enim temporis huius & seculi est ista custodia, non aduri sole atque luna, & ab omni malo conseruari, sed futuri boni expectatio est, cum exeuntes de corpore ad introitū illum regni cælestis, per custodiam Domini fideles omnes referuabuntur, in sinu scilicet interim Abraham collocati: quod adire impios interiectum chaos inhihet, quousque introeundi rursum in regnum cælorum tempus adueniat. Custodit ergo Dominus exitum: dum de corpore exeuntes, secreti ab impijs interiecto chao quiescunt. Custodit & introitum, dum nos in æternū illud & beatum regnum introducit. Ipse est enim qui ait: *Ioh. 10. Ego sum ianua. Et, Nemo vadit ad patrem nisi per me: Ioh. 14. id est Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.*

Canticum graduum. Psalmus CXXI.



Vi spei cælestis desiderio detinetur, nihil obscuritatis in psalmo habebit. Ex suo enim sensu intelligentiam prophetiæ magniloquentiæ consequetur. Namque cum se meminert scriptum Dei cōhæredem, & confortē æternorum bonorum & similem angelis ex resurrectione renouandum, & corruptione deposita in gloriā Dei ac Domini nostri Iesu Christi corporis cōformandū, futurūque incolam cælestis ciuitatis viuus lapidibus extructæ, de qua scriptum est in Euangelio, cum Dominus iurare per cælum inhiuisset, adiecit dicens: Neque per Hierosolymam, quia ciuitas est regis magni: non vtique eam significans quæ prophetas occidit & lapidauit, sed eam cuius beatus apostolus Paulus ita meminit, Vos estis ciues sanctorū & domestici Dei

Matt. 5.

Eph. 2.

Gen. 31.

Gal. 6.

super edificati super fundamentum apostolorum & prophetarum: cumque legerit ea quae nunc sunt ex parte esse; nosque per speculum interim & in aenigmate videres: perfectio autem veniente, ea quae nunc pro parte sunt destruenda, & facie ad faciem tanquam corpora: li visu ea quae nobis nunc sunt invisibilia contemplatos, ubi non aegritudo, non mors, non aestiva, non terror sit. Haec enim si quis adnuntiata ab angelis, praeformata in lege, exposita a prophetis, a Domino exemplis representata, praedicata ab apostolis, ipse sibi haec eadem per fidem possibiliter cognoverit: praecclamabit necesse est exemplo prophetarum: *Latus sum in his quae dicta sunt mihi.*) Sed quae sunt illa quae dicta sunt, ex quibus laetitia suscepta est? Nempe id quod sequitur: *In domum Domini ibimus.*) Hinc gaudetur, hinc exultatur, quia haec quae dicta sunt, quod eundem in domum Domini sit. Domus Domini quae fit psalmo altero docuit dicere: Quoniam elegit Dominus Sion, praelegit eam in habitationem sibi. Haec requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Non utique ut diximus hanc terrenam & caducam & poenas luentem impietatis suae, sed illam liberam & caelestem Hierusalem, quae eadem & Sion est: per cuius incolatum, quia domus Dei est, nos quoque quae sanctorum, & domesticorum Dei sumus. Hinc ergo laetitia est, quod dictum sit in domum Domini nos ituros. Sed qui ista dixerint, ne forte ignorent, neque a domo eadem in quam nos ituros nuncient peregrinentur, sed dicant: *Stantes erant pedes nostri in atrijs Hierusalem.*) Non incerta nunciant, non cognita pollicentur, hanc domum desiderabilem & dilectam a multis agnouimus. Nam dicit scriptura: Vnam petij a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnes dies vitae meae. Ut videam delectationes Domini, & visitem templum eius. Et rursum: Domine dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae. Haec domus desiderabilis, hic auditus laetabilis, fundamento duodecim vituarum gemmarum esse viuos lapides extructos, excisos primum ad opus aedificationis a Mose in lege, a prophetis in passionibus suis, a Domino in corpore, ab apostolis in martyriis, a sancto Spiritu in virtutibus. Hi aedificatores, haec aedificia, haec ciuitas. Hinc stantes pedes in eius atrijs, scilicet quibus oblatae sunt claves domus huius. Dicitur enim: Vobis dabo claves regni caelorum. Speciem domus ignorantibus nunciantes beati pedes, & a propheta merito laudati: *Qua pulchri pedes euangelizantium pacem.* Ac ne conuenire quicquam horum in eam Hierusalem quae terrena fuit existimaretur, id consecutum est: *Hierusalem quae aedificatur ut ciuitas.*) Non ciuitas, sed ut ciuitas: quia illa terrena ciuitatis aedificatio, & templi extructio, & tabernaculi institutio, speciem illius aeternae & caelestis ciuitatis praefigurabat. Et quia in omne tempus & usque ad seculi consummationem, & per omnium generationum aetatem aedificatio caelestis huius ciuitatis explenda est, ideo eam aedificari sine temporis definitione significat, dicens: *Aedificatur ut ciuitas: donec ut Apostolus ait, intret plenitudo gentium, & tunc reliquiae Israel saluae fiant.* Sed quia vnum ecclesiae corpus est, non quadam corporum confusione permixtum, neque singulis in indistinctum acervum, & informem cumulum vnitas: sed per fidei vnitatem, per charitatis societatem, per operum voluntatisque concordiam, per sacramenti vnum in omnibus donum vnum omnes sumus: in quod nos hortatur Paulus dicens: Obsecro vos fratres, ut id ipsum sapiatis omnes eandem charita-

Psal. 131.

Psal. 28.

Psal. 25.

Matth. 16.

Esaias 52.

1. Cor. 1.

tem exercentes. Et cum fuerit, ut scriptum est: *Erat autem omnium qui credebant cor & anima vna: tunc erimus ciuitas Dei, tunc sancta Hierusalem, quia Hierusalem aedificatur ut ciuitas. Cuius participatio eius in idipsum.*) Dissidentes autem a coetu sanctorum & se ab ecclesiae corpore peccatis praecipitantibus separantes participationem sanctae istius domus non habent: quia participatio huius ciuitatis in idipsum est. Ex consortio enim perfecta ciuitatis vnanimis non possunt participationem in diuerso habere, sed in idipsum. Omnes igitur qui vnum erunt, in ea erunt. Et testis est psalmus. Ait namque: *Illuc ascenderunt tribus, tribus.*) Non vna, sed plures. Sed forte sine vlla exceptione ab vniuersis aedificanda videbitur ciuitas, quod in tribubus cognominatis nulla fiat exceptio, eritque populis Dei nescientibus in hanc domum comunis ingressus. Sed intelligi illud scriptura non patitur, adiciens ad id quod dixerat: *Illuc ascenderunt tribus, tribus Domini testimonium Israel.*) Sunt enim qui non sunt Domini, quibus dictum est: *Vos de diabolo estis.* Et rursum, *Abite a me maledicti in praeparatum ignem diabolo & angelis eius.* Tribus ergo quae erunt Domini, ascendent. Sed forte sibi Israel hoc esse debent vendicabit, id est qui secundum literam, & non secundum spiritum: qui carnalis, & non caelestis, qui crucifigens Dominum, non qui adorans est: sed qui ab hac spe repulsus est. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini testimonium Israel. Non tribus Israel in testimonium gentium, sed tribus Domini in testimonium Israel. Tribus enim Domini sumus, & in domum Dei Iacob introibimus, & annuntiabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea. Tribus enim Domini dixerunt: *Venite ascendamus ad montem Domini, & in domum Dei Iacob: & annuntiabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea.* Ex Sion enim prodiet lex, & verbum Domini ex Hierusalem. Ex Hierusalem enim exiens verbum Domini, venit ad gentes. Haec introeunt in sanctam ciuitatem, in testimonium Israel. In quod tandem testimonium? *Ad confitendum, inquit, nomini Domini.*) Tribus enim Domini nomen Domini consistuntur. Hoc autem est testimonium, ille Israel a Domino Pharaone vindicatus, in mari ablatus, in deserto angelorum cibo pastus, in lege eruditus, in prophetis obiurgatus, in natiuitate a Domino per confortium corporis susceptus, in cruce si crederet saluatus, in resurrectione si confiteretur glorificatus: nihil horum suum credidit, nihil horum manere suum voluit. Habens manna, cucumeres Aegypti desiderauit. Legem autem a Deo expectans, vitulum adorauit. Prophetas audiens occidit. Virginis partum prophetatum sibi infamauit. Deum in carne non credidit, peccati remissorem falsi peccati reum arguit: emit ad mortem, in crucem sustulit. Testes resurrectionis ad silentium corrupti: Apostolos morte interfecit. In hoc scelere sui testimonium, tribus Domini ascendunt. Illi promissum est, haec obtinent. Illius testimonium, sed harum haereditas est. Hunc eius cruciatum Deum suum tribus consistuntur. In hoc itaque testimonio agnoscit Israel quem compunxit: & ab accessu eius inhihetur, quem surrexisse non credidit. Hunc archangeli adorant, huic omnes virtutes caelestes ministrant, hic tribus suas conformes gloriae corporis sui praestat. Consistentur ergo nomen Domini, quia Deus est, quia filius vnigenitus ingeniti est. In hoc itaque testimonium Israel, in domum Domini tribus Domini ascendunt consistentes nomen Domini. Sed confessio ista iudicium est. Iudicatur enim per

Act. 4.

Ioan. 8.

Matth. 25.

Esaias 2.

Gen. 27.

Psal. 4.

Matth. 19.

eos

eos quibus dictum est: *Sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.* Non solum hi iudicabunt, sed & regina austru condempnabit, & Ninuizae condempnabunt, quia hi penitentiam propter Ionae praedicationem egerunt, & illa ex vltimis terrae partibus venit audire sapientiam Salomonis. In quibus ecclesiae praefiguratio est, quia peregrina & incognita, & penitentiae credidit, & sapientiam desiderauit audire. Haec igitur sedes iudicij erit, ubi in testimonium Israel tribus Domini ascenderunt ad nomen Domini consistendum, in ecclesiam vtique, sanctorum lapidum ciuitatem, quae domus Domini est. Ait enim: *Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David.*) Dauid nunc quoque sicut in caeteris locis Domini nomen ex corpore est. Scriptura enim vbicumque mentionem assumendi corporis facit, Dauid eum solita est nuncupare, nomen ei ex parente carnis assumens. Non est autem ex eo perturbatio intelligentiae suscipienda, quod quaedam ex praeterito prophetae locuti sunt: iam enim de hoc eodem in plurimis locis rationem & frequenter edidimus. Deo namque complectenti in se omnia, futura pro factis sunt. Et eius tam fidelis praescientia est, ut quae nondum gesta sunt, tamen ab eo iam perfecta & pro praeteritis habeantur & gestis. Denique statim res se futuri temporis loqui prophetae demonstrat. Nam cum tanquam de praeterito commemorasset ascendisse illic tribus Domini, & sedisse super sedes domus David: nunc iam velut publicae doctrinae & admonitionis affectu, commouit in futurum, dicens: *Rogate quae ad pacem sunt Hierusalem.*) Ut praescientiam fidei in his quae gesta dixisset ostenderet, conseruaret verò temporum ordinem in gerendis. Extructio itaque eius in pace est, & participatio in idipsum est, & vnus mentis & fidei & charitatis domus illa est. Discenda est ergo doctrina pacis. Nunc enim rogare non orandi, sed interrogandi secundum proprietatem graecitatis est sermo. Sed pacem discere in voluntate est audientium. Cum enim de pace eius interrogauerit, tunc laetabuntur dici sibi, In domum Domini ibimus. Neque enim interrogandi pacis fructus exiguus est, quia id sequitur: *Ex abundantia diligentibus.*) Perfectos fructus dilectio pacis expectat, & abundantem felicitium prouentum copiam sperat. Quod ipsum benedictio in Iacob ad spem fidelium praeformata significat: benedictus enim ita est fratris benedictionibus occupatis: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni quem benedixit Dominus.* Ager plenus & fertilis, reddens centesimum fructum: Hinc aeternis copijs abundabit. Et nunc quidem interim beatis fructibus abundamus: quos nobis in spem fructuum aeternorum ecclesiae sacramentum & pacis vnitas subministrat. Hoc autem sacramentum spei communis corporalium & communium rerum nominibus ostensum est, quod scientes intelligent. Namque abundantiae huius & copiae idem propheta psalmo altero meminit, dicens: *Dedisti laetitiam in corde meo a tempore frumenti & vini & olei sui multiplicati sunt in idipsum.* Haec igitur abundantia est in idipsum. Per hanc enim pacis & sacramentorum abundantiam, beata illa pax & indeficiens & aeterna bonorum caelestium abundantia praeparatur. Dehinc sequitur: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis grauius.*) Pax atque virtus domus huius connexa sibi sunt. Posse enim aliquid nisi ex pace non poterit, quia participatio eius in idipsum est: in idipsum autem esse pax sola consequitur. Perfecta verò ac pacata virtus eorum est, qui congregantur in idipsum, & idcirco ait:

*Fiat pax in virtutibus tuis. Ciuitatem autem necesse est diuerso aedificiorum genere consistere. Non enim omnis est murus, porta. Rurfus neque omnis platea, porticus, tabernae, neque domus, forum, templum, palatium: sed & differentibus inter se domorum magnificentissis differunt quaeque cohabitantium dignitates. In omni verò genere ciuitatis nihil neque firmius, neque vtilius, neque celsius turribus est. Solita verò scriptura est grauius pro firmis & immobilibus nuncupare, sicuti ait: In populo grauius laudabo te. Nunc quoque cum de pace virtutis memorasset, abundantiam beatitudinis perfectae & aeternae ciuitatis huius principibus tanquam firmis & grauius deputauit, dicens: Et abundantia in turribus tuis grauius. Superius dixerat: Et abundantia diligentibus te. Non ergo omnium est abundantia, sed diligentium Deum. Inde adiectum, *Fiat pax in virtute tua.* Pax enim ecclesiae & vnitas, virtutem nobis firmitatemque praestat. Vnde illud apostoli: *Et pax Dei quae exuperat omnem sensum prudentiae custodiat corda vestra in Christo Iesu.* Nunc quoque hanc abundantiam quam diligentibus sponderat, propria esse grauius turrium commemorat: eos graues turres significans esse quicquidque diligenter. Per quod intelligendum est abundantiam hanc non promissum esse, nec totius admodum ciuitatis: sed eorum tantum fidelium & sanctorum virorum, qui caeterae ciuitatis huius aedificationi tanquam turrium firmitatem praestiterint. Sequitur deinde prophetae magnus affectus & in omnem hominem credentem sollicitudo pia ammonitionis. Ait enim: *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te, propter domum Domini mei quae sit bona tibi.*) Multitudinem in fratribus suis proximisque huius significat ciuitatis, propter quos pacem de ea locutus est: ut audientes seipsos in aedificium consummandae huius ciuitatis aptarent. Sed qui pacem propter fratres & propinquos suos de ea loquitur, ciuitati eadem propter domum Dei bona quaerit, dicens: *Propter domum Domini mei quae sit bona tibi.* Ciuitati ergo bona propter domum Domini quaesita sunt. Discernens enim gloriam domus Dei a ciuitatis vniuersitate, quia necesse est ornatum domus regiae aedificationi ciuitatis totius anteferri: quaesitum eidem ciuitati bona. Primum enim fratres & propinqui eius, per praedicationem pacis facti sunt Domini ciuitas. Secundo verò ciuitas ipsa iam ex propinquis eius & fratribus constituta: audiens dignitatem domus Dei, domum Dei ipsa se praeparauit. Ac sic ciuitati huic quaesita sunt bona, dum ex ciuitate Domini in domum Dei proficit: secundum illud apostoli, *Vos estis templum Dei, & spiritus Domini habitat in vobis.* Fidelis enim est qui ait, *Pater pro his te rogo, ut omnes vnum simus, ego in illis, & tu in me: Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.**

Psal. 34.

Ev. v. 27.

Philip. 4.

Canticum graduum. Psal. CXXII.



Efficitur rebus quod titulo praescriptum est: gradibus enim canticum tanquam de humilibus ad excessum ascenditur. Namque in primo canticum graduum ad Dominum de tribulatione clamatum est. Postea leuati oculi in montes sunt, & quaesitum vnde veniret auxilium. Dehinc quia leuanti oculos, & vnde auxilium veniat quaerenti adest doctrinae propheticae institutio: in his quae sibi sunt dicta laetatus est. Nunc verò quia usque ad id quod doctrina instituebat accessum est: de quodam quasi pro-

secus sui gradu cantat propheta: *Ad te leuui oculos meos qui habitas in caelo.* Incrementis competentibus contemplandi Dei usus, tanquam post multam cecitatem, per modica & dimensa admittit sibi lucis interualla, consuetudini totius luminis preparatur. Deus enim qui primum in tribulatione inuocatus est, quaerit a prophetis, eosque prophetiae laetificauit auditus: etiam nunc oculis mentis per fidei fiduciam contemplandus est, habitans in caelo. Sed caelum hoc quod visibus nostris per materiam sui subiaceret, quod tanquam fumus solidatum, firmamenti & naturam & nomē accepit, praeteribit & non erit: sedes autem Domini manet in aeternum. Necessē est verō ut habitatio habitatore suo digna sit, & si corruptibili loco id quod infinitum & incorruptibile est concludamus, & si Deum in caelo hoc habitare credimus. Quæramus ergo quæ habitatio Dei sit. Nepe is qui dixit: Pater enim in me, & ego in patre. Et rursum: Ego & pater vnum sumus. Et de quo dictum est: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: digno & sufficiente filio, in quo pater per eandem naturam habitet virtutem. Pater autem filium quem ex se genuit, non separat à se differentia diuinitatis. Sed non nunc de inseparabili virtute patris & filij sermo est. Deus enim ex Deo genitus non abest per naturam ab eo ex quo genitus confitendus est: & Deus innascibilis vngentum Deum gignens manet in illo quem genuit proprietate generandi. Omnis autem spes in eo nostra est, ut vngentum Deum nouerimus. Nam de innascibili Deo, nemo tam amens est, qui caelum contuens Deum esse non sentiat. In hoc ergo caelo Deus inhabitat digno maiestatis suae & diuinitatis habitaculo. Sed est & alia complacita Deo & electa habitatio, eorum scilicet, de quibus dictum est: Habitabo in his & deambulabo in ipsis, & ipsi mihi erunt in populum, & ego illis in Deum. De quibus & Apostolus ait: Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Idem quoque Apostolus ait: Qualis de limo, tales & de limo: & qualis caelestis, tales & caelestes. Caelestis ergo est secundus Adam, & idcirco caelestis, quia verbum caro factum est, ex spiritu scilicet & Deo homo natus est. In hoc ergo verbo non inani sono vocis, sed in Deo verbo: neque in dissidenti à se diuersaque substantia, sed in Dei verbo tanquam in caelo habitat. In eo scilicet utique, quod ex se ac suum est manens per eum, in eis quoque qui caelestes sunt habitans, sicut ipse ad patrem ait: Ut omnes vnum sint, sicut ego in illis, & tu in me. Ergo si qui in Adā limus fuimus, nunc caelestes sumus in Christo, & Christus habitator est nostri, per habitantem Christum in nobis etiam ille quoque habitator est nostri, cui est habitans in nobis Christus habitatio. Et quia secundum corporalem intelligentiam ille nobis subest sensus, ut caelum quod ultra firmamenti huius naturam est Deus inhabitare existimetur: non excludamus publicā illam de sede Dei opinionem, ut ei caelum caeli thronus sit, sed illam dignam Deo habitationem in caelesti Adam suo significatam esse credentes. Etiam hoc ergo caelum habitare Deus noscendus est, per eum quoque inhabitans quos in eo constituit esse caelestes. Oportet autem eos qui ad Dominum oculos mentis erexerint, non retorquere eos atque deflectere: quia ut in euangelis dictum est, Nemo retrō respiciens & aratrum tenens aptus est regno caelorum. Relinquentes enim templa, aras, cupiditates, lasciuias, & omne vitiorum profundum: conuenit indefesso obtutu inuictōque persistere. Si enim gentes errore suo caecae indemutabili

Io. 1. 14.
Io. 1. 10.
2. Cor. 5.

Leuit. 26.
2. Cor. 6.
1. Cor. 15.

Io. 1. 17.

Luc. 9.

pertinacia falsis religionibus detinentur, ita ut reflecti à superstitionibus suis veri ratione non possint, diuersis diis ut vocant perseuerante stulticia seruientes: & si anima peccantium capta vitiorum illecebris, deuotissime seruit tanquam imperanti sibi corpori: quanto nos magis conuenit Deum conditorem caeli & terrae cognoscentes, qui ut potes fuerit ex terra inanima animare hominem, ita & potens sit hominem, qui iam animatus occiderit, in aeternitatis confortium excitare, sine deflexu aliquo ac deua religione venerari, neque quoquam intentae fidei pertinaciam deflectere? Et docet propheta hos mentis suae oculos indemutabili ad Deum esse semper obtutu, dicens: *Ece sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Et sicut oculi ancilla in manibus domine suae, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nobis.* Exempli comparationem propheta posuit, ut sicut in manibus dominorum oculi seruorum sunt, ita ad Deū fidei oculi illi intenti sint quia fidelis seruus ad omnem obedientiam voluntatis dominicae sollicitus sit, in deflexōque oculos semper intēdat. Sed si de seruis ac dominis corporalibus sermo esset, dictum ita fuerat, oculos seruorum in oculis vel in lingua vel in conspectu esse dominorū. Aut nutu enim his iubetur, aut ore. Sed manus pro operibus frequenter scriptura significat. Sunt autem qui neque hominum, neque Dei serui sunt, sed serui sunt peccati, Domino dicente: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Hi ergo serui harum spiritualium nequitiarum in caelestibus, in opera eorum tanquam in manus dominorum suorum oculis mentis suae semper intenti sunt: vitiorum in id desiderio atque admiratione defixi. Sunt autem haec diabolica, id est, deorum gentilium opera, quae significantur in manibus: venter, ocium, luxus, libido, superbia, auaritia, ambitio. In hac ergo voluptatū quarum dominatui subiacent opera spectantes sensus sui oculis intendunt, quibus dii plures sunt & numerosi Domini: prout vniuscuiusque studium & natura autorem sibi religionis elegerit. Nobis autem vnus Deus est, Non tamen per vnionem Dei, Domini nostri Iesu Christi, ei quod Deus est abnegantes: sed sequentes legem & prophetas & euangelia & apostolos diuinitatis vnitate in innascibili Deo & vngentito Deo secundum proprietatem atque naturam cum fide & veritate profitemur. Nusquam enim genere plurali, nec Deos, neque Dominos sermo propheticus nuncupauit: sed vnum quemque suo ordine. Genesis naq; ait: Et pluit sulphur & igne Dominus à Domino. Et propheta: Vixit te Deo, Deo tuus. Et rursum: Dixit Dñs Domino meo. Et euangelia: Et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et Apostolus: Vnus Deus ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus per quem omnia, & nos in ipsum. Et rursum: Ex quibus Christus qui est super omnia benedictus. Hoc ergo propter Dominum dictum est: ut intelligeremus per id quod vnus innascibilis Deus est, non adimi vngentito Deo posse quod Deus est. Deus enim vterque vnus est, non quod vnus diuisus in duos sit, aut vterque ipse sit, ut nuncupatio sola fecerit patrem & filium, non natura gignendi: sed idcirco Deus vnus, quia neque duo innascibiles, neque vngentiti duo, sed vnus ex vno, & ambo vnum, non dissimili scilicet aut differente à se substantia diuinitatis in vtroque. Sequitur deinde: *Et sicut oculi ancilla in manibus domine suae.* Tenuit verō eundem propheta ordinem, ut in comparationis exemplum ancillae quoque oculos in manus dominae esse commemoraret intentos: ut in operum

Io. 8.

Gen. 19.

Io. 1.
2. Cor. 8.
Rom. 9.

operum potius efficientia haec desideria seruorū doceret intenta. Sed cum plures serui plurium dominorum sint positi in exemplum, quaerendum cur ancilla vna vnus commemorata sit domine. Plures enim serui ut superius diximus, plurimorum sunt dominorum, nunc ergo vna ancilla & vna domina: quia natura vna est anima humanae, sicuti & terranae carnis vna natura est. Et quia nunc de peccatoribus qui peccati serui sunt, sermo est: haec ancilla anima carni dominae suae dedita est, & per corporalium vitiorum blandimenta subiecta est, habetque inferioris sui per illecebrarum fomenta dominatum fructus operum eius inspiciens. Ergo ut hos seruos et hanc ancillam indemutabiles vitia sua detinent, ut in his quadam religioe stultitiae suae intentione persistant: ita fidem esse oportere, quae non temporaria ac mobilis sit, neque emissis tentationibus defatigetur, sed vsque ad consummationem misericordiae Dei immobilis & indemutata permaneat. Et idcirco propheta pertinaciam suae spei vsque ad finem accipiendae misericordiae demonstrat, dicens: *Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nobis.* Non definit, non abilit, tardat licet ad tentationem fidei misericordiam suam Dominus: quia fides constantem praestare debet fiduciae suae expectationē, ut desperatio omnis dissidentiae confessio sit. Sed propheta non incertus est misericordiae Dei: Nam oculi eius in eum, quoadusque misereatur intenti sunt. Intenti autem adeo, ut intentioni eorum oratio geminata subiecta sit. Ait enim post haec: *Misere nobis Domine, misere nobis.* Et intentus est, & intentus orat: ea scilicet perseuerantia, qua vitiorum serui in dominantibus sibi vicis demorantur, illa certissima bonorum aeternorū spe, & perfectae in se misericordiae fiducia perseuerat. Sequitur verō, ut saepenumero cognouimus, hanc fidelium spem grauis iniquorum obrectatio, & molesta malignorum infectio. Iustitiam enim à nobis praedicari, iniquus odit. Pudicitiam si laudamus, impudicus offenditur. Execratur in nobis ieiuna ebrietas. At verō cum ad liberalitatem cohortamur, insipientiam nostram auarus accusat. Cum Christum Deum praedicamus crucifixum, religionem Iudaeus & omnis ex gentibus persecutor exprobrat. Cum iudicium Dei expectamus, offenduntur seculi reges: & Deum arbitrum vitae ab vnoquoque actū reculant. Cum resurrectionem annunciamus, mortua eū vicis suis infidelium corpora contradicunt: hūc quoque nostram à lege & prophetis & euangeliis & Apostolis susceptam omnes haereticorum falsitates coarguunt. Caedimur, maledicimur, fugamur, necamur ferro, flammis, profundo, defauiunt in nostram verendum, defauiunt in corpora, dolor nobis est ex iniuriis nostris. Et quia iniuriae nostrae his qui eas inferunt mors est, dolor nobis ex miseratione pereuntium est. Ideoque post geminam precationem qua dixerat, *Misere nobis Domine, misere nobis, adiecit: Quia multum repleti sumus aspernatione, quia multum repleta est anima nostra.* Deo solo aduersum hęc opitulari potente: ut ab aspernatione atque contemptu eximat, vsque in finem misericordiae in se semper intentum. Et quia donec sibi Deus misereatur intentus est, idcirco gemina oratione misericordiam Dei sibi precatur. Quia sit ipsa atque anima sua repleta aspernatione, misericordia Dei ut diximus, tantum potente in multa aspernatione misereri: neque solum in id potēte, sed potente etiam intrō versum omnia retorquere, & quandam vicissitudinem praestare patienti. Testis

nobis est & pauper in Abraham sinu quiescens, & diues perustus in poena. Illo enim posito in aggestu diuitiarum, ad ianuam eius fame tabidus pauper, vlcerum sanie defluens federat, canibus vulnera dissoluta lingentibus. Sed haec erat militia corporis, haec aduersum seculum pugna: interius tamen anima eius per fidem inuulnerabilis, & ad omne telum voluptatis ac vicia inuicta: & idcirco ab angelis post carnis dissolutionem beata in Abraham sinu fertur. Ille verō cui omnis erat vestitus in purpura, cui totius ciuitatis nobilitas grauidominate subdita famulabatur, cui aeris, terrae, maris copia in usum contiuu congrerebatur, vni ventri eius officii elementorum omnium seruientibus: qui huic pauperi ianuam clauserat, micas de mensa excidentes negauerat, & tanquam contumeliam suam occursum eius exprobrauerat: excedens hoc quo male vsus erat corpore, impenetrabili à sanctis chaos separatur, omni poenarum ministerio excipitur, dolet, vexatur, vritur, erorari se ac refrigescere minimo digito requiescētis in sinu Abraham pauperis deprecatur. Cui abraham refpondit: Fili recordare, quia receperisti bonam in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verō cruciaris. Fiat alterna conuersio: & demutatur laetitia in mœrorē mœror in gaudiū. Et videamus an ipsam quod euāgelij exposuit, nunc quoque propheta significet. Ait namque: *Opprobrium abundantibus, & aspernatio superbis.* Post superbas quas commemorauimus infectiones regum, gentium, Iudaeorum, haereticorum, atque etiam saepe nostrorum, facta hic quoque est euangelica conuersio, ut abundantibus sit opprobrium, & superbis aspernatio. Superbia in contemptum, & copia mutatur in inopiam. Rursumque inopia in copiam, & contemptus demutatur in superbiam: propheta vtrunque istud per verba eadem monstrante, cum dicit: *Opprobrium abundantibus, & aspernatio superbis.* Siue quod modo opprobrium ferant qui postea in regno Dei abundantiant, quod & nunc in aspernatione sint, qui postea per fidei confidentiam superbiant: siue quod iudicij tempore opprobrium & aspernatio in eos qui nunc in seculo abundant ac superbiant reuertatur. Paulus in infirmitatibus & in angustiis suis gloriatur: iudicē quoque eligi potentium ex contemptibilibus ecclesiae praecipit. Mutuam sibi legem ille & Petrus instituit: ut meminissent egenorum, eorumque curam facerent solite. Minimorum angeli Deum quotidie vident, humilis exaltabitur, & optimum sacrificium Deo est cor contritum & humiliatum. Non ergo abiiciamus humilem, non contemnarnus pauperem, non transeamus indigentem: ne profundo ab chaos separemur, ne refrigerare nos minimo digito suo dedignetur, quia opprobrium abundantibus, & aspernatio superbis sit. Demutabilis est ista conuersio, & digna in bonos ac malos vicissitudo, quam in euangelis ostendit, dicens: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Et rursum: Vae vobis qui ridetis, quoniam flebitis, ait Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.*

Luc. 16.

Matth. 5.
Luc. 6.

Canticum graduum. Psal. CXXIII.



Tulit magnum nobis compendium psalmus anterior. Ab eo enim in hunc scanditur. Oculi namque mentis nostrae intenti in Deum fuerunt vsque ad misericordiae finē, multis vndique aspernationibus & opprobriis circumstantibus. Post quae misericordiam consecutos, & de opprobrio in abundantiam, & de aspernatione

in superbia collocatos, quid agere ac loqui nos oporteat propheta demonstrat, dicens: *Nisi quod Dominus erat in nobis dicat nunc Israel, nisi quod Dominus erat in nobis. Cum excurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos.* Et quid ē sermo ipse talis est, vt intelligatur propheta esse instruētis quid dici à cæteris oporteat. Primum enim res ipsa dicta est: dehinc qualiter sit dicenda monstratur. Et hic fuit ordo, vt quid agendum dehinc quatenus agendum ostenderetur. Nisi quod Dominus erat in nobis dicat nunc Israel. Dicitur est ergo quid dici ab Israel oporteret de Israel. Israel frequenter admonuimus eum existimandum esse, qui Deum mentis oculis contemplatus sit. Nunc ergo secundum prophetica doctrinam cognito quid dicere debeat Israel, loquitur, Nisi quod Dominus erat in nobis. Cum insurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos. Hoc ergo Israel ille exemplum accipiens à propheta dicit: quia audiuit, Nisi quod Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel. Non est autem leue mandatum illud, quod necesse fuit præeunte quodam propheta præconio demonstrari. In his namque rebus quæ difficiles sunt, desideratur exemplum. Omnis enim natura hominū insolens ad res secundas est, & imbecillitatis suæ immemor inconsulte in prosperis iactans est: quod ab homine doctrina Dei erudito abesse oportet. Quis enim relictus est nobis gloriandi locus, recordantibus omnia ex Deo esse? Si nos nobis vitam inferuimus, debemus & nobis corporum speciem: si ipsi pluias estusque moderantes, ex nostro esse prouentum fructuum gloriemur: si non in omnibus opus est Dei misericordia, etiam omnia nobis tāquam ex nostro sint vendicemus. Nunquid fortis fortem se gloriabitur, quem corporis ægritudo efficiet infirmū? Nunquid diues in opibus gloriabitur, cui hæc omnia forte fur, prædo, tyrannus abripit? Nunquid nobilitas gloriabitur, effecta nonnumquam indigna & miserabilis seruitus? Nunquid sapiens gloriabitur, incertus quid in momento sibi accidat? Sed si quid horum sine molestiæ alicuius interpellatione vitimur: delectamur, effermur. Et si ex aliqua tristitia in gaudium reuertamur: huius ipsius vix adepti gaudij in capaces vitra sensum humane imbecillitatis extollimur, immemores dicti huius: Non glorietur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, neque diues in diuitiis suis: sed in eo gloriatur qui gloriatur, intelligere se & cognoscere quoniam ego sum Dominus. Ergo nos de consuetudinis nostræ vitio insolētes, quodam præscripto cōfessionis propheta formauit: & ad honorem Deo reddendum, & in eo gloriandum exemplo ammonitionis edocuit dicens: Nisi quod Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel. Audistis igitur à propheta quæ dicere nos oportet: dicamus & nos, *Nisi quod Dominus erat in nobis. Cum excurgerent homines in nos forte viuos deglutissent nos.*)

Hier. 9.

Matth. 28.

I. Cor. 4.

Perpesti namque hominū infectationes, regum impias constitutiones, consiliatorum illecebrosas adhortationes: cum in fide maneamus, cum in timore Dei refideamus, cum in spe bonorum verò, ad transfundendum: adiuti Dei misericordia, scientes fidelem cum qui dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Ad hunc habitantem in nobis gaudia nostra referamus, huic si quid in nobis est debeamus: à Paulo beato docti, nihil nostrū existimandum, dicente: Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? A sancto verò Iacob patriarcha mo-

A. destiam referendæ gratiæ cognoscentes, cum dicit: Deum qui nutruuit me à iuuetute mea, & angelus erues me ex omnibus malis. Non est autem in visu hominū, vt viuos alios vorent: neque vsque ad carnes glutientas odia procedunt. Sed neque nunc de eruto à morte corpore gaudium est: sed de anima à peccato conseruata, atque à peccatorum consortio liberata. Idcirco ait, forsitan viuos deglutiedos fuisse: scilicet in corpore adhuc positos, à morte peruafos, atque à peccato comestos. Hoc viuorum mors est: viuere luxurij, somno, sacrilegiis, adulteriis, cædibus. Deo ergo gratiæ agendæ sunt manētī in nobis: quod per fidem eius doctrinæque viuentes, nō deglutimur ab istis. Fit ergo hic in gratulatione ordo, qui est in iniquitatibus. Namque ab insurgentibus primum aduersus nos deglutiti non erimus: sed ne postea quidem irascentibus corū animis ab aqua Domino protegente absorberemur. Ait enim: *In eo cum irasceret anima tuum aduersus nos, forsitan aqua absorbuisset nos.* Sed quid hoc est? Animi hominū irascūt, & aqua nos absorbet? Nunquid ad motus mentium incitatarum vtricius aquæ allidunt, aut animales sunt vt absorbeant? Encari aqua qui demersi sunt possunt: absorbere autē id quod animale est non potest. Quærendum ergo nobis est, quid hic intelligi possit: ab absorbere autē id quod animale est non potest. Quærendum ergo nobis est, quid hic intelligi possit: ab absorbere autē id quod animale est non potest. Quærendum ergo nobis est, quid hic intelligi possit: ab absorbere autē id quod animale est non potest. Quærendum ergo nobis est, quid hic intelligi possit: ab absorbere autē id quod animale est non potest.

Gen. 48.

Gene. 7.

Psal. 148. Psal. 76.



*A*nti confidunt in Domino sicut mons Sion.) Faciunt nobis plerique obscuitatem, volentes scripturas propheticas solo aurium iudicio aestimare: & non aliud in his intelligere, quam quod sub singulis rerum quarumcunque vocabulis audiatur. Quod cum voluit, neque nobis quod intelligamus relinquunt: neque prophetas non dico cælestia, sed ne terrena quidem rationabiliter dixisse constituunt. Quid enim aut à nobis congruè tractabitur, aut ab illis rectè dictum existimabitur: cum aquas laudantes, videntes, timentes & plaudentes manibus audiemus: nisi ex autoribus scripturarum earundem, sub aquarum nomine aliud significari quod alterius sit generis monstremus? Id scilicet quod sit viuum ac sentiens, & ad rei vniuersiuusque iudicium suo se motu sensuque semper mouēs: quod esse homo intelligitur, laudans, videns, timens, plaudens, iudicans. Nec enim humane affectionis genera in aquis esse sermo propheticus ædicit: quorum quia in aquas natura non conuenit, nec propheta de aquis dixerit, nec nos de aquis dictum intelligamus. Hæc propter ea quæ in presenti psalmo sunt retractari cōuenit, quæ talia sunt: *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusaleme, montes in circuitu eius.*) Nomē montis Sion, & habitatio in Hierusaleme, & montes circum eam, si nullam interioris intelligentiæ habent causam: inanis est psalmus, & mendax promanderentur. Ait enim: *Animus nostra sicut passer crepta est de laqueo venantium.*) Laqueos qui venantur occulte & fallentes prætendunt, aut absconfos vallibus, aut herbis contectos, aut cibi oblitos, nubibus concoloros. Et hæc quidem ad bestias atque aues cæteras, nobis verò aduersus animam hæc parantur. Est enim nobis laqueus, ocium, pecunia, ambitio, lasciuia. Hæc prætenduntur, hæc blandiuntur, hæc fallunt, sed ab his omnibus voluntas nostra est refrenanda. Omnibus enim hi laquei præsentī sunt, sicut scriptum est: Non enim iniuste in terram prætenduntur retia auibus: persecta enim gloria est, ab his laqueis qui præsentī sunt euolare. Deniq; psalmus ita dicit, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venatorum. Non vtique venantium, sed eorum quibus in venatione tensi sunt laquei. Non enim cum quis in laqueo incidit, tunc fiet peccator, sed cum omnibus tendatur, ille autem qui iam sit peccator in laqueo est, sicut scriptum est: Oculus meretricis, laqueus est peccatoris. Ergo à peccatis omnibus abstinendum est, ne incidamus in laqueum. Spirituales enim sumus, & euolamus vt passer. Passer autē domestica, & ædificiorum incola: non momentanea, non temporaria, sed sine demutatione vlla aut temporis obseruatione consistens. Nos ergo sine vicissitudine temporum ecclesiam incolentes, abstinendum à peccatis: vt à laqueis euolamus. Laqueus enim per Deum in nos habitantem coneritur, quia ita sequitur: *Laqueus coneritus est, & nos liberati sumus.* Adiuutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum & terram.) Hoc adiutorio laqueus coneritur, hoc adiutorio liberamur, in nomine Domini, qui fecit caelum & terram: quod est super omne nomen, in quo omne genua flectunt cælestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Canticum graduum. Psalmus. CXXIII.

pheta, in quo Spiritus sanctus loquutus esse credatur. Est enim mons Sion ciuitati Hierusalem imminēs: est eadem ciuitas, circa quàm extrinsecus plures sunt montes. Qui ergo confidit in Domino, quem profectum habebit, vt sit sicuti mons Sion? Ex rationabili homine fieri saxum, arborem, cespitem: & de natura animali in naturam inanimalem referri? Iam verò quomodo fidelis hic sermo sit: non commouedum eum in æternum, qui habitat in Hierusaleme? Nunquid Hierusalem ipsa sanctificationem habitantibus afferebat, vt habitatio eius firmitas esset æterna: cum illic sacrilegia, cædes prophetarum, iudicium mortis in Deum, fuga apostolorum, crucis scandalum sit? Habitantes autem in ea quoties captiui, quoties perempti? Ad vltimum vrbis ipsa funditus diruta est, & qui vastationi eius residui erant, iam capti atque dispersi sunt: propheta hoc impietatis eius excidium ita antea nunciāte: Terra vestra deserta, ciuitates vestre igni crematae, regionem vestram in conspectu vestro exteri comedent, & desolata & subuersa à populis extraneis derelinquitur filia Sion, vt tabernaculum in vinea, & sicut casa custodiaria in cucumerario. Iam ergo inanis est sermo, inanis est propheta quæ addiderit: *Montes in circuitu eius: Dominus in circuitu populi sui ex hoc & vsque in seculum.*) Hierusalem euerfa est, populi eius extincti sunt, reliquæ eius dissipatæ sunt: hodie in ea non habitat sacerdos, non propheta, non princeps: sed ipsa obtrita, deserta, sine fructu est. Et quomodo habitator eius non commouebitur in æternum? & Dominus in circuitu populi eius ex hoc & vsque in seculum? ergo nō potest de ea prophetatum videri, à qua prophetiæ veritas dissidebit. Sequēs igitur est, vt quæramus in quos dictorum ratio cōueniat. Et quidem primum animaduertendum est, non alterius montis quàm Sion factam mentionem. Legimus enim montem esse Domini & Coreb: vsque ad quem primū Moses cum multa obisset, accessit. Esse & montem Domini Sina, in quo populo lex scripta sit. Est & Sion mons supereminens Hierusalem: sed quia in hunc montem prophetiæ nullus est fructus, videndum est quid in monte intelligi oporteat, & habemus optimum intelligentiæ ducem Esaiam. Nam cum superius montem Domini excelsum significasset, ad quem gentes venturæ essent, ait: Propter hoc sic dicit Dominus, Ecce mitto in fundamenta Sion lapidem præclarum, electum, angularem, preciosum in fundamenta eius, & qui credit in eum, non confundetur. Et non ambiguum est Apostolum fundamentum Christi significasse, per quod beata illa dominici corporis ecclesia, cuius fundamentum est Christus, significari videtur in montem, quam ideam Apostolus & Hierusalem nuncupat, dicens: Quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Ea autem quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.

Esa. 1.

Esa. 2. 8.

Galat. 4.

Habemus ergo montem Sion Domini, habemus & ciuitatem Dei Hierusalem: & nominis Sion interpretatio est speculatio. Sic ergo montem Domini in Daniele accipimus, ex monte in lapide, & rursum ex lapide in montem: exinaniuit enim se in forma Dei constitutus: & formam serui accepit: & per passionem suam mundo cum superstitionibus suis terroribusque proftrato, in gloria Dei patris est: & Deo super omnia est propter infirmitatem carnis ex monte in lapidem exinanitus, propter gloriā passionis ex lapide rursum effectus in monte: mons supereminens & excelsum, in quo ipsi nos scitipfos per assumptionem carnis nostræ

corporisque speculamur. In eo enim fumus resurre-
ctio in resurrectione nostri, in eo nobis est corporis
contemplatione speculatio. Est enim Sion mons. Lo-
quitur interpretationem hanc Hebraica lingua, qua
dictum est, mons Sion mons speculationis est. Loqua-
tur & Paulus & dicat: Nostra autem conversatio in cae-
lis est, unde & saluatorem nostrum expectamus Do-
minum Iesum nostrum, qui transformabit corpus hu-
militatis nostrae, conformatum corpori glorie sue. Di-
cat & rursum: Et cum essemus mortui peccatis, viui-
ficavit nos simul cum Christo, & coexcitavit & col-
locavit in caelestibus. Dicat & Euangelium: Quotquot
autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei
fieri. Dicat ergo nunc & propheta: Qui confidunt in
Domino sicut mons Sion, non commovebitur in aeter-
num qui habitat in Hierusalem. Sequamur Apосто-
lum, sequamur Euangelium, sequamur Prophetam.
Confidamus in Domino, ut conformes corporis glo-
riae Dei simus. Habitemus nunc ecclesiam caelestem
Hierusalem, ut non moveamur in aeternum. In hac
enim habitantes, habitabimus & in illa: quia haec illius
forma est. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte pro-
phetamus. Et nunc videmus per speculum in aenig-
mate, tunc autem facie ad faciem. Sed & haec caelestis,
& illa caelestis: & haec Hierusalem, illa quidem eccle-
sia angelorum multitudine frequentium. Sed est ec-
clesia primitiuorum, & est ecclesia spirituum in Do-
mino fundatorum. Fundandi ergo sumus in spiritu,
& in hac habitabitur standum est, non discurrendum:
sicuti Moysi dictum est: Tu autem hic mecum sta. Non
simus procuribus vagi, neque viis incerti, neque inani-
bus doctrinae vento euolantes. In aeternum enim ma-
nendum est, si sine commotione steterimus. Sed ne-
que desunt stare volentibus sanctorum custodiae, ne-
que angelorum muniones. Dicitur enim: Montes in
circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui ex hoc
& usque in seculum. Hos ergo secundum superiora
exempla montes esse existimabimus: humilitatem ter-
rae excedentes, firmos & excelsos & immobiles. Cum
enim & montem significari ecclesiam, id est Domi-
num in corpore legimus, & inuenimus montes Dei
exultare atque laetari (scriptum est enim, Montes ex-
ultauerunt ut arietes) quomodo possumus motes non
eos significatos esse intelligere, qui super terrenam
naturam gloriosius iam in Dei rebus exultant? Ac ne le-
ue praesidium in Apostolis, vel patriarchis ac proph-
etis, vel potius in angelis qui ecclesiam quadam cus-
todia circumsepant, crederemus: adiectum est, Et
Dominus in circuitu populi sui ex hoc & usque in se-
culum. Sed forte apostolorum vel angelorum custo-
dia sufficiens existimetur. Verum id quidem est, sed
& Moyses audiamus. Nanque cum ei Dominus dixisset:
Ecce angelus meus, antecedit te, & ille respondit:
Nisi tu mecum ambulaturus es, ne me expellas hinc.
Bonum quidem praesidium angeli, sed melius Domi-
ni. Multis anima nostra laqueis appetitur, multis ad-
uersus nos armis dimicatur. Non terra, non maria, non
aer à fidei nostrae periculo vacat. Rapiunt oculos no-
stros rarè incogniti maris gemmae, occupat animum
terrae aurum, toris nos mortis nostrae illecebris spiri-
tuales nequitiarum aeris huius virtutes circumvolunt: per
vitae praesentis molestias, per alienae voluntatis mores
atque lasciuia invidiosas, ut irascamur, ut oderimus,
ut amemus, vndique expectamur & appetimur. Sciens
ergo Dominus non aduersus carnem & sanguinem
nobis pugnam esse, sed aduersus mundi huius poten-

Philipp. 3.

Ioan. 1.

I. Cor. 13.

Deut. 5.

Psal. 113.

Ex. 32.

tes & nequitiarum spirituales: ait euangelia consummans:
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad
consummationem saeculi, Adest enim: & cum fide-
liter inuocatur, per naturam suam praesens est. Spiritus
nanque est omnia penetrans & continens. Non enim
secundum nos corporalis est, ut cum alicubi addit, ab-
sit aliunde: sed virtute praesenti, & se quacunque est
porrigenti, cum replente omnia eius spiritu in omni-
bus sit, tamen ei qui in eum credit adhaeret. Nam & tri-
bus vel duobus in nomine suo congregatis erit praesens,
& in circuitu omnis populi sui ex hoc & usque in aeter-
num. Sed quid sibi vult, esse eum in circuitu popu-
li sui ex hoc & usque in seculum? *Quia non relinquet
virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendat
iusti ad iniquitatem manus suas.* In virga potestatem in-
telligi conuenit, in signe enim potestatis est. Virgam
accepit Moyses, qua posset omnia. Fuit & virga
Aaron, sed fuit & virga Pharaonis, fuit & virga Na-
buchodonosor. Ergo in circuitu nos Dominus custo-
dit: ne super sortem nostram peccatorum virga dere-
linquatur. Veniunt quidem tribulationes, sed non per-
manent: veniunt persecutiones, sed non persistent.
Multi redigere libertatem fidei nostrae in captiuitatem
volunt: sed confessioni nostrae quam in Christo habe-
mus, nemo dominatur. Non enim super sortem nostram
peccatorum virga derelinquitur. Dominus nanque in
circuitu populi sui est in aeternum: ne victi & fatigati
virgae imperio, ad iniquitatem extendamus manus no-
stras. Sed virga cum incidit, auferetur: & peccator
cum incubuerit, non derelinquetur. Breue est quic-
quid patimur ad aduersarios Dei: & habet victoriae
praemium, licet non habeat praesentis longi laborem. Do-
minus adest, etiam si vis aliqua compellit. Abstineamus
manus nostras ad iniquitatem, non extendamus
opera nostra in peccata: quia Domino in circuitu no-
bis constituto, virga peccatorum non derelinquetur ut
maneat. Postquam conuersio fit prophetae, retribu-
tionem à Domino ei qui ab iniquitate manus abstine-
rit imprecantis. *Ene fac Domine bonis & rectis corde.*
Probitatem & facti & voluntatis in vtroque signifi-
cans. Multis enim vel propter hominum fauorem vel
propter periculum & metum facti opus bonum est.
Verum nisi ex voluntate boni sumus, etiam si homini-
bus boni videbimur, tamen Deo boni non sumus: quia
perfecta bonitas in recti cordis consistit affectu. Retri-
butio autem ut bonis adest, ita & malis non adest. Nam
sequitur. *Declinantes autem ad obligationes abducet Do-
minus cum operantibus iniquitatem.* Et hic quoque du-
plicis significantiae sermo est: declinantium ad obliga-
tiones, & operantium iniquitates: *Qui declinant, ex
alio in aliud declinant: id est, ex bonis operibus recti
cordis in obligationes. Et quas esse obligationes exi-
stimabimus? Eas nempe, quas solui monuit propheta,
dicens: non tale ieiunium elegit Dominus sed solue
omne vinculum, nodum iniquitatis dissolue, obliga-
tiones vehementium commutationum. Si quis ergo
se à praeceptis Dei declinans, his obligationibus colli-
gauerit, abducetur cum operantibus iniquitatem: in
eamdem scilicet sententiae poenam transgressor & ini-
quus futurus. Qui enim operatur iniquitatem, ab ob-
seruatione legis alienus est: qui autem declinat ex
lege, legem in qua mansit ante, transgreditur. Non
declinandum igitur ad obligationes est: neque libertas
nostra est nexibus saeculi & mundalium negotiorum
vinculis inferenda.*

Matth. 28.

Eph. 2.

Matth. 7.
Luc. 14.

Esai. 58.

I. Cor. 7.

Solutus es ab vxore, noli quaerere ligationem. Et hoc
non de criminoso vinculo necessariae ligationis sensit.
Ceterum sunt alia vincula, quae fidem nostram im-
pediunt & obligant, sibi que connectunt: maxime au-
genda pecuniae labor, & negociandi insyncerus pro-
fectus. Haec enim ita obligant peccatis, sacramentis,
commerciis: ut sibi nos captos seruosque detineant.
Ab his ergo mens, voluntas, studium soluendum est:
quia declinantes ad obligationes vna abducetur cum
operantibus iniquitatem. Erit autem Israel pacificus,
non derelicta super se virga peccatorum: sed in fide per-
fecta, ac spe aeterna manens, audiet pro portione sibi
dici: *Pax super Israel.* Ille est enim pax nostra, qui fe-
cit vtraque vnum: Dominus noster Iesus Christus,
qui est benedictus in saecula saeculorum, Amen.

Canticum graduum. Psal. CXXV.

De conuertendo Dominus captiuitatem Sion, &c.
Nisi essent in psalmis quaedam tales prophe-
tiae, ut in res atque homines eorum tempo-
rum, quibus scripta sunt, non conuenirent,
perfecto auderent multi nihil in psalmis spiritualiter
dictum existimare, putarentque nos quasdam comen-
ticias assertiones, & ementitas interpretationes inqui-
rere, quibus videremur altius nescio quid ac profun-
dus ceterorum sensu intellexisse: perinde quasi nos
sensui nostro ea quae scripta sunt, coaptemus, & non
magis ex his quae scripta sunt, sensum legentis & soli-
citae intelligentiae consequamur. Scriptura enim legis
manet, atque est anterioribus quam adestet Dominus
in carne temporibus, consummata à prophetis, audita
à Iudaeis, pertractata à regibus, suscepta à gentibus:
sed intellecta & probata à Christianis. Hoc forte in-
solens existimetur. Plane insolens est, si nobis hanc
gloriam praefumimus, si tantum infirmitati nostrae li-
cere volumus, ut tantis temporibus abstracta, tantis hu-
mani generis obscura aetatibus, in quibus intelligendis
frustra reges laborauerint, ipsi doctores & magistri le-
gis errauerint: nos stulti saeculo, & purgamenta mun-
di, & deliramenta sapientibus, de eorum intelligentia
gloriamur. Sed tamen intelligimus, quia non mendax
est qui dicit: Petite & dabitur vobis, quaerite & inue-
nietis, pulsate & aperietur vobis. Et scriptum est: Quia
qui dixit, quoniam oportebat impleri omnia quae scri-
pta sunt in lege Moysi, & prophetis, & in psalmis de me
tunc aperuit illis sensum: ut intelligerent scripturas,
& dixit illis: Quoniam sic scriptum est, Christum pa-
ti, & resurgere ex mortuis tertia die, & praedicare in
nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum
in omnes gentes. Non ergo ex nobis est quod intelli-
gimus: sed ex eo, qui quae in noscibilia erant fecit in-
telligi. Itaque ab eo speranda intelligentia est: qui &
pulsantibus aperiet, & quaerentibus demonstrabit, &
petentibus non negabit. Nam quomodo intelligi po-
terit hic psalmus, cum à rerum gestarum historia dis-
sonet? Nusquam enim captiuas populi huius, quae us-
que ad Dauid tempora scribitur: sed longe postea quam
Salomon filius eius regnum obtinuit, seruiuit captus
Israel Assyriis, dehinc Iuda Babyloniis. Quomodo
ergo Dauid in eodem psalmo tanquam captus orat?
Aut quomodo auerfa à se captiuitate laetatur? dicens:
*In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus
tanquam consolati. Tunc repletum est gaudium os nostrum,
& lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes, Magni-
ficauit Dominus facere cum illis.*

Quantum autem religiosum sit, existimare futuram
captiuitatis demutationem secundum prophetiae scien-
tiam praenunciatam fuisse, & ea quae indubitate essent
gerenda per fidem gerendorum commemorasse pro-
phetis: tamen dictorum verborumque virtus, eius re-
ditus gratulationem, qui post captiuitatem Babyloniae
indultus est, nunc nos intelligere non patitur: cum
praesertim eundem reditum grauior postea sit conse-
cuta captiuitas, & indignum sit propheta, tanquam
ignorantem, amoto omni captiuitatis opprobrio gra-
tulari, cum indemutabili rursum opprobrio captiui-
tas iterata successerit. Est autem nunc omnis in psal-
mo, sicuti singularum rerum expositione monstrabi-
mus, ex captiuitate vitorum in libertatem cognitio-
nis Dei redeuntis animae gratulatio. Et quidem gra-
uis est captiuitas corporalis, quae iure libertatis amissa,
victorum dominati subditur: & seruiunt tum quidem
corpora, sed nequaquam capitur fidelis animae liber-
tas. Testes sunt mihi tres pueri inter flammam can-
tantes: testis Daniel in fame leonum, prophetae prandio
saturatus: testis Eleazar inter iura dominorum, patriis
suis legibus liber: testes cum matre sua martyres septem,
Deo gratias inter noua mortis tormenta referentes.
At verò quanto infeliciores est animae captiuitas? Si au-
aricia coeperit, per corpus latrocinatur ac grassatur:
si libido vicerit, communicat cum corporis seruitute:
si luxus, ira, odium, temeritas, ebrietas, inuidia sube-
gerit, his imperantibus sibi dominis, & anima, & cor-
pus in commune famulantur: atque ita captiuitatem
animae, & corporis sequitur captiuitas. Ceterum co-
ditionem corporis religio animae generositas despi-
cit. Officium quidem durum, tamen durum, tamen
homini non omnino miserabile: quia seruitur à seruis.
At verò animae captiuitas quam infelix est? Auarus
cariturus semetipso, carere timet pecunia: negociosus,
tristis, anxius, sine requie vlla, damni metu semper
detinetur: honestatis immemor est, amicitiarum inob-
seruans, humanitatis fugax, religionem nescit, boni-
tatem omnino odit. At verò cui libido domina est, in
quo caeno dedecoris volutatur? Pendet ad occasiones
adulteriorum: anxius circa lasciuiae suae feruorem, o-
culis, mente, corpore totus in scortis est. Videns quo-
tidie atque audiens humanas in adulteros leges, adul-
terium in ipso foro cogitat: quod agit timet, & quod
timet non fugit. Quid verò infeliciores ebrietatis domi-
nati? Ventri ultra capacitatem infundere, sensui ra-
tionem adimere, non loqui, non meminisse, non sta-
re, & mortem quandam naturae incolumi imperare?
Quam dedecorosus autem est furentium motus, teme-
ritatis impetus, odiorum stimulus, liuoris anxietas?
Quanta ergo perturbatio eorum est, quanta calamita-
tas, qui supra memoratis malis seruiunt? Verum si co-
gnita sapientiae doctrina, & Dei praedicatione, & re-
missione vniuersorum horum peccatorum & resurre-
ctione corporum, & aeternitatis consortio, & regno
caelesti, à dominatibus superioribus de auaritia ad mu-
nificentiam transeamus, de libidinibus ad continen-
tiam migremus, de ebrietate ad ieiunia reuertamur, de
furoris temeritate, odio, liuore ad placabilitatem, ra-
tionem, misericordiam, benignitatem euoluemus: di-
scentes haec omnia à lege & prophetis, euangelis &
apostolis, & cantantes ex lege: Dominus conterens
belli, Dominus nomen est illi: cognoscentes à pro-
pheta: Ego sum qui feci caelum & terram ex nihilo:
credentes ab euangelio: In principio erat verbum &
verbum erat apud Deum, & deus erat verbum: pro-
Cc iij

Inditb. 16.

Esai. 48.

Ioan. 1.

Colof. 1.

nunciantes ab Apoftolo: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus vniuersæ creaturæ, quia in ipso condita sunt omnia in cælis & in terra. Et cum gætes conuersionem nostram ex vitis in virtutes, ex ignorantia Dei in confessionem eius effectam admirabatur: tunc psalmi prophetiam nobis intelligi posse testabimur, dicens:

Dum auertit Dominus captiuitatem Sion, facti sumus consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit Dominus facere cum illis.)

Auertit enim Dominus captiuitatem nostram, per remissionem peccatorum. A dominatu enim vitiorum animam liberauit, anteriora delicta non reputans: & nos in vitam nouam renouans, & in nouum hominem reformans, constituens nos in corpore carnis sue. Ipse est enim ecclesia, per sacramentum corporis sui in se vniuersam eam continens. Non erat Sion antequam liberaretur, sed Sion est quæ liberata est. Nomen cum libertate conuenit. Neque enim manentis, sed auersæ captiuitatis hoc nomen est. Quod verò ait, Facti sumus tanquam consolati, ineminit & Apoftolus interim tanquam consolatum esse se, dicens: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortishuius? Et qui nunc pro parte scit, & pro parte prophetat, & qui scit repositam nobis esse Hierusalem in cælo & cum dicit, dissolui melius esse, & cum Christo manere. Sumus quidem consolati, quia Dominus ait: Mittet vobis pater & alium consolatorem. Cum dicit alium, superesse se docet. Superest enim: expectat namque omnis creatura reuelationem filiorum Dei. Reuelatio illa, consummata consolatio est. Cæterum nunc tanquam consolatione ipsa interim non carentes, licet sit consummationis suæ nobis residua perfectio: repletur enim gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Non enim sufficientia sunt ad reddendas Deo laudes linguæ nostræ atque oris officia: mutauimus crimina in innocentiam, vitia in virtutes, ignorantiam in cognitionem, interitum in immortalitatem. Et hoc à Dei gratia, facientem poenitentorum finem, & nouorum bonorum initia reddente. Quod enim oprabili nobis est tempus? quo adulterabamus, an quo maluisse virgines fuisse? Quo ebrijeramus, an quo ieiuniis lætamur? Quo pecuniæ seruebamus, an quo pecuniæ nostræ benignitatis est usus? Quo dæmonia adorabam, an quo pecuniis imperamus? Quo placere seculo nesciebamus, an quo seculum vincimus? Quo Deum nesciebamus, an quo hæredes Deo præparamur? Hanc spei nostræ fidem gentes contemplantes, dicunt: Magnificauit Dominus facere cum illis, Hanc in virtutes vitiorum demutationem contuētes, Dei in nos magnificentiam admirantur. Id ipsum etiam ex sensu adeptæ huius beatitudinis nos quoque confitemur, in oris gaudio, & linguæ exultatione:

Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus sicut lætantes.)

Lætatur enim de profundo ac miserabili cæno nunc ablutos nos fuisse: & nouos ex omnibus vitæ anterioris vitis constituisse. Et quia propheta futuræ spei gaudia loquebatur, licet secundum scripturæ consuetudinem tanquam de præteritis gratularetur: tamen per consequentem præcem non sui temporis res has esse declarat, dicens:

Conuertere Domine captiuitatem nostram.)

Si fuit tanquam consolatus cum auersa est captiuitas, quomodo nunc ut ea à se auertatur orat? Sed

A in superioribus prophetiæ scientiæ fuit sermo, futurorum gaudia tanquam de præterito nunciantis: nunc autem de auertendis communis oratio: cui se propheta tanquam & ipse captus admiscet, tanquam adhuc in iisdem se esse cognoscat. Scriptum est enim: Iustus in principio sermonis sui, ipse sibi accusator est. Et rursum: Confitere primum peccata tua, ut iustificeris. Et beati qui lugent, quia ipsi consolabuntur. Scit quidem propheta se liberum, sed tanquam captus Deo subditus est: siue per propriæ confessionis disciplinam: quia ubi peccati confessio est, ibi & iustificatio à Deo est, quod in publicano & pharisæo Dominus testatus est, cum Pharisæus iustum se gloriatus est, publicanus verò pro peccatis orasset. Ait enim: Amen dico vobis, quoniam magis iustificatus est publicanus quam pharisæus. Siue ergo ob id propheta conuerti captiuitatem communem præcatur, seu quòd populum à peccatis captum sciebat: & sicut, cum Apoftolo, membro vni corpus omne compatitur, ita & populo captiuo à peccatis propheta concaptus est. Sed tamen orare pro captiuitate sua bonum sibi esse demonstrat, dicens:

Qui seminat in lachrymis, in gaudio metet. Eunt ibi ut seiebant mittentes semina sua. Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos suos.)

C Quis hic ad Iudæos sermo est, ut eorum in hoc psalmo videatur prophetata captiuitas? Quæ verò ad communem humani generis consuetudinem ratio est? Quis enim vnquæ serens fleuit? Aut nunquid huius lamætabilis rationis Iudæis vsus ex lege est? Nequaquam igitur istud scriptum vsquæ aut gestu est: sed est prophetia superioribus dictis connexa. Duas autem esse rationes sanctus Apoftolus docuit, carnis & spiritus: demonstratis & enumeratis feminibus rationis vtriusque, cum caro adulteria, veneficia, comestiones, ebrietatem, auariciam, idololatriam, & cætera his similia sereret: spiritus verò, pacem, gaudium, continentiam, charitatem, sobrietatem, mansuetudinem, & quæ sunt his consequentia seminaret, & sata sua vnoquoque mersuro. Cum igitur optimi Deo sacrificium sit cor contribulatum, & beati sint lugentes, quoniam ipsi consolabuntur, & vnusquisque, quæ seuerit metet, operum suorum fructus in iudicium tanquam manipulos laturus: seminandum nobis est cum confessione peccatorum, cum luctu corporalis infirmitatis, cum lamentatione ac dolore conscientie nostræ, quod nequaquam possimus dignè Dei præcepta secundum propositum voluntatis explere. Tunc quæ in lachrymis seuerimus, metemus in gaudio: euntque flentes, cum exultatione veniemus, repleti fructibus nostris, & manipulis elaboratæ à nobis messis onerati: consolati per Christum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Canticum graduum. Psalmus. CXXVI.

Isi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt qui edificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum uigilauit qui custodiet, &c.)

Ratio & temporum & prophetiæ intentam adhiberi ad præsentem psalmum cognitionis postulat diligentiam: ne forte nos ad inanem intelligentiam absoluta quædam verborum species, & ipse ille gestorum corporaliū ordo sollicitet, maximè cum plures interiores causas doctrinæ prophetiæ nescientes,

A nescientes, sensu Iudaico præteritorum temporum prophetiam contineri in his graduum canticis opinentur: ut ea captiuitas Hierusalem prænuñciata sit, quæ sub Hieremiæ diebus acciderit, & eiusdem rursus depulsæ ciuitatis gratulationem profiteatur: sitque eorum quæ psalmi his enunciantur, aut seruitutis dolor, aut reditus læticia. Non improbamus hunc sensum, neque eorum intelligentiam coarguimus. Dignum est enim, ut miserabilem populi casum, & impietatis eius debitam pœnam, & post longæ seruitutis sufficientem peccatis grauibz satisfactionem, & misericordem in eos indulto reditu voluntatem, secundum prophetiæ scientiam propheta spiritus præloquatur. Verum cum captiuitatis illius reditum grauior sit & irremissa captiuitas consecuta, & ædificatione ciuitatis receptæ mirabilis maneat & non demutanda vastatio, sciãtque & spiritalis reditus gloriam Israël reliquo referuari, & cælestis ac sanctæ Hierusalem ædificationem vsque ad beati ac dominici regni tempora comparari: maximeque cum spes illorum dierum atque res omniū horum psalmorum virtutes & genera testentur: non intelligi cur tantum de caducis ac de mutabilibus malis, ac non etiam de æternis esse velint propheta dolorem: & temporalium magis gaudiorum, & eorum quæ grauissime postea demutaturæ essent calamitates, potius quam indemutabilium & æternorum intelligant demonstratam esse læticiam: cum magnificentia prophetica magis dictum sit beata & æterna & cælestia prædicasse. Cum igitur psalmi superiores captiuitatē non corporalem tantum & terrenam, sed sicuti libertatem non caducam, non præsentem, non secularem in se demonstrati sunt continere: etiam hic quoque psalmus nihil in se terrenum, nihil humile, nihil præteritis temporibus conueniens intelligitur esse cõplexus: sed secundum propheticam & apostolicam atque euangelicam autoritatem eas spes omnes pronunciare, in quas se patriarcharum desiderium, sanctorum expectatio, apostolorum fides, martyrum confessio, & omnium credentium cursus extendit: id est, in sancta tempora, in æternæ ciuitatis incolatum atque cœtum, in regni dominici beatitudinem, in spiritalis libertatis nouam gloriam, in confortium diuinæ æternitatis & regni. Atque ut id absolutum intelligatur, ipsas verborum virtutes proprietatēque tractemus.

Nisi Dominus edificauerit sibi domum, in vanum laborauerunt qui edificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum uigilauerunt qui custodiunt eam. In vanum est vobis ante lucem surgere.)

Volunt plures sanctum Salomonem ædificationi ciuitatis & templi studentem, in eo ipso molitionis sue tempore euerisionem ciuitatis & templi quod condiderit propheta esse: quia & titulus antelatus autorem eum psalmi huius esse demonstrat. Magnis enim viribus & totis sui regni opibus magnum aliquid & Deo dignum efficere tentabat. Nam vsque ad centum quinquaginta milia virorum, sicut scriptum est, in diuersos ædificationis vsus ac ministeria occupabantur. Et quanquam instituta à se consuetudine, perfectis omnibus maxima custodia ciuitatis & templi sollicitudo esset adhibenda: tamen cum non ignoraret inanem tanti laboris operationem futuram, ciuitatem eandem à Babyloñis ob peccata populi diruendam, ista dixisse: Nisi Dominus edificauerit sibi domum, in casum laborauerunt ædificantes eam.

Putant autem prophetiam hanc consummatam in

A ea tempora fuisse, quibus post captiuitatem populi Dario rege reditum impertiente, & ædificata rursum per Zorobabel & Iosedech ciuitas fuit. Quorum inopem sensum ipsa illa posset cõsummatio ædificationis arguere. Nam per Aggeum prophetam ita ad hos eosdem instauratores Hierusalem Dominus est loquutus: Adhuc semel, & ego mouebo cœlum & terram, & mare & aridam: & subuertam sedes regum. Psalmi ergo virtus non in tempora tantum Salomonis, sed etiam in Aggei intelligenda est conuenire. Aedificationis enim vtriusque labor inanis est. Aedificata nanque per Zorobabel ciuitas, solum hodie ex se conflagationis suæ cinerem, & deformium ruinarum præbet sceditatem

B Et has sedes regum, quas se ædificatores ad regni æterni gloriam instaurare arbitrabantur, vastatio iterata subuertit, sede adhuc etiam cæterorum subuertenda regnorum. Bene autem inania humani operis propheta esse opera prophetauit. Scit inuites esse humanarum custodiarum vigilias, scit incassum esse confurgentium matutinas sollicitudines. Ciuitas & à se instituta, & ab aliis restituta, iam nulla est: non profecit ædificatio vel prima, vel consequens. Et rectè ille ipse euertendæ ciuitatis propheta est, qui autor fuerat extruendæ. A Deo ergo domus est ædificanda, quæ maneat: quia nisi quæ à Domino ædificata sit, non manebit. A Deo ciuitas custodienda ne pereat: quia nisi à Deo custodita sit ciuitas, diruetur. Et primum quæ Domus Dei sit, intelligamus: ut per id cognoscamus, quatenus ab eo ædificanda mansura sit. Domus est habitantis habitatio. Sermo enim diuinus secundum intelligentiæ nostræ cõsuetudinem naturamque se temperat: communibus rerum vocabulis ad significationem doctrinæ suæ & institutionis aptatis. nobis enim, non sibi loquitur: atque ideo nostris vitur in loquendo. Conuentus quidem ecclesiarum siue templi, quos ad secretam sacramentorum religionem ædificiorum septa concludunt, consuetudo nostra vel domum Dei solita est nuncupare, vel templum: scriptura quoque vel prophetica, vel apostolica ad demonstrationem locorum his est via nominibus: verum non hanc quæ à nobis ac nobiscum ita nuncupatur, domum Dei esse ex ipsius dictis docemur. Ait enim: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum mihi ædificabitis, aut quis locus requietionis meæ? Nonne hæc omnia fecit manus mea? Nō concluditur ergo ædificiorum domibus infinitus Deus, nec loco in aliquo continetur virtus immensa, quæ omnia fecit: Apoftolo id ipsum ita testante: Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cū sit cœli & terræ Dominus, non in manufactis templis habitat. Nulla ergo Deo requies est, & nulla habitatio? Et fortè nequaquam creditur esse qui nūquam est. Audiamus ergo ipsum de requie sua & habitatione testantem. Ait enim: Hæc requies mea in secula seculorum: hic habitabo, quoniam elegi eam. Elegit autem Sion: sed nunquid eam, de qua præfens prophetiæ huius querela est, Nisi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt qui edificauerunt qui edificauerunt qui edificauerunt? Sion in qua templum fuerat, euerfa est. Et ubi sedes æterna Domini? ubi requies sempiterna? Quod habitabile ei templum? nempe illud, de quo dictum est: Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Hæc domus & hoc templum Dei est, doctrinis & virtutibus Dei plenu, & sanctitate

Aggei 2.

Esai. 66.

Act. 17.

Psal. 131.

1. Cor. 3.

Psal. 64.

cordis diuini capax incolatus, de quo idem hic propheta ita testatus est: Sanctum templum tuum mirabile in aequitate. Sanctitas, equitas, continentia humana, Deo templum est. Domus ergo hæc ædificanda per Deum est. Humanis enim operibus extructa non permanet, nec doctrinis seculi instituta consistit, nec inani labore sollicitudinis nostræ custodietur. Extruenda aliter est, custodienda aliter est: non super terram, non super fluxam & dilabentem arenam iniicienda: sed fundamentum eius super prophetas & Apostolos collocandum. Lapidibus viris augenda est, angulari lapide continenda, & mutæ connexionis augmentis in viri consummatum, & in mensuram Christi corporis extruenda, specie quoque ac decore gratiarum spiritualium adornanda. Hæc ita à Deo, id est, doctrinis eius ædificanda, non concidet. Huius domus ædificatione nunc Israel captiuus post plenitudinem gentiū consequetur. Hæc domus, in domos plures diuersis fidelium ædificationibus in vnoquoque nostrum ad ornatum & amplitudinem beatæ illius ciuitatis excrescet, cuius ciuitatis iam diu Dominus vigil custos est: cum Abraham peregrinum tueatur: cum immolandū Isaac referuat: cum Iacob seruientem dicit: cum Aegypto Ioseph venditum præficit: cum Mosen aduersus Pharaonem confirmat: cum ducem bellis Iesum deligit: cum David omnibus periculis liberat: cum Salomonē dono sapientiæ munerat: cum prophetis adest: cum Heliam rapit: cum Elisæum eligit: cum Daniele pacificat: cum in camino pueros irrorat: cum tribus quartus adfuit: cum gignendo se ex virgine Ioseph per angelum instruit: Mariam confirmat, Ioannem præmittit, Apostolos eligit, patrem precatur, dicens: Pater sancte serua eos. Cum essem cum his custodiebam eos in nomine tuo: cum denique ipse ille post passionem æternæ in nos custodia suæ vigilias pollicetur, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumptionem seculi. Hæc ciuitatis illius beatæ atque sanctæ æterna custodia est: quæ ex multis in vnum cōuenientibus, & in vnoquoque nostrum Deo ciuitas est. Est enim hæc sancti corporis & fidelis animæ ei placita possessio. Quam domum ædificandam ipse in Euangelio testatur, dicens: Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. Et huius quidem temporis & ædificationis beatus Apostolus meminit dicens: Cum autem intrauerit plenitudo gentium, tum quod reliquum est Israel saluabitur. Hæc igitur ciuitates, id est, sancti huius corporis atque animæ Deo placitus incolatus & cæterus, hunc vnū habent perfectæ huius beatitudinis & ædificationis artificem. Aedificanda ergo per Deum hæc ciuitas est, vt in augmentum consummationis suæ crescat.

Ioan. 17.

Matth. 28.

Matth. 10.

Rom. 10.

Non enim iam ædificatio cœpta perfecta est: sed per ædificationem perfectionis consummatio comparatur. Cæterum in ædificandis his domibus corporum, & animarum ciuitatibus, humane artes vacant. Inanes enim sunt omnes philosophorum vigilie, & ociosæ sollicitudines: & frustratum in inuestigandis naturæ secretis, & perscrutandis mundi laboribus studiū. Sed lapsuram citò domum operatio talis ædificat. Inanis quoque erit matutina eorum resurrectio, quæ quam omnibus, quæ in lucem venerint, sit constituta corporibus: tamen ea quæ non fuerint ædificata per Deum, nequaquam eam quæ in Domino ex mortuis resurgere iam cœpta est, matutinæ resurrectionis gloriam consequentur. Ac ne aliquam psalmus opinionē intelligentiæ in se terrenæ, & corporalis admitteret:

A perfectionis istius tempus, & ædificandorum significationem, ipso dictorum suorum ordine docet. Nam humanis ædificationibus, & terrenis custodiis, & matutinis eorū resurrectionibus improbatis, ait: *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini filij, merces fructus ventris.* Nullus est relictus in his dictis ambigendi locus: intelligentiæ tantum fides necessaria est. Rem enim verba eloquuntur. Nam prophetiæ veritatem gesta deinceps consummant, cognitionem verò gestorum doctrina euangelica atque apostolica subministrat. Ciuitas ergo à Deo est ædificanda quæ maneat, quia humana ædificatio infirma sit & caduca. Ac ne lapides, cæmenta, ligna ciuitatem hanc esse existimarem: quæ hæc esset, & quando esset perfecta ciuitas docet, dicens: *Surgite postquam sederitis. Sessio quiescentium requies est: à qua surgere iubentur, qui ad perfectam hanc ciuitatem sunt comparandi. Et qui tandem sunt isti qui surgere postquam sederint iubentur? Nempe qui manducant panem doloris. Panem doloris manducat, quisquis se hominem in vitium natum ac viuere meminit. Cum enim voluntas nostram per Dei meritum & spem æternorum ad perfectam innocentiam opera contendant, & contra naturalis quædam consuetudo vitiorum in ipsis illis, è quibus emergere nititur inimoretur: vitæ dolorem per infirmitatem destituta voluntatis accipimus, secundum dictum prophetæ: *Qui apponit scientiam, apponit dolorē. Cum enim veritatis cognitio voluntatem nostram ad profectum consequendæ utilitatis instiget, & naturæ consuetudo voluntatem scientem se proficere oportere detineat: profectus scientiæ, profectus doloris est: cum tantum se per naturam doleat detineri, in quantum naturam sibi per cognitionem intelligat relinquendā. Huic ergo dolor vitæ est, huic panis doloris est, cuius vitæ & doloris hic idem propheta meminit, dicens: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis lachrymarum in mensura. Tendendum est autem semper, non etiam desinendum: neque idcirco ad profectum non contēdendum; quia doleamus id quod tenditur non posse contingi. Sed in ipsa cōtendendi peritacia, dolendum est nos contingere non posse quod tendimus. Doloris huius Dominus meminit, dicens: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur: beatitudinem consolationis, ob luctum & dolorem non adeptæ consummationis impertientis. Prophetica autem virtutem ipse ille dispositus in tempora verborū ordo seruaui, dicens: *Surgite postquam sederitis. Quorum alterum in præsens est, id est, surgite, ne fide tanquam de incertis & dubiis ambigeret: cum veluti præsentem efficiantiam veritas prophetiæ ammonitionis afferret, & viuis nobis fiduciam spei non cunctantis infereret.***

Eccle. 1.

Psal. 79.

Matth. 5.

Tempus autem huius quod præsens est mandati distulit in futurum in eo quod ait: *Cum sederitis.* In nō ambigendis ergo mādatis præsentis est veritas, in consequendis autem expectandi temporis dispensatio reseruat. Vt autem quando sibi surgendum esset, cum sederint sciant: temporis ipsius demonstrata est plenitudo. Cum dederit, inquit, dilectis suis somnum. Mortem sanctorum Deus frequentissime somnum nuncupat, vt ad hunc eundem David: *Cum obdormieris & requieueris cum patribus tuis, tunc excitabo de semine tuo, qui mihi erit in filium, & ego ero ei in patrem.* Et Dominus de Lazaro: *Lazarus dormit.* Et Apostolus de resurrecturis ait: *Quia nos qui viuimus non præueniemus*

2. Reg. 7.

Ioan. 11.

1. Thess. 4.

Deut. 32.

Ioan. 1.

Ioan. 13.

Psal. 2.

Phil. 2.

Psal. 17.

Esai. 49.

hiemus eos qui dormierunt. Plenitudine itaque gentiū post summū mortis recepta, & Israel reliquo saluato: tūc posthæc sessionē atque somnū, resurrectionis est tempus. Et quia dum temporum plenitudo concluditur, gentium quodque crediturarum, secundum Apostolum consummabitur plenitudo, idcirco ait: *Cum dederit dilectis suis somnum: hoc surgendi sedentium, quod & dandi dilectis somni tempus esse demonstrat, id est, omni plenitudine iam recepta. Quia autem sint dormientes dilecti, & sessuri resurgentes, continuo cū quadam significatione rei præsentem ostendit, dicens: Ecce hæreditas Domini. Sancti scilicet dormientes, & resurrecturi sedentes hæreditas Domini est. Non ille carnalis Iacob, neque terrenus Israel factus est diuisione gentium, portio & funiculus hæreditatis, secundum Mosen dicentem: *Cum diuississet excelsus gentes secundum numerum electorum Dei, & facta est portio Domini Iacob, funiculus hæreditatis Israel.* Et quia iam hic Israel ob impietatem suam non meretur dici hæreditas, quæ hæreditas esset ostendit, dicens: *Ecce hæreditas Domini filij, merces fructus ventris.* Ea ergo in filijs hæreditas Domini est, quam ex mercede fructus ventris acceperit. Non enim inanis hic fructus est, quo cum ex virginali ventre manens ante Deum nascitur. Nam merces eius hæreditas est, & hæreditas filij sunt. Quotquot, inquit, eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri. *Et rursum: Filioli mei, adhuc pusillum sum vobiscum. Hi ergo filij hæreditas est, & hæc hæreditas merces fructus ventris. Est ergo Dominus fructus ventris, quem ex se in vitæ nostræ fructum pariens virgo progeniuit. Et hæc eius merces est, qui ex virgine nascendo fructum ventris esse se voluit: vt ei gentes quas in filios per fidem generaret hæreditas sit. Quod autem quia fructus ventris effectus sit, hanc mercedem hæreditatis acceperit, psalmus alius testatur, dicens: *Posce à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Testatur & Apostolus: Qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed se exinaniiuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu repertus vt homo, humiliauit se, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod exaltauit illum Deus, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriū & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Hæc ergo merces fructus ventris est, quæ donatur in nomine, quæ defertur in honore, quæ præstatur in gloria. Et hanc habet retributionem ab immortalis eius natura humane infirmitatis suscepta natiuitas: vt quia fructus ventris factus ipse est, merces quoque eius gentium fiat hæreditas, & hæreditas ipsa sint filij, Dehinc sequitur: *Tantum sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum.* Sagittarum hic vsus est, vt emissæ celeri volatu ferantur: & ad destinata quæque inflexa linea dirigantur. Esse autem sagittas quibus Dominus vtatur, ita legitur eū ait: *Misit sagittas suas, & dissipauit eos.* In Esaiâ quoque ita scriptum est, quod etiam de ipso Domino dictum esse possit intelligi: *Et posuit me tanquam sagittam electam, & in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Magnam tibi est vocari te puerum meum. Sunt ergo istiusmodi Dei sagittæ volatu citæ, iactu fideles: quas, quantum ratio spiritualis demonstrat, significari doctrinas propheticas atque apostolicas, in qui-****

bus Dei verbum est, oportet intelligi vbique missas, compungentes, arguentes, volantes: quamquā in plurimis locis meminimus, esse & mortiferas & letales sagittas, de quibus scriptum est: *Sagittas suas arfuris operatus est.* Verum hic non de vtricibus sagittis dici aliquid intelligi potest: quia nunc sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum. Pharao in mari rubro in interitum ob crimen impietatis excussus est: excussum quoque apostolicis pedibus puluerē scimus sententiam esse maledicti, Et quia siue prophetæ ipsi qui excussorum, id est, peccatorum & maledictorum filij, ranquam volantes & fideles sagittæ doctrinæ cœlestis emissi sunt: vel Apostoli ecclesiæque doctores de excussis per impietatem suam in maledictū. gētibus crediderint, idcirco ait: *Tanquam sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum: orbem terræ volatu peragrantes, infidelia corda doctrinæ telo vulnerantes, & peccatorum omnium incētia salutari iaculo pungentes.* Atque vt id ex his dictum intelligi posset, quos Deus de filijs excussorum ad doctrinam salutis modo emitteret sagittarum, id consecutum in dictis est: *Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis, non confundetur cum loquatur inimicis suis in porta.* Beatus ergo ille est, qui ex ipsis desiderium suum potuerit implere: id est, vel de sagittis vel de filijs excussorum, desiderabilibus se scilicet doctrinæ verbis replere, & de speratis fructibus futurorum bonorum expectantique satiare. Atque vt hos ex Dei doctrina ædificatores esse illius, quā superius memorauit, ciuitatis ostenderet: idcirco ita cōcludit: *Ex ipsis non confundetur, cum loquatur inimicis suis in porta. Quod ait ex ipsis, siue ad beatū virum pertinet, qui desiderium suum impleuit ex ipsis: vel ipsi filijs excussorum erit proprium, quia ex ipsis non confundantur, cum in porta inimicis suis loquantur. Neque ambiguum est, qui in porta loquatur ædificatæ per prædicationem suam à Domino ciuitatis. Meminimus autem psalmo altero dictum: *Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Siō. Et hic quidē plures portæ sunt, in quibus propheta à portis mortis exaltatus, omnes Dei laudes prædicat. Sed scimus vnam esse portā regiam, dominicam, cœlestem, de qua dictum est: Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam. Et cum nō confundantur hi excussorum filij in porta inimicis suis loquentes, necesse est vt his inimicis suis loquentes non confundantur, qui cum iustis non merebuntur intrare: exprobrantes illis impietatem in Deum, inobedientiam in prædicantes, infidelitatem in æterna promissa, odia in innocentes, & in ipsa ecclesiæ membra sæuitiam: ipsi confidentes, & nulla fidei suæ ac religionis ambiguitate trepidantes, sed hos inimicos suos ab eius aditu ingressūque prohibentes, qui ait: *Nemo vadit ad patrem nisi per me, id est, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.***

Psal. 7.

Psal. 9.

Psal. 117.

Ioan. 14.

Canticum graduum. Psal. CXXVII.

Beatissimi omnes qui timent Dominum, qui ambulatis in vijs eius. & reliqua. Quotiescunque de timore Domini in scripturis est sermo, animaduertendum est, nunquam eum solitarium relinqui tāquam sufficientem nobis ad consummationē fidei: sed subiici multa, aut anteferri, ex quibus timoris Domini ratio & perfectio intelligatur. Vt cognoscimus ex eo quod per Salomonē in Prouerbijs

Prou. 2.

dictum est: Si enim sapientia inuocet, & intellectu des
 vocem tuam, & exquiras eam tanquam argentum, & ta-
 quam thesauros inuestiges eam: tunc intelliges timorem
 Domini. Videmus enim quantis vsque ad timorem Do-
 mini gradibus peruentum sit. Ante enim inuocanda sa-
 pientia est, & omne legendi officium intellectui est de-
 putandum, & exquirenda ac peruestiganda est sapientia:
 & tunc timor Domini est intelligendus. Et quantum
 ad comunem humanam opinionem pertinet sensum, non
 ita de timore sentitur. Timor est enim humane imbeci-
 litatis trepidatio: metuens id perpeti, quod sibi no-
 lit accidere. Existit autem & commouetur in nobis, de
 reatus conscientia, de iure potioris, de impetu fortio-
 ris, de aegritudinis casu, de fera occurfu, & de omnis
 mali passione. Hic ergo timor non docetur: sed ex na-
 turæ infirmitate occurrit. Neque quid timendum sit
 discimus: sed errorē suum ipsa illa nobis inuiciunt que
 timentur. At verò de timore Domini ita scriptum est:
 Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos.
 Discendum ergo Dei timor est, quia docetur. Nō enim
 in terrore, sed in ratione doctrina est. Neque ex trepi-
 datione naturæ: sed præceptorum obseruantia, & ope-
 ribus vitæ innocentiæ, & cognitione veritatis, in eudus
 est. Nam si idcirco Deus timendus est, quia plura ful-
 minibus arserint, tonitruo prostrata sint, terræ nūc mo-
 tu considerint, nunc hiatu receptæ sint: nulli fidei me-
 ritum in timore est, qui ex terrore accidentium cōmo-
 uetur. Nobis autem timor Domini omnis in amore est:
 motumque eius dilectio perfecta cōsummat. Dilectio-
 nis autem nostræ in eum hoc proprium officium est:
 parere monitis, statutis obtemperare, pollicitis confi-
 dere. Audiamus ergo scripturam dicentem: Et nunc
 Israel quid Dominus Deus tuus postulat à te, nisi vt
 timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omni-
 bus viis eius, & diligas eum, & custodias mandata eius
 ex toto corde tuo & ex tota anima tua, vt bene sit ti-
 bi? Quibus dictis conuenientia & congrua propheta
 in exordio psalmi locutus est, dicens: *Beati omnes qui
 timent Dominum, qui ambulant in viis eius.* Ostendens
 non ex trepidatione nostrâ, quia hæc timoris autor est
 in terris: neque ex terrore eius, qui terribilis sit, beatos
 esse qui timeant: sed ex eo quod in viis Dei decedant.
 Timor enim, vt diximus, non in metu, sed in obedi-
 entia est: & timoris testimonium est obsequela. Cæterū
 si quis timeat neque pereat: erit quidem timens ex tre-
 pidatione naturæ, sed non erit beatus ex timoris offi-
 cijs. Multæ sunt autem viæ Domini, cum ipse tamen
 via sit. Sed cum de se loquitur, viam se ipse nuncupat,
 & rationem cur se viam nuncupasset ostendit dicens:
 Nemo enim potest ad patrem venire nisi per me. Ve-
 rum cum de prophetis ac scriptis eorum quibus ad
 Christum pergitur sermo est, tunc viæ plures sunt in
 vnam viam vndique congruentes: quod vtrunque per
 Hieremiam prophetam significatum est dicentem:
 State in viis Domini, & interrogate semitas Dei æter-
 nales: & videte quæ est via bona, & ambulate in ea.
 Multæ itaque viæ interrogandæ sunt & in multis infi-
 stendum est, vt vnam quæ bona est inueniamus: per
 multorum scilicet doctrinam, vnam viam vitæ æternæ
 reperturi. Viæ enim in lege, viæ in prophetis, viæ in
 euangelijs, viæ in Apostolis sunt: viæ quoque in diuer-
 sis præceptorum operibus sunt, in quibus per timorem
 Dei ambulantes beati sunt, quibus dicitur: *Labores fru-
 ctuum tuorum manducabis.* Sermo ad plures cœptus, ad
 vnum refertur: docens nos omnes qui in Christo cre-
 diderimus vnū esse, Apostolo ita confirmante: Omnes

Psal. 33.

Deut. 10.

Ioan. 14.

Hier. 6.

Gal. 3.

enim vos vnū estis in Christo Iesu. Siue ergo ad vnū
 in siue ad plures loquitur: in vno erit id significantiæ,
 quod in pluribus. Est enim contendum, propheti-
 cum hunc sermonem ab vsu communis opinionis discrepa-
 re. In hac enim vitæ conuersatione, qui manducant,
 laborum fructus suorum manducant ex præuentibus
 elaborati operis fumentes. At verò propheta ait, labo-
 res fructuum manducandos. Non cōsequitur sensus hu-
 manus dicti huius intelligentiam. Ex laboribus enim
 fructus est, non ex fructibus labor. Deinde labor mi-
 nisteriū corporis est, fructus verò merces laboris. Mi-
 nisterium autem corporis incorporale est, licet cor-
 pore sit. Nihil verò edere, nisi quod corporale est pos-
 sumus. Sed propheta nihil de terrenis & præuentibus
 tractat: de beatitudine enim timētium Dominum, &
 in vijs eius ambulantium ei sermo est. Qui enim in vijs
 Domini ambulabit, illi labores fructuum suorum mandu-
 cabunt. Non enim hic māducatio corporalis est, quia
 neque id quod manducandū est corporale sit: sed ha-
 bebimus hic cibum spiritualem, animam nostrā in vita
 alentem, bona scilicet opera, castitatis, misericordiæ,
 patientiæ, pœnitentiæ, tranquillitatis, in quibus nobis
 contra corporum nostrorum vitia laborandum est.
 Horum laborū fructus in æternitate est, sed labor hic
 æternorum fructuum ante comedendus est: eoque in
 vita hac corporali anima nostra alenda est, per cibum
 horum alendorum obtinentes panem viuum, panem
 cœlestē, ab eo qui dixit: Ego sum panis viuus de cœ-
 lo. Quem qui indigne secundum mandatum Aposto-
 li acceperit, iudicium sibi adquiret. Hi sunt ergo labo-
 res fructuum manducandi: eorum scilicet fructuum,
 qui in cœlis metentur. Nunc dum in terra sumus, ope-
 ra sumenda sunt. Hæc enim nūc animam saturat, hæc
 in cœlum suis fructibus prosequuntur. Denique se-
 quenti versu vtriusque huius temporis beatitudinem
 propheta demonstrat, dicens: *Beatus es & bene tibi erit.*
 Quorum alterum in præsens obtinetur quod beatus
 es: quod verò bene tibi erit, repositum est in futurum,
 quo iterum labor futurorum fructuum manducabitur.
 Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Filij
 tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensæ tue. Ecce sic be-
 nedicitur omnis homo qui timet Dominum. Multis forte
 sermo iste in præsentis benedictionis gaudium aptus
 videbitur: vt ex misericordia Domini suppetat paci-
 fica & vtilis in domo cōiugis salus, & dulcissimus cir-
 ca conuiuium cœtus filiorum. Sed si hæc perfecta bo-
 na fuissent, quæ cum sint bona, nō tamen cœlestia bo-
 na sunt: tum si in his beatitudo timoris Dei cōstitisset,
 obtinisset vtique princeps fidei & timoris Dei Abra-
 ham, cui vxor diu sterilis bis abrepta est: filius ex pro-
 missione vnicus offerri in hostiam iussus, & sacrificio
 admotus intulit orbitatis dolorem. Ipsi deinde Isaac
 duo filij dissidentes, & vsque ad odium mortis inimi-
 ci: Iacob autem ignoratæ vxoris inopinatus maritus,
 & ad nuptias alias falso coactus, & viuientis funus par-
 ricidali fratrum mendacio plangens, caruit timentium
 Dominum benedictionibus: & apud quos, & à quibus
 fides est, apud eos fidei sanctificatio non reperietur.
 Quantos autem peccatorum videmus florere, domo,
 coniuge, liberis? Iam verò benedictionibus Dei priua-
 bitur felix illa & beata virginitas, causam sibi beatitu-
 dinis nō relinquēs. Et vbi illud erit Pauli: Vellem autē
 omnes homines esse sicut & me? Et nescio quomodo
 propheta perfectam eam beatitudinē constituerit: que
 negata sanctis, peccatoribus vsitata, non speranda vir-
 ginibus sit. Ergo quia secundum humanam intelligē-
 tiam

Ioan. 6. I. Cor. 11.

2. Cor. 7.

tiam propriam & perfectam beatitudinem dicti huius
 sermo non explicat: erigendæ sunt ad spiritalem do-
 ctrinam mentes atque aures. Lex enim omnis secu-
 dum Apostolum spiritualis est. Et ipse non humilem,
 nec terrenam beatitudinem sed spiritalem secutus est,
 dicens: Benedictus pater Domini nostri Iesu Christi,
 qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in
 cœlestibus. Cum itaque in spiritalibus, & cœlestibus
 benedici se ostendat, perfecta illa beatitudo sancto-
 rum non in his terrenis & corporalibus esse speranda
 est: sed potius intelligendum est per corporalium &
 terrenorum nuncupationem cœlestium bonorum esse
 intelligentiam consequendam. Nunquid cum Do-
 minus secundum euangelia sponfus est, & secundum
 Ioannem habet sponfam, de sponsis terrenis & cor-
 poralibus significari existimandum est? Non vtique:
 sed per hanc sermonis consuetudinem docemur eum
 esse, qui promissus sit gentibus, cuique à patre eccle-
 siæ hæreditas per ademptionem corporis, quod ex vir-
 gine præsumpturus esset, desponsata sit. Vt autē nunc
 cognoscamus quid sub vxoris nuncupatione intelli-
 gi oporteat: contudum est quid & alibi sub hoc eodem
 vxoris nomine tractatur à Salomone ita: Quia quæsiui
 sapientiā sponfam accipere mihi ipsi. Et quia qui spon-
 sam requirit, diuitem querit: huius sponsæ suæ opes
 memorat, dicens: Hæc est enim glorificatio conuictam
 habens Dei, & omnium Dominus dilexit eam. Et si
 malam quis cognitionem desiderat: nouit & quæ à
 principio sunt, & quæ futura sunt conspiciat. Et iterū:
 Vxorem virilem quis inueniet? Preciosior est autem la-
 pidibus multi precij. Et hæc istiusmodi in prouerbijs
 dicta sunt: quia prouerbiū non hoc quod verbis sonat
 explicat, sed dictorū virtutem ex vsu verborum com-
 muniū nuaciat. Docet autem Dominus in euange-
 lijs, quid prouerbia intelligenda fiat, dicens: Veniet
 hora vti iam in prouerbijs non loquar vobis, sed palam
 de patre nunciam vobis. Ergo secundum prouerbio-
 rum rationem vxorem virilem nosse debemus: eam
 nempe quam sibi Salomon sponfam quæsiuit assame-
 re. De qua & rursum ait: Iudicauit igitur hanc addu-
 cere ad coram mecum: & amator factus sum
 pulchritudinis eius. Hæc igitur tanquam vxor assump-
 ta sapientia virilis est, perficiēs omnia & sibi subdēs,
 & in labore vtilium operū valida. Ipsa Deo placita, &
 per doctrinam eius digna & præteritorum scientia, &
 futurorū cognitione & perfecti. Hæc timentis Deum
 vxor totis domus suæ lateribus diffusa, fecundæ vitis
 modo se per omnia operum nostrorum latera exten-
 dit. Domus autem non ambigitur hoc animæ nostræ
 esse domicilium: quod sibi vnusquisque per timorem
 Dei & vitam eius inuendo ad habitationem sapientiæ
 emundat. Ex hac igitur filij, qui erunt tanquam nouel-
 la oliuarum, in circuitu mensæ nostræ erunt. Non in
 conuiuij circuitu futuros ait esse, sed mensæ. Mensa e-
 nim Domini est, ex qua cibum sumimus, panis scilicet
 viuus: cuius est hæc virtus, vt ipse viuens eos quoque
 qui se accipiant viuificet. Est & mensa lectonum domi-
 nicarum in qua spiritalis doctrina cibo aluntur, qui
 doctrinam Dei consecantur. Sed est mensa de qua in
 psalmo alio scriptum est: Fiat mensa eorum corā ipsis
 in laqueum, & in captionem, & retributionē, & scan-
 dalum: in captionem enim illis & scandalum omnis in-
 tellecta ipsius prophetiæ lectio proficit. Sed qui do-
 ctrinam Dei consecantur, nisi in operum bonorū mi-
 nisterio versentur, mensa illius cibo non proficient.
 Nam sicut ex coniuge liberi, ita ex sapientia bonæ vo-

Ephr. 1.

Sap. 8. Ibidem.

Psal. 31.

Psal. 116.

Sap. 8.

Psal. 68.

luntatis opera procreantur. Hæc igitur tanquam nouel-
 la oliuarum mensam nostram circumdabunt, id est do-
 ctrinæ nostræ cognitionē optimorum qualiframorum
 fructibus obumbrabūt. Seruauit autē etiā hanc prophe-
 ta rationē, vt neophytam oliuam diceret, id est nuper
 plantatam: quia per sapientiā tanquam coniugem as-
 sumptam, cuius filij sunt opera fidelia, hæc eadē in hac
 terra nostri corporis plantatur. Hæc igitur vxor est
 modo vitis abundans in domo nostrâ: lateribus dif-
 fusa, hi filij, id est tali coniuge opera procreata, tan-
 quam plantatæ oliuæ in mensa nostrâ circuitu adfistēt.
 Et quia hæc timentium Deum beatitudo est, prophe-
 ta subiicit: *Ecce sic benedicetur omnis homo qui timet Domi-
 num.* Iungitur ad timentis meritum etiam votum pro-
 phetæ dicentis: Benedicat te Dominus ex Sion, & vi-
 deas quæ sunt bona Hierusalem. De Hierusalē & Sion
 iam in superioribus psalmis frequenter sumus locuti:
 ex quibus vel in quibus bonorum omnium consum-
 matio speranda est. Nunc enim quamuis bonis cœle-
 stibus perfruamur, tamē maiora nobis in Sion & Hie-
 rusalem temporibus spe referuntur. Hoc enim secu-
 lum promissorum bonorum capax non est. Væ enim
 mundo nunc ab scandalis, in quo & zizaniam diabo-
 lus superferit, in quo regio est corruptionis, & locus
 iniquitatis, & conuallis plorationis, in quo mundipoten-
 tes sunt harum tenebrarum. Sed habemus interim
 promissorum nobis bonorum lumen, in quo tantum
 per speculum & in ænigmate felicitium rerum imaginē
 contuemur: tunc facie ad faciem visuri non interpo-
 sita obscuritatis nube, aut speculi æmulante splende-
 re, sed verā & conspicuā beatitudinis nostræ cōtē-
 platione letabimur operū nostrorum fructus contuen-
 tes, & mercedem vitæ innocentis videntes. Nam vt
 opera ex sapientiā gignuntur, ita ex operibus retributio
 nascitur. Est ergo sapientiā innocentia mater, & rursum
 innocētia fructus retributionis parit. Hos ergo conse-
 quemur diabolo contrito, aculeo mortis retuso, &
 omni principe ac potestate huius seculi exempto, cū
 iam pax in nobis sit hoste victo & percepto, quod pro-
 pheta psalmi ipsius cōclusionē testatur dicens: *Benedi-
 cat te Dominus ex Sion, & videas bona Hierusalem omni-
 bus diebus vitæ tue & videas filios filiorum tuorum, &
 pacem super Israel.* Speremus ergo bona Hierusalem
 cœlestis, & Sion montis, & pacem Israel: quia locus
 Domini in pace est, in Domino nostro Iesu Christo,
 qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Canticum graduum. Psalmus CXXVIII.

Sape impugnaverunt me à iuuentute mea, dicat
 nunc Israel. Instituimur dictis prophetis
 ad tolerantiam præsentium passionum, &
 naturæ nostræ infirmitas aduersus seculi in-
 iurias semper impatiens suscipit sapientiæ doctrinam,
 ab eo qui in presenti psalmo ait: *Sape impugnaverunt me
 à iuuentute mea.* Non ociofa ætas religiosi viri est, ne-
 que quietam exigit vitam. Impugnatur iam ab ipsis
 iuuetutis suæ annis, & impugnatur sæpe. Non nouella
 itaque, neque rara impugnatū odia sunt, sed ea sæpe etiā
 ab ipsis iniitijs ætatis infesta sunt. Et idcirco hæc sunt
 que fidē probāt, que paciētiā testātur, que inuictæ vir-
 tutis coronā merentur. Nouit beatus apostolus Paulus
 hanc longi prælij coronam dicens: Nemo coronatur,
 nisi qui legitime certauerit. Certamē tantum non sus-
 ficit ad coronam. Legitimē certandum est, id est om-
 nia passionum bella peragenda sunt. Non sufficit se-
 mel neque vnus certaminis bello militasse. Et audiamus

2. Tim. 2.

DIVI HILARII IN

372

hunc ipsum legitime certantē cum de se dicit: In laboribus copiosus, in plagis abundantius: in custodiis eminentius: in mortibus frequenter. A Iudaeis quinquies quadraginta vna minus accepi. Ter virgis caesus sum: semel lapidatus sum, ter naufragium feci: noctem & diem in profundo maris fui. Meritū iste tot & tantis praeliis perfunctus dicere ausus est: Decetero iam superest mihi corona iusticiæ: quia nemo nisi qui legitime pugnaverit coronabitur. Huic etiā vox hæc prophetica cōpetit: Sæpe impugnaverūt me à iuuentute mea. Fiduciæ maximæ gratulatio est, tantorū & tam numerorum bellorum memorari. Sed nunc tacito impugnantū nomine impugnatione sola memoratur. Et causā noscenda est cur autores impugnationis silentur. Omnes humanā iniuriā, quæ religioſis viris inferuntur, non eosdem habent autores quos habent ministros. Executio quidem hominum est: sed diaboli instinctus est. Et huius nobis intelligentiæ Apostolus autor est, dicens: Non enim nobis certamen est aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates mundi huius potestates harum tenebrarū spiritualis nequitie in cœlestibus. Et rursum: Secundum principē aëris huius spiritus, qui nunc operatur in filiis obediētiæ. Operantur ergo hæc spirituales nequitie in his qui inobedientes Dei legi sunt: quos voluntatis suæ tanquam operarios eligunt, in res suas alienæ intercessionis ministerio suo vsuri. Neque solum id ex Apostolico dictis intelligimus, sed etiā ex libro Iob docemur. Cum enim diabolus potestatem tentandi Iob postulasset, per direptionem substantiæ eius primū desēuitur, homines ad pastorū cædem & direptionē pecudum incitauit, eoque in hanc voluntatē latrociniū accendit. Egit ergo quod volebat per humanæ operationis officium. Iudas quoque in passione Domini ministeriū diaboli fuit & per eum effectū volūtatis propriæ est executus: euāgelista testante qui ita: Intravit, inquit, satanas in Iudam qui cognominatur Scariotes. In omni iugitur quam perpetimur iniuria: alterius opus, alterius instinctus est: & non sibi efficit, quisquis aliquid per turbulentæ voluntatis impetum gerit. Nō ergo his irascendum est à quibus aliqua perpetimur: sed quoties per contumelias ad iracundiam prouocamur, quotiescunque per cōiucia ad lites exhortamur, quotiescunque ad dolorem ad impiam damni querelā per rapinas & furta cōpellimur, aut in corporis voluptates blandæ exhortationis sollicitamur instinctu: agnoscendus est hostis ille, per quē hæc operū ac dictorum incentiua proberentur. Neque irascendū est hominibus alienæ instigationis operariis: sed potius in his detestandi officij intercessio scēda miseranda est, quod sint vasa diaboli, satanæ ministeriū, latrocinantium telum, & alienæ maliciæ ac nequitie paritores. Ob hæc ergo cognitionem propheta sine distinctione nominis tantū impugnantū meminit, de his atque illis indifcretē locutus: quia per homines in se id quod spiritualiū nequitiarū est gerebatur. Cœpit itaque tanquā ex persona sua propheta: sed quid à nobis dici oporteret, quodam ipse confessionis exemplo ante præloquitur. Talis ergo ordo dictorum est. *Sæpe expugnaverunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel.* Ante ergo docetur Israel quid dicere debeat, tum deinde tanquā doctus, & exemplo prophetici confessionis Israel ipse iam loquitur. *Sæpe expugnaverunt me à iuuentute mea. Et enim non poterant mihi.* Talis religiosorum debet esse confessio. Et hæc vera fidei probatio est: vt qui cos sæpe à iuuentute impugnant, nunquam tamen eorū quos &

sæpe, & quidem à iuuentute impugnaverint, præpotētes sint. Aduersus autem validiores & longum & frequens est praelium. Et idcirco inimicæ spiritualēque virtutes firmos fidei & timore dei viros, & diu & sæpe pertentant: quia iterari necesse est, quod & diu geritur, & nunquam obrinetur. Maneamus ergo, vt sæpe impugnemur: & sæpe impugnatī habeamus hanc gloriam ne aliquando cedamus: & hinc sit impugnationis nostræ assiduitas, quia non sit impugnantium præpotens fortitudo. Mos autem est eorum, qui nequaquam longis atque assiduis præliis prævalent: vt victorē exercitum & firmis agminibus incedentē à tergo adēat, & dorso sicubi viam prætereat insidias machinentur. Illic dolos fabricantur, illic omnia insidiarum artificia exercent. Ita & peccatores tentatos incassum fideles viros euntes iam in veritatis via dorso insidiantur, dorso dolos concinnant. Et idcirco ait: *Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores.* Currat Apostolus ea quæ retrō sunt obliuiscens, sēque in ea quæ priora sunt extendens. Lex ad fideles ita locuta est: Persequuntur te inimici tui, & non comprehendit. Non comprehendit: sed autem eos docet, cum ait fabricatū. Indefiniti enim temporis significatio est, fabricatū enim semper, nūquam fabricationis suæ effectum consequentes: indefesso fidei cursu eō quod quotidie supra dorsum fabricabantur bella, corrente. Atque hanc pertinacē instantium iniquitatem sequens versus absoluit: *Prolongauerunt iniquitatem suam.* Elaiæ propheta est, dicens: Væ qui trahunt peccata sua tanquam funem longum. Non desinunt enim peccatis peccata connectere, & tanquam funem longum implexa ea semper extendere. Sancto namque corrente & peccatoribus in dorsum fabricantibus, cum huic ad destinatum currendi, illis semper fabricandi, modus nullus sit: fit peccatorū prolixa series & multiplex lōgitudo. Sed quid tandem post hanc iniquitatum longitudinem maneat noscendum est. Sequitur enim: *Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.* Iustus Dominus, patiens concidet in vltiorem dissimulato ad pœnitentiæ tempus, non inter exordia humanæ iniquitatis promptus ad pœnā, si desinendi à criminibus seram scilicet voluntatem peccatorum expectans: tunc ceruices concidet, cum sine aliquo desinendi modo fabricantur: cum in longum peccata tenduntur: cum iam omne patientis miser cordiæ tēpus exclusum est. Exprobrari autē semper contumacibus legis meminimus, quod dura ceruice sint: cum ceruicofūm populū esse Moses ad Deū arguit: cū propheta filiabus Sion exprobrat quod alta ceruice incedant: ceruice scilicet iugum dedignante, ac operibus fidei insolente, patientia Dei ad perdūdam peccatorum longitudinē abnuente. Submittenda autem ceruix est iugo suauī, ad quod Dominus inuitat, dicens: Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde. Nō cōcidenda ceruix est, huic fide subdēs iugo. Est etenim hoc humilitatis & mansuetudinis iugum, non semper impugnans, non in dorso fabricans, non peccata prolongans: sed humilitate & patientia ceruicem subditam fouens, superba illa insolenti que ceruice iusti iudicij concidenda decreto. Dehinc sequitur: *Confundantur & reuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.* Reuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion. *Et reuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.* (Frequenter admonuimus Sion mōtem esse Hierusalem proximam. Sed cum rex Sion, cum filia Sion, cum portæ Sion à prophetis nuncupantur: primū ipso nomine intelligi oportet aliud sub Sion significatione monstrari. Sion enim speculationis interpretatio est: Et quod

Et quod nobiscum speculatio, id Hebraicè Sion dicitur, Tum deinde dicti apostolici meminisse nos conuenit, ad montem Sion & Hierusalem cœlestem accessisse nos, in Dominum nostrum Iesum Christum credentes: in cuius glorificato corpore, quod in cœlestem gloriam trāsformatum est, spei nostræ honorem speculamur, humilitatis nostræ corpore in gloriā corporis sui conformando. Ecclesiam autem esse corpus Christi, cuius inuicem membra sumus, Apostolus testis est dicens: Quia ipsa Sion mōs Domini, regis filia, ciuitas sancta, viuus lapidibus in fundamento prophetarum & Apostolorum ædificata est. Hanc ergo quisquis odit, odit eū cuius & corpus est: est enim speciale hoc aduersus fideles infidelium odium. Cōfundendi ergo erunt qui Sion oderunt, & retrorsum reuertētur, non in cœlestia currentes, neque ad futura tendētes: sed ad terrena sua & originalia reuertentes, pudorem iniquitatis & infidelitatis suæ iudicij tempore sentientes, & in pœnalem corporum sensum amissa resurrectione redeuntēs. Hoc ipsum autem psalmi consequētia docent: *Fiant sicut scænum ædificiorum, quod priusquam euellatur aruit. De quo non implebit manum suam qui metet. Scænum suum qui manipulos colliget. Et nō dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini super vos.* Nullum (vt arbitrator) secundum corporalem intelligentiam ædificiorū scænum est. Est autem agri, eiudēque: fructuosissimi, Ergo nihil hic secundum aurium sensum tractandum atque opinandum est. Sunt autem secundum scripturæ autoritatē ædificata firma, sunt & infirma. Firma sunt, quæ fundamentis fidelibus supra petram iacta, fluuuiis, ventis, inundationibus non mouētur. Sunt & infirma: quæ arenosa ædificata fundamine, cum tēpestates ortæ erunt efficiūt ingentes ruinas. Sunt & fationes duæ secundum Apostolum, spiritus videlicet & carnis. Et qui spiritalia seuerit, spiritalia metet: & qui carnalia seuerit, carnalia metet. Ergo qui sæpe & quidem à iuuentute impugnant, qui super dorsum fabricabantur, qui prolongauerunt iniquitates, quorū concidenda ceruices, qui oderunt Sion: hi sicut scænum ædificiorum erunt inutiles, & corporeæ huius præsentisq; vite fructum casum inanēque: ferētes. Ædificia enim atque tecta secundum euāgelicam comparationem humana sunt corpora: aut fide firma, aut infidelitate ruitura. Ab hoc etiam ædificij tecto instante persecutione Dominus vnumquenque; vetuit descendere, dicens: Et qui super tectum est, non descendat tollere de domo aliquid. Certè in persecutione fugiendum est. Et quomodo de tecto inhiabit descendere: nisi quod cura corporis derelicta, quia super tectum insistens, id est, super terrenam naturam manens, humilia repetere & descendere ad inferiora prohibetur? Verum impij ædificiorum scænum sunt, inania enim seuerunt. Et scænum etiam antequam euellatur arefcens, de quo neque manum messor implebit, neque sinum manipulos collecturus onerabit, non præteris fructuum gratulatione benedixit. Inanes sunt, vacui sunt, inutiles sunt: inania enim & inutilia seuerūt. O infelices labores & infructuosa carnis opera, infructuosos ædificiorum scæno comparata, & antequam euellantur arida, id est, ante ipsum inutilis ipsius mellis tempus emortua. Sed quia horum ædificiorum scænum, carnalium operum esse fructus tractauimus: considerandum est quæ differentia sit in eo qui implet manum, & qui manipulos sinu colligit. Non enim idem est, neque scriptura res easdem iterare geminis elocutionibus solita est, plus est enim sinu colligere quàm manum replere.

Et quidem qui manum replent, fructum recipere rectè gestorum videntur: quia in manibus sermo diuinus opera significat. In sinu verò, conscientia & fidei & perfectæ voluntatis demonstratur affectus. Plus enim metit conscientia quam gesta. Hæc namque manum replent, manipulos verò illa sinu colligit. Duos denarios viduæ inopis acceptioſe Dominus habet copiosis diuitum nummis. Tanto præstat operibus voluntas. Et opera ob id manum implent: sed sinus manipulorum sunt capaces. Ergo hoc ædificij scēnū neque metentis manum neque manipulos colligentis sinu replebit: sed neque pretereuntes dicent, Benedictio Domini super vos. Et qui sunt prætereuntes: nisi qui tanquam peregrinantes corporalis vitæ seculum trāsferunt, non manentes in his quæ nulla sunt, sed ad æterna tendentes, neque his quæ conspectu subiacent immorantes, sed ad inuisibilia pergentes? Vt autē penitus qui sint transeuntes intelligamus: audiamus Moſen dicentem, cum in rubo ignem conspexit, sine damno rubi in quo conflagrabat ardentem. Ait enim: Transibo & videbo visionem hanc. Quid est istud transibo? Nulla enim locorum interualla discreuerāt, eodem in loco & loquitur & videt. Quid ergo trāsit? trāsit in corporeales carnalēsq; curas: & ioceri sui oues pastens, in cœlestem cognitionem relictis terrenis operibus excedit. Verum & ipse pertransiit qui in superiore psalmo ait: Vidi impium super exaltatum & eleuatum sicut cedros libani: & transiit, & ecce non erat. Quem ammiratus in seculi rebus est, quem in corporeis rebus manens excelsum eleuatūque conspexit: hunc trāsiens, id est, peregrinus seculo factus, & in cœlestem ac spiritualem cognitionem de terrenis & caducis rebus excedens, in nihilum habuit, & iam non esse dixit, & mortuum deputauit. Negant ergo ædificiorum scæno prætereuntes Dei benedictionem: fructibus aridis & caducis scientes gratiam diuini muneris denegandum. Sed propheta vota dura atque aspera esse credentur: totus enim eius sermo tanquam optantis fuit, cum ait: Fiant sicut scænum ædificiorum. Sed absit istud vt propheta imprecatus esse credatur. Ex propheta autem sciētia hæc locutus est, & cognitionis fuit sermo iste, nō voti: simul vt peccatoribus terror ingrueret, inanitatem fructuum suorum arefcentium cognituris. Porro autem votorum suorum ostendit affectum dicens: *Benedicam vos in nomine Domini.* Prompta benedictio est: si hi qui se rebant ædificiorum scænum, serere incipiāt quod messoris manum & colligētis manipulos sinu repleat. Aridis ergo operibus emortuos fructus suos in scæno ædificiorum monstrauit propheta benedictiones negando: vota autem suā erga pœnitentium salutē pro reditu bonæ operationis ostendit, benedictiones rursum quas negauit optādo. Seramus ergo viriliter, & labores nostros replendis manibus ac sinibus præparemus: vt benedictionis Dei participes simus in Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Canticum graduum. Psalmus CXXIX.

De profundis clamauit ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Et reliqua. Inter multa præclara quæ ad Romanos Apostolus scribit, cum de fide gētium & infidelitate Iudeorum locutus esset, & multa de iudiciis Dei decretis tractasset, ait: O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm sunt inscrutabilia

iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis ante dedit ei & retribuetur illi? Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi claritas in secula seculorum. Humanæ infirmitatis religiosa confessio est, ex Deo hoc solum nosse quod Deus est. Cæterum secreta illa & profunda imperspicabilis iudicij decreta, mens terrena non penetrat. Inuestigare quidem ea perscrutarique pium est, sed inscrutabilia ea esse & inuestigabilia consistenda sunt: quorum est alterum religiosæ voluntatis, alterum imperspicabilis naturæ. Quis enim causas naturarum; cæli, & huius & superioris & cæterorum sciet? Quis angelorum & potestatum & dominatum & thronorum & principatum officia rationesque percipiet? Quis Cherubin & Seraphin perpetuas voces æternasque intelliget? Quis laudantes Dominum super cælum aquas cognoscat? Quis Solis, lunæ & astrorum lumina comperta esse sibi gloriabitur? quis hanc inanem nobis (vt falso putamus) aeris plenitudinem metietur? Iam vero aut dispositionem orbis terrarum, aut elementorum virtutes, aut temporum mutationes, aut fluminum cursus, aut maris fines, aut oceanum vicissitudines, aut ventorum flatus, aut naturas animalium, aut iras bestiarum, aut genera arborum, aut virtutes radicum, & origines animarum, & incrementa corporum, & infantium mortes, & senum vitam, & labores seculi, & sanctorum gloriosas calamitates, & irreligiosorum infelices beatitudines, & legis & prophetarum & euangeliorum & Apostolorum arcana cælesti libros consecratos, plenæ cognitionis scientia consequetur? In his igitur omnibus hærens ac detentus propheta, ex interno cordis sui secreto secundum Apostoli vocem & ipse clamat, dicens: *De profundis clamavi ad te Domine. Pone illum secundum Apostolum in profundo diuitiarum Dei imperscrutabilium & inuestigabilium demorantem, statue illum de profundo humanarum calamitatum æstu precantem, secundum eam Domini quæ est in anteriore psalmo vocem: Veni in profundum maris, & tempestas demersit me. Existima illum non labiis, sed secreto (vt iustum est) cordis orare: apta aut ignorantioni, aut passioni, aut orationi vox ista dicentis est: De profundis clamavi ad te Domine: dum aut nescit, aut patitur, aut precatur. Et quia de profundis clamat, confidenter ait: Domine exaudi vocem meam: Fiant aures tuæ intendentes in vocem orationis meæ. Sed quærendum est an id ipsum sit, exaudi vocem meam: & fiant aures tuæ intendentes in vocem orationis meæ. De profundis enim orat, & profundum est quicquid orat. Ac primum intelligendum est Deum incorporalem esse: neque ex partibus quibusdam atque officiis membrorum (ex quibus vnum corpus efficitur) consistere. Legimus enim in euangelio, Quoniam Deus spiritus est, inuisibilis scilicet, & immensa atque intra se manens & æterna natura. Scriptum quoque est, Quoniam spiritus carnis & ossa non habet. Ex his enim corporis membra consistunt, quibus substantia Dei non eget. Deus autem qui & vbiq; & in omnibus est, totus audit, totus videt, totus efficit, totus incedit. Et hoc ex scripturis docemur, cum dicitur: Ego sum Deus appropinquans, & non de longe. Et rursum, Quoniam in ipso & viuimus, & mouemur, & sumus. Virtus ergo Dei quæ æqualis & indiscreta est, officiorum & membrorum habet nomina: vt virtus qua videt, oculi sint: virtus qua audit, aures sint: virtus qua efficit, manus sint: virtus qua adest, pedes sint: officiorum diuersitates*

psal. 68.

Luc. 24.

Act. 17.

A virtutis huius potestate peragente. Deus ergo vbiq; est, & vbiq; adest, audit, videt, efficit: sed orandus à nobis est, vt secundum precem nostram assit, audiat, videat, efficiat. Naturæ suæ est vt audiat, sed fidei nostræ est vt precemur audiri. Audit conuiciantes, audit maledicentes, audit etiam intra secreta cordis loquentes, sed fides officium suum exequitur, vt Dei auditionem roget: vt qui per naturam suam audit, per orationem precem dignetur audire. Quod si quis forte corporeum Deum & conformabilem, & membris diuersum, qui non idem oculus quod & manus est, ob id esse existimabit quod dictum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: primum meminisse debet hominum institutionem naturis duabus contineri, animæ scilicet & corporis, quarum alia spiritalis, alia terrena est. Et inferiorem hanc materiam in efficietiam atque operationem naturæ illius fuisse potioris aptatam. Ergo quisquis ita vult credere, vt corporalis Deus sit, quia ad imaginem eius homo factus est: compositum esse Deum statuet ex potiore scilicet inferiorisque natura, quia de talibus homo constat. Quicquid autem compositum est, necesse est non fuerit æternum, quia compositio habet initium quo componatur vt maneat. Sed hæc infidelitatis deliramenta sunt, dum per cælestis naturæ ignorationem, intra has opinionis angustias vitio ingenij degeneris coarctamur. C. Deus autem semper & in omnibus manens & vbiq; idem, & nusquam ipse non totus. Cùmque pulcherrimum opus perfectum iam mundo inchoaret, hominem scilicet ad imaginem sui faciens, eum ex humiliori natura cælesti; composuit, anima videlicet atque corpore. Et prius quidem diuinam illam, diuino illo & incoprehensibili nobis virtutis suæ opere constituit. Non enim cum ad imaginem Dei hominem fecit, tunc & corpus effecit. Genesis docet longè postea quã ad imaginem Dei homo erat factus, puluerem sumptum formatumque corpus: dehinc rursum in animam viuentem per inspirationem Dei factum: naturam hanc scilicet terrenam atque cælestem quodam inspirationis federe copulatam. Scit se beatus apostolus Paulus per interiorem & exteriorem hominem diffidere. Per interiorem quidem hominem condelectatur legi, per exteriorem vero hoc quod non vult agit: cum interior homo spiritus opera desiderat, exterior voluptates corporis concupiscit. Ergo ad imaginem Dei homo interior effectus est rationalis, mobilis, mouens, citus, incorporeus, subtilis, æternus: quantum in se est speciem naturæ principalis imitatur, dum transcurrit, dum circumuolat, & dicto citius nunc vltra oceanum est, nunc in cælo euolat, nunc in abyssis est, nunc orientem occidentemque perlustrat, dum nunquam vt non sit aboletur. Natura quidem Dei in his omnibus est, neque vt alibi assit decedit aliunde. Sed animus humanus in hac sensu sui mobilitate ad imaginem opificis sui factus est, dum naturam Dei mobilitas animæ perennis imitatur, nihil in se habens corporale, nihil terrenum, nihil graue, nihil caducum. Et audiamus adhuc Paulum hoc ita docentem: Expoliantes veterem hominem cum gestibus eius, & induentes nouum qui renouatur in cognitionem secundum imaginem creatoris. Nunquid aliquid corporale induimus cum in agnitionem renouamur? Nihil, vt opinor: induimus autem agnitionem Dei, fidem æternitatis, innocentis sinceritatem & bonitatis mores. Hæc enim animæ magis sunt indumenta quam corporis, quæ omnia Deo propria sunt. Hæc in agnitionem noui hominis induimus: vt in

Genes. 1.

Colos. 3.

vt in omni ministerio animæ nostræ, sumus secundum imaginem creatoris, bonitatis, & sanctitatis, & charitatis agnitione perfecti. Hæc propter aures Dei, ne corporalis existimaretur, tractata breuibus sunt. Et quanquam hæc ita se (vt dictum est) habent: tamen meminimus esse plures spirituales virtutes quibus angelorum est nomen, ecclesiis præsententes. Sunt enim secundum Ioannem Asianis ecclesiis angeli, sunt & Moise testante, secundum numerum angelorum fines gentium Adæ filii constituti. Et Domino docente, pusillorum angeli quotidie Deum vident. Sunt secundum Raphaelem ad Tobiam loquentem angeli adfidentes ante claritatem Dei: & orationes deprecantium ad Deum deferentes. Hoc ideo commemoratum est, vt si forte hos esse oculos vel aures, vel manus, vel pedes Dei intelligere voluerimus: habeamus non improbabili intelligentiæ autoritatem, maximè cum scriptum sit: Sunt enim efficietes spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditabunt salutem. In recessione itaque horum non natura Dei eget, sed infirmitas nostra. Missi enim sunt propter eos qui hæreditabunt salutem: Deo nihil ex his quæ agimus ignorante, sed infirmitate nostra ad rogandum & promerendum spiritualis intercessionis ministerio indigente. Dehinc sequitur: Si iniquitates obseruabis Domine, Domine quis sustinebit? Non negligeret dicti huius ratio tractanda est. Non enim ait, Si peccata obseruabis: sed, Si iniquitates obseruabis. Differt enim iniquitas à peccato. Nunquid Deus peccata non obseruabit, & criminum memoria non erit? Erit certe: quia etiam de ocio verbo rationem vnusquisque præstabit. Et omnis in carcere missus reddet nouissimum quadrantem. Differre autem iniquitatem & peccatum docemur, cum dicitur. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et rursum: Iniquitatem meam ego agnoui, & peccatum meum non abscondi. Iniquitas enim transgressio legis Dei est, quæ est grauior peccato: quod id ipsum Rom. 2. Apostolus absolutissime distinxit dicens: Qui enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: qui autem per legem peccauerunt, per legem iudicabuntur. Ergo peccatum iniquitatis iam perit, cæterum peccatum legis iudicabitur. Peccatum autem iniquitatis est, quicquid extra legem delinquitur, vt gentiliū crimina sunt: quæ iam cum lapsa legis ignoratione damnata sunt. Peccata autem in lege non pereunt, sed iudicanda sunt: quia licet peccata sunt, tamen in lege peccata sunt. Ergo si Deus iniquitatem recorderetur, quis sustinebit furta, cædes, falsa testimonia, stupra, periuria? Hæc enim crimina sunt, quæ iniquè extra legem Dei geruntur, quæque nouæ generationis sacramento abluuntur. Sed horum plane iam Deus non recordatur, & cur non recorderetur, in sequenti versu propheta demonstrat, dicens: Quia apud te propiciatio est. Est enim vnigenitus Dei filius Deus verbum redemptio nostra, pax nostra, in cuius sanguine reconciliati Deo sumus. Hic est qui venit tollere peccata mundi, qui cruci suæ chirographum legis affigens, edictum damnationis veteris deleuit. Sive igitur ad patrem, sive ad filium, oratio prophetæ existimabitur (vnum enim ambo sunt. Et qui videt filium, videt & patrem, quia pater in filio, & filius in patre est. Ex similitudine gloriæ alter in altero gloriosus est. Gloriosus filius, quia dignus consortio patris sit. Gloriosus pater dignus consortio filij sui) pater rectè volens per prophetam dixisse creditur, Quoniam apud te propiciatio, quia in patre secundum similitudinem gloriæ filius est: & filius ipse pro peccatis nostris & pro

A picatio, & redemptio, & deprecatio est iniquitatum nostrarum, quia ipse earum propiciatio sit non recordans. Scit autem propheta ingentis periculi rem esse, iniquè, id est sine lege peccare, quia peccato sine lege perditio est, peccato autem in lege iudicium est. Et idcirco ait: Propter legem tuam sustinui te Domine. Lex ergo sancta & spiritalis est, & in ea verba vitæ sunt. Et legis finis Christus est, & hoc sequenti versu ostenditur. Ait enim: Sustinuit anima mea in verbum tuum. Corporalia quidem legis officia propheta exequitur: scilicet sacrificiorum & holocaustorum & neomeniarum & sabbatorum, quæ omnia umbra sunt futurorum: sed anima eius sustinuit in verbum Dei. Propter legem ipse sustinet, id est, vt dixi, corporaliter officia legis gerit. In verbum autem Dei anima sua sustinet: scilicet filij Dei aduentum, qui & verbum Dei, & Deus verbum est, spirituali fide expectat. Qualiter autem expectet, demonstrat dicens: Sperauit anima mea in Dominum, à custodia matutina vsque ad noctem. Recordemur Euangelicæ comparationis tenorem, & meminerimus quosdam operarios vineæ omnem in labore diem transigere. A custodia matutina vsque in noctem propheta sperat: nullum tempus habet vacuum, totius diei indefessus operarius est. Sed quid tadem spei erit? Non omnis ita diem suum in spe Domini exegit. Sunt enim operarij horæ tertie, sunt sextæ, sunt nonæ, sunt & vndecimæ. Et videtur propheta qui à custodia matutina sperauit vsque ad noctem, spem nobis Euangelicæ mercedis abscondere. Non abscondit plane. Ait enim: Speret Israel in Domino. Sine præfinitione temporis spei adhortatio est. Ille quidem vt perfectus operarius, à custodia matutina vsque in noctem sperauit. Sed ad spem omne tempus est liberum: & mercedem non operis, sed misericordiæ, vndecimæ horæ operarij consequentur. Ita enim ait:

Speret Israel in Domino, quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eorum.

Bonus est in quem speratur, & sperandum in eo est quia misericors est, quia copiosa apud eum redemptio est, quia redimet ab iniquitatibus suis vnuerfos. Hora vndecima est, conclusa diei sunt tempora: curramus omnes, festinemus ne nox adsit, ne hora prætereat. Senes fumus, nox mortis insidit, ne ad vndecimam saltem vitæ nostræ horam procederemus. Beatus quidem qui à mane vsque in noctem laboras, pactum denarium tanquam debitum postulat. Sed quia bonus est Dominus, quia misericors est, speremus in eum: vt vndecimæ licet horæ operarij, diurni laboris denarium consequamur: per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Canticum graduum. Psalmus. CXXX.

Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Breuis psalmus est, & distinctione magis quam tractatu explicandus: ad humilitatem nos & mansuetudinem inducens. Et quia plurimis aliis locis nonnulla de humilitate tractauimus, ociosum est eadem repetere. Certè meminisse debemus maximum fidei nostræ opus esse humilitatem: cum hanc pro optimi operis conscientia propheta commemorat, dicens: Domine non est exaltatum cor meum. Optimum enim sacrificium Deo, cor contribulatum. Non ergo cor secundis rebus offerendum

Dd ij

est: sed Dei metui intra mansuetudinis fines humilitate cohibedum, Neque elati sunt oculi mei. Alia istud proprietate Gracitas elocuta est dicens, *id est, id est, ex alio in aliud elati sunt.* Eleuandi autem oculi secundum dicta prophetæ sunt: Eleuate oculos vestros, & videte quis ostendit hæc omnia. Et Dominus in euangelio ait: Eleuate oculos vestros & conspice regiones: quia albescunt ad messem. Eleuandi ergo sunt oculi, sed non rursum ex alio in aliud eleuandi: vt semel in id quod eleuati sunt perseverent. Dehinc sequitur: *Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.* Magni periculi res est, si in modicis ambulamus: & si non in mirabilibus immoramur. Magna eloquia Dei sunt, ipse mirabilis in excelsis est. Et quomodo tanquam bonum opus de se propheta profert, quoddam in magnis & mirabilibus non ambulet? Sed cum addidit, Super me: in his non ambulat quæ homini magna & mirabilia creduntur. Dauid enim & propheta & rex erat: humilis antea & abiectus, neque conuitio patris sui dignus: sed Deo complacuit. Vinctus in regem est, aspiratus est in prophetam. Non insolefcit in regno, non odiis commouetur. Persequentes se amat, inimicorum mortes honorat, incestuosos & parricidalibus filiis parcat. Imperator contemnitur, pater læditur, propheta vexatur: vltionem non vt propheta orat, vindictam non vt pater sumit, contumeliam non vt imperator exequitur. In his ergo quæ super se magna & mirabilia sunt, non ambulat. Sed videamus quæ sequuntur: *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.* Quæ propheta ista diuerſitas? Non exaltat cor, exaltat animam. Non in magnis & mirabilibus super se ambulat, sed non humiliter sentit. Excelsus animo est, & corde submissus. Humilis in suis est, sed non humilis in sensu est. Sensus enim eius in caelo est, anima eius in excelsis est. Cor autem (ex quo secundum euangelium exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia) humile est, suauiter illo mansuetudinis iugo subditum. Tenendus ergo humilitatis & altitudinis modus est: vt corde humiles, sensu vero & anima simus excelsi. Dehinc sequitur: *Sicut ablactato super matrem suam, sic retribuis in animam meam.*

Ablactato Isaac, accepimus Abraham fecisse cœnam: quod ablactatus iam puerilli ætati proximus, cibum lactis excederet. Apostolus omnes rudes fidei, & infantiles adhuc in Dei rebus, scientiæ lacte potat. Ergo profectus maximus est, iam lacte non indigere. Ad fortiorem enim cibum trãſiſſe illum suum Abraham, etiam conuiuij læticia testatus est: & Apostolus carnalibus & paruulis in Christo panem negat. Propheta itaque orat, quia nõ exaltauerit cor suum, quia non in magnis & mirabilibus suis ambulauerit, quia non humilia senserit, sed exaltauerit animam suam: vt tanquam ablactato super matrem suam retribuat animam eius. Scilicet vt perfecti & cœlestis & viuientis panis retributione sit dignus: quia per superiora quæ commemorauit opera, cibum iam lactis excederit. Sed neque sibi tantum hunc viuum & cœlestis panem precatur, vniuersos autem ad eius spem adhortatur, dicens:

Speret Israel in Domino, ex hoc & usque in seculum seculi.

Spem nostram nullo sine temporum claudit, in immensum expectationis nostræ fidem tendit. In seculum seculi sperandum est: quia per spem presentis seculi, spem futuri seculi consequemur in Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Omnes quidem anteriores psalms graduum, in profectum nos spei celsioris extollunt: & per doctrinam fidei, spei, confessionis, humilitatis, operationis in sublime gradibus suis prouehunt. Sed hic præcipue psalmus nos & cognitionem filij Dei edocet: & sacramento assumptæ ab eo carnis instituit. Cæpit enim ita:

Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.

Audent Iudæi, aduentum Domini nostri quo in corpore salutem humano generi reddidit, abnegantes, hunc psalmum ad Dauid referre, vt in passione Domini impij, ita & in prophetiæ scientia imperitis legentes & non intelligentes, habentes & nescientes, venerantes & non obediētes. Quia enim religionis simulatione prophetarum libros venerentur, multis cognitum est. Contereat legentes manu non audent, lintheo substernunt, ad finem sacramenti testes adhibent: & hoc eod proficit, vt maiore irreligiositatis crimine eorum quibus tantus honor debetur, dicta aut contaminent, aut dissimulent, aut nesciant. Hoc eod dictum est, quia cum in prophetis longè postea quàm Dauid corpore exceſſerat, scriptum habeant in Hieremia ita: In illa die, dicit Dominus, contribulabo iugum à ceruice eorum, vincula eorum dirumpam, & non operabuntur ipsi adhuc aliis diis, & operabuntur Domino Deo suo. Et Dauid regem ipsorum suscitabo illis. Et rursum: Suscitabo illis Dauid regem orientem iustum, & regnabit rex, & intelliget, & faciet iustitiam & iudicium super terram. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel commorabitur fidens. Item in Eſaiã: Et excitabo pastorem super eos vnum altum, & pascet eos seruus meus Dauid. Et erit hic pastor, & ego ero illis in Deum, & Dauid princeps in medio eorum. Ego Dominus locutus sum. Et disponam ad Dauid testamentum pacis. Nolunt credere quod docentur: neque his fidem habent quibus deberi venerationem confitentur. Et religiosi quomodo erunt, autoritatem abnegantes religionis? Dauid cum patribus quiescebat, ipse testamentum datæ per Moſen legis cognouerat: tanto postea Deus per prophetas locutus est, Dauid excitandum regem pastorem orientem iustum, in cuius diebus salus Israel sit, ad quem Deus testamentum pacis disponit. Ergo est Dauid non hic Iesse filius, psalmorum ex parte

David ar- tor psalmorum. Pastor enim bonus pro ouibus suis animam ponit. Ob æterni regni gloriam rex, cui dictum est: Rabbi tu es rex Israel. Ob iudicium Dei iustus: Pater enim non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Ob lumen mundi, oriens: Erat enim lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ob filij dignitatem, testamenti pacis hæres: Omnia enim mihi data sunt in caelo & in terra. Et: Pacem meam relinquo vobis. Confiteantur ergo necesse est Iudæi, longè post tempora Dauid esse hæc prædicata. Est autem Dauid iste, qui nomẽ parentis secundum originem carnis accepit: nomen sumens eius, cuius ex genere sumebat & corpus. Omnia autem quæ psalmo continentur: & à gestis prophetæ Dauid, & à natura humanæ infirmitatis, & ab eius temporibus diuerſa sunt. Et quia ei non res, non conditio, non tempus aptatur, & in eum Dauid quem postea per prophetas Dominus pollicitus est conueniunt:

non

non est ambiguum quinetiam hic qui propheta egressus & magnus est, de eo Dauid qui postea extitit Dei spiritu prophetiæ officio fit locutus: *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Non ait, Memento mei: sed, Memento Domine Dauid: vt alterum qui loqueretur ostenderet. Orationem autem omnem hanc esse vnigeniti filij Dei per prophetam loquẽtis, existimari necesse est: memoriam Dei patris erga eum sibi quem assumpturus erat hominem deprecantis.

Est enim Iesus nunc, secuadum Apostolum, in gloria Dei patris: & ei omne cœlestium & terrestrium & infernorum genu flectitur. Ergo se primogenitus Dei filius Deus verbum, iam Dauid nuncupat, per prophetam eius sibi hominis nomen assumens: qui secundum diuinitatis suæ priuilegium vnà secum esset in patris gloria collocandus. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Ait enim ipse: Quia mansuetus & humilis corde sum. Et testimonium Dei patris est: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & gentibus iudicium nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Vt omnis ergo huius mansuetudinis pater meminere deprecatur: per cuius mansuetudinis modestiam Deo patri officium humilitatis suæ vouerit: *Sicut, inquit, iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob.* Sacramenti meritum ad professionem voluntatis assumitur. Et nescio an vnigenitus iurauerit. Certè ita gessit & locutus est omnia, vt sacramento religionis satis facere videretur. Nanque cum quædam de passione sua locutus ad discipulos fuisset, & Petrus tantum indignum hoc Dei filio detestatus esset: Petri cui superius clausæ regni caelorum dederat, super quæ ecclesiam ædificaturus erat, aduersus quam portæ inferi nihil valerent, qui quæ in terris vel soluisset vel ligasset, ea in caelis vel soluta persisterent vel ligata: hunc itaque tali conuicio detestantem hoc sacramentum passionis excepit: *Vade post me Satana, scandalum mihi es.* Tanta enim ei religio fuit pro humani generis salutem pacendi, vt Petrum primum filij Dei confessorem ecclesie fundamentum, cœlestis regni ianitorum, & in terreno iudicio iudicem caeli, Satanæ conuicio nuncuparet. Quinetiam in tumultu eo quo se dedendum passioni præbuerat, cum idem Petrus seruo sacerdotis gladio aurem abscidisset ait: *Reconde gladium tuum in thecam: Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum?* Impium & profanum docens esse, si non omnia quæ erga humanam salutem patri vouisset, expleret. Absolutè autem in eo ostendit deuotam passionis suæ religionem, cum post aceti poculum esset spiritum traditurus. Perfecit enim omnibus ait: *Consummatum est: & inclinans caput tradidit spiritum.* Percurrerat enim omnia sacramenti officia: & vbi consummatione gaudeatur, ibi in suscepti operis perfectione lætitia est. Ergo quia secundum hanc gestorum deuotionem ita omnia gesta sunt, vt videatur studiosè pro religione quia iurata sunt hæc esse perfecta: sequens est vt videatur quid sit quod Dauid iste & iurauit & vouit.

Si intraro in tabernaculum domus mee, si ascendero in lectum strati mei. Si dederò somnum oculis meis & palpebris meis dormitationem. Et requies temporibus meis donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

Humanæ naturæ vota hæc esse non possunt: & conditio sacramenti infirmitatem terrenæ necessitatis excedit. Adeundum tabernaculum domus non est, stratum lecti abstinentium est, somnus oculis & palpebris dormitatio & requies temporibus non danda est: donec inueniatur Domino locus & tabernaculum Deo Iacob. Standum ergo erit nocte dièque sub caelo, & nunquam in requie corpus iacebit: oculi autem semper vigiles laborabunt, & ne ipsis quidem palpebris conuiuendi in dormitatione permittetur obductio. Tempora verò, quæ maxime toto in corpore iniuriis vigiliarum & stationis obnoxia sunt, requiem non habebunt. Homo istud de se iurare non finitur, etiam si maxime nolit, conditionem tamen voti huius pro ipsa naturæ suæ necessitate violabit. Vigilet licet animus, & corpus in statione contineat, tamen necesse est infirmitatis dominante natura & procidat, & dormiat, & requiescat inuitus. Dehinc quem locum homo Deo inueniet? Et incomprehensibilem infinitamque naturam quali tabernaculo continebit, cum de se ipse per prophetam Dominus locutus est dicens: *Esai. 66.*

lum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum? quam domum ædificabitis mihi, aut quis locus requietionis meæ? Omnia enim hæc fecit manus mea, & mea sunt omnia hæc. Non ignarus autem huius diuinæ vocis propheta est, & scit humanæ & terrenæ operationis domum Deo esse non posse, id ipsum psalmo anteriore contestans, quum ait: *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Ergo si neque natura hominis conditionem voti istius recipiet, neque locum & tabernaculum Deo humana requirit operatio, cognoscendum est per cœlestium scripturarum autoritatem quid sit hoc votum, per cuius satisfactionem locus Domino, & Deo Iacob tabernaculum sit reuertum. Domino nostro Iesu Christo vnigenito Dei filio, qui omnia humanæ salutis sacramenta tanquam iuratus expleuit, & quem à prophetis Dauid significatum docuimus, hoc opus maximum fuit: vt hominem ad scientiam diuinam eruditum, dignum habitaculum Deo redderet. Et esse homines sedem atque habitationem Deo, ita docemur Deo ipso per prophetam loquente: Quia inhabitabo in his, & in illis ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et rursum: In æternum exultabunt, & habitabo in his. Dominus autem ipse in Euangelio ait: *Ioan. 14.* Si quis diligit me, verbum meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et Apostolus quoque ait: *2. Cor. 6.* Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Habitat autem Deus religiosorum mentes, non corporali aditu neque natura grauiores ingressu, vt alibi non degens, illic tantum quo se intulerit insulat: sed spiritali virtute, in vacua se à terrenis labibus corda permittit, seseque luminis modo in patentibus innocentia foribus mentes illuminaturus infundit. Assumpto igitur corpore vnigenitus Deus, neque ante secundum hominem se ingressurum tabernaculum domus suæ iurat, id est in celestem habitationem suam esse rediturum, quàm hæc religiosi pectoris loca inueniat: sed neque stratum lecti sui ascensurum se esse vouit. Stratus requies humanorum laborum est, & fessorum corporum refectio. Sed quia in caelo semper quiescitur, & quia indefessa illa natura laborem nescit, semper in stratu, id est semper est in quiete. Dominus noster in forma Dei manens formam serui accepit, & obediens vique ad mortem fuit, & mortem crucis: vt plus nescio quid morte pateretur. Ob id autem tantum obediens*

Dd iij

A non est ambiguum quinetiam hic qui propheta egressus & magnus est, de eo Dauid qui postea extitit Dei spiritu prophetiæ officio fit locutus: *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Non ait, Memento mei: sed, Memento Domine Dauid: vt alterum qui loqueretur ostenderet. Orationem autem omnem hanc esse vnigeniti filij Dei per prophetam loquẽtis, existimari necesse est: memoriam Dei patris erga eum sibi quem assumpturus erat hominem deprecantis.

Est enim Iesus nunc, secuadum Apostolum, in gloria Dei patris: & ei omne cœlestium & terrestrium & infernorum genu flectitur. Ergo se primogenitus Dei filius Deus verbum, iam Dauid nuncupat, per prophetam eius sibi hominis nomen assumens: qui secundum diuinitatis suæ priuilegium vnà secum esset in patris gloria collocandus. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Ait enim ipse: Quia mansuetus & humilis corde sum. Et testimonium Dei patris est: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & gentibus iudicium nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Vt omnis ergo huius mansuetudinis pater meminere deprecatur: per cuius mansuetudinis modestiam Deo patri officium humilitatis suæ vouerit: *Sicut, inquit, iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob.* Sacramenti meritum ad professionem voluntatis assumitur. Et nescio an vnigenitus iurauerit. Certè ita gessit & locutus est omnia, vt sacramento religionis satis facere videretur. Nanque cum quædam de passione sua locutus ad discipulos fuisset, & Petrus tantum indignum hoc Dei filio detestatus esset: Petri cui superius clausæ regni caelorum dederat, super quæ ecclesiam ædificaturus erat, aduersus quam portæ inferi nihil valerent, qui quæ in terris vel soluisset vel ligasset, ea in caelis vel soluta persisterent vel ligata: hunc itaque tali conuicio detestantem hoc sacramentum passionis excepit: *Vade post me Satana, scandalum mihi es.* Tanta enim ei religio fuit pro humani generis salutem pacendi, vt Petrum primum filij Dei confessorem ecclesie fundamentum, cœlestis regni ianitorum, & in terreno iudicio iudicem caeli, Satanæ conuicio nuncuparet. Quinetiam in tumultu eo quo se dedendum passioni præbuerat, cum idem Petrus seruo sacerdotis gladio aurem abscidisset ait: *Reconde gladium tuum in thecam: Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum?* Impium & profanum docens esse, si non omnia quæ erga humanam salutem patri vouisset, expleret. Absolutè autem in eo ostendit deuotam passionis suæ religionem, cum post aceti poculum esset spiritum traditurus. Perfecit enim omnibus ait: *Consummatum est: & inclinans caput tradidit spiritum.* Percurrerat enim omnia sacramenti officia: & vbi consummatione gaudeatur, ibi in suscepti operis perfectione lætitia est. Ergo quia secundum hanc gestorum deuotionem ita omnia gesta sunt, vt videatur studiosè pro religione quia iurata sunt hæc esse perfecta: sequens est vt videatur quid sit quod Dauid iste & iurauit & vouit.

Si intraro in tabernaculum domus mee, si ascendero in lectum strati mei. Si dederò somnum oculis meis & palpebris meis dormitationem. Et requies temporibus meis donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

Humanæ naturæ vota hæc esse non possunt: & conditio sacramenti infirmitatem terrenæ necessitatis excedit. Adeundum tabernaculum domus non est, stratum lecti abstinentium est, somnus oculis & palpebris dormitatio & requies temporibus non danda est: donec inueniatur Domino locus & tabernaculum Deo Iacob. Standum ergo erit nocte dièque sub caelo, & nunquam in requie corpus iacebit: oculi autem semper vigiles laborabunt, & ne ipsis quidem palpebris conuiuendi in dormitatione permittetur obductio. Tempora verò, quæ maxime toto in corpore iniuriis vigiliarum & stationis obnoxia sunt, requiem non habebunt. Homo istud de se iurare non finitur, etiam si maxime nolit, conditionem tamen voti huius pro ipsa naturæ suæ necessitate violabit. Vigilet licet animus, & corpus in statione contineat, tamen necesse est infirmitatis dominante natura & procidat, & dormiat, & requiescat inuitus. Dehinc quem locum homo Deo inueniet? Et incomprehensibilem infinitamque naturam quali tabernaculo continebit, cum de se ipse per prophetam Dominus locutus est dicens: *Esai. 66.*

lum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum? quam domum ædificabitis mihi, aut quis locus requietionis meæ? Omnia enim hæc fecit manus mea, & mea sunt omnia hæc. Non ignarus autem huius diuinæ vocis propheta est, & scit humanæ & terrenæ operationis domum Deo esse non posse, id ipsum psalmo anteriore contestans, quum ait: *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Ergo si neque natura hominis conditionem voti istius recipiet, neque locum & tabernaculum Deo humana requirit operatio, cognoscendum est per cœlestium scripturarum autoritatem quid sit hoc votum, per cuius satisfactionem locus Domino, & Deo Iacob tabernaculum sit reuertum. Domino nostro Iesu Christo vnigenito Dei filio, qui omnia humanæ salutis sacramenta tanquam iuratus expleuit, & quem à prophetis Dauid significatum docuimus, hoc opus maximum fuit: vt hominem ad scientiam diuinam eruditum, dignum habitaculum Deo redderet. Et esse homines sedem atque habitationem Deo, ita docemur Deo ipso per prophetam loquente: Quia inhabitabo in his, & in illis ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et rursum: In æternum exultabunt, & habitabo in his. Dominus autem ipse in Euangelio ait: *Ioan. 14.* Si quis diligit me, verbum meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et Apostolus quoque ait: *2. Cor. 6.* Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Habitat autem Deus religiosorum mentes, non corporali aditu neque natura grauiores ingressu, vt alibi non degens, illic tantum quo se intulerit insulat: sed spiritali virtute, in vacua se à terrenis labibus corda permittit, seseque luminis modo in patentibus innocentia foribus mentes illuminaturus infundit. Assumpto igitur corpore vnigenitus Deus, neque ante secundum hominem se ingressurum tabernaculum domus suæ iurat, id est in celestem habitationem suam esse rediturum, quàm hæc religiosi pectoris loca inueniat: sed neque stratum lecti sui ascensurum se esse vouit. Stratus requies humanorum laborum est, & fessorum corporum refectio. Sed quia in caelo semper quiescitur, & quia indefessa illa natura laborem nescit, semper in stratu, id est semper est in quiete. Dominus noster in forma Dei manens formam serui accepit, & obediens vique ad mortem fuit, & mortem crucis: vt plus nescio quid morte pateretur. Ob id autem tantum obediens*

Dd iij

vsque ad crucis mortem est, vt nos habitatione Dei dignos esse præstaret. Mori igitur voluit qui vita est, & effici se indefessa virtus ad habitationem corporis non reculauit infirmam, vt in forma Dei manens formam ferui acciperet. Excessit ergo ex illo æternæ beatitudinis suæ stratu. Et testis nobis quadragesimus psalmus est, qui ex persona Domini omne sacramentum passionis eloquitur, dicens: Vniuersum stratum suum versasti in infirmitate eius. Cùm per obedientiam voluntatis paternæ ex Deo homo, ex potente infirmus, ex viuificante mortuus, ex æternorum seculorum iudice crucis reus dicitur: tum stratum eius in infirmitatem cõuertitur. In illum igitur æternæ & beatæ quietis stratum, vouit nisi reperto Dei tabernaculo nõ redire: sed nec antè somnum oculis suis dare. **Psalm. 3.** iste est somnus? Nempe ille, de quo ait: Ego dormiui & somnum cepi & surrexi, quia Dominus suscipiet me. Mortis hic somnus est, quem non antè oculis suis dabit, quàm locum habitationis inueniat. Huius etiam somni beatus patriarcha Iacob in benedictione Iudæ (qui princeps gentis istius extitit) meminit, dicens: Catulus leonis Iudæ, ex frutice filium meum, prociçes dormisti vt leo, & sicut catulus leonis. **Gen. 49.** Quis suscitabit eum? Et superior & consequens benedictio, nec ætati Iudæ, nec gestis conuenit, sed ei qui ex Iudæ frutice sicuti ex radice Iesse est: qui & catulus leonis est, & Iacob erit filius. Ex hac enim tribu Iudæ Maria est quæ Domini secundum carnem mater fuit. Hic ergo prociçens dormiuit vt leo. Leo terrori est feris omnibus & veluti dominans est cæterarum bestiarum: & hic solus per confidentiam & securitatem dormit intrepidus. Terror omnium vigilans est, ipse autem securus in somno est. Et idcirco addidit, Quis suscitabit eum: quia intrepidæ & præpotentis naturæ securitatem nulla æterni terroris timiditas inquietet. Ne ergo quicquam humile atque passibile impassibilem vnigeniti Dei substantiam perpessam existimaremus, in ea morte quâ subiit, feræ huius intrepidè dormientis exemplum ad securæ mortis intelligentiam est relatum: vt extra humani timoris esse in somno illo inquietudinem doceretur, qui per generis sui naturæque virtutem dormiens licet, timere non posset. Seruata autem diligentissimè ea ratio est, vt in vnigenito Deo æterni & gignentis eum Dei gloria nosceretur, cum dicitur: Sicut leo, & sicut catulus leonis. Ad id enim quod ex Deo ipse subsistit, catulus est leonis: ad id vero quod leo est, paternæ in eo maiestatis indifferens generositas prædicatur. Vt vnum ambo sint, leo est: ne vnus atque ipse sit, catulus leonis est. Id autem ipsum etiam psalmi cõsequentia docent. Ne enim indefessa illa virtus & impassibilis vnigeniti Dei natura mortis somno dormitatura existimaretur: rem omnè ad officium corporis cui discessio immortalis animæ mors est, retulit dicens: *Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Temporibus secundum translationis fidem non ætatis spaciis, sed capitibus partibus requiem negat. Et hæc affectiones sunt corporales, quas labor longus & vitæ anxietas exagitant. Quieuit autem ille, cui mors somnus est: & id quod nobis pœnalis demutatio est, vnigenito & in corpore manenti Deo requies fuit. Sed ante hanc requiem & Apostoli eliguntur, & soluendi ac ligandi & in terra & in cœlo ius sortiuntur, & potestatem aduersus virtutem omnem aduersariam sumunt, & templum Dei sunt: & ipsi ex lege venientes, dignum

Deo Iacob tabernaculū sunt reperti. Ac ne fortè nos per multiplicem humani generis intelligentiam viti veritati afferre quidam arbitrentur, vt quod ex Dauid persona dictum sit, id ad Dominum saluatoremq̃ nostrū multimodis translationum subtilitatibus transferamus: contuenda sunt quæ sequuntur, vt ex his veritatem inuitis scilicet & renitentibus ingeramus. Ait enim: *Ecce audiuiimus eam in Efrata, inuenimus eam in campis sylvæ. Introibimus in tabernacula eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.* Superius vbi iuratur ac vouetur, voti sacramentum non conuenire naturæ humanæ edocuimus: quia tanti temporis vigiliæ labor terreni corporis recufaret. Et nunc vbi loca ipsa eorumque nomina commemorantur; ne quid in Dauid referri possit, veritas ipsa & extantis hodie regionis fides contradicit. Dauid enim dispersum populum in regno suo habens, cui nulla religionis sedes esset, aræ in Hierusalem coemuit ad locum templi, vt illuc ad explèda legis solennia conueneretur. Sed templum hoc filius eius Salomon edificauit, ornauit, & religionibus initiavit. Volunt ergo Iudæi Dauid aræ huius coemptorem peregrinationem ad dōmō & vigiliarum iniuriam & laborem corporis, donec hūc locum & hoc tabernaculum Deo Iacob posset inuenire, vouisse. Sed hoc neq; historia Regnorum aut Præteritorum, in quibus Dauid gesta continentur loquitur; neque psalmus admittit. Et cur non admittat in absoluto est. Dauid arcam coemuit: locus templi locus aræ fuit, vbi fruges congeſtæ, vbi tritæ, vbi & paleæ à tritico separandæ sunt. Requies autem Domini in Efrata est, & prius audita in Efrata est, & postea in campis sylvæ reperta. Et quid commune Hierusalem & Efrata? quid aræ ad sylvæ campos? nihil hic conueniens est, nihil non dissonis est. Arcam in qua requieuisse Deus Iacob existimatur, nouissimis temporibus ventilabro Dominus emundat: triticum eius horreis condit, paleas autem inextinguibili igne vrit. Probatos legis viros, apothecis dignos habet: inutiles & infructuosos igni iudicij deputat. Templum illud hodie iam nullum est, incensum est, dirutum est, informe ruinis est. Et vbi ergo Dei requies? Mentitus propheta est, & irritum sacramenti ipsius votum est? Deus etenim requiem quam ei se iuratus reperturum vouebat, amisit. Itaque quia neque Dei dignitati, neque naturæ hominis, neque locorum veritati, neque temporum demutationi hæc irreligiosarum opinionum signenta conueniunt: ex ipsis nunc scripturarum cœlestium auctoritatibus demonstrandum est, ad personam Domini nostri Iesu Christi & ad ecclesiæ sanctificationem psalmum esse referendum. Diximus superius etiam hunc prophetam de Dauid illo iusto pastore rege oriente, in psalmo isto prophetaſſe: & ex persona eius locutum esse, cùm dixit: *Si intraro in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Nunc verò vt se voti huius non ignarum neque imperitum propheta esse ostenderet, ex personâ sua loquitur, dicens: *Ecce audiuiimus eam in Efrata, inuenimus eam in campis sylvæ.* Superius vbi sacramenti religio commemoratur, vnus iurauit ac vouit. Vnus enim in forma Dei manens formam ferui accepit: & vnus Dominus Iesus Christus est, per quæ omnia, vnus Deus pater ex quo omnia. Nunc autem vbi scientiæ prophetiæ cognitio ostenditur, ex persona plurium dicitur. Audiuius eam in Efrata, inuenimus

uenimus eam in campis sylvæ: quia plurimis requies Domini prophetabatur. Auditur itaque in Efrata. Et Efrata eadem est quæ Bethlehem, in qua Dominus natus ex Maria est. Testis nobis est & propheta, dicens: *Et tu Bethlehem domus Efrata, minima es vt sis in milibus Iuda.* Ex te enim exiet, qui erit dux Israel. Et rursum: *Et tu Bethlehem Iudæ non es minima inter principes Iuda.* Ex te enim exiet qui reget populum meum Israel. Illic enim primum requies Dei auditur: vbi primum vnigenitus Deus corpus humanæ carnis habitauit, quod in Efrata auditur, in campis sylvæ inuenitur. Inuium itaque ecclesiæ in Bethlehem auditur. Esse enim cepit à Christo, sed in gentibus reperitur quæ sunt ex sylvæ campis: ex horrentibus nitidæ, ex sterilibus fructuosæ, ex ignis pabulo vitalis cibi regio, ex ferarum cubilibus Dei requies, domus, templum, atque possessio. Quod autem gentes tanquam sylvæ cubile diaboli fuerint, psalmus nobis septuagesimo nonus testis est, dicens: *Deuastauit eam aper de sylvæ, & singularis ferus depastus est eam.* Illic enim de vinea sermo est, id est, de Dei, vt tūc putabatur, populo: quem infidelem & impium diabolus gentes inhabitans vastauerat. In his ergo campis sylvæ Dei requies, quæ in Efrata audita est, inuenitur. Seruata autem temporum ratio est, vt quod & audiuius & inuenimus præteritam significet ætatem: id autem quod deinceps consequitur, spem futuri temporis doceat, cùm ait: *In tabernaculo eius intrabimus, adorabimus vbi steterunt pedes eius.* Corporali istius vitæ præsentis officio propheta desperans, fide & spiritu præsumit vt tabernacula requie Dei qui ea vidit & audiuit introeat. Sed superius super vno tatum tabernaculo iuratum est, nunc autem multa tabernacula introibit: sed eadem Dei requies in pluribus est. Hæc ergo requie Dei tabernacula introibunt. Neque solū introibunt, sed etiam adorabunt vbi steterunt pedes eius. Cùm statur, vno in loco, ex quo decedi non oporteat, consistitur. Vbi verò pedibus statur, illic toto corporis officio insistitur. Lex præterit, prophetia clausa est, finis eorum Christus est. Demutationis alterius nullus locus est. In hoc in æternum stādum est, vbi iam decursu legis & prophetarum Domini insistit. Discurret quidem per apostolos prædicatio, quos frequenter pedes significatos meminimus: sed in euāgelij consistitur. Illic ergo adorabitur: vbi Domini pedes, id est, prædicationes nouissimæ sine demutationis alicuius transcensione consistenter. Et quia in euāgelij legimus dictum, Multi propheta & iusti cupierunt videre quæ vos videtis, & audire quæ auditis: sanctus propheta desiderij huius impatiens est. Postquam enim requiem Dei audiuit, & repperit, postquā introiturum se adoraturūque credidit: spei tantæ fieri iam particeps deprecatur, dicens: *Exurge Domine in requiem tuam.* Quam reperturum se Dauid tuus vouit, quā nos in Efrata audiuius, quā in campis sylvæ inuenimus: in cuius tabernacula introibimus, adoraturi illic vbi pedes tui steterunt. Exurge igitur in eā requiem quæ voti sacramento quæſita est, quæ prophetiæ scientia in loco audita est, quæ in gentium fructu frugifero reperta est, quæ introeuntibus frequentabilis est, quæ in loco indemutabilis est, quæ adorantium religione venerabilis est. Sed non solum tu Domine exurge in requiem tuam, sed & tu & arca sanctificationis tuæ. Non arca testamenti, non arca legis: sed arca sanctificationis tuæ. Et quidem esse arcam testamenti meminimus, intus ac foris auream, vbi ta-

bulæ testamenti, vbi sanctæ literæ, vbi liber testamenti, vbi Gomor manna. Sed hæc omnia eius quod Dominus assumpsit corporis species est, omne in se sacramentum continens legis: hoc & Deitatis spiritu & origine carnis munitum, intus scilicet ac foris aureum. Est enim Dominus noster Iesus Christus in gloria Dei patris, manna in se continens æternum. Ipse enim panis est viuus: testamenti intra se tabulas & legis librum conseruans: sunt enim in eo verba vitæ. Vt igitur cum Domino etiam hæc sanctificationis arca (hanc enim secundum euangelia & sanctificauit & signauit pater) in requiem exurgat propheta orat. Cæterum arca illa terrena, & frequenter ab allophylis capta est & polluta à regibus: & hodie templo atque vrbe subuerſa iam nulla est. Et videamus quid sequitur. Ait enim: *Sacerdotes tui induantur iusticia, & sancti tui exultent.* Inducitur Deo & arca sanctificationis eius in requiem resurgente iusticia sacerdotes: validissimo (vt Apostolus ait) thorace, induentes thoracem iustitiæ quo inimici iacula excipiant, quo in æternum hominem communiunt. sancti autem lætentur. Et videamus causam cur & sacerdotes iusticiam induant, & sancti læterent. Ait enim: *Propter Dauid seruum tuum, vt auertas faciem Christi tui.* Christum ad deitatis spiritum retulit, Dauid ad corporis carnem. Formam enim ferui qui in Dei forma manebat accepit. Ne igitur auertat à sacerdotibus atque à sanctis Christi faciem rogat: vt eos diuinitatis suæ gloria qui propter Dauid, id est, propter assumpti ab eo corporis sacramentum lætantur, illuminet. Et cur propter Dauid seruum tuum, faciem Christi sui non auertat ostendit dicens: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum.* Dominus iurauit & iurat veritatem, & dicti sui fidem etiam sacramento ne ambigamus affirmat. Non fraudabit igitur Dauid suū veritate iurata. Et quid ei iurauit dignum est contueri. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuā. Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo eos. Et filij eorum vsque in seculum sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit Dominus Sion, prælegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam prælegi eam.* Quid hic quod Dauid sit proprium continetur? Vrbis illa quæ generi eius fuit regia, capta est à Babylonis: & euerſa regni dignitatem sub dominantium iure non tenuit. Post etiam à Romanis capta & incensa iam nulla est. Et vbi Dei requies in æternum est? vbi ex fructu ventris eius in sede Dei reges sunt? Seruiunt enim hodie, exules, patria carentes, toto in orbe dispersi. Et vbi illa quæ iurata est veritas? vbi illud quod non frustrandus est veritate? Et vbi filius Dauid regni æterni sedes sempiterna? Quæ electa Sion dicitur, horret ruinis, vacua incolis est. Et quomodo Dei requies est in secula seculorum? Currunt tempora, & hoc vitæ nostræ seculum manet. Deus ergo sine requie est. Sed qui hæc infelicis erroris opinione credunt, audiāt cui Dauid iuratum sit. Nempe illi de quo dictum est: *Ponam adiutorium meum super potentem, & exaltavi eum de plebe mea.* Inueni Dauid seruum meum, o leo sancto meo liniui eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non adiciet nocere ei. Et cõcidam inimicos eius à facie ipsius, & odientes eum in fugam conuertam. Et veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me, pater

meus es tu, Deus meus & susceptor salutis meae. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum super reges terrae. In aeternum seruo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies caeli. Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint. Si iusticias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniusticias eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam vero meam non dispergam ab eo, neque decipiam in veritate mea. Neque profanabo testamentum meum, & quae procedunt de labijs meis non faciam irrita. Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in aeternum manebit. Et sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in aeternum, & testis in caelo fidelis. Promissiones istae Dauid eius sunt, qui aduersus potentem adiutor electus est, cuius in mari manus est, cuius in fluminibus dextera est, qui nuncupare Deum patrem audeat, quia est: qui ipse primogenitus est, qui excelsus super reges terrae. Cuius semen in seculum seculi est, cui quae sunt dicta, non irrita sunt, cui semel sine mendacio iuratur in sancto, cui sedes sicut sol in conspectu Dei est, & permanet vt luna perfecta in aeternum. Ex huius igitur ventris fructu super sedem Dei collocabuntur.

Hi. 30. Quomodo autem ex fructu simus ventris eius audiamus prophetam Hieremiam dicentem: Si itaque audistis huiusmodi, si peperit masculus. Partum sexus iste non recipit, sed generatio quae ab eo est partus instar obtinuit. Audiamus & Paulum parturientem in filiis procreandis, cum dicit: Filij mei quos ego iterum parturio. Esse autem omnes nos filios sibi ipse Dominus in Euangelio testatur, dicens: Fili remissa sunt tibi peccata. Et iterum: Filioli adhuc vobiscum sum. Filij itaque sunt ipsius in sede Domini collocandi. Et spei conditio praepositur: Si inquit custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea haec quae docebo eos. Moses enim legem scripsit, in qua testimonia Dei continentur. Propheta hic idem totus diuersatur in lege. Et quomodo adhuc filij illius Dauid in testimoniis sunt docendi? Non praesentis aetatis est sermo, sed his proprius, de quibus dictum est: Confiteor tibi Domine pater caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sed docti & manentes in his quae docebuntur videntur consequuntur? *Vtque in seculum, inquit, sedebunt super sedem tuam.* Et qui isti qui sedebunt? Nempe de quibus dictum est: Et vos sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Non negligendum est autem, id quod superius & inferius dicitur. Superius enim dictum est, Ponam super sedem meam: nunc autem dicitur, Sedebunt super sedem tuam. Et hoc quid erit? Nempe id quod dicitur: Omnia quae patris sunt, mea sunt. Sedes patris, sedes & filij est: quia ego & pater vnum sumus. Aut quomodo intelligitur, ponam super sedem meam, & sedebunt super sedem tuam: nisi quod per concordem & non dissimilem a se innascibilis vnigenitae naturam, & pater in filio, & in patre filius est? deitatis in vtroque; nec genere, nec voluntate dissidente substantia, cum paterna maiestatis gloria unigenito congenita sit. Atque ob id sedem filij, sedem suam pater nuncupat: quia & ex se & in gloria indemutabilis diuinitatis suae vnigenitae & verus Deus natus sit, nec contumeliam communicatarum cum eo sedium sentiat, cui ex se genito in naturae similitudine nulla diuersitas est dignitatis. Deinde eorum habita-

Hi. 30.
Gal. 4.
Mat. 9.
Ioan. 13.
Mat. 11.
Mat. 19.
Ioan. 16.

tio qui in seculum super sedem sessuri sunt ita ostenditur: Quoniam elegit Dominus Sion, praeelegit eam in habitationem sibi. Haec requies mea in seculum seculi, hic habitabo quia praeelegi eam. Non montem scilicet Sion desertum & inutilem elegit, neque ciuitatem erutam & euerfam. Locis enim Deus non continetur, neque omnipotens & aeterna substantia, aut in desertis montium solitudinibus, aut in vrbium ruinis iam deformium conquiescit: sed elegit eorum requiem, de quibus Dominus in euangelio ait: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me adducat illum. Illam Sion sanctam & caelestem Hierusalem elegit, concordem scilicet fidelium coetum, & sanctificatas sacramentis ecclesiae animas: in quibus tanquam rationabili & intelligenti & emundata & aeterna per resurrectionis gloriam domo, rationabilis & intelligens & impolluta & aeterna inenarrabilis diuinitatis natura requiescat. Non quod ex ea, in qua est infinitatis suae immensitate desistat, vt humanarum mentium angustiis coarctetur: sed quia per digni se habitaculi sedem, qui & vbiq; & idem & totus & semper est, in sanctis probatissime requiescat: vbi nulla offensus, nulla demutatio, sed in seculum seculi, id est, in aeterna tempora digna & placens habitatio sit electa. Dehinc sequitur: *Vidua eius benedicens benedicam.* Quidam translatorum interpretatus esse ita repertus est, Captionem eius benedicens benedicam: tanquam venatoribus & piscatoribus hominum effectis apostolis, haec eorum benedicta sit captio. Maxime quod Bethsaida ex qua apostoli sunt, per interpretationem linguae Hebraicae, domus venantium nuncupatur. Sed nobis sequenda est prima illa, & sub Iudaeorum temporibus ante Domini aduentum ad ecclesiae doctrinam consignata translationis autoritas: Vidua eius benedicens benedicam. Quanta viduarum dignitas est, & honesta vnus thori conscientia, & felicitas continentiae indemutata constantia. Haec enim benedicuntur, & benedicendo benedicuntur: ex iudicio scilicet benedicens, benedictione fit digna. Sed Apostolus gentium doctor, hortatur nos & alius de vidua quae benedicenda est sentire. Lege enim non per virtutem spiritualis efficientiae, sed per finem obseruationis eius emortua, vidua eam esse quae ex synagoga effecta ecclesia sit, docet, dicens: An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quoniam lex dominatur homini, in quantum temporis viuit? Quae enim sub marito est mulier: viuo marito iuncta est legi. Si autem mortuus fuerit maritus, euacuata est a lege mariti. Ergo viuente marito adultera vocabitur, si iungatur alij viro. Si vero moriatur vir eius, liberata est a lege, ne adultera teneatur coniuncta alij viro. Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi: vt & ipsi sitis alterius, huius qui a mortuis resurrexit. Comparatione viduae, quae mortuo marito libera quibus volent nuptiis sit, desinente iam lege, viduae legis ecclesiam esse demonstrat, Christo legitime copulandam. Hanc ergo legis viduam benedicendo benedicet. Deinde ait: *Pauperes eius saturabo panibus.* Bonum est in ecclesia pauperes non esurire: quia cum inops pascitur, aut sitiens potatur, aut nudus vestitur, aut infirmus visitatur, aut carcere clausus requiritur, ei haec officiorum obsequia deferuntur, qui in singulis nobis esurit, & sitit, & alget, & infirmatur, & clauditur: quiq; ait, Amē amē dico vobis, quia quae fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis. Per hanc ergo dictorum eius fidelem promissionem, pauperes eius panibus saturat. Saturat autem & eos panibus, qui per humilita-

Ioan. 6.
Mat. 5.
Rom. 7.
Mat. 25.

humilitate cordis contemptumque seculi seipfos in paupertate constitunt, quos cibo vitae perennis expleuit, sicut alio loco dictum est: Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Deinde sequitur: *Sacerdotes eius induam saluati, & sancti eius exultatione exultabunt.* Sacerdotes superius iustitia induuntur, sed profectum honoris sui sumunt: saluari scilicet induuntur, conformes effecti gloriae salutaris. Quia secundum Apostolum, de caelis saluificatorem nostrum expectamus, qui potes est secundum operationem efficientiae suae, corpus humilitatis nostrae conformare corpori gloriae suae. Hoc ergo saluari sacerdotes induuntur, sed Domini sancti exultationis exultabunt. Superius exultabunt tantum adhuc in humilitatis corpore positi, & spe tantummodo aeternitatis laeti: caeterum tunc perfecta exultatione exultantes, non spe, sed veritate, non imagine, sed corpore. Est enim plerumque exultatio, quae demutari solet, vel casu vel infirmitate, vel tempore. Ad hoc vero haec sanctorum exultatio ea est, vt exultatione consummatae ipse exultationis exultent. Causa autem exultationis ostenditur: *Illic producam cornu Dauid.* Cornu regni insigne est. Per hoc enim cornu vnguentum regum regnaturis infundebatur. Illic cum dicitur requies, significatur de qua dictum est: Haec requies mea in seculum seculi. In hac igitur requie cornu Dauid, id est, regnum illius de quo propheta Dauid, Deus producit, non illud humanum, nec corruptibile, nec caducum, sed illud quod secundum regnum Dei in seculum seculi est: & quorum erit regnum caelorum. Nempe de quibus dictum est: **Mat. 5.** Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, id est, in quos aeternus rex, & cuius secundum Danielem regni finis nullus est, regnabit. Non occultus igitur hic rex est: hunc lex praedicat, hunc prophetae pollicentur, hunc Ioannes poenitentiae praedicator ostendit. Ille est enim secundum Domini in euangelio dictum lucerna ardens, Christum tenebris mundi huius ostendens. Omnis igitur de eo propheta lucerna est eius, ignorantiae nostrae noctis scientiae lumen ostendens, & in vnguento paterna maiestatis gloriam docens. Et hoc illud est quod sequitur: *Parati lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione, super ipsum autem florebit sanctificatio mea.* Parata lucerna est, ne ad cognoscendum eum nox ignorantiae existeret. Inimici eius confusione induentur: videbunt enim filium hominis in maiestate patris sui: & non salute, sed confusione induentur, terreno scilicet & indecoro corpore resurgentes: super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea. Exultauit, inquit, cum Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Canticum graduum. Psalmus CXXXII.

Er omnem doctrinae ordinem gradibus scendit, nam per gradus ad superiora prouehimur. In eo quod ita cepit propheta, Ecce quam bonum & quam iucundum, docemur quid bonum atque iucundum sit, vt per cognitionem eorum in bonis iucundissime maneamus. Seruata autem scienter ea ratio in propheta est, vt bo-

num iucundumque sociaret: quia non omne quod bonum est, iucundum est: neque omne quod iucundum est, bonum est. Iucundus est luxus, sed bonus non est. Est enim in ipsa illa corporalis lasciuiae amenitate detrimendum & salutis & famae. Bona est tolerantia iniuriae, maxime cum ad irreligiositatem compellimur poenitentis famis, sitis, frigoris, vigiliarum, contumeliarum, dolorum: sed iucunda non est. Illic enim iniuriosum perfecta virtutis officium est. Et ita per haec nonnumquam & bonum iucundo, & iucunditas solet eo carere quod bonum est. Videamus quid sit illud quod bonum & iucundum esse propheta demonstrat, scilicet habitare fratres in vnum. Non humanas cohabitationes, nec terrenarum domorum communionem propheta Dauid dicit. Nam fratres ob haec ipsa tectorum consortia dissidentes videmus, & inimicos saepe eiusdem domicilij habitatio continet: & nonnumquam incrementum olei ipsa illa cohabitatio indignatio subministrat. Sed nouit esse Apostolus communem & religiosam domum, dicens: Vt scias quemadmodum te oporteat in domo Dei conuersari, quae est ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. Itaque bonum & iucundum est in vnum habitare fratres. Cum in vnum habitant, conuentum ecclesiae congregant. Cum fratres nuncupantur, vnicae voluntatis charitate concordantes sunt. Ad primam enim Apostolorum praedicationem hoc praecipuum fuisse credentium praeconium legimus, quod dicitur: Erat enim omnium credentium cor vnum & anima vna, assensu, eadem voluntate, non dissidentes fide, socia amoris, ac sententiae vnanimiter perfecta. Et hoc testatur ille gentium doctor dicens: Vt sitis omnes perfecti, eodem meum vt ipsum sapientis, eandem charitatem habentes, vnanimis, vnum sentientes, nihil per emulatione, siue per inanem gloriam agentes, sed in humilitate iuicem arbitantes praecellere super inuicem, non sua, sed aliorum vniquique vestrum contemples. Hoc Apostoli gaudium est, id ipsum nos sapere, amore eodem contineri, per vnus sensus sententiam vnanimis permanere, non per emulationem separari, neque per inanis gloriae studium dissidere, non sua, sed aliorum vnumquemque cogitare oportere, vt ea quibus alienae voluntates in concordia detinenda sunt cogitemus, quod alio in loco admonet, dicens: Si possibile est ex vobis ad omnes pacem habentes. Ex nobis vult esse, vt si possibile est pax ad omnes sit: voluntas nostra omnium amicitias dedita sit, etsi caeterorum natura non habeat pacis affectum, dummodo non ex nobis causa aut interrupta, aut non conseruata pacis existat. Hoc itaque populo Dei congruit, sub vno patre fratres, & sub vno spiritu vnum esse, sub vna domo vnanimis incedere, sub vno capite vnus corporis membra esse. Non enim oculus aurem odit, nec nares os execrantur, nec manus pedem spernit. Haec enim vt officiis mutuis sibi, ita & amore distracta sunt, hoc iucundum & bonum est habitare fratres in vnum, in eodem esse, idem esse, nec congregatione fieri nec amore diuersos. Comparationem vero huius boni iucundisq; propheta constituit, dicens: *Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius.* Aaron, vnguento cuius compositio & confectio ex odoribus continetur, vnctus est in sacerdotem. Hanc consecrationem primi sacerdotis sui Deo esse complacuit. Dominum quoque nostrum inuisibiliter & incorporaliter vnctum esse cognouimus,

1. Tim. 3.
Act. 4.
1. Cor. 1. Philip. 2.

Psal. 41. cū dicitur: Vixit te Deus tuus oleo exultationis. Vnctio ista terrena non est, incorporea est, inuisibilis est: non in oleo vt sacerdos & propheta, non cornu vt rex, sed oleo exultationis vnctur. Opus istud lætitiæ spiritualis est, & ad sacramentum cœlestis vnctionis exultationis fructus adhibetur, non materialis creaturæ est, quia corporalia corporalibus indigebant, Aaron myro confusionis vnctur. Sed id quod corporale est, per efficientiam virtutis spiritualis imbutum, speciem olei cœlestis imitatur. Denique post hanc vnctionem, Aaron secundum legem Christus est nuncupatus, postquam vnctionis confusio per id quod à Deo confici demonstrata est in speciem vnctionis inuisibilis consecratur. Vt igitur hoc myron, omnes fœtentes odores & immundos cordium spiritus quocumque infusum fuerit extinguit, sc̄que in omnia in quæ infertur odor hic suauitatis infunditur: ita per hoc sacramentum vnctionis infusa, & per eam omni terrenorum ac forulentium vltionum nostrarum fœtore deterso, Deo iam quod suaue est, spiramus. Nouit hunc suaueolentiæ spiritum beatus apostolus Paulus, dicens: Ita Christi bonus odor sumus Deo in omni loco, in his qui saluatur, & in his qui pereunt. Et in istis quidem ex morte in mortem, istis autem odor ex vita in vitam. Vt odorem vitæ nos esse viuentibus, ita odorem esse mortis, his qui in peccatis suis morentur ostendens: ipse autem Christi odor ex nobis bonus Deo est. Vt igitur placitum hoc in primo, id est Aaron sacerdote, vnguentum Deo extitit, quo in exemplum olei exultationis perungebatur, & gratum ex se fidei & innocentia odorem præbet: ita bonum & iucundum est habitare fratres in vnum, per quod vnanimitas voluntatis eiusdem, primis & maximis sacramentis bonorum cœlestium comparatur. Descendit autem hoc vnguentum à capite in barbam. Barba virilis ætatis ornatu est. Neque enim nos paruulos esse in Christo oportet, nisi ad id tantum quod dictum est: Paruuli malitia, non sensu. Infideles autem omnes idem Apostolus paruulos esse, quia infirmi sumere cibum firmum minimè valentes adhuc lactis egeant, obiurgat, dicens: *1. Cor. 3.* Lacte vos potati, non cibo: nondum enim poteratis, sed neque adhuc potestis. De se autem ita: Cū factus sum vir, ea quæ sunt paruuli dereliqui. Occurrere verò in id festinat, in virum consummatum, in mēsuram ætatis plenitudinis corporis Christi. Vnguentum hoc ergo in barbam Aaron, id est consummata fidei virum descendit à capite. Caput (secundum Apostolum) viri, Christus est. Moses vnguentum hoc composuit & confudit, sed componendum & cōfundendum Deus docuit, & Deus mediator in lege. De capite ergo, id est de Christo descendit in barbam, & ab eo descendit, cui dictum est, Vnguentum exinanitum nomen tuum. Descendit autem in eum qui per ætatis firmitatē indemutabilis esset fidei firmitate mansurus. Descendit autem etiam in oram vestimentī. Ora vestimenti ea sunt quæ vsque ad pedes defluunt, per quod ad omne corpus hic vnguenti odor à capite in barbam, & deinde ad vestimenti oram descendit. In his autem mulieribus quæ vnguentes Dominum typum ecclesiæ in euangelio prætulērunt, ita docemur, quod vna caput, alia pedes vnxit: per quod quæque earum significatur in parte corporis omne corpus vnxisse. Media itaque corporis prætermissa sunt. Nam dum ora vestimenti & barba memoratur, omne in his corpus ostenditur. Additur etiam & alterius comparationis exæquatio, cum dicitur:

Canticum graduum. Psalmus CXXXIII.

E Inem sumunt cantica graduum, sed ascensionibus suis dignum. Cū enim per ea ad cognitionem sacramenti cœlestis scandatur: necesse est, vt postea benedictio ei ad quem conscensum sit debeatur. Vocat igitur omnes propheta ad benedicendum: & tanquam consummatum omnibus vniuersos ad contestationem honoris debiti congregat, dicens: *Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui eius.* In eo autem quod ait, ecce nunc, elaboratæ ascensionis perfectum opus esse significat: vt iam nunc benedicant, quia proficientes ascenderint. Benedicendus est, quia nos in excelsum prouexerit, quia fidei gradibus in sublime domus suæ eleuauerit. Benedictione autem Dei os peccatoris indignum est, & idcirco ait: Omnes serui eius. Non omnium est Deo

Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.

Ros ab Hermon in Sion non descendit, multo enim à se interuallo hi montes diuisi sunt. Neque sanè natura fert vt ros à loco in locum descendat. Sion autem est secundum doctrinam cœlestem ecclesia, vel quæ nunc est, vel quæ erit sanctorum, quæ per resurrectionem glorificatorum & lætantium angelorum cœtu frequentatur. Hermon autem mons est in Phœnice, cuius interpretatio anathema est: quod enim nobis Anathema nuncupatur, id Hebraicè Hermon dicitur. Fertur autem id, de quo etiam nescio cuius liber extat, quod angeli concupiscentes filias hominum, cum de celo descenderent, in hunc mōtem maximè conuenirent excelsum. Sed hæc prætermittamus. Quæ enim libro legis non continentur, ea nec nosse debemus: commemorata autem ob id tantum sunt, quod nos de hoc monte Dei per prophetam professio commonebat. Certè hodie gentes montem hunc prophana religione venerantur: & interpretationem nominis sui, quod est anathema, ipsa illa impiæ superstitionis sede testantur. Ros verò de cœlis est, & inter benedictionum munera optari cum meminimus, cum Isaac ad Iacob ait: Et det tibi Deus à rore cœli & ab vberitate terræ multitudinem. Ergo quia munera & benedictiones Dei, quibus primum omnia cum creata & facta sunt benedixit, postea vero ex peccato Adæ in anathemate constiterunt: gratum Deo est, ea rursus in sanctificationis sedem redire atque descendere. Benedictus enim homo fuit: sed post benedictionē peccauit, & statim impius fuit. Sed qui mauult peccatoris pœnitentiā quam mortem, vult benedictionis suæ rorem ab Hermon in Sion descendere: id est, ex impietatis sede in sanctificationis locum transire. Rore enim omnia virescunt, aluntur, augentur: ita principali illa Dei benedictione homo gignitur, spirat, & crescit. Est ergo bonum atque iucundum vt à gentili errore, id est, profana Hermon veneratione descendens ad Sion, id est, ad æternam beatitudinis domum transeat, & eum qui salute omnium lætatur oblectet, ob id: *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem & vitam vsque in secula.* In Sion scilicet, vel etiam in vnanimitatem cohabitantium fratrum. Benedictiones enim ecclesia sola largitur, vitam æternam vnanimitas promeretur. Qui dixit enim æternæ vitæ viam pandens, Diligite inuicem sicut ego dilexi vos, non mediæ est. Est enim ipse veritas, via, vita, Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum.

Deo accepta benedictio, neque se promiscuus putet placere posse. Soli istud competit Dei seruo: non peccati seruo, nec seculi seruo. Omnis enim, inquit, qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruo igitur Dei competit, vt Dominum suum religioso ore benedicat. Ac ne ipsi quidem seruo hoc erit proprium, qui se seruum nomine solo profiteatur, qui etiā nunc cunctabundus & fluctans incerto fidei voto circumferatur: cuius cogitatio & voluntas in recordatione peccaminum, & in curas voluptatum euagetur. Et idcirco cū dixisset: Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui eius, adiecit: *Qui statis in domo Domini, in atrio domus Dei nostri.* Quis stat, loco non mouetur: iam currit, iam ascendit, iam immobilis manet, iam auide bibit beatam illam prophetæ vocem: Statuit super petram pedes meos. Et rursus: In petra exaltasti me: & audiet tanquam Mos sibi dici, Tu autem sta hic mecum. De peccatoribus autem ita legitur: Dilixerunt mouere pedes suos. Standum ergo est in domo Domini, quia benedictio stantium placeat: & stantium in domo illa sancta & cœlesti Hierusalem, & angelorum frequentium, ad quam per hanc ecclesiæ & conuentus nostri domum scanditur. Et quia plures apud patrem mansiones sunt: benedicunt Dominum, non solum in domo stantes, sed etiam in atris eius. Non omnis domus atrium est, domus est etiam quicquid extra atrium est. Interior autem & familiarior atrij sedes est. Interius ergo stabunt, qui in atrio sunt: quia sit licet dignitas, in domo stare, præuenit tamen ille qui in atrio steterit. Diuersos verò esse eos qui in domo, & eos qui in atrio sunt, alibi propheta demonstrat, dicens: Plantati in domo Domini, in atris Dei nostri florent. Maior fructus est effloruisse. Et licet plantatio habeat dignitatem, præcellit tamen efflorescentium honor: quia vt in initium in plantatione est, ita gaudium boni operis in flore est. Reperi autem quosdam ambiguos circa hoc, in atris domus Domini fuisse: dicentes, idcirco hoc à translatoribus primis adiectum esse, quia sub hisdem versibus sequenti psalmo continetur: opinatus ipse scriptor vicio in libris Hebraicis fuisse præteritum. Sed noui interpretes quæ volunt tractent: nobis verò obsequendū est, & auctoritati translationum, & vetustati. In hac autem spem standi in domo, & in atris Domini, propheta nos hortatur, dicens: *In noctibus extollite manus vestras in sanctis, & benedicite Dominum.* Agimus enim secundum Apostolum, sub principibus harum tenebrarum, & nox nos seculi detinet: quæ per euangelicam prædicationem iam prodiit in lucem. Nox enim iam proficiscitur, sicut in die deceter ambulate. In hac igitur nocte ignorantia, insidiarum, infirmitatum, concupiscentiarum, victiorum, eleuandæ manus sunt in sancta: non ad prædicandum & orandum tantum, sed etiam ad operandum. Preces enim nudæ non proficiunt. Eleuanda autem opera nostra sunt in Dei sancta: id est, in nudis vestimentis, in esuriens cibandis, in sitientibus potandis, in afflictis consolandis, in oppressis adiuuandis, in omnibus diligendis. Hæc enim nos in hac corporis nostri infirmitate sanctificant, hæc Deo placita & sancta sunt. Et hoc non ignorat propheta, dicens: Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Nunc enim in consummationem seculi, quod est vespertinum, non in tauris & hircis, sed in operibus bonis Deo hostia est. Moses nos docuit exemplo, qui cum eleuatis constitisset manibus vincebat: summissis verò in terram, vincendum populum ab hoste præ-

bebat: ostendens per hanc formam, hostem nostrum, si terrena opera nostra sint, vincere: si excelsa verò sint, esse vincendum. Eleuandæ igitur manus nostræ sunt in noctibus, vt platemur in domo, vt in atris floreamus: & benedicendus est Dominus, id est, cum Dei benedictione semper orandum est, ne cū panem inopi præbeas, metu famis tristis sis: ne cū sumptum indigenti offeras, damnus putes: ne cū nudum veste induas, exui te existimes. Hilarem enim datorem amat Deus. Quid autem læta & benedictoria eleuatarum manuum opera mereantur, ostendit dicens:

Benedicat te Dominus ex Sion.

Dominus scilicet ecclesiæ, & sanctæ Hierusalem, & ciuitatis viuus gemmarum lapidibus extructæ. In Deo verò æterno vt spem omnem nostram positam cognosceremus, adiecit: *Qui fecit caelum & terram.* Eum scilicet ecclesiarum Deum esse demonstrans, qui caelum fecisset & terram: per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Alleluia. Psalmus CXXXIII.

P salmus secundum simplicitatem audientium absolutus videtur. Ea enim ex maiore parte in eo continentur, quæ libro Exodi inscripta sunt: Aegypti plagæ, Pharaonis pœna, regum mortes, & hostilis terræ obtentia hæreditas: sed secundum Apostolum quæ in lege sunt, vmbra est futurorum: quæ in ea gesta sunt allegorica, non negligenter audienda sunt: quia sub corporaliu gestorum hinc in exemplum sunt spiritualium operu constituta. Magnæ autem diligentia res est, virtutem verboru collocatorum expedere: & scire quid cuique rei sub eorum quæ dicta sunt significatione sit propria. Vt enim non omnium est, herbarum genera virtutesque nosse, & si quis imperitus aut nescius in agrum his salubribus herbis diuitem venerit, omnia inutilia & promiscue genita existimans præteribit: at verò si peritus & doctus hunc preciosum in his gemminibus agrum fuerit ingressus, omnia quæ ab aliis præterita erunt detemet, & ea quæ ab ignaris erunt neglecta mirabitur: sciens quando vile metendorum eorum tempus sit, & in quæ genera sanitatum his vtendum sit, & quantum ex his, aut quouisque moderandum sit: sic & in diuinis scripturis esse intelligendum est: vt si eas impia auris & mens rustica audiat, tanquam ociosas & non necessarias negligat: at verò si calens ad cognitionem Dei auditor aut lector affiterit, & cui frequens lectio, & spiritualis gratia donum scientiam diiudicandi singula, intelligendisque præstiterit: mirabitur omnia, atque his secundum naturales eorum virtutes & efficietas vtetur, non ignarus quando quid præsumendum sit, & in quam curationem eligendum, quando ex eo corpori sanatio, quando anima medela tribuenda sit, ne quid præproperum, ne quid importunum actardum: sed collatis & virtutibus, & temporibus, & rebus non imperite his quæ sibi comperta fuerint vtatur, quod quidem maximè in hoc psalmo ita esse intelligitur. Incredibile enim in modum ea rebus gestis verba subiecta sunt, vt cum fideliter illa quæ gesta sunt enunciant, maiorem tamen internæ & spiritualis intelligentiæ profectum ex ea ita collocata præstarent. Neque tantum hæc ratio seruata est, vt res ipsæ quæ corporaliter gesta sunt, ad ostendendam Dei magnificentiam com-

memorarentur: verum etiam vt per cognitiones gestorum, & virtutes nominum exemplum de se gerendis in his quæ sunt gesta, præberent. Itaque necessarium est, hæc singula personis, temporibus, virtutibus discernere: vt ea quæ incuriosæ aures tanquam non necessaria fortè perdidierint, ipsa illa ad humanæ infidelitatis medelam sanationemque referantur. Et hoc ipsis rebus in psalmo docebimus, qui ita ceptus est:

Laudate nomen Domini, laudate serui Domini: qui stant in domo Domini, in atris domus Dei nostri. Laudate Dominum, quia benignus est Dominus: psallite nomini eius, quoniam suauis est.

Et contuendum in exordio psalmi est, quod ad laudem nos Dei aduocat: cum in superiore psalmo ad solam benedictionem hortatus sit. Præstare autem laudem benedictioni non ambiguum est. Primus enim odor in benedictione positus est, sed consummatur in laude: & laus non incipienda confusè est, sed ordine ac modo confitenda est. Hoc enim primum est, Laudate nomen Domini. Nomen ergo Domini primum laudare admonemur, quia Deus cæli sit, quia Deus terræ sit, quia Deus mundi sit, quia Deus (quod fidei nostræ & spei proprium est) Abraham & Isaac & Iacob sit. In his enim primum Deo laus est. Sequens verò præceptum est, Laudate serui Domini. Per cognitionem nominis Dei ad scientiam eius proficimus. Iam enim non nomen Domini, sed Dominum laudamus, cognoscentes cur Deus cæli sit, cur terræ Deus sit, cur Deus mundi, cur Abraham, & Isaac, & Iacob sit. Hæc enim primum puerilis doctrinæ rudimenta transgressi, Deum non iam per obedientiam subditorum, sed per immensæ virtutis suæ magnificentiam laudamus, & laudamus serui eius. Neque solum serui eius, nudo tantum professionis nostræ vocabulo nuncupati: sed stantes in domo eius, iam non vagi, neque erratici, sed stantium firmitate stabiliti. Neque tantum in domo stantes, sed etiam in atrio Domini Dei nostri: internæ potius & mediæ domus sede suscepti. Per hunc igitur ordinem, à seruis & à stantibus in domo atque in atrio laus inchoatur. Laudandus Deus ob id est, quia benignus est. Nam vt omnipotens sit, naturæ suæ virtus est: vt verò benignus sit, nobis necessarium est: quos corporis infirmitas & conditio originis in peccatis detinet. Et quid spei est humanis delictis, si benignitas Dei absit? Sed dictorum ratio consideranda est. Nanque qui laudandus est quia benignus est: psallendum nomini eius est, quia suauis est. Psallite nomini eius quoniam suauis est. Psallite vbi dicitur, ad corporis opera refertur: vt per organi nostri, id est, corporis multimoda opera, consonans Deo fiat & apta laudatio. Psallere ergo nomini eius iubemur, quia suauis est. Suauis enim est Deo, corpora nostra complacito ministerio probabilique famulari: vel ipsum illud potius nomen Domini suauis est. Et quid suauitatis in se habet, vel nomen eius, vel ei psallere: continud subiecit dicens: *Quoniam Iacob elegit sibi Dominum, Israel in possessionem sibi.* Initium originis Iudæorum secundum sanctificationem generis Abraham est. Ad hunc enim Dei fuit sermo. Et cur potius Iacob quam Abraham Dominus elegit? Dehinc cum idem secundum nuncupationis allocutionem sit Israel qui est Iacob, cur iterum additur, Israel in possessionem sibi? Ordo exigebat principem electionis Abraham, non eum qui iam tertius in electione est Iacob commemorari: ratio quoque ammonerat, vt significatus Israel in Iacob intelligeretur: quin etià illud ac-

cedit, quod qui Iacob est eligitur, qui Israel possidetur. Sed iam in exordio sermonis monuimus, illa esse rebus corporaliter gestis commemorata in psalmo esse, in quibus futuri species tanquam in speculo reluceat: ea quoque gestis rebus coaptata verba esse, quæ cum ea quæ gesta sunt, nunciarent, tamen intelligentiam nobis absolutiorè eorum quæ spiritualiter in gestis rebus præfigurabantur, afferrent. Dei nomen suauis est, non vni tantum genti, atque ipsi irreligiosæ: sed omnibus iam gentibus atque linguis. Iacob enim sibi elegit, maiorem natu supplantantè, emetem primitias cibo & desperatione venales, abripietè benedictionem, impenitentem post seruitutem, deinde post luctam Deum videntem, & Israel nuncupatum. Antè enim Iacob est, & sic Israel. Circumspiciamus ecclesiæ corpus, quæ per differentiam fidei & Iacob, & Israel habet: & hic cæcus populum legis fide suppliat, primitias eius accipit, benedictionem eius diripit, secundum Domini dictum dicentis: *A diebus autem Ioannis regnum cælorum vim patitur, & vim facientes diripiunt illud.* Iacob est ergo qui eligitur, Domino dicente: *Ego vos elegi, non vos me.* Israel est qui possidetur, in præteritis primogenitus, in benedictionibus cognitus, in seruitute multi temporis fidelis, in sacramento luctæ potens, in promerendis rursum benedictionibus pertinax, in Dei cognitione & conspectu Israel. Nouit autem spiritus prophetiæ præpotentem hanc nominis Dei in congregandis gentibus, & possidendis fidelibus suauitatem, dicens: *Quis ego noui quam magnus est Dominus.* Officio quidem oris sui propheta loquitur, sed cognitione sua vox ista eius est, qui ait: *Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Et filius quidem patrem, si cui voluerit, reuelabit. Sed magnitudinem eius nemo cognoscit, propheta dicente: *Cuius magnificentia non est finis.* Cognitionis huius ergo infinitatis ei soli erit propria, qui secundum perfectam originis suæ plenitudinem ipse imago est infiniti. Quia ego cogit ovi quam magnus est Dominus: *Et Deus noster præ omnibus diis.* Non prædiis omnibus illis est, de quibus infra ait: *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.* Os habent & non loquentur. Nihil enim magnum, si metallicis, & saxis & lignis comparatus præfertur. Et quia isti dii non sunt, querendum est quos deos dixerit. Non enim deorum multitudinem ecclesiæ cognoscit. Error hic gentium est: vt coitus, & conceptus, & procreationes, & successiones deorum aut fingat, aut credat. Nobis autem secundum Apostolum vnus Deus, ex quo omnia, & nos in ipso, & vnus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Vnus ex vno, Deus ex Deo est. Non recepit alterum innascibilis vt duo sint, nec admittit quod est vnus vnigenitus ne Deus sit. Non sunt duo innascibiles, non sunt duo vnigeniti. In eo autè vnusquisque quod est vnus est: dum parem nec vnigenitus habet, nec innascibilis admittit: neque vnigenitus Deus ex alio quam innascibili Deo subsistit. Videndum est autem, præ quibus omnibus diis Deus noster sit. Inuenio deos dici per prophetam ita: *Deus stetit in congregatione deorum, in medio autem deos discernit.* Et hoc quidem videtur ambiguum, necessitatis absolute nunciare quos deos significet: sed Dominus in Euangelii errore nos nuncupationis huius liberauit, dicens: *Ego dixi, dii estis, & filij excelsi omnes.* Et adiecit: *Si ergo illos dixit deos, ad quos verba Dei facte sunt, & nõ potest solui scriptura: indissolubilis Dei sermo est, homines deos nuncupatis.*

Inuenio

Matth. 11.

Ioan. 17.

Matth. 11.

Psal. 144.

Psal. 113.

I. Cor. 9.

Psal. 81.

Ioan. 10.

Exod. 17. I. Cor. 8.

Inuenio & Mosen Deum nuncupari, cum ei dicitur: *Deu te posui Pharaoni.* Sed & Apostolus docuit dici alios deos, cum ait: *Namque & si sunt dii qui dicantur siue in cælo, siue in terra, sicut sunt dii multi, & domini multi: sed nobis Deus pater est, ex quo omnia, & vnus Dominus: noster Iesus Christus, per quem omnia.* Vnus quidem Deus nobis est, & vnus Dominus: sed multi dii sunt qui vocantur in cælo & in terra. Et quidem si hoc deorum nomen hominibus secundum sententiam Dei competit: multo magis angelis archangelis, thronis, dominationibus, principatibus, potestatibus dignum: quos Apostolus deos in cælo nuncupari demonstrat. Diu ergo sunt qui vocantur, sed præ omnibus Deus noster est, non comparatione, qui incomparabilis præcellit: sed potestate præ cæteris est. Et quomodo præ cæteris sit, mox ostendit, dicens: *Omnia quæ voluit fecit in celo & in terra, in mari, & in abyssis.*

Soli Deo congruit omnia facere quæ velit. Sola enim perfecta virtus in nullo impeditur, quo minus quod velit & faciat: & ei ex quo omnia sunt, nihil difficultatis occurrat. Inferioris ab eo naturæ est, ne totum quod velit & faciat. Dum enim alij se debet, caret omnipotentia virtute: quia in id ipsum quod subsistit, habet alium autorem. Et qui non se sibi debet, non omnia potest: dum à potiore subsistit. Sed videamus quid sit illud quod omnipotentia Dei secundum voluntatem suam fecerit: in cælo, & in terra, in mari, & in abyssis. Et quidem magnum est, si contineamur inde mutabilem cæli firmitatem, solem annuis cursibus indefessisque moderatum, vicesque anni definitis limitibus temperantem: perennes quoque lunæ vicissitudines & imperturbatos ortus, lapsus conuersionisque signorum. Iam verò terræ opes, & fecundos eius fructus in vitam hominum, volucrum, pecudum, bestiarum: plena dein in incolis suis maria, & spirantium intra fluctus piscium vitam: tum porro quia plurali genere maria Græcitas eloquuta est, Oceani inæstimabiles vices & capacis abyssi inperispabilem naturam, qua reclusus in terram æstus resorbetur. Sed cum hæc secundum humanam opinionem plena miraculis sint, ac de ipsis dici merito debeat: Omnia quæ voluit fecit in cælo & in terra, in mari, & in abyssis; videamus quæ omnia sint quæ voluit & fecit. *Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, qui producit ventos de thesauris suis.* Præterito thronorum, dominationum, principatum & potestatum, Cherubin & Seraphin, angelorum & archangelorum, cæli terræ, maris, abyssi miraculo: in his omnia Deus quæ voluit fecit, in cælo & in terra, in mari & abyssis. Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, qui producit ventos de thesauris suis. An hæc tantum perfecta in Deo voluntatis omnipotentia est, terram exhalare nubes? coruscare pluuiis imminetibus fulgura? alternatis spiritibus flare ventos? Sed arguunt hanc opinionem nostram virtutes herbarum & naturæ gemmarum. Educens, inquit, nubes ab extremo terræ. Quid enim sibi vult quod nubes deducuntur & educuntur ab extremo terræ? Exalant quidem valles vuidæ nebulas: sed neque valles extrema terræ sunt, neque quisquam nebulâ id ipsum existimauit esse quod nubem. Dehinc fulgura in pluuiam fecit. Quæ hic humani sensus intelligentia est? Fulgura nonnunquam sine pluuiis videmus, & pluuias sæpe esse sine fulgure. Non pluuiæ fulgura afferunt, neque rursum fulgura pluuias defundunt. Sequitur quoque: *Qui producit*

ventos de thesauris suis. Quæ hic humani sensus intelligentia est? An ne in concauo aliquo & communito thesaurorū loco, conditos esse ventos existimabimus: ex quibus ventus soleant tanquam preciosissima thesauri portio produci? Et cum solēt mutationes ventorū frequētes & incertæ sæpe & contrariæ commoueri: toties negotio sus ad hæc Deus ipsos istos vt demutentur, vt distideant, ex secreto diuitiarū suarū produci? Sed hæc à me volētī virtutē & rationē dictorum ostendere, ita commemorata sint: vt nihilo minus inuisibilis & omnipotentis virtutis esse intelligatur, à mari, quod est ab extremo terræ, nubes educi: & inter pluuias fulgura coruscare, & ventos ex occultis suorū spiritū sedibus flare. Verū quia non in his tantū omnipotentia Dei est, neque in his solū quæ voluit, fecit in cælo & in terra, in mari & abyssis: & in his quæ corporaliter gesta esse memoratur, spiritualia significari meminimus: demōstrandū est nūc, quid sub his dictis per virtutē prophetiæ intelligere debeamus. In eo quod omnia quæ voluit fecit in cælo & in terra, in mari & abyssis, quantum cognitioni nostræ permittitur, nihil amabilius Deo homine est. Et subest causa, vt peculiare ei hoc animal sit. Mundus verbo consistit, homo autè cum consilio efficitur, non verbo, sed opere cogitato: fit quoque ad imaginem Dei per in spirationē, & ea Dei viuens anima perficitur: legē accipit, voluntati suæ permittitur, liber ab omnibus mundi dominus constituitur: paradisi incola est, inuidia diaboli dignus est: post peccatū misericordia referuatur, omnis seculi huius ætate ad cognitionē Dei eruditur, iudex angelis præparatur, reuelationem eius creatura expectat, vanitati in spem & ipsa subiecta, ob penitentiam eius ex peccato angelorū in cælis maximum gaudium est. Hic ipse per sacramentum natiuitatis, secundum hominem Iesum Christum assumptus est in eum, iam vbique irreligiosum ante os eius religionem docet, iam pollutum stupris corpus continentia purum est, iam cæca quondam à cognitione Dei mens, Israel facta est. Inuidia in mutationem boni proficit, iam ebrietas in ieiunia exarsit, iam odium in amorem demutatatum est, iam vitia in virtutum vita perempta sunt. Fecit ergo Dominus omnia quæ voluit in cælo & in terra, in mari & in abyssis. Nihil enim his omnibus charius homine suo habuit, ob quem etiā vnigenitus eius Deus homo extitit: & fecit ita: Educens nubes ab extremo terræ. Nubibus Dominus præcepit, ne super spinosam & infecundam vineam pluerent: Mandabo, inquit, nubibus ne pluant super eam. Cognoui & nubem in qua locutus est Deus: In columna, inquit, nubis loquebatur ad eos. Et testatur mihi Paulus in hac nube non solum hoc quod legitur intelligendum, dicens: *An nescitis quia patres nostri sub nube fuerunt, & in Mosen baptizati sunt? Nubes hæc itaque significat doctrinam Apostolicam: quæ innumbrans, & à calore defendens, æstum omnem futuri iudicij excludit. Quot autem à nouissimis terræ sunt, audiamus apostolū dicentē: Puto autē Deus nos apostolos extremos ostēdit sicut abortiuos. Dñs ipse cum de loco & de dignitate inter discipulos sermo esset, ait: Qui voluerit in vobis esse primus, sit omnium nouissimus. Has ergo nubes Deo omnia, quæ vult facies, à nouissimis terræ educit: & hæc inumbrantē doctrinā terræ humilia exhalat. Fulgura in pluuias fecit. Fulgur est virtutis cælestis agnitio: & hoc ipse Dñs testatur dicens: Sicut enim fulgur exit ab oriente & patet vsque ad occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Et hoc quidem ita in Domino: qui non in locis corporalibus,*

Hominis creatio.

Psal. 5.

Psal. 98.

I. Cor. 10.

I. Cor. 4.

Mat. 10.

Matth. 24.

Re j

fed vbiq̄ue adueniens cernitur. Cæterum in ſingulis hodie quicunque virtutem Dei annuſciabunt, qui cognitionem eius per doctrinam præſtabunt: fulgura inter pluuias facti ſunt. Fulgura primum ipſi ſcientia coruſcantes, tum deinde verborum imbrem profundentes. Et huius pluuiæ ex ſe profundèdæ Moſes non iam ſpiritualiter per doctrinã, ſed corporaliter per gloriam fulgès ita meminit: Attèdè cœlũ & loquar, & audiat terra verba ex ore meo. Expeſtetur ſicut pluuiã eloquiũ meũ, & deſcèdãt ſicut ros verba mea: & ſicut pluuiã ſuper gramẽ, & vt niues ſuper fœnũ. Illa fulgura in has pluuias facta ſunt: verba ſcilicet viuificãtia, & potãtes irrigantia. Seruatus autè ordo eſt, vt poſt congregatas ex nouiſſimis terræ nubes, poſt fulgura cõſtituta, producat vêtos de theſauris ſuis. Quos autè ventos producat, nõ ambigũ eſt, eos nẽpe de quibus ait: Faciens angelos ſuos ſpiritus. Sunt enim angeli paruulorum quotidie Deum videntes. Hi igitur ſpiritus ad ſalutem humani generis emiſſi ſunt: neque enim infirmitas noſtra niſi datis ad cuſtodiam angelis, tot tantifque ſpiritualium cœleſtiũ nequitis obliſſeret. Opus ad id fuit naturæ potioris auxilio: & hoc ita eſt ex his dictis docemur, quibus trepidum ac pauetẽ Moſen Dominus confirmat, dicens: Ecce angelus meus antecedit te. Hos igitur de theſauris ſuis ventos producit, tribuens in his auxilium humanæ infirmitati: vt hæc nos diuina præſidia, aduerſus mundi potentes harum tenebrarum in hæreditã nobis ſalute teneantur. Sequitur deinde hic ordo dictorum: *Qui percufſit primogenitã Ægypti ab homine uſque ad pecũ. Emiſit ſigna & prodigia in medio tui Ægypte, in Pharaonem & in omnes ſeruos eius. Qui percufſit gentes multas, & occidit reges fortes, Seon regem Amorreorum, & Og regem Baſan, & omnia regna Chanaan occidit. Et dedit terram eorum hæreditatem Iſrael populo ſuo.* Frequenter ſermo diuinus, cum intelligendum eſt Deum cœli atque terræ, & vniuerſitatis creatorem docet, qui Ægyptũ percufſerit, mare diuiferit, Ægyptios demerſerit, populũ ſuum magnis & mirabilibus virtutibus eduxerit, in eremo manna aluerit, eiectis gentibus in terram repromiſſionis induxerit. Et quidem omnia hæc magnifica & præclara opera Deum eſſe teſtantur. Neque enim mediocriſ & moderatæ virtutis eſt tanta geſiſſe, admirandus in his intelligendus eſt. Sed docet nos Apoſtolus cum veneratione geſtorum præformationem in his doctrinã atque operis ſpiritualis agnoſcere: cum lex ſpiritualis eſt, cum geſta eius allegorumenã ſunt, cum ſub nube patres fuerunt, cum in Moſen baptizati ſunt, cum de ſpirituali petra biberũt, cum petra Chriſtus eſt, cum poſtremo ſecundum exaltati in deſerto ſerpẽtis formam exaltandus eſt Dominus. Ergo licet illa in Ægypto corporaliter geſta ſint, ſpiritualiter tamẽ nunc geruntur in nobis. Ægyptus in quo ſeculi forma eſt, virtutibus & plagis Dei percutitur, ſignis portentifque terretur. Plagis Dei percutitur, cum iudicium ſuum audit, cum damnationem ſuã agnoſcit, cum in ipſo conſcientiæ ſuæ reatu quotidie iudicatur, cum principales ſuas originariãſque virtutes cruci ſuæ Dominus confixit: locutus quoque eſt tanquam ad viuẽtem animalemque regionem, ſed incolæ eius, quos rationales animaleſque conſtituerat, alloqui exiſtimaretur. Miſit ſigna & prodigia in medio tui Ægypte: in Pharaonẽ, & in omnes ſeruos eius. In medio tui quid eſt? Cognofcimus ex eo quod dictum eſt: Deus autem Deus noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio orbis

Deut. 32.

Eſai. 103.

Exod. 32.

terre. In medio itaque orbis terræ loco, in quo Dominus ſalutem nobis operans paſſus eſt, ſigna & prodigia miſit: dũ crucis ſuæ horis ſol effugit, tremiſit terra, ſaxa rumpuntur, ſepulchra pãduntur, mortui exurgunt. Hęc in medio tui Ægypte ſigna facta ſunt. Pharaon tuus, id eſt diabolus aquis necatur, baptizato populo, ipſe cum exercitu ſuo obrutus percufſus deinde gentes multas, extincti ſcilicet innumerabiles in nobis vitiorum incolatus, reges quoque fortes perẽpti. Fortes planè. Seon regem Amorreorum, & Og regem Baſan, & omnia regna Chanaan occidit. Et quid iſtud eſt? Tot regna euerſa ſunt, tot reges extincti ſunt, & horum tantum fit memoria? Fit quidem ſecundum geſtorum fidem paucorum memoria ex pluribus: ſed hi tantum memorantur, in quibus quamvis quidem res geſta cognofceretur, tamen per conditiones virtutelque nominum ſpiritualis in his eſſet cõditio ſubtexta. Nam Seon infructuoſa arboris interpretatio eſt. Quod enim nobiſcum arbor infructuoſa, id Hebraicè Seon nuncupatur: Amorrore vero exacerbans. Has ergo ſub horum nominum ſignificatione infructuoſas in nobis exacerbantibus virtutes deleuit: infructuoſos ſcilicet principes, qui nos qui exacerbabamus Dominum obtinebant: & ob id ſecundum dictũ Euangelicum exemplo infructuoſa arboris exciſos. Og verò rex, interpretationem habet maceriæ ſiue valli: Baſa verò cõfuſionis ſiue pudoris. Regem hunc ergo conſuſionis pudoriſque noſtri extinxit, ſoluens ſecundum Apoſtolus maceriam: vel vallum, id eſt, quo ad cognitionem Dei prohibebamur obſtaculum diruens. Occidit deinde omnia regna Chanaan. Maledictum Chanaan eſt Genefis docet, & eſſe ſeruum fratrum ſuorum, ob contumeliolaſque eius in patrem iniuriam. Interpretatio autem nominis Chanaan motio eſt. Que igitur nos in vitia & in maledictam impietate commouebant, atque in nos vi ſua ac potestate regnabant: Dominus extinxit. Quod autem per varias virtutes quæ in filiis inobedientiã operantur, hæc regnãt peccata in nobis, Apoſtolus audiamus dicentem: Nõ regnet amplius in mortali corpore veſtro peccatum. Regna ergo hæc occiſa ſunt. Iam enim non dominantur in nobis. Sed occiſis his, quid conſequitur? *Dedit terram eorum hæreditatem Iſrael populo ſuo.* Data quidem terra eſt regum & gentium ſuperius memoratarum, ſed amiſſa rurſum eſt. Hodie à gentibus incolitur, Iſrael vbiq̄ue exul eſt. Et quomodo terra quæ data eſt, hæreditas eſt? Manet ergo idem ordo: vt ſub his quæ corporaliter geſta ſunt, ea quæ ſpiritualiter eſſent gerenda, præſcripta ſint. Data igitur corporum noſtrorum terra in hæreditatem eſt, quæ antea erat in Chanaan maledicta, in vitia mobilis, in Baſan conſuſionis pudoriſque plena, in Amorrore exacerbans & irritans, quam poſſidebat in Og infidelitatis maceria, quam occupauerat in Seon arbor infructuoſa. Hęc igitur terra, ſoluto infidelitatis vallo, & exciſa ex ea arbore infructuoſa, data eſt hæreditas: & data eſt Iſrael populo ſuo. Quæ autem hæc hæreditatis terra ſit, & qui ſit hic Iſrael, audiamus apoſtolum paulum dicentem: Sicut portauimus imaginem terreſtris, portemus imaginem cœleſtis. Hęc eſt Iſrael, cui terræ beatæ huius cõtinget hæreditas: cui conglorificati in Domino, terreni corporis ſui erit æterna poſſeſſio. Hoc Chriſtianis eſt proprium, qui hoc in ſe nomen incoluimẽ per cœleſtis imaginem vſque ad finem retinuerint. Atque ita ait: *Domine nomen tuum in ſeculum.* Nunquid à nobis optandum

Rom. 11.

Luc. 23.

Eſai. 6.

Rom. 2.

Ier. 5.

I. Cor. 15.

tandum hoc Deo eſt, aut æterna virtus eget voto noſtro vt maneat in æternũ? Vt in nobis potius maneat, optandum eſt. Sicuti cum dicimus: Sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Non vtiq̄ue vt hæc Deo proueniant, optamus: vt ſanctificetur, qui ſanctus eſt, vt voluntas ſua fiat, cuius factum in voluntate eſt. Noſtræ hæc potius rei vota ſunt, vt per egregia fidei noſtræ opera nomen eius ſanctificetur in nobis. Ait enim: *Eſtote ſancti, quoniam ego ſanctus ſum: vt in nos regnum eius adueniat. Eẽdigni æternõ regno per indulgam nobis æternitatis ſubſtantiam ſimus: quia ſpes vitæ eſt, conſiteri regnum eius. Et dicenti ſibi latroni: Domine memento mei dum veneris in regnum tuum, reſpondit: Amen dico tibi, hodie mecum æris in paradifo: vt ſicuti voluntati eius in cœlis ab indefeſſis & cœleſtibus virtutibus paretur, ita & à nobis in terra pareatur, ne corporalis nos infirmitas ab exequenda eius voluntate deſlectat. In cœlis enim indefeſſis quotidie nobis dicitur: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus ſabaoth, pleni ſunt cœli & terra gloria tua. Vt nobis quoque nihil aliud in opere ſit, niſi per quod ſanctificatur nomẽ eius: nihil aliud in ſpe, niſi per quod etiam in nos regnum eius ſperamus: nihil aliud in voluntate, niſi per quod Deo æternæ à nobis laudes ſunt deferendæ. Profectus hic voti noſtri indigentia res eſt, vt nobiſcum nomen eius maneat in æternũ. Dehinc ſequitur: *Et memoriale tuum in generationem & generationem.* Non ſicut ſæpe à ſeculo in ſeculum, neque à generationibus in generationes: ſed in generationem & generationem. Et hoc non de nomine, ſed de memoriali. Memoriale enim eſt memoria operum Dei, quæ libro legis continentur. Et quia lex & memoriale Dei in generatione prima, Iudeorum ſcilicet, vſque in plenitudinem temporum maſit, ſicuti plebi Sodomæ & Gomorræ vſque ad plenitudinem peccati pœna dilata eſt: ita manſuram omnium impietatum cum prima generatio expleſſet, memoriale Dei, & omnium operum ſuorum memoria in generationem alteram tranſiit: in Chriſtianos nempe, cum quibus hodie legis veneratio eſt, & prophetia, & nomen Domini. Tenuit autem hunc eundem in conſequentibus ordinem, dicens: *Quia iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis conſolabitur.* Differt iudicari & conſolari, & differt populus & ſeruus. In ſeruis autem conſolatio, in populo verò iudicium eſt. Populum Dei Iſrael ſecundum carnem nuncupatum eſſe quis neſcit? Dictum autem ab Apoſtolo eſt: *Qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Iudicabit ergo Deus populum ſuum, ſed in ſeruis ſuis conſolabitur.* Nempe illis de quibus Dominus ait: *Qui credit in me, non iudicabitur, ſed tranſiet de morte in vitam: qui autem non credit, iam iudicatus eſt.* Conſolabitur autem Dominus iudicato Iſrael in ſeruis ſuis. In omnibus enim fidelibus terra ſolatium habebit ex damno. Voluiſſet enim populum ſuum, quẽ in patribus eorum Abraham, & Iſaac & Iacob elegerat, non iudicari: ob quem poſt diuerſas plagas Ægyptum afflixerat, ob quem in columna ignis & nubis aſtiterat, ob quem mare diuiferat, aquam è petra eiecerat, manna è cœlo miſerat, legem poſuerat, veniam tantis ſacrilegiis indulſerat, tot irreligioſorum regna dieceerat, prophetas miſerat, vnigenitum ſuum naſci hominem voluerat. Sed tot tantifque beneficiis populus ingratus, & colonus vineæ primus electus, in ipſum Dominum vineæ parricidales manus intulit:*

Deum quantum in ſe eſt, crucifixum in homine mortificans. Sed electi ſunt ſerui, quibus vinea fructum eius reddentibus traderetur: in quibus Dominus iudicato populo ſuo, pietatis ſuæ damnum conſolaretur. Itaque conſolantur eum gentes in martyribus, & cõfeſſoribus, & fidelibus ſuis: fructus ex ſe commiſſa ſibi gratiã rependentes. Non noua autem, nec huius tantũ prophetæ vox iſta eſt. Moſes in præclaro illo Deuteronomij cantico, cum peccata populi huius, & impietates nouiſſimas, & fidẽ generationis alterius prædicaret, ait: *Quoniam iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis conſolabitur.* Sanctus etiã Eleazar cum à principibus populi ſui deguſtare e gentium ſacrificatu cogeret, gloriam martyrij ſub hac eadẽ voce conſummat: ſciens Dominum in ſeruis ſuis voluntatem eius operantibus iudicato populo conſolandum. Conuertitur deinde ad pellendũ errorem gentilium propheticò ſermone, vt ſtultas atque irreligioſas ſuperſtitiones ex ipſis ſuperſtitionum cauſis coarquat, dicens: *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non vident: aures habent & non audiunt, nares habent & non odorabunt, manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt, nequẽ eſt ſpiritus in ore eorum, non clamabunt in gutture ſuo. Similes illis ſunt, qui faciunt ea, & omnes qui conſidunt in eis.* Frequenter & in aliis pſalmis id ipſum de ſimulacris gentium dictum eſt: & prophetia omnis hoc laborat, vt humanum errorem à ſtultiſſimis his irreligioſitatũ ſtudiis auertat. Addunt enim plerique his impietatibus ſuis autoritatem, vt præciũ metallorum honorẽ diis quos ſibi fecerint, quærant, auro eos argenti quẽ formant: ſed hoc tantum quod poſſunt largiuntur, imaginem ſcilicet oris, oculorum, aurium, narium, manũ, & pedum, deos ſuos in forma mortui corporis adorantes: cui ſpecies eſt ſine voluntate, os mutum eſt, oculi hebetes, aures ſurdæ, nares inanes ſunt, manus diſſolutæ, pedes rigentes, omne corpus immobile eſt. Sed errorum eorum id quod nec ſperare audent, deſputatur: vt eorum ſimiles quos adorant, venerantes ſint in conſortio veneratorum, ipſi ſimulacrorum modo in emortuo corpore ſine vitæ ſpiritu relinquantur. Demonstrato autem errore gentiliũ ad doctrinã ordinem propheticus ſermo ſe retulit, dicens: *Domus Iſrael benedicite Dominum, domus Aaron benedicite Dominum, domus Leui benedicite Dominum: qui timetis Dominum, benedicite eum.* In his nominum atque officiorum diſtinctionibus omnem eccleſiæ populum complexus eſt: ſed per nuncupationum & proprietatum ſignificatione ipſa illa officiorum merita diuiſit. In eo enim quod dicitur, domus Iſrael, & domus Aaron, & domus Leui, & qui timetis Dominum, aliud ab alio eſſe diſcernitur: vt ſecundum Apoſtolum ad Corinthios ſcribentem, quædam ſit in hominibus diſtinctio, cum vocatis ſanctis, cum omnibus qui inuocãt nomen Dñi noſtri Ieſu Chriſti: vt aliud vocatos, aliud ſanctos, aliud inuocantes nomen Dñi eſſe ſignificet. Nunc autem primum Iſrael nuncupari videmus, ſecũdo Aaron, tertio Leui, quarto timentes Dñm. Et in Aaron ſacerdotes ſignificari non ambigũ eſt. Sacerdos enim in lege primus fuit Aaron, & exinde in ſucceſſione eius ſacerdotũ honor maſit. In Leui autẽ miniſtros oſtendi abſolutũ eſt: hæc enim tribus in miniſteriũ electa eſt. Reliquis autẽ populus, cui nõ ſacerdotij, neq; miniſterij, ſed timoris officiu eſt: in his qui timẽ Dñm nuncupatur. Docet autẽ nos Apoſtolus ſuper omnes hos *Gal. 5.*

esse Israel, cum ait: Et quotquot regulæ huic obsecundabunt, pax super eos, & misericordia: & super Israel. Sacerdotes & ministros officij sui regulæ, in eo quod agunt, continet: sed præstat longè voluntate magis aliquid agere, quàm lege. Et optimum est per ministerij ordinem non solum satisfacere ministerio: sed per doctrinæ scientiam, & fidei calorem ad cognitionem Dei contèplationemque contendere. Eum ergo qui Deum intelligens & videns esset, quod est proprium Israel, in primo benedicentium ordine collocavit: qui officium in quo esset, atque honorem sacerdotis, hac ipsa cogniti per fidem & contemplari Dei virtute præcelleret. Quia cum plures sint. Aaron, id est sacerdotes: pauci tamen Israel, id est, qui cognitione mentis Deum contèplaturi sint, reperientur. Hi ergo primum ad benedicendum advocantur: cæteris aliis post eos, in eo quo & ipsi essent officio, benedicturis. Sed & benedicunt Deum, & domus Israel, & domus Aaron, & domus Levi, & omnes qui timet Deum: eum scilicet, qui est benedictus Deus in Sion, qui habitat Hierusalem, sanctum montem Sion, & civitatem cœlestem, ecclesiam, primitivorum, manentium, & scriptorum in cœlis in Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum, Amē.

Alleluia. Psalmus CXXXV.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in secula misericordia eius. (c.) Non est ociosus sermo propheticus, neque ex inanibus ac superfluis causis spiritalis loquela est. Si enim in viris prudentibus spectari id maximè solet, ut ea quæ loquuntur, gravitate eorum doctrinaque digna sint: omnisque sermo non sit fortuitus & vagus, sed ex rationalibus causis profectus, & expectationi audientium utilis, & autori congruus differentium: quanto magis id in cœlestibus eloquiis opinandum est, ut quicquid in his excelsum est, divinum, rationale, & perfectum esse existimetur. Sed plerunque, imò semper vicio nostro accidit, ut quæ legi in ecclesia audimus, auribus atque animis nostris longè ab his peregrinantibus negligamus: ut per audiendi incuriam vilescat apud nos dictorum cœlestium dignitas, cum in lectionis tempore rationem supputamus, iras concipimus, iniurias cogitamus, luxus recolinus. Tunc ad hæc occupatis nobis surdæ aures sunt, & hebes mens est. Et si quid fortè in aures nostras eorum quæ leguntur inciderit, virtutem tamen dictorum obrutus seculi curis animus non sentit: & quorum intelligentiam non sequitur, leuem existimabit autoritatem. Omnia autem quæ in libris prophetis sunt, maximum humanæ & salutis & doctrinæ profectum in se habent, nostrique causa vniuersa scripta sunt: ut nunc nobis institutionem vitæ innocentis afferrent, nunc scientiam Dei intimarent, nunc originis naturæque nostræ cognitionem tribuerent, nunc futurorum intelligentiam non spe tantum, sed ratione præstaret, nunc causas vniuersitatis huius ortusque proferrent, & humanum sensum tentarum rerum intelligenti incapacem ad capiendum horum cognitionem variis doctrinæ generibus distenderent. Partibus enim quibusdam & diuisionibus opus fuit: per quas sensum sub vsu exercitationis assiduo, opinio saltem incomprehensibilis nobis huius intelligentiæ posset irrepere. Plures prophetæ sunt, & ingentia eorum copiosaque dicta. Plures etiam psalmi sunt, & in singulis multa & varia conge-

Asta sunt. Et quanquam omnes vnam atque eandem in se doctrinam formam complectantur, diuersis tamen institutis in eandem nos scientiam viam dirigunt: non omnia in vnum congeretes, incapaces enim omnium sumus, sed partes partibus explicantes: ut per id quod singula cognoscuntur, proficiatur, ad multa. In hoc autem psalmo, quia singulis eiusdem rei argumenta diuersa sunt id continetur: ut causam vniuersitatis huius id est, cur cœlum, cur terra, cur homines, cur cætera sunt, ex bonitate & misericordia Dei profectam intelligamus, per id quod dicitur: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.* Ac primum in eo quod ita cœptum est, Confitemini Domino, duplicis intelligentiæ significatio defertur: ut aut Deum in confessione laudemus, quia bonus, quia misericordia eius in secula sit: aut peccata nostra confiteamur, & ab eo indulgenda, quia bonus est, & cuius indeficiens misericordia sit. Vtrunque enim naturæ nostræ est conueniens, ut & eum ad cuius cognitionem nascimur laudemus, & ei qui bonus est & cuius misericordia in secula sit, confiteamur peccata sub agnitione peccati. Non enim necessaria est confessio Deo qui nihil ignoret, ut ea, quæ gesseris confitearis. Quia porro confessione ista Deus non eget, cuius agnitioni nihil occultum est, cuius auditui nihil inuiui est, cuius virtuti nihil reliquum, extra quem locus nullus est. Sed confessio est rei eius quæ ignorabatur professa cognitio, ex alterius iudicij opinione in alterius intelligentiæ proficiens sententiam: vtile enim sibi ac iucundum quisque esse ante existimauerat, rapere, cedere, furari, superbire, potare, luxuriari. Sed vbi hæc omnia æternæ damnationi obnoxia esse cognouit, cognitis his confitetur errorem. Confessio autem erroris, confessio est desinendi. Desinendum ergo à peccato est, ob quod peccati cœpta confessio est. Cæterum extra veniam est, qui peccatum cognouit, nec cognitum confitetur. Confitendum autem semper est, non quod peccandum semper sit, ut semper sit confitendum: sed quia peccati veteris & antiqui vtilis sit indefessa confessio. Docet autem Spiritus sanctus semper confitendum, cum ait per prophetam: Iustus ipse sibi accusator est in primo sermone suo. Iustus non se ex præsentibus, sed ex præteritis accusat. Cui enim adest præsentium accusatio, iusti nomen aufertur. Et audiamus se apostolum Paulum ex præteritis arguentem, cum ait: Quia non sum dignus vocari Apostolus, eapropter quod persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum, quod sum. Hæc est illa iusti viri vera confessio, qui iustitiam præsentem ex præteritorum conscientia & confessione commendat. Ad quam & alibi per prophetam monemur. Confitere, inquit, peccata tua prior, ut iustificeris. Ad hanc ergo confessionem in psalmo vocatur: *Quoniam Deus bonus est, quoniam in secula misericordia eius: confessionis nostræ hunc impensiore maximè fidei fiducia inuocates, quia cui confitemur & bonus est, & nescit misericors esse desinere.* *Confitemini Deo deorum, quoniam in seculum misericordia eius.* Vt in Euangelij responsione Domini ad Sadduceos docemur, nõ est Deus mortuorum, sed virorum, per quem & dictum est: Ego dixi diis estis, & filij excelsi omnes. Non dignatur Deus corruptibilibus & mortalium Deus esse: sed eorum qui in cœlestem gloriam transformandi, exuti veteri homine terreno, nouum eum qui in cœlis est induerunt, qui conformes erunt corpori gloriæ Dei. Et deos hos effici licet fidei eorum meritum exigat: tamen ea maximè

Pror. 18.

1. Cor. 15.

Esai. 43.

1. Tim. 6.

Psal. 81.

1. Cor. 9.

Exod. 8.

maximè causa est quoniam in seculum misericordia eius. Non ille eguit deorum Deus nuncupari: sed bonitatis & misericordie suæ est, ut deos faciat, honore nominis sui ex affectu misericordie & benitatis imperitens. *Confitemini Domino dominorum, quoniam in secula misericordia eius.* Deos plures nuncupari, siue in cœlo, siue in terra, Apostolus docuit, ut non solum humanæ naturæ istud, sed spiritali cõpetere videatur cum ait: Sed & si sunt dii qui nominantur in cœlo & in terra, per cœli & terræ significationem vtrique naturæ nomen hoc competens esse demonstrans. Idem quoque Apostolus Deum Dominum dominorum esse significat, cum ait: Rex regum & Dominus dominantium. Dominatus in viles & degeneres, indignus Deo est. Rex ille regum est, & Dominus dominorum, ut est Deus Deorum. Et Deos quidem quos significet non ambiguum est, de quibus dixit: Deus stetit in synagoga Deorum. Reges autem idem Apostolus absolute ostendit dicens: Iam sine nobis regnatis, & vti nam regnaretis. Reges sunt in quos non regnat peccatum, qui dominantur corporibus suis, quibus est huius subditæ & subiectæ sibi carnis imperium. Hi ergo reges sunt, & horum Deus rex est. Hi etiam Domini sunt, qui non erunt serui peccati: quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Dominandum ergo est peccato, non seruendum. Domini autem sunt, qui hæc peccati corpora dominationi suæ per subiectionem vitiorum suorum peccatorumque subdunt. Nouit se esse Apostolus corporis sui dominum, cum ait: Subiicimus enim mihi corpus meum, & in seruitutem redigo. Qui in seruitutem redigit, domini necesse est iure in seruitutem eum qui seruiturus est redigat. Horum ergo talium dominorum, Deus Dominus est, vocans eos per spem æternitatis, ut Domini sint, ut in his Dominis Deus Dominus sit. Et hoc non ob aliam causam, nisi ob id quia in secula misericordia eius: donas nobis per æternæ misericordie suæ benignitatē, ut effectis nobis dominis, digni simus quorum ipse sit Dominus. *Qui fecit mirabilia magna solus.* In plurimis quidem humanorum operum gestis, multa magna & mirabilia extiterunt. Sed quicquid in his gestum est, ad eum referatur cuius virtus illa gessit. Multa mirabilia Moses in Ægypto egit: sed testimonium magis incitatoresque perhibent, quia in operibus illis digitus Dei est, sicut scriptum est: Dixerunt ergo incitatores Pharaoni: Digitus Dei est hoc. Ex quo ostenditur virtutem Dei per Moysen operatam fuisse, cuius tum illa ministerio gerebantur. Magni quoque miraculi illud fuit, tum cum dicente Iesu Naue Sol stetit contra Gabaon, & luna contra vallem Haylon, Nescio quid hoc mirabilis effici possit: cum verbo hominis sol & luna in diei vnus moram excurfus sui lege detenti sunt. Sed virtutis huius autorem scriptura mox addidit, dicens: Non fuit dies neque prius neque postea, ut sic exaudiret Deus hominem: quia Dominus pugnavit pro Israel. In eo enim quod Iesus exauditus est, & pugnavit Deus in Israel: virtus eius in gestis, qui & pugnavit, & exaudiuit ostenditur. *Qui fecit cœlos in intellectu, quoniam in seculum misericordia eius.* Faciedorum cœlorum sola misericordie suæ causa est, neque enim eguit ut fierent. Sed qui bonus est, in id vniuersa fecit, ut plures bonitatis suæ copiis vterentur. Fecit autem cœlos, in intellectu: non irrationabiles, neque informes, neque confusos & inordinatos. Sed cum regionem cognitionis suæ qui infinitus est collocaret, cœlo superiore atque primo eodemque in orbem colloca-

to terminum quædam virtutibus, quæ primum ad cognoscendum se gignerentur inclusit. Neque enim gignendæ creationes virtutem inconspicibilis Dei ferre potuissent: nisi naturæ temperatioris obiectu sedena hanc moderatæ ad infirmitatem habitationis incoherent. Aquis etenim eleuatis illam ipsam primi cœli naturam temperavit, quæ superni Dei accessu virtute nequaquam ab inferioribus esset patiendâ naturis. Cœlû verò inferius non vniforme, sed multiplex tetendit: quod totum firmamentum nuncupans, valida ad sustentationem aquarum superiorum temperationemque aëris nostri firmitate solidauit. Et idcirco plures cœlos doctrina prophetica prodidit: quia necessarium naturæ nostræ fuit, per momenta quadam, & profectus rationabilium moderationum, regionem hanc indulgi nobis ad præsens habitaculi temperari: de numero verò cœlorum nihil sibi humanæ doctrinæ temeritas præsumat. Apostolus vsque ad tertium tantum cœlum se se raptum intelligit. Plures quidem thronos, dominatus, potestates, principatus connumerat: quibus necesse est proprias sedes habitationis congrue deputari. Sed & aliquorum cognitionem futuris temporibus promittit esse, quod significat cum ait: Et super omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed in futuro. Sed de numero Apostolus nihil docuit, & nescio an tacuerit an ignorauerit. Nunc enim & profectus est, se ex parte cognouisse: & tamen cum raptus ad cœlum est, audisse se quæ non sint loquenda testatur. Nobis sufficit plures cœlos scire esse: quippe cum & cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt laudent Deum. Sub inferiore autem superioris circuli cœlo, quod firmamentum nuncupavit, terram inferius collocavit: quam mediam suspendens, & confirmans, ita manendi sede moderatus est, ut paribus vndique mensuris ponderibusque librata, & sustentata consisteret: ut is qui infinitus est Deus primo illi superioris cœli circulo circumfuso supereminens, æqualibus ex omni transfusione sua spaciis omnia virtutis sue spiritum in vsum ac naturam animantium temperato, ea quæ crearentur attingeret. Apostolus enim ait: Quia in ipso viuimus, & mouemur, & sumus, per quod ostenditur terram in spiritu eius tanquam in transfusi spiritus ambitu consistisse: cum in Deo omnes & viuamus, & moueamur, & simus. Quod autem in omnia temperationis spiritu transfusus & penetrans sit, id docet propheta dicens: Spiritus Dei repleuit orbem terrarum. Itaque intus atque extra, ambitu, atque aditu, & circumfusus, & transfusus ostenditur. Quod autem terra non sit in vnam demersa regionem, consequenter Spiritus sanctus ostendit, dicens: *Qui firmavit terram super aquas, quoniam in secula misericordia eius.* Altius nos querere ratio tractatus præsentis & loci non sinit. Satis sit terram super aquas pendula firmitate consistere, ex prophetica autoritate didicisse: inumbratum cœli temperatioris obtentu hoc firmamentum, quod extensum tanquam pellis, & solidatum tanquam sumus, aquas supernas infernasque discernat, certe aquis pedulam contineri. Et in hoc sicuti in omnibus ea causa est, quoniam in secula misericordia eius. In eo autem quod sequitur: *Qui fecit luminaria magna solus, quoniam in secula misericordia eius.* Non id intelligendum est, ut extra sapientiam, & verbum, & virtutem, id est, vniuersum Dei Dominum nostrum Iesum Christum ea fecisse credatur: quippe qui ex persona sapientiæ dixerit: Ego eram apud eum cuncta disponens. Sed qui disponebat, ab eo cum quo dispone-

Eph. 1.

Act. 17.

Sap. 1.

Pror. 8.

bat & genitus & natus est. Cum autē opera filij opera patris sint, & pater operetur in filio: per id enim quod ait: Pater qui in me est, ipse sua opera facit. & rursum: Ego opera patris facio: solus operatur, in eo. & per eum operando quem genuit. In cæteris verò absoluta ostendendæ misericordiæ Dei doctrina est: vt sciamus omnia non ob aliã causam, nisi quia semper Deus misericors sit, esse perfecta. De his autem quæ de Ægypti negociis intelligi spiritualiter oportet, tractatus psalmi anterioris, in quantum exequi valuimus, complexus est: ad quorum confirmationem etiam hoc quod in psalmo dictum est accedit:

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, quoniam in seculum misericordia eius.

Vnam diuisionē rubri maris liber Exodi docet, dicens: Et fecit mare siccum, & diuisa est aqua. Et quomodo nunc rubrum mare in diuisiones diuiditur? Nisi quia existimo sub relatione gestorum spiritualis doctrinæ ordinem contineri. Euadētes enim Ægyptum quæ seculi forma est, & ad terram reuersionis quæ secundum Euangelium beati hereditabunt, euntes, per mare rubrum, id est, per eius turbidos ætus & fluctuantes motus transimus, in quo plures ad iter diuisiones sunt. Aliud enim per ieiunium iter est, aliud per pudicitiam, aliud per elemosynam, per fidem, per spem, per charitatem. Et hæc omnia diuersas necesse est habeant diuisiones huius maris transeundi: omnibus tamen per has viarum diuisiones iter seculi transitur. Conclufi autem psalmi, vt hæc omnia de futuris intelligantur, maiore fide firmat, cum ait:

In humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, quoniam in seculum misericordia eius. Et redemit nos de manu inimicorum nostrorum. Qui dat escam omni carni, quoniam in seculum misericordia eius. Confitemini Deo cæli, quoniam in secula misericordia eius.

Non enim tantum memor fuit humilitatis humanæ Deus, cum ad liberandum populum ex Ægypto Mo- sen ducem elegit: sed perfectus memor fuit humilitatis nostræ, cum ipsam humilitatem nostram corporeus natus assumpsit, cum hoc humile terrenumque corpus gloria in se naturæ cælestis absorpsit. Neque tunc redemit de manu inimicorum, cum eos à dominatu Ægyptiorū exemit: nam postea inimicis subditi sunt, & hodie iure alieni imperij coercentur: sed redemit nos, cum se pro peccatis nostris dedit, redemit nos per sanguinem suum, per passionem suam, per mortem, per resurrectionem suam. Hæc magna vitæ nostræ precia sunt. Magno enim, ait Apostolus, precio redempti estis. Et redempti ab inimicis, à diabolo, ab angelis eius, à filio perditionis, à principibus aëris, à mundi potestatibus, ab inimica morte. Et redemit escam dando omni carni. Qui dat escam omni carni, id est, quæ redempta est, dat escam incorruptam, æternam, panis viui, panis cælestis. Et in his singulis, quod humilitatis nostræ memor est, quod redempti sumus, quod omnis redemptorum caro escam accipit, ea causa est: quoniam in secula misericordia eius. Et quid ei confitendum est? Confitemini enim Deo cæli, quoniam in secula misericordia eius. Quod cælum, terra, quod cætera sunt, & ipsum illud, quod sumus qui non fuimus, quod erimus, quod non sumus, causam aliam non habet, nisi misericordiæ Dei: qui ad consortium bonorum suorum nasci nos voluit ille qui bonus est. Vnus enim bonus est Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

1 Cor. 6.

Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus cum recordaremur tui Sion, & reliqua.

Captos secundum Hieremiam prophetiam Iudæos, & in Babyloniâ deductos fuisse, non obscura cognitio est. Neque dubium est, per hunc eundem psalmorum librum potuisse captiuitatem populo prophetari. Nam & in alio psalmo manifestum est, absolute euerfionem gentis istius atque vr̄bis prophetatam fuisse, cum dicitur: Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posterunt Hierusalem velut pomorum custodiam.

Et in hoc quoque presenti psalmo idipsum significari videtur: maxime cum quibusdam placuerit, eum tanquam Hieremias titulo inscribi, quia ab ipso sit antequam accidit denunciata captiuitas. Certe cum Hebræis senioribus secundum cognitionem, quam ab his adepti sumus, psalmus hic sine inscriptionis istius titulo est. Non dubium autem est, quin omnia in patribus, aut per patres nostrata gesta, futuri formam in his quæ gesta sunt prætulissent: & idipsum ita esse, hic quoque psalmorum liber testis est. Nanque cum in lxxviii. psalmo omnia quæ in Ægypto atque in deserto, & in cæteris locis deinceps gesta essent recenserentur, ea ipsa parabolica esse ita demonstrata sunt: Attende populus meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Per id quod & parabola & propositiones sunt, rerum futurarum effectibus comparantur. Apostolus quoque docet, ea ipsa quæ gesta sunt, in præfiguratione gesta esse, dicens: Quia lex vmbra habet futurorum bonorum, & omnia in præformationem acciderunt his. Scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum deuenerunt. Gesta igitur ipsa illa in exemplum, & scripta in doctrinam sunt. Itaque & hanc corporalem populi captiuitatem, referri in exemplum spiritualis captiuitatis oportet. Capti enim mentes nostræ sunt corporum seculique dominatu, captæ à demonibus sunt iure potiorum, quæ imperium in nos suum per diuersa ministeriorum genera exercent: dum nos ebrietas possidet: dum luxuriam subicit: dum auaritia deuincit: dum ambitio occupat: dum malevolentia obtinet: dum ira vsurpat: dum omnia in nobis regnant hæc incentiua vitiorum. Venit enim Dominus, secundum prophetam, captiuitatem auertere, cum dicitur: Prædicare captiuis remissionem. Venit ligatos solueret, cum ait: Hanc filiam Abraham quam ligauerat satanas decem & octo annis, nonne oportuit solui die sabbati? Venit seruientes in libertatem reducere, dicens: Amen amen dico vobis, quoniam omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum filius manet in æternum. Si verò filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Capimur ergo & ligamur & seruimus, non tam corpore quam mente. Et mihi in presenti psalmo omnis virtus & ratio verborum, non tam corporalem captiuitatem tractare quam spiritualem videtur. Ecce enim & in querelis, & in locis, & in rebus, & in nominibus momenta sunt, vt spiritualemente potius captiuitatem hæc lamentabilis propheta querela significet:

Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Affectus humani sensus iste est,

Psal. 78.

1 Cor. 10.

Esai. 61.

Luc. 13.

Ioan. 8.

Esai. 44.

vt inter iniurias presentium calamitatum, ad præteritorum bonorum recordationem ingemiscat. Cōtemplemur enim animo captam Hierusalem: seruientes dominis victoribus reges: subditos antistitibus gentilium impietatum sacerdotes: erepti omnibus ius matrimonij: substratum libidini Babylioniorum captiua virginitatis pudorem: & ex gemitu eorum qui perpeffari erant ista proclamasse digne prophetam existimabimus: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, cum recordaremur Sion. Sed quia Sion illa æternæ beatitudinis sedes est, & mater cælestis nobis Hierusalem, & frequentium angelorum, & primitiuorum in cælis conscriptorum ciuitas sancta est, & illa Babylion ciuitas confusoris, & irrationabili motu turbulenta, quæ vt Genesis docet, à confusarum linguarum hominibus nuncupata Babylion est. Illic enim loqui vniuersarum gentium linguis, cum vnus omnium esset dolere cœperunt. Et ipsum illud Babylonis vocabulum interpretationem habet confusoris. Quisquit ergo in crimine primi parentis Adæ exilē se factum illius Sion recordabitur, in qua sine cupiditate, sine dolore, sine metu, sine crimine vita est, & traditū se seculo confusoris huius tanquam Babylionico, traditum corpori, quod vitiorum & appetitionum & cupiditatum perturbatione confusum est: recte & ipse spiritualiter captiuus proclamabit. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dū recordaremur Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Eos qui secundum literam intelligenda omnia existimant, interrogare vellem, quæ flumina Babyloniâ prætermeant, vt illic captus populus confederit, & nō potius aut in plateis, aut in portis, aut in turribus, aut in domibus captiuitatem suam fleuerit: deinde cū quibus tympanis, aut citharis, aut organis captus sit, quæ historia ista illud locuta sit, cum omni musico apparatu Israelem victoribus seruiffe: postremo quæ vnam salices in media vr̄be fronderint, vt illic tanquam in publica musicorum apotheca organa suspensa penderent. Quæ si omnia gestis negociorum corporalium inania sunt: sequenda ea ratio est, quæ prophetis autoritatis ad spiritualemente nos sciētiam cohortatur. Flent omnes qui se captos in Babylonia sentiunt, sedent super flumina. Omnia enim seculi & corporalium opera, modo fluminum sine aliqua cursus sui statione præterfluunt: currunt nanque & labuntur & transeunt. Quæ enim corporalis voluptas præterita, non iam nulla est: quod terrenum gaudium, nō cum ipso fugitiuo sensu presentis fructus sui transit? Super hæc igitur secularium captiuitatum flumina sedentes, & flentes ad recordationem Sion: amissorum desiderio & presentium calamitate ingemiscunt. Neque solum sedent atque flent, sed etiam in medio eius organa sua in salicibus suspendunt. Lignorum salicium natura ea est, vt arefacta licet si modo aquis alluedo alantur, virefcat: deinde excisa in humido fixa radicibus sese ipsa demergant. Et sub huius arboris natura sanctos & fideles significari prophetica autoritas est, Esaiâ dicente: Exorientur tanquam scēnū in medio aquæ, & tanquam salix super defluentem aquam. Oritur enim ex mortuo quisque antea peccatis aridus: & ab anterioris vitæ radice decifus, nunc eloquio Dei, & sacramento baptismi aquis vitalibus reuiuifcit. Sed & cum festiuitas scenopægorum Iudæis corporaliter traderetur: quod tabernaculum frōdex, cum ad futuræ læticiæ, & tabernaculi exemplum ex electarum arborum ramis pararetur, etiam ex ramis fluua-

lis salices effici iussus est: quia ex conuentu sanctorum virorum cælestis tabernaculi futura esset læticia perfecta. Organa autem scriptura humana corpora: quorum honestis motibus & concinentibus operationibus, quæ Deo placita sunt, psalmus esse significat. In media igitur earum secularium confusoris captiuitate, hi qui amissam Sion recordantur, qui in Adam extorres factos se esse cælestis Hierusalem meminerunt, qui & captos se esse in Babylonia sentiunt: hi sedentes & flentes corpora sua in formam sanctorum virorum habitumque suspendunt, à terrenis se desiderijs erigentes. Sed licet per continentia studium in salicibus suspensa nostra sint corpora: tamen ea quæ captiuos nos efficiunt, non quiescunt. Sequitur enim: *Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum. Et qui abduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.* Si quis humanæ naturæ consuetudinem recolat, sensum omnem absolutum habebit. Nanque qui laborant à vitijs desinere, & eorum quæ impie gesserunt obliuisci volunt: incertio tamen consuetudinis ægre desinentis agitantur, & ea quæ occulta sunt vitia in nobis admiscere se fidei sacramentis, & in serere pertentant: vt inter diuinos hymnos, & sacras lectiones harum inimicarum captiuarum nos cupiditatum cogitatio subrepat. Nec sanè deest hoc abolutum in plurimis exemplum. Multos enim iniquos videmus legere atque disserere, & hos rursum accidit diuersatos esse semper in stupris, & impietatib⁹ deprehendi. Sanctus verò quisque qui organum suū in salice suspendit, istis qui captiuos duxerant consortium Sion cantici negat: neque inimicis sibi virtutibus sanctarum cantionum verba communicat. Quæ autem sunt quæ captiuos ducant nos, Apostolus docet dicēs: *Video aliam legem in membris meis militantē aduersus legem mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati quæ est in membris meis. Cum igitur inter concupiscentiam carnis & spiritus pugna est, tum ea quæ captiuos nos conantur sibi subdere, pertentant occupare corp⁹ eius & dominari: & sese doctrinis spiritualibus, vt per consuetudinem his autoritatem adimant inserere. Sed resistendum est, & propheta voce respondendum: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Terra nostra retinenda est, & in libertatem tuenda. Polluta enim terrena corpora, audire de canticis Sion nihil possunt. Et aliena à Deo, licet nostra sint, erunt: si à lege peccati cœperint esse captiua. Sed memoria semper cælestis illius Hierusalem, & sanctæ Sion continenda est, vel dum redhiberi optatur, vel dum fletur amissa. Id enim sequitur: *Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuiscatur me dextera mea. Alibereat lingua mea, faucibus meis si non meminero tui. Si non proposuero Hierusalem principium læticiæ meæ.* Cum obliuionis pœna, recordationis memoria spondetur. Sed id quod ait, obliuiscatur me dextera mea, obscurum est per conditionem Latinitatis. Nam secundum Græcitas proprietatem, quia dictum est *ἡ δὲ δεξιὰ δεξιὰ μου*, non vt ipsa obliuiscatur, sed ne obliuio eius fiat ostenditur. Et magni periculi res est, si dextera nostræ fiat obliuio. Omnes enim qui spei bonæ pleni sunt, dextera deputantur: peccatoribus in sinistra collocandis. Conditionem ergo obliuiscendæ dextera suæ, quam sibi fide & expectatione præsumit, sub pœna non recordatæ Hierusalem ipse proposuit: vt à memoria dextera suæ, id est, qua in dextera, locaretur, si ipse memoriam Hierusalem non retinuisset, excideret. Addidit aliã pœnã obliuionis dicēs: *Ee iij**

Abhæreat lingua mea gutturi meo si non meminero tui.) Scit infelix os suum esse à Dei laudibus mutum: scit beatas illas æternasque virtutes throno Dei adsistetes continuata voce in Dei laudibus permanere dicetes: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Scit & de his qui mortuorum modo taciti in Dei laudibus viuerent dictum esse: Sepulchrū patens est guttur eorum: quia in gutture eorum, tanquam in sepulchro patente in laudes Dei emortua vox fileret. Huius igitur sese silentij pœnæ sub obliuionis conditione subiecit, si memor Hierusalē non fuisset. Sed etiam per id quod sequitur: Si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ, vnicuique nostrū secundum voluntatis suæ sententiā lætitiæ causā subiecta est, & ex affectu animi sui initium gaudij sumit: vt potator ex ebrietate, vt gulosus ex cibo, vt auarus ex pecunia, vt libidinosus ex stupris. Hæc ergo vnicuique prout his delectatur, lætitiæ afferunt causam. Sed propheta Hierusalem sibi initium lætitiæ proponit: hinc exordiū gaudij sumens, quod in Hierusalem receptus immortalis ex mortali erit: quod angelorum frequentium cœtui admiscebitur: quod in regnum Dei recipietur: quod cōformis gloriæ ipsius fiet. Nescit ergo alia gaudia, neq; aliud habet vnde lætetur: solam sibi Hierusalem gaudij initium proponens. Et quia meminit per multas sibi corporis infirmitates, per multas spiritus angustias, per multa subrepentium vitiorum incentiua eō esse veniendum: veretur, ne quid sibi per naturam corporis ex vitij adhærescat. Post hæc enim ad Deum precatur, dicens: *Memento Domine filiorum Edom in dsem Hierusalem. Qui dicunt, Exinanite quoad usque fundamentum in ea.* Edom interpretatur terrenum. Vitia itaque terreni corporis nostri, quia ex natura corporis nostri exeunt, Edom filij nuncupantur. His Babylonij, id est, confusioibus & perturbationibus sensus nostri imperant: vt nos ex ea plenitudine, qua repleti sumus, euacuent. Scriptum est enim: *Quoniam de plenitudine ei omnes accepimus. Quisquis enim capax est Domini, quoniam de plenitudine eius impletus est.* Est autem hæc natura turbidi confusiq; per vitia corporis sensus, vt si semel nos in omnem peccati voluntatem & consuetudinem traxerit: omnibus nos bonarū virtutum studijs exinaniat. Hæc ergo vitia his sensus nostri turbidis confusioibus imperant, vt nos fundamēto ipso exinaniant. Quisquis enim sanctus est, pro parte Hierusalē ipse est: quia ex conuentu beatorū virorum, & cœlesti consortio dignorum, Hierusalē viuorum & præciosorum lapidum ciuitas erit, quā hæc terrena vitia vsque ad fundamentum exinaniare nituntur. Quod fundamentum in nobis sit, Apostolus docet, dicens: *Fundamentum autem aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est, quod est Christus.* Omne igitur religionis initium, omne fundamentum spei nostræ euacuare tentant: ne qua in nobis memoria & recordatio Dei resideat, ne qua spes boni alicuius relinquatur. Fundamento enim fidei, quod est Christus, eruto & euerso: ne ipsius quidem ædificandę nobis per pœnitentiā veniæ consolatio relinquatur. Commemorata autem Hierusalē captiuitate, & filiorum Edom in exinaniendis nobis vsque ad fundamentum adhortatione: consequens est, vt quatenus aduersus hæc nobis prouidendum sit prophetam demonstrat. Demonstrat planē, non inopes nos, neque imperitos relinquens, cum ait: *Filia Babylonis misera, beatus qui retribuēt tibi retributionem, quam retribuisti nobis. Beatus qui reuertit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Vellē

Psal. 5.

Iod. 1.

I. Cor. 3.

A percunctari eos, qui ociosos esse spirituales psalmodum intelligentias existimant: quam hic à propheta Babylonis filiam dictam esse intelligant. Et cum superius super Babylonis flumina fessum atque ploratum sit, cur nunc Babylonis filia misera sit? Sed quia sensus legentis corporali intelligentia caret, spiritualis ratio tractanda est. Ad infelicem enim illam cōfusionis & perturbationis nostræ carnē sermo omnis reuertitur, quæ secundum historiæ fidem ex confusiois patribus genita est: quia omnis caro superioris carnis est filia. Ex his enim qui primum confusis linguis confusiois vrbem quæ Babylonia est condiderunt, vniuersarū gentium initia dispersa sunt. Hæc ergo misera Babylonia est filia, id est, caro omnium: cui qui retributiones suas beatus est, si quis carnem suam dominatui animæ subiecerit. Quisquis enim eam spiritui subiecerit, ille omnes eos, qui imperiti Deo & ignari sunt, omnibus voluptatibus & desiderijs suis subegerit: & captiua menti dominans imperabit. Sed cum per cognitionem deitatis vitia eius nō dico abolitione, sed morte perimuntur: cum religio, pudicitia, largitio, sobrietas & charitas, impietatem, libidinem, ebrietatem, simulatam, odia consumpsit, omnibusque operibus spiritus caro victa famulatur: tunc beatus est, qui retributionem suam ei retribuit, id est, qui dominatū in eā spiritus, quo vti ipsa in spiritum erat solita, demutat. Neq; solū retributor retributionis suæ beatus: sed & ille beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Vitia corporis nō sunt sinenda coalescere, sed in exordijs statim enecanda sunt. Periculosæ sunt iam robustæ cupiditates, & difficulter adulta quæque perimuntur. Leuius autem est prorumpentes auellere, teneras excidere, flexibiles retorquere. Beatus itaque est quisquis in exordio inhonestas quasque omnium cupiditatum appetitiones, quæ ex voluntate carnis oriuntur, primum intra ius patientiæ suæ virtutisque cohibebit: deinde eas ad fidem atque ad metū Dei elisas enecabit. Omnis enim qui ex peccatis ad religionē transferetur, peccata omnia in eam ad quam decesserit religionem elisa comminuet. In eo autē quod paruulos miseræ filia Babylonis tener, & allidit ad petram: & virtus qua nascentes cohibet, & fides qua ne adolefcant allidit, ostenditur. Et allidit ad petram. Petra autē secundum Apostolum Christus est. In quem beatus est qui filia Babylonis paruulos, id est, tenera adhuc corporis vitia, allidit & conterit. Ipsi vnigenito Deo ac Domino nostro gloria & laus in secula seculorum, Amen.

Psalms. CXXXVII.



Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei, & reliqua.) Duplicem in confessione significationem esse in plurimis locis demonstrauimus: aut peccati nostri, aut laudationis Dei. Et hoc ita esse ex euangelicis dictis promptum est noscere. Nam cum ait Dominus: *Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus seculi, & reuelasti ea paruulis: laudem Dei patris ob reuelata paruulis, quæ ignorata essent prudentibus confitetur: docens ideo abscondita ea esse his qui prudentes videntur, quia non secundum innocentiam paruulorum præceptis euāgelicis credidissent. At verò vbi in eis dē euāgelij dicitur: Et baptizabantur omnes in Iordane, confitentes peccata sua: illic confessio peccatorum suorum sine ambiguitate significationis alterius continetur.*

Matth. 3.

tinetur. Maxima autē & vtilissima est lætaliū vitiorū morbis in eorū cōfessione medicina. Sed cōfessio peccati, nō est tanquā rerū alijs ignoratarū confessio: vt si fur de furto, aut homicida de cæde interrogatus cōfiteretur. Neq; tanquā ignoras qui scrutatur corda & renes Deus esset, ad scientiam suam confessione tua indiget: cui promptum est non solum cogitata, sed cogitanda perspicere. Confessio autē peccati ea est, vt id quod à te gestum est per cognitionem peccati confitearis esse peccatū. Nemo enim quod agit, ad id agendum non aut fructu oblectatur alicuius, aut iudicio bonæ in eo opinionis aggreditur: dum aut rectum putat, aut eo gaudet. Sed cum per doctrinam Dei vtrique rationem, ea quæ sub specie aut vtilitatis aut voluptatis elegit, intelligit esse peccatum: per peccati intelligentiam peccatum id esse quod à se gestum est confitetur. Nullus autem id quod peccatum esse confessus est, deinceps debet admittere: quia confessio peccati confessio esse definit. Ceterum in intellectu & cōfessione admittit. Confiteri enim id tanquam recens cognitum non potest, quod à se cum peccati cognitione sit gestum. Definendum ergo à peccatis est postquam in confessione esse cognitio peccati: & confitendū est, vt propheta docuit, corde toto non ex parte, neq; aliqua adhuc nobiscum cognitorum peccatorum operatione residente. Quid enim si quis de furto pœnitēs, Quid enim si quis de furto pœnitens, iniquis & turpibus lucris pecuniam suam auxerit? Non erit quidem fur, sed erit auarus & raptor. Aut si quis ex fornicatione definens, vino se nimio corrumpet: corpus quidem suum non polluet, sed animā contaminabit. Et si quis à cædibus temperans maledicus esse persistet: manum quidem homicidam non habebit, sed linguam habebit. Et quomodo quis ex toto corde poterit confiteri, non exigua fecum peccati parte residente? Deterfi, itaque omnibus vitij confessione opus est definendi: & orandum semper ad Deum est, vt in cohibendis peccatis extinguendisq; incentiuis eorum, pendula voluntatis nostræ studia confirmet. Ob quod iam cōfitens propheta, per confessionem ac precem suam in portu se innocentiæ collocat cum ait: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei.* Duplex intelligentia huius, vt superius iam diximus, sensus est. Nam siue laudem Deo confitetur, quia verba oris eius audita sunt: siue per misericordiam Dei, cum diu orasset adiutus, iam omnibus peccatis desinentibus confitetur: fidei nostrę vtrunque cōueniens, vt & Deum laudemus, & confiteamur intellecta peccata. Dehinc sequitur: *Et in conspectu angelorū psallam tibi.* Parum sibi existimat propheta esse, vt hominibus tantum præsentibus psallat: quia homines corporalium tantum negociorū officia inspiciunt. In eo enim quod psallit, motū complacitæ deo operationis ostendit. Nō ergo quæ videtur in corpore cerni desiderat: sed ea quæ spiritualiter naturæ spirituales contuentur gerere festinat. Scit enim se sub specula angelorū vitā omnē morēque agere, & vbiq; hæc diuinorum mysteriorum auxilia fidelibus cunctis assistere: vt scriptū est: *Præest angelus Domini in circuitu timentū eum.* Legem etiam Mosi in manu mediatoris per angelos fuisse dispositam docuit Apostolus. Nec non & Helisæus absolutissimē docuit humanas infirmitates angelorum auxilijs defendi: & in omnibus periculis si fides maneat in nobis, adesse spiritualium virtutum defensionem. Nanque cum rex Syriæ capere Geth vrbem, in qua idem Helisæus propheta esset pararet, & no-

Quomodo confiteamur Deo.

Psal. 33.

cturnis itineribus exercitum suum, qui antelucanus vrbem obsideret, destinasset: puer Helisæi cōspecta obfusione dixit: *O Domine quid faciemus? & dixit Helisæus: Noli timere: quia plures sunt nobiscū, quàm cum illis.* Et orauit Helisæus ad Dominum, & dixit: *Adaperi Domine oculos pueri huius, vt videat.* Et aperuit Dominus oculos pueri & vidit, & ecce mons erat plenus equis & curribus in gyro Helisæi, & descenderunt ad eos. Tanti & tam nobilis propheta, solus contemplatione auxiliorum spiritualium dignus est. Sed oratio eius ad Deum, visum incorporaliū etiā puero suo meruit. In horum igitur adsistentiū humanis auxilijs angelorum cōspectu psallet propheta: spiritualibus spiritualium operum contemplatione placiturus. Sed nō solum coram angelis psallet, sed etiam id quod sequitur efficiet: *Adorabo ad templum sanctum tuum.* Non in templo, ne quid secundum consuetudinem Iudæorum corporaliter loqui videretur, si adoret in templo: sed ad templum, id est, apud templū, spiritu & corpore adoraturus. Templum autē Deo esse sanctum sanctos quosque, Apostolus docet dicens: *Vos enim estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis.* Habitatio ergo quæ ex nobis Deo digna erit, Deo templum est. Apud hoc ergo templū Deo sanctum adorabit, non sine perfecta ratione doctrinæ: ne qua hæreticis de incompositæ orationis cōfusione ad studia sua pateret irreligiositatis occasio. Ait enim: *Et confitebor nomini tuo super misericordiam tuam & veritatem tuam.* Cum Dei nomini confitetur, tenet euāgeliorum & legis congruam fidem. Quod enim sibi nomen esse sciri Deus voluit: eodem dicto euāgelij & legis Dominus Sadducæis resurrectionem corporum abnegantibus respondens ostendit. Ait enim: *De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est vobis à Deo dicente: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Nō est Deus mortuorum, sed viuentium.* In absoluto ergo hæreticorū error est, qui alium atque alium euāgeliorum & legis Deum afferunt: cum Dominus id quod principale in lege est, ad confirmationem spei euāgelicæ commemorat. Est autem & nomen aliud Deo quod in euāgelij cognoscimus, Domino dicente: *Pater venit hora, honorifica filium tuum, vt & filius tuus honorificet te.* Et post multa alia sequitur. *Manifestaui nomē tuū hominibus. Et quod nomen esset superius ostendit dicens: Pater venit hora, honorifica filium tuum.* Huius ergo nomen confitetur, adorat, qui & secundum legē Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob sit, & secundum euāgelia vnigeniti Dei pater est. Extinguit quoque insolentem eorum professionem, qui humanæ naturæ & infirmitatis immemores, & immisericordem Deum prædicantes, peccatis pœnitentiū veniam & solatium non relinquunt: cum ad pœnitentiā, per quam à peccatis desistitur, doctrina legis, prophetarū, euāgeliorum, Apostolorum eos qui peccauerint adhortetur: vt desperatæ iam spei aliquantulum per eam solatij cōparetur, vt amissis licet beatis & maximis & Deo proximis, ne his saltem quæ talibus sunt secunda careamus. Tollit etiam stultissimam eorum temeritatem, qui frustrato falsoque corpore Dominum in carne visum esse contendunt: vt eum pater ementita veritate in habitu falsæ carnis ostenderit, non recordantes post resurrectionē corporis spiritum se videre credentibus apostolis dictum esse: *Quid conturbati estis, & quæ cogitationes ascenderunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quoniam ipse ego sum:*

4. Reg. 6.

2. Cor. 6.

Matth. 22.

Ioan. 17.

Luc. 24.

palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me videtis habere. Ab horum igitur confessione confessionem suam propheta discernit, perfectæ fidei tenes ordinem: cum in nomine Dei Abrahæ, & Dei Isaac, & Deum Iacob, cum in misericordia penitenti misericordem, cum in veritate verbum caro factum confiteretur. Causa etiam confessionis hinc sumitur. Quoniam magnificasti super omnia nomen sanctum tuum. Non vni tantum genti Dei nomen est cognitum: sed super omnia magnificatum est, & in omnes magnitudo sanctitatis extenditur. Non barbarus, non Scythia, non seruus, non liber, non mulier, nō vir, non etas vlla fecernitur: super omnia enim magnificatum Dei nomē est. Templā colopfa sunt, simulachra mutata sunt, aruspices interuentu sanctorū silent, augurum fides fallit: vnum Dei nomen in omnibus gentibus sanctum est. Adest enim semper in se sperantibus sanctis suis: vt vbiunque inuocatum fuerit, præsentem opem tribuat. Ait enim: *In quacumque die inuocauero te, exaudi me.* Nullum diem iustus quisque sine metu transigit, neque anxia semper erga se fides securi temporis ocium recipit. Scit omnes dies plenos infidiarum sibi esse, diabolo atque angelis eius excidiū sibi semper molientibus. Scit diem illam Domini occultam & insperatam, & modo nocturni furis repentinam futuram. Vt igitur se in quacumque die inuocātem exaudiat deprecatur. Nec diffidit propheta quid in quacumque die exauditus obtineat. Sequitur enim: *Multiplicabis me in anima virtute tua.* Per inuentā fidei curam multiplicabitur ipse in animæ virtute: ne quid in se tribulationibus, ne quid terroribus pateat: sed cū tentationes ingruerint, cū metus incidet, omnia multiplicata animæ virtute tolerantur. Et quia certa spes ista est, vt animæ virtus diuinæ misericordiæ multiplicetur auxilio, debitam ob id ab omnibus Deo confessionem fatetur dicens: *Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ, quia audierunt verba oris tui. Et cantent in vijs Domini, quoniam magna gloria Domini. Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit.* Et quos reges terræ propheta significet, iam in plurimis psalmis ostensum est. Reges non gentiū, sed terræ, id est, sui vniuscuiusque corporis reges desinentes à se regno peccati: vocati enim sumus in regnū cælorum, regno mortis euerso: Mors enim regnauit ab Adam vsque ad Moysen: & iam vnusquisque rex suus est secundum Apostolum: iam sine nobis regnatis. Horū igitur confessio Deo digna est. Audierūt enim omnia verba oris Dei, & in reges se constitutos sciūt. Neque solum confiteantur, sed & cantent in vijs Domini, non transgredientes vias Dei, sed in his euntes. Viæ autem Dei sunt prophætæ omnes & apostoli in vnam viam vnumquenque via sua dirigētes. Et quod ex omnibus in vnam concurrant propheta demonstrat dicens: *Stare in vijs Domini, & interrogare semitas Dei æternales, & videte quæ est via bona, & ambulare in ea. Viæ enim Domini æternæ.* In his itaque vijs Domini cantandum est, & hymnis prophetalibus cōcinendum, quia magna Dei gloria est. Magnificentiæ enim eius non est finis. Nam magnitudinē gloriæ suæ opera testantur, cælum, terra, ether, maria, homo ipse, qui rationis particeps horum cognitione perfectus est, vt per hæc visibilia inuisibilem Dei gloriam contuere- tur. Neque solum magna est Dei gloria: sed etiam excelsus est, & humilia respicit. Hinc eminentis celsitudinis suæ admiratio maxima est, quod humilia respicit qui excelsus est. Sed quæ humilia respicit? Nempe

Rom. 5.

A ista: Cor contritum & humiliatum Deus nō spernet. Et rursum: Et super quem respiciam, nisi super humilem & tremētem verba mea? Sed quia excelsus humilia respicit, habet in se aliam quoque admirationē, quod & alta de longè cognoscit. Superbæ & insolentes cogitationes Deum nō fallunt: agnoscit omnia, & nihil scientiæ eius impenetrabile est. Deus (vt scriptū est) propè est his qui tribulato sunt corde. Non admiscetur autem arrogantibus, neque insolentibus propè est. Vnicū enim nostrū pro fidei diuersitate aut proximis est aut remōis: spirituali virtute vbi se dignū est acquiescens, & ideo humilia de propè, & à longè alta cognoscit. Et qui per indignitatem abest ab insolente, per virtutem longè quæ licet sunt, superba cognoscit. *Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me.* Non abnuiti iustus iste, ne in medijs tribulationibus ambulet. Scit enim quia tribulatio patientiam fecundum Apostolum operatur. Scit improbabilem virum non placere, scit victorem militem nisi bello non futurum, scit intentam fidem languere, scit in tribulationibus secundum Apostolum gloriandum, scit imparem se tribulationibus sine auxilio Dei esse, & idcirco per Deum salutis suæ certus est. Et cū in medijs tribulationibus ambulet, per easdem se viuificandum esse cōfidit. Ait enim: *Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Dominus retribuit pro me.* Irascentibus inimicis extēsa nōs manus Dei protegit. Tribulationes enim inimici afferunt irascentes fidei & spei nostræ: quia aduersarius noster secundum Apostolum diabolus, tanquam leo rugiens ambulat, quæres nos deuorare. Sed super iram inimicorū, per quos diabolus semper operatur, manus Domini extenditur, & sperantes in se saluos facit dextera eius. Virtus significatur in dextera, & ideo Dominus, qui Dei virtus & Dei sapientia est, nonnunquam Dei dextera cognominatur, per quæ aduersus omnes inimicos in omni tribulationum bello protegimur. Seruauit autem euangelicæ mansuetudinis propheta rationem, qua iniuriam reddere his qui nos persequuntur inhihemur, dicens: Dominus retribuet pro me. Illi enim vindicta seruanda est, qui in calumnia vestes dimitti & pallium iussit, qui post iniuriam alapæ vnus præberi & maxillam alteram voluit, qui veruit malum pro malo reddi, plus vindictæ adepturis his qui æterno iudici vltionem præsentis iniuriæ referuassent. Conclufit deinde fidelissimæ spei voce: *Domine misericordia tua in seculum, opera manū tuarum ne omittas.* Vt quia Dei misericordia in seculum est, extendens super iram inimicorum manum suam, & fideles suos protegens dextera sua, & pro his retribuens opera manuum suarum non omittat, hominem scilicet qui ait: *Manus tuæ fecerunt me, &c.* Nonnūquam manu Dei facta commemorari solēt: homo verò semper manibus Dei effectus, nobiliore in eum opere ex manuum commemoratione monstrato. Vt igitur hunc non omittat precatur, vt sit ei auxiliator assiduus per eum & in eo qui dicit: *Ecce ego sum vobiscum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, Dominum Iesum Christum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.*

Psal. 54.

Psal. 33.

Psal. 118.

Matth. 28.

Psalmus CXXXVIII.
Domine probasti me & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam, & reliqua. Omnis quidē propheticus sermo ex diuini spiritus instinctu profectus est: & hoc non in obscuro est, cū legimus: Hæc dicit Dominus

Hier. 31. Dominus. Et iterum: Audite verba Domini. Et rursum: Quoniam Dominus locutus est. Et in eodē: Os enim Domini locutum est ita. De psalmis autem ipse Dominus in euangelijs confirmat, cū de se loquens ait: Si David in spiritu vocat eum Dominum, quomodo dicitis quod filius eius est? Docens omnia David spiritu prophætico elocutum. Locutum autem de se, licet in hoc eodē loco ostenderit, cū ab eo ait Dominum se esse in spiritu nuncupatum: absolutius tamē ostendit in psalmis sacramentum omne corporei aduentus sui contineri, dicens: Hæc sunt verba mea quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam oportebat omnia impleri quæ scripta sunt in libro Mosi & prophetis & psalmis de me. Non est ergo ambiguum quin in psalmis de eo scriptum sit. Nam etsi pleraque in his talia sint, vt ad personam patriarcharum, prophetarum, martyrum, apostolorum, generationis quoque primæ & generationis sequentis referri oporteat: tamen quia omnia in Christo & per Christum sunt, quicquid illud in psalmis, & sub diuersorum est personis prophetarum, omne de ipso est. Quia doctrina omnis diuersis licet præceptorum generibus multiformis, hoc per diuersos præstet vt ipse noscatur. Hæc nobis propter præsentem psalmū commemoranda necessario fuerunt: ne fortè sine probabili autoritate præsumpsisse existimaremur, vt ad personam Christi omnem hanc eius prophetiam referremus. Diligenter autem ea obseruanda ratio est, vt quæcunque homini illi, quem ex vtero sanctæ virginis assumpsit, & in quo se nasci hominē qui Deus erat voluit, apta esse & congrua videbuntur, cum debita cœlestis naturæ suæ dignitate tractentur: neque sacramentum salutis nostræ, qua in forma Dei manens formam serui accepit, ad contumeliam indemutabilis suæ & inuisibilis & incorporeæ & impassibilis substantiæ coaptentur. Quod enim homo fuit nobis profecit, sibi nihil dempsit. Exinanituit enim se, in forma Dei manens: vt forma serui esset, non vt forma Dei esse desineret. ait enim ipse: Quæcunque pater fecit, eadem & filius facit similiter. Nunquid in forma serui manens, virtutem & diuinitatem, qua in forma Dei manebat amisit? Cū enim in corpore humilitatis nostræ quæcunque pater facit, eadem & ipse facit, similiter nihil per consortium carnis à paternæ diuinitatis potestate degenerat: neque id corpus quod assumptum est, virtutem naturæ antea manentis aboleuit, cum in eo corpore quod assumptum est, virtus naturæ antea manentis operetur. Itaque si quid infirmum ex persona eius dictum reperitur: ad hominem referri oportebit, per quem habitauit in nobis. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Referendum autem ob id est, quia non alienæ aut simulatæ naturæ hominem assumpsit. Verbum nanque caro factum habitauit in nobis: in vitia infirmitatēque carnis ex verbi virtute deficiens, sed naturæ nostræ infirmitates homo natus assumens. Assumptio autem infirmitatis non fecit infirmum: quia aliud est naturam esse, aliud assumpsisse naturam. Et extra generis necessitatem voluntatis accessio est. Non enim peccator fuit, sed peccata suscepit. Neque infirmus extitit, sed portauit infirmitates. Ipse enim secundum prophetam peccata nostra suscepit, & infirmitates nostras portauit. Et ne quid in impassibilem atque indemutabilem diuinitatem infirmitatis incidere existimaretur, adiecit: Et nos putabamus eum in doloribus esse. Suscepit ergo infirmitates, quia homo nascitur: & putatur dolore, quia patitur: caret

Luc. 24.

Ioan. 5.

Ioan. 1.

Esai. 52.

A verò doloribus ipse, quia Deus est. Et cū habitauit in nobis, cūque infirmitates nostras suscepit, cū suscepit infirmitatibus non dolet, non potest non esse qui habitat, nec à se defecisse qui suscepit, nec abolitus Deus esse qui nō dolet. Et hæc quidem propter præsentem psalmum commemorata paucis sunt, quia videtur statim ex persona hominis cœpisse: ne per hoc quod tanquam homo loquitur, decēssisse ex paternæ diuitatis gloria videretur. Ait enim: *Domine probasti me & cognouisti me.* Apostolus cū nos patientiæ & spei doctrina erudiret, ait: Tribulatio patientiam perficit, patientia autem probationē, probatio verò spem: spes autem non confundit. Et hæc quidem in sanctorum quoque vita atque operibus fuisse cognoscimus: vt multis passionibus tribulationibusque iactati, probabiles Deo facti sint. Si quis enim exulem Abraham, & in metu parricidij & cœlibatus, & in cæterarū passionum iniurijs remansisse fidelem semper meminere: si quis fugam Iacob, & præter æstiuorum dierum laborem, hybernarum noctium vigiliis in custodijs ouium recordetur: si quis Mosi quadraginta annorū seruitutem, & in eo acerba plebis opprobria, & magorum aduersus eum æmulas potestates recentiat: inteliget eos patientiæ & constantia spei probatos, nō immerito id esse præmij consecutos, vt in Abraham semine gentes benedicerentur, ex Iacob Israel esset, Moses Pharaoni in Deum fieret. Longum est passiones cæterorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum: & beata illa atque inuicta Pauli in mari, in fluminibus, in terra, in solitudinibus, in vrbibus, in proprijs, in exteris, in plagis, in vinculis, in carceribus, in theatris fidei documenta memorare. Certè hos omnes patientia probabiles reddidit, per quam non erubescendæ spei suæ fiduciam probauerunt. Sed hæc opportunitus & plenius suis locis tractata patent: nunc ad eum ex cuius persona psalmum constare diximus, reuertendum est. Non confundenda autem persona diuinitatis & corporis est. Omnis enim nūc in exordio ex persona eius hominis, quæ assumpsit, oratio est. Probasti me & cognouisti me. Probatus est, vt cognosceret: quia posterior est probatione cognitio. Et videamus secundū euangelicam doctrinam hic Dei filius quomodo sit & probatus & cognitus. Humilitas nanque eius, per quā meruit ab omni cœlesti, terrestri & inferno adorari, & in gloria Dei patris esse: probatio eius fuit. Ita enim Apostolus ait: Fuit obediens vsque ad mortem, mortem autē crucis. Propter hoc exaltauit eū Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur, cœlestiū, terrestrium & inferiorum. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Propter hanc itaque vsque ad mortem crucis obedientiā, infirmitas carnis assumptæ & in nomine atque honore immortalitatis, & in patris Dei gloria collocatur. Dei enim nomen donatur, & nomen non sine honore donatur: honor autem qui donatur non alius potest esse quàm nominis. nomen verò indulti honoris, nō aliud est quàm quod gloria est paternæ: vt qui in forma Dei manens, formam serui accepit, propter obedientiam formæ seruilis cum crucis morte susceptæ in gloria Dei patris esset, cuius antea manebat in forma. Sed hæc Apostolus iam de perfectis locutus est. Demonstrandū autem in euangelio est, vbi & probatus & cognitus est. Humilitas itaque eius probatio est. Vnigenitus nanque Deus peccatorum remissor, æterni regni Dominus, baptizari se tanquam peccator exposcit. Officiū istud

Philip. 2.

Matth. 3. baptista renuit, agnoscens eum qui sibi potius peccata donaret: ille autem susceptam in se hominis iusticiam, etiam sacramento baptismi expleuit. Et peccati nostri ipse peccati hic scius particeps fieri non recusar. & omnem in se humilitatem caducæ carnis assumens, Iordanem turbis peccatorum mixtus ingreditur. Probatur in istis omnibus dum geruntur: sed videamus an probatus agnoscat. Ait enim euangelista: Et baptizato Iesu confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt cæli, & vidit spiritum Dei descendentem de cælo sicut columbam venientem in ipsum, & ecce vox de cælo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo complacui. Probationem mox consecuta cognitio est. Et quem humilitas probabilem fecerat, huc paterna vox filium complacitum sibi postquam probavit ostendit. Est & probatio quam statim consecuta cognitio est. In deserto igitur tentationi diaboli subijcitur: seque nunc in fastigium templi, nunc in excelsum montem patitur efferri. Contumeliæ itaque & iniuriæ tam graui se dedit: dum in deserto est, dum conditione tentationis illuditur, dum eleuari potest in templum atque montem. Sed tentationum probationem agnoscentis testimonium non reliquit. Ait enim scriptura: Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli ministrabant ei. Homo tatur, homo circumfertur: sed post hæc angeli ministrat. Per probationem cognoscitur, per cognitionem dignus est ministerio angelorum. In cæteris aut quoties probatus est, toties & cognitus est. Petrus aut passionem eius detestatus est: crucis in eo scandalum præ amore & confessæ iam à se diuinitatis cognitione non sustinens. Sed quia eum ob infidelitatem crucis fatanum nuncupasset: non multo post cum in monte gloriæ suæ habitu constitisset tali à patris voce cognoscitur: Hic est filius meus dilectus, in quo complacui, hunc audite. Probationem quam tentatio Apostoli effecerat, paternæ vocis agnitio est consecuta. Deinde sequitur: *Cognouisti passionem meam & resurrectionem meam.* In sessione doctrinam significari, Euangelica est autoritas. Sessiones autem nobiscum hæc sunt, quæ à Græcis cathedræ nuncupantur. Moses cathedram habuit secundum Domini dictum: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcumque dicunt vobis, facite & obseruate: secundum autem opera eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Cum igitur doctrina pharisæorum ob id probabilis esse docetur, quia ipsi in Moysi cathedra sederunt: doctrina necessario significatur in cathedra. Cognouit itaque sessionem eius, cum dignitatem eius in omnibus prædicat, cum voluntatem eius qui se misit exequitur, cum humilitatem corporis sui gloriam postulans audit, & cælo: Et honorificauit, & honorificabo. Sed doctrina eius non minus in sessione quam in resurrectione eius cognoscitur. Nam ut sessio doctrinæ præceptum est, ita & resurrectio operationis effectus est. Sed Iesus docuit in monte, sed post doctrinam ad opera descendit. Ita enim scriptum est: Et descendente eo de monte secuta sunt eum turbæ. Et ecce leprosus quidam adorabat eum dicens: Domine, si vis potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum Iesus dicens: Volo, mundare. Ad sanandum quoque archisynagogi filiam surrexit Dominus. Scriptum est enim: Et surgens Iesus, sequebatur eum cum discipulis suis. Cum autem perfectum illud in lauandis Apostolorum pedibus humilitatis suæ officium expleuit, ita legitur: Surrexit à cena, & posuit vestimenta sua, & accepto lintheo præcinxit se. Cognoscitur itaque in sessione eius & resur-

A rectione doctrina atque opus: quia & sermone & opere Dei in se patris gloriam prædicabat. *Intellexisti cogitationes meas de longe.* Scrutans corda & renes Deus est. Et quomodo de longe cogitationes eius intellectæ sunt? De longe, non ad locum, sed ad tempus refert. Non enim de longe se intellexisse ait, ut significatio loci esse credatur, tanquam longe ab humanis operibus sit, cum visu virtutis suæ & scientia quæ cogitantur intelligat: sed de longe intellexisse ait, præteriti potius temporis significans ætatem. Et ubi istud quod longe ante cogitationes suas cognouerit reperiremus? Nempe ubi dicitur: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit. Non clamabit, non contendet, neque quisquam in plateis vocem eius audiet. Et huius prophetiæ tum Euangelista meminit, cum his quos curabat, ut de se tacerent iubebat. Has ergo cogitationes eius, humilitatis scilicet & patientiæ longe ante intellexit, quia de his erat prophetarum ore testatus: *Semitam meam & directionem meam inuestigasti.* Est etiam de semita & directione antequam id ipsum tractetur non nihilum præloquendum. id namque quod nobiscum semita est, alia virtute atque intelligentia cum Græcis est. Triam enim nuncupant, id est, frequenti gressu discursuque contritam: per quam non semel neque aliquando, sed semper ineundum sit. Quod autem nostri directionem transtulerunt, id illi ex Hebræo *ἡ ὁδὸς* interpretati sunt: *ἡ ὁδὸς* autem quarundam gentium consuetudine, certum & constitutum modum itineris significat: ut quod nos miliarium, id illi *ἡ ὁδὸς* nuncupent. Dominus itaque; nos in eo corpore quod assumpsit, iam transtulit à se atque tritam in prophetis semitam percipit: & certum constitutumque sibi itineris sui sine confectis. Quod autem per tritam prædicationis semitam ambulauerit, audiamus ipsam dicentem: Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui missi sunt ad te. Quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos, & noluisti? Quoties cum ait, frequentiam numerosæ significationis ostendit. Nihil ergo noui & egit & passus est, cum per volentem congregari filios suos Hierusalem toties & auditis & inhonorat est in prophetis. Quod autem definitum & præscriptum iter confectum esset, ostendit in eo cum ait: Ego te honorificauit super terram, opus consummaui quod dedisti mihi. Qui datu sibi opus consummat, modum præscriptæ operationis expleuit. Scit autem sibi constitutum esse quid gerere oporteat, cum ait Petro; gladio his qui ad comprehendendum eum venerant resistenti: Calicem quem dedit mihi pater meus, non vis ut bibam illum? Docens se sibi traditum à patre passionis calicem esse bibiturum. Scit se etiam semitam suam directionemque complexisse, cum potato aceto spiritum traditurus ait: Consummatum est; & mox tradidit spiritum. Hanc ergo semitam & directionem suam pater inuestigauit. Inuestigauit autem, cum per prophetam de sorte vestis prophetauit, ut scriptum est: Et super vestimentum meum miserunt sortem. Et iterum cum de tradito inter latrones atque suspensio recognitus est propheta dicens: *Esq. 53.* Et cum iniquis æstimatus est. Et cum de offe intacto atque impresso vulnere ante prædictum est: *Os eius non confringetis.* & Videbunt quem compunxerunt. Hæc itaque, & omnia quæ erant in passione præscripta, à Deo peruestigata sunt ut fuerant prophetata. Ac ne quid ex his quæ gessit ac passus est, incognitum fuisse patri

M. att. b. patri existimaretur: generaliter cuncta complexus est, dicens: *Et omnes vias meas præuideristi.* Sed qui præuiderit, vidit antequam res esset. Præuiderit etiam hoc, quia non est dolus in lingua mea. est enim secundum propriam professionem veritas, via & vita. Non recipit dolum veritas, non enim mentitus est aut sefellit lingua omnis eius officio functa veritatis, qua ait: Cælum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt. Patre Deum prædicat, se verò esse & hominis & Dei filium constitetur. Dolum prædicatio ista non habuit, quæ & de se & de honore eius qui miserat fatebatur. Proficit deinde Paulatim sermo ceptus ab homine: & ad significationem naturæ in eo cælestis extollitur, cum ait: *Ecce tu Domine cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad eam.* Personæ istud prophetæ non conuenit, ut ex se dixisse videatur, Mirabilis facta est scientia tua ex me, ut mirabilis facta Dei cognitio ex eo sit, Mose autem cognitionem nobis Dei libro legis loquente. Sed ne ipsi quidem Moysi hoc esse proprium potuit, Deum antequam flagrante rubum conspici nescienti. Opinione quidem electi in Abraham & Isaac & Iacob populi sui religio, veritatem familiarem cognitionem ante hoc tempus, nisi à Deo non adepti. Sed omnis sermo iste ei competit qui ait: Pater manifestauit nomen tuum hominibus. Et qui ait: Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum & quem misisti Iesum Christum. Sed hæc suo loco plenius profectumur. Descendendum autem ad id esse secundum ordinem ditorum, Ecce tu Domine cognouisti omnia nouissima & antiqua. Nouissima sunt cum probasti, cum cognouisti; & cætera quæ propria sunt eius hominis quem assumpsit. Antiqua sunt que modum non habent, quæ indefinitum temporis significant vetustatē. In principio enim erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt. Dehinc ut nouissima Deus & antiqua cognouit, ita in eo quod sequitur, Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam, utrumque significat: ut quod formauit antiquum sit, quod superposuit manum nouissimum sit. Quod enim secundum naturam diuinitatis formatus sit, Apostolus docet dicens: Qui cum in forma Dei esset. Quod enim in forma est, formatur in formam: & quidem paternæ naturæ & diuinitatis formam. Et nescio an quod formatus in forma serui est, referri possit ad patrem: ut formatus ab ipso sit. Sapientia enim ipsa sibi edificauit domum. Sed hinc nec temporis, nec quæstionis est amplius loqui. Quod autem proprie ad corpoream natiuitatem referri oporteat. Et posuisti super me manum tuam: ita docemur ex persona patris: Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere eum. Et non est ambiguum omnem hunc psalmum ad personam Dni esse referendum: quia ea omnia in eo sunt, quæ & diuinitati ipsi propria sunt, quæ & à naturæ nostræ infirmitate non dissentiant. Et quia utroque in tempore, id est, nouissimo & antiquo, vel ipse prædicando, vel in Apostolis & prophetis loquendo, cognitionem ex se Dei mirabilem fecit, ait: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Sed mirabilis quomodo? Nepe dum omnia esse intra Deum docentur, dum Deus esse in omnibus prædicatur: dum immensa & incoprehensibilis natura intrus atque extra manens, locos omnes quibus cõtineri possit excedat. Mirabile est Deum ubique esse, & nusquam abesse: in omnibus

A esse & totum esse, & extra locos ac tempora pro infinitate, atque æternitate sua semper esse. Hoc mirificum hoc confortatum: id est, sine infirmæ iam in telligentiæ opinione firmatum. Sed quid esse istud quod dicitur, Non potero ad eam? Vnigenitus ait: Omnia quæ patris sunt, mea sunt. Et sicut habet pater vitam in semetipso, ita & filio dedit vitam habere in semetipso. Et: Sicut pater viuificat mortuos, ita & filius quos vult viuificat. Similiter &: Ego & pater vnus sumus. Nulla discretio potestatis in verbis est, nulla etiam differentia virtutis in factis est. Quod vnus sumus, plerique irreligiosorum ad voluntatis tantum concordiam retulerunt. Sed cum dicitur, Vel operibus meis credite quia pater in me, & ego in patre: non tantum voluntatis vnitas, sed etiam diuinæ virtutis ostenditur. Ergo cum omnia quæ pater facit, faciat & filius eadem similiter: quærendum est, quid sit quod dictum est, Non potero ad eam. Sed cum audio, Pater maior me est. & rursum: Non potest filius à se facere quicquid nisi quod viderit patrem facientem: hæc mihi intelligentiam suggerunt dicti huius, Non potero ad eam. Est enim pater maior filio, sed ut pater filio: generatione, non genere. Filius enim est, & ex eo exiit: & licet paternæ nuncupationis proprietatis differat, tamen natura non differt. Natus enim à Deo Deus, non dissimilis est à gignente substantia. Non potest ergo ad eum ex quo est exuari. Nam quamuis alter in altero per vniformem ac similem eiusdem naturæ gloriam maneat: tamen & ex quo genitus est, non exuari in eo videtur posse quod genuit. Et videamus an hoc quod, Non potero ad eam, ad dignitatem paternæ confessionis relatum sit. Sequitur enim: *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum tu illic es, si descendero ad infernum ades. Si sumptero pennas meas ante lucem, & habitauero in extremis maris. Tenuim illuc manus tua deducet me, & reuehit me dextera tua.* Non excedit paternam filius infinitatem, neque naturam quæ ultra locos omnes est is qui in sinu transgreditur. Sit licet in cælo, sit in infernis & ultra postrema maris euolet: adest tamen ille vbicumque qui vbique est. Nec subterfugi potest intra quem omnia sunt, & qui in omnibus est. Et ne quid irreligiosè ad contumeliam indemtutabilis atque impassibilis substantiæ opinemur ex eo quod dictum sit, Aut à facie tua quod fugiam? ut videatur fugam ob passionis metum cogitasse: ditorum virtus noscenda est, ut incolumi dignitate hæc necessario commemorata esse intelligantur. Nemo autem eorum qui in studiis doctrinæ cælestis demorantur, poterit ambigere Deum atque hominem. Dnm nostrum Iesum Christum cõsiteri. Et hominem quidem in tempore, Deum verò semper & ante hominē & post hominē. Vtrumque verò Deum scilicet atque hominem, tunc tantum cum in homine fuit. Erat enim in forma Dei, & formam hominis accepit: & rursum in gloria Dei patris est, forma serui in gloria eius cuius in forma antè manebat proficiente: corruptionis scilicet natura per profectum incorruptionis absorpta. Cuiusmodi psalmum hunc ceptum ex persona hominis quæ assumpsit meminerimus: diligenter contendum est, ut intelligamus quid diuinitati eius, quid homini sit aptandum: atque, ita ut sensum nostrum dictis magis applicemus, quam per fallacis intelligentiæ opinionem sensui dicta subdamus. Ait enim: *Quo ibo à spiritu tuo, aut à facie tua quod fugiam.* Diueris significatio est spiritus atque facies. Et à spiritu quidem abibo, à facie autem fugiam. Dehinc sequitur: *Si ascendero in cælum illic es, si descendero in infer-*

num ades. Non eadem est ascensio in cœlum, quæ & descensio in infernũ. Tertium deinde est, Si sumpsero pennas meas ante lucẽ, & habitauero in postremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Iam non hominis hæc vox est, vt pœnas sumat, vt suas sumat, vt trās oceanum habitet, vt deducatur illuc manu Dei, vt teneatur dextera Dei. Potioris istud naturæ est. Et quis hic sit qui confidenter hæc dicat, ipsa dictorum ratio monstrabit. Ostendens igitur vnigenitus Deus eam quæ per se mirabilis facta est, & ad quam nõ potest paternæ admirationis confessionẽ, vtrunque in se tempus & naturã vtramq; significat: scilicet eam quæ & in spiritu & in corpore manens docuit. Cũ enim ait, *Quò ibo à spiritu tuo: tẽpus illud quò & ipse spiritus in spiritu paternæ gloriæ ante assumptionem hominis mansit ostendit.* Non enim poterat spiritu quoq; abesse qui spiritus est: quia nec hic falli potest, nec ille deficere. At cũ ait, *A facie tua quò fugiam, assumptæ à se infirmitatis docuit ætatem: humana enim infirmitas faciei Dei non patitur occursum, quia dictum Mosi est: Quis est homo qui videbit faciem meam & viuet? Quò non sustinemus defugimus, quia infirmitatis humanæ est occursum naturæ in conspicabilis fugere. Et fugit quidem quãtum ad impatientiam visionis. Sed quia secundum prophetã vultuo Dei super facientes mala: naturæ quoque humanæ est, iudiciũ Dei quòd significatur in vultu, fugere non posse.* Non enim tanquam peccator, qui peccati nefcius est loquebatur vt fugeret: sed paternam infinitatem extra omnia manentẽ cũ in spiritu antè docuisset, nunc quoque ex hominis persona qui nusquam Deum fugere posset ostendit. Sequitur quoque ratio dictorum, vt vtrunque ex eo quòd & homo & Deus erat dixerit. Si ascendero in cœlum tu illic es, hoc diuinitatis est propriũ. Nemo enim ascendit in cœlũ nisi qui descendit de cœlo: filius hominis qui est in cœlo. Terreni enim corporis natura, ascensionem hanc nisi in cœlestem gloriam demutata non obtinet. Si descendero in infernum ades. Humanæ ista lex necessitatis est, vt sepultis corporibus ad inferos animæ descendant. Quem descensionem, Dominus ad consummationem veri hominis non recusauit. Id autem, *Quò abibo aut quò fugiam, & illic es, & ades ad significationem doctrinæ eius quæ mirabilis ex eo facta est pertinet: per quam Deus omnia esse & in omnibus esse sit cognitus.* Vt licet faciem Dei homo fugiat quia non sustinet, licet de supernis ad inferos mortis lege descendat, Deus tamen vbique sit semper & in omnibus. Et quia per hæc superiora discretum ex vitroque in quo erat naturæ genere prædicauit, Dei scilicet atque hominis: tertio vnitatem naturæ iam in se proficientis ostendit dicens: Si sumpsero pennas meas ante lucem, & habitauero in postremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Cũ sumpsit pennas, iam corpore non grauat. Cũ suas sumpsit, docet hanc euolandi semper sibi fuisse virtutem. Cũ ante lucem sumpsit, tempus resurrectionis ostendit. Cũ in postremis maris est, loca vt Deus humanæ demorationis excedit. Cũ deducitur manu, non timet. Cũ tenetur dextera Dei, non demutatur aut decidit. Donauit enim illi Deus nomẽ quòd est super omne nomẽ, vt in nomine ei⁹ omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorũ: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris. In eo enim quòd datur ei nomẽ super omne nomen, manu ac potestate. Dei patris in gloria ip-

Exod. 33.

Ioan. 3.

Philip. 2.

fius homo susceptus assumitur. Pennas autẽ ad demutationem terrenorum corporum in spiritualem atque ætheream naturã referri, prophetica autoritas est: cũ ad inopem fidei & bonorum operũ pauperẽ dicitur: Ne extendas te cum sis pauper diuiti, sensu autem tuo abstine. Præparauit enim sibi pennas vt aquila, & reuertetur in domum eius qui præest ei. Pauperem extendentem se inopes diuitis arguit, quòd infidelitatis suæ inopiam fidelium exæquet opulentiæ. Diues enim non humanis opibus, sed cœlesti thesauro: parat sibi pennas, quibus reuertatur in domum eius qui præest ei. Reuertitur enim vnde decidit, vnde per peccatum primi hominis expulsi est. Et quis est iste cuius hæc domus est, & qui ei præest? Nepe ille qui dixit: Amẽ dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Meminit & alibi dicens: cũ de spiritualium indefessã iam æternitate tractaret, Pennigerabunt tanquam aquilæ: naturam euolandi in cœlum in resurrectionis demutatione sumpturi. Sed hic pœnas sumit volaturus, non alienas, non nouas, sed proprietatis vsurpatione præsumptas: quia post passionis voluntariæ sacramentum & naturæ & potestatis pennas ad cœlum se habuerit efferendi. Sequitur etiam idem ordo dictorum, & vtriusque naturæ intelligentia, hominis scilicet & Dei sermo decurrit. Ait enim: *Et dixit, forsitan tenebræ conculcabunt me.* Vox ista humana esse existimatur, quia videtur quibusdam aut irreligiosis aut imperitis sub illa passionis timiditate trepidare: quasi verò nunc sermo iste timoris alicuius habeat professionem, & non magis susceptæ mortis significauerit voluntatem, nullo eius metu ac terrore prælato. Non enim ait, Tenebræ conculcabunt me: sed ait, Forsitan tenebræ conculcabunt me. Quòd fortuito adiecit: incertum humanæ de se opinionis, qua timere inferos creditus est, irrisit terrorem. Non enim conculcari se certus, idem rursum an conculcetur incertus est. Vt autẽ hoc quòd ait, Forsitan tenebræ conculcabunt me, non ad naturæ suæ trepidationem posset intelligi, sed impiæ de se intelligentiæ significaret incertum: continuo subiicit: *Et nox illuminatio in deliciis meis.* Quomodo enim conculcatur à tenebris, cui mors illuminatio in deliciis sit futura? Domino itaque passio ista deliciis sunt: dum portas æreas confringit, dum vectes ferreos conterit, dum omnem potestatem despoliat, dum de his in se triumphat, dum eum quem ad imaginem suam fecerat redimit, dum deliciis paradisi refiruit. In his igitur passionis oblectamentis atque deliciis nox ei illuminatio est: & illuminatio ob id, quia tenebræ non obscurabuntur à te, per naturæ vnitatem ad indemutabilem diuinitatis similitudinem. In filio pater est: & operibus ipsis testantibus, quòd in eo pater sit confidenter ait: Nõ obscurabitur à te, quia ex persona patris dictũ in psalmis meminimus, Cum ipso sum in tribulatione. Et ipse Dominus in Euangelis, cum de apostolorum trepidatione loqueretur ait: Ecce venit hora vt dispergatur vnusquisque vestrũ, & me solum relinquitis: sed nõ sum solus, quonia pater mecum est. Siue virtute, qua similia patri potest: siue natura & genere & diuinitate, qua ex Deo nat⁹ est, pater cũ eo est. Cõfidet ergo ait, Quia tenebræ nõ obscurabuntur à te. Non enim sentit virtus indemutabilis tenebras, & infernã noctem lux vera non patitur. Sequitur enim: *Et nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius ita & lumen eius.* Hoc totũ ad id refertur quòd dictũ est à te, Tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur à te, & sicut tenebræ ei⁹, ita & lumen eius à te.

Pro. 23.

Luc. 23.

Esai. 40.

Ioan. 16.

Semel

Semel dictum à te, refertur ad plurima. Ideo autem in deliciis nox est, quia sicut dies illuminabitur: illuminabitur autem ob id, quia vt tenebræ ita & lumen à Deo sint, potente tenebrarum conditore condere lumen in tenebris. Et audiamus illud Euangelicum docens, ita: Et lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehendunt. Illo potente vt lux sit in tenebris, tenebris non potentibus obscuritatis suæ nocte lumen indefessi luminis comprehendere. Sequitur deinde: *Quia tu domine possedisti renes meos, suscepisti me de utero matris meæ. Confitebor tibi quia terribiliter mirificatus sum.* Tenet etiã nunc ordinẽ significationis vtriusq; vt se & hominẽ & Deum doceat. Cũ enim possidentur à Deo renes eius, & à matris utero suscipitur: corporalis in eo conditio monstratur. In renibus enim voluptatis est causa. Sed cuius renes à Deo possidentur, non exeunt in voluptates corporis incentiæ lasciuie. Et qui ab utero matris suscipitur, non ad opera seculi à Deo susceptus excedit. Omnis igitur eius voluntas ac labor est patrẽ prædicare, voluntatem patris explere, acceptum à patre calicem bibere. Hæc enim hominis sui quem assumpsit officia sunt. Sed cum ait: Confitebor tibi, quia terribiliter mirificatus sum, confessionẽ omnem terribilis de se admirationis ad gloriam diuinæ substantiæ suæ reddit. Mirificatus est enim ob id, quia Deus possedit renes eius, quia à matris utero susceptus est. Per id enim quòd volũtas & operatio Deo dedita fuit, mirificari terribiliter promeruit. Mirificatus autẽ terribiliter est, dum hora crucis tenebræ sunt, dum tremat terra, dum saxa rumpuntur, dum patent sepulchra, dum mortui resurgunt, dum in eodem corpore ipso conspicitur, dum clausis ianuis soli sibi penetraui aditu assistit, dum ad cœlos eleuatur, dum Apostoli gentium linguis loquuntur, dum vmbra eorum morbis medentur, dum claudis nummum postcibus cursus donatur, dum Eleemosynis inopum mortuus redditur, dum persecutores sunt prædicatores, dum dissolutis carenis cõtatur in carcere, dum in martyrio à martyre videtur in cœlis: dum postremo in eo quo eleuatus est corpore à dextris Dei sedet, cuius in gloria & manebat & permanet. Omnem autem eam qua terribiliter mirificatus est dignitatẽ, ad opus eius refert cuius & paruit voluntati, dicens: *Mira operata tua, & anima mea nouit valde.* Quòd enim, inquit, terribiliter mirificatus sum, opus tuum est. Eadem autem & in Euangelis ratio seruata est, vt cum ad demonstratorem virtutis suæ dixerit: Quæcunque pater fecit, eadem & filius facit similiter. Et rursum: Sicut pater viuificat mortuos, sic & filius quos vult viuificat: tamẽ dignitatem operum omnium patri deferens, cũ dicit, Non potest facere filius à se quicquam nisi quòd viderit patrem facientem, contestatam de se potestatem per reuerentiã honorem, ei cui omnia meminerat consistenda subiicit, non sibi adimens quòd similia patris posset, sed eum per quem similia posset ostendens. Hæc igitur quibus terribiliter mirificatus est, licet quia potuit virtutis suæ fuerint: tamen patris operibus vniuersa ea detulit dicẽs, Mira opera tua, & anima mea nouit valde. Humanæ infirmitatis vox ista nõ est, vt mira opera Dei se nosse iactet. Soli hoc competit qui ait, Nemo nouit patrem nisi filius. Nouit enim non vt cuiusque, non leuiter: nouit autem valde, per eam fiduciam qua dicit: Pater in me, & ego in patre. In eo enim quòd ait valde, perfectam scientiam, intimæ cognitionis ostidit. Et quia omnia mira opera Dei valde anima ipsius nouit, eruditionem doctrinæ

Ioan. 1.

Ioan. 5.

Matth. 11.

Ioan. 10.

in nos suã memorat: quia nobis paternæ operationis iam non sint occultata mysteria, dicens: *Non est occultatum os meum à te, quòd fecisti in occulto.* Os Christi ecclesiam esse, & prophetica & apostolica autoritas est. Nam cũ secundum ea quæ in Genesi dicta sunt de Adam atq; Eua apostolus tractaret, ita ait: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: ad expositionem dicti huius adiecit, dicens: Hoc mysterium magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia: Quòd autem per misericordiam Dei patris ecclesiæ hæc occultata non fuerint, ipse Dominus in Euangelis testatus est, cũ ait: Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: ita pater quia sic fuit placitum ante te. Ab eo igitur nobis non occultantur quæ facta sunt in occulto. Nobis quidem non occultata sunt, sed seculi, huius prudentibus facta sunt in occulto. Quòd autem omnia ecclesiasticæ spei sacramenta in occulto fuerint, testatur & Apostolus, dicens: Prout potestis intelligere intellectum in sacramento Christi, quòd aliis temporibus non est cognitum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius apostolis & prophetis, in spiritu esse gentes cohæredes & concorporales & participes pollicitationis eius in Christo. Et iterum: Secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi ad vos ad implendum verbum Dei, sacramentum quòd absconditum fuit ante secula & generationes, nunc manifestatum est sanctis eius, quibus voluit ostendere diuitias gloriæ sacramenti Dei inter gentes, quòd est Christus in nobis spes gloriæ. Occultum itaque mysterium fuit quòd reuelatum est, esse Deo gentes cohæredes & concorporales & participes pollicitationis eius in Christo. Occultum autem mysterium est, quibus voluit ostendere, diuitias gloriæ sacramenti Dei inter gentes quòd est Christus in nobis spes gloriæ: occultum igitur hoc mysterium fuit. Quòd esset Christus in nobis, hoc pater reuelauit. Petro enim dictum est, Non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Reuelatum autem est Christum esse in nobis, in pauperibus, in tribulatis corde, in humilibus terræ, in purgamentis mundi, in ecclesiis infimis. Infimum est enim ecclesiæ, id est, omni humilitate summissum. Hoc ergo occultum mysterium reuelatum est, quòd est Christus in nobis. Non per Apostolum hæc tantum Dominus, sed etiam in hoc eodem psalmo ita loquitur dicens: *Non est occultatum os meum à te, quòd fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.* Nõ in inferno sicut superius cũ de passione tractabat: sed in inferioribus terræ, cũ de reuelatis à patre quæ in occulto fuerat prædicabat. Occultum autem fuerat quòd est Christus in nobis, id est, substantia mea in inferioribus terræ. In inferioribus scilicet omnium humilitatis officiis. Procecit deinde secundum profectum euangelicum sermo psalmi, cum ait: *Imperfectum tuum viderunt oculi mei, & in libro tuo omnes scribentur: die replebuntur, & nemo in his.* Atque vt omnia secundum doctrinã cœlestem intelligere possimus, id quòd difficultatem affert absoluendum est. Quòd enim Latini translatores imperfectum interpretati sunt, id in Græcis libris ἀκατάστατον scribitur. Nec querimur de translatoribus. Vereor enim ne non aliter significari ab his poterit. Id autem quòd Græcè est ἀκατάστατον, significat id quòd sine operatione maneat: vt sit id ipsum, cũ factum tamen non sit. Imperfectum autem nobiscum id demonstrat, quòd ceptum, nec consummatum sit.

Gen. 2.

Matth. 11.

Eph. 3.

Coloss. 1.

Effij

Sed si interioris verbi huius virtutem pertractemus, potest non sanè à Gracitatis proprietate esse diuersum. Deo autem soli proprium potest esse vt sit, & infectus sit: quia quod est, non est necessitatis vt fiat: quod autem fit, non est antequam fiat. Sed qui æternus est manet, neque factus est. Hoc ergo imperfectum; & (vt ad intelligentiæ profectum dicere audeamus) inoperatum Dei oculi eius viderit. Imperfectum enim tuum viderunt oculi mei. Sed qui tandem oculi? Nunquid spirituales illi quibus Deum patrem solus vnigenitus videt? Sed isti non egent his quæ sequuntur. Et in libro, inquit, tuo omnes scribentur, die replebuntur. & nemo in his. Profectum indemutabilis illa vnigeniti Dei natura non expetit. Et qui tandem ei erit profectus, vt omnes oculi eius in libro scribantur, & die repleantur, vt in his nemo sit? Hoc totum contumeliosum & impudens est opinari. Sed quemadmodum os eius, in quo ecclesiæ corpus ostenditur, quæ occulta erant non occultata sunt: ita oculi eius hoc quod imperfectum Dei est, viderunt. Os autem ad ecclesiam referri (quæ corpus est Christi) superius admonuimus. In corpore verò oculum principalis esse officij ac virtutis, memini dubium est. Et quia oculi potiores cæteris membris sunt, in his Apostolos significari nõ ambigendum est: per quos lumen ecclesiæ & operationis diuina misteria præbentur. Quod Dominus manifestè in Euangeliis ostendit. Namque cum Apostolos salteræ, lumen mundi, & lucernam domus in candela-bro ob egregia & conspicabilia (ad comparationis exemplum) fidei suæ opera nuncupasset: rursum vocans eos à terrenis & corruptibilibus thesauris & à seculi lucris, esse oculos corporis dixit ita: Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus simplex est, totum corpus tuum erit lucidum: si autem oculus tuus nequus est, totum corpus tuum tenebrosus erit. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt, tenebræ ipsæ quantæ erunt? Extra corporalem intelligentiam locus iste est, & idcirco spiritualiter intelligendus est. Apostoli itaq; qui ecclesiæ, id est, Christi corporis oculi sunt, lucidi & simplices iubentur esse: corpore toto lucido his simplicibus mansuro. Si autem nequam fuerint, toto corpore necessario, tenebroso futuro: nulla scilicet tenebris spes luminis residua, si lumen ipsum in tenebris sit.

Sacerdotes Ex quo, ingenti periculo sacerdotes, qui ecclesiæ oculi sunt, negociis seculi, curis pecuniæ, & familiarium rerum incrementis & conuiuiorum luxibus occupantur. Ecclesiæ enim lumen sunt, id est, corporis oculi. Et si lumen ipsum auariciæ & lasciuia nocte tenebescat: corpori, est, ecclesiæ, cui per naturam suam tenebræ sunt, quantæ insuper tenebræ de exemplo tenebrosi luminis inuehantur? Hi ergo oculi eius imperfectum Dei viderunt. Imperfectum autem Dei diximus, quod factum non sit, & maneat: in quo æternitas infectæ diuinitatis ostenditur. Sed audax fortè est, vt initialem illam Dei patris æternitatem visam ab Apostolis afferamus: maximè cum dictum sit, Deum nemo vidit vnquam nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris. Sed nihil nostrum dicimus, nihil audax prædicamus. Dicat ille qui dixit, Qui me videt, videt & patrem nõ ipsum se patrem esse significans. Non enim roganti Philippo vt sibi patrem ostenderet, respondit: Ego pater sum, sed ait: Qui videt me, videt & patrem. Per in differentis naturæ virtutem, eum de quo quærebatur patrem conspici in sese respondit, & id adhuc absolutius subiicit: Quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis mihi, quoniam ego in patre & pater in me est?

Matth. 6.

Sacerdotes negociis seculi ne implicentur.

Ioan. 1.

Ioan 14.

Verba quæ ego loquor vobis, non à me loquor: sed pater qui in me manet ipse facit opera. Credite mihi, quoniã ego in patre & pater in me. Sin autem, vel propter opera ipsa credite. Arguit non intelligentem & adhuc de patre quærentem: & per operum efficientiam virtutem patris in vnigenito non contuentem. Manet enim pater. Est nanq; genitus ex eo, non est in eo nõ uæ creationis aliena natura. Virtute filius est, diuinitate filius est; substantia filius est, generatione filius est. Opera testatur, potestates loquuntur per naturæ progeniem in filio patre esse, & per legitimæ originis substantiam filium in patre esse. Non differt hæc ab vnigenito nata generositas, vna ambo sunt, Pater videtur in filio, & videtur non per inuisibilis nobis cõtemplationem: sed per operum admirationem. Filij enim opera, opera patris sunt, non imbecillo ad efficienda ea filio, neq; diuersa virtute naturæ: sed id filio efficiete, quicquid is à quo ipse esse est efficiatur. Atque ideo per id quod in maiestate operum filius contèplabilis est, pater quoq; videtur in filio. His ergo oculis qui æternitatem in filio paternæ virtutis cõstruat, id est apostolis, id precatur, vt in Dei libro scribantur: maneant scilicet in memoriã æternã, pro quibus tali prece in Euangeliis orauit: Patet manifestauit nomẽ tuum hominibus, quos dedisti mihi de seculo: tui erant, & mihi eos dedisti, & verbum tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quoniã omnia quæ dedisti mihi dedi eis, & ipsi acceperunt & scierunt verè quoniã à te prodij, & crediderunt quoniam tu me misisti. Ego pro his rogo, nõ pro seculo rogo, sed pro his quos dedisti mihi. Pro his ergo orat vt in libro Dei scribantur. Et si fortè ambigat, cur in libro viuientium scripti sunt: mihi maioris dignitatis videtur esse in libro Dei scribi, quia peccatores de libro viuentiũ delentur, iusti autem in libro Dei scribuntur. Quod vt unq; sub his dictis significatur: Deleantur de libro viuentiũ, & cum iustis non scribentur. Pro resurrectionis enim diuersitate, quia stella à stella differt in gloria, plures in libro viuentiũ erunt. Iusti autem in libro Dei scribentur: quia peccatores non modo cum iustis non scribentur, sed ne in libro quidẽ viuentium relinquuntur. Sed contuendum est qui profectus eorum sit qui in libro Dei scribentur. Nempe iste: Die replebuntur, & nemo in his. In quibusdã codicibus ita legitur: Die formabuntur. Nec multũ differt repleti & formari. Formamur enim, vt conformes simus gloriæ corporis Dei. Et apostoli dictum est: Filioli quos iterũ parturio, donec Christus formetur in vobis. Replemur autem secundũ dictum prophetæ: Replebimur ab vbertate domus tuæ. Die itaq; replebuntur, id est, vero lumine. Lux enim Christus est. Erat enim lux vera que illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ. Non iam ignorantia nocte detenti, neq; tenebris huius seculi cæci, sed veritatis luce illuminati & die repleti. Quod autem repletum est, nihil præter id ex quo impletum est recipit. Nox enim in eum qui die repletus est non penetrat, secundum illud Apostoli: Quæ enim participatio est luci ad tenebras? Neque sedem Christi accepit spiritus mundi, vt scriptum est: Vos enim non spiritum huius mundi accepistis, sed spiritum qui à Deo est. Neque qui modo mortuus est viuuit, sicut Apostolus docet: Viuo enim iam non ego, viuuit autem in me Christus. Qui die repletus est, diem tantum in se habet, & ideo ait: Die replebuntur, & nemo in his. Nemo in his erit præter diem, quo repleti sunt: non pecuniæ æstus, non voluptatum stimulus, non ambitionis ardor, non odiorum malignitas non

Ioan 17.

Psal. 68.

Gal. 4.

Psal. 64.

Ioan. 1.

2. Cor. 6.

1. Cor. 2.

non inuidiæ aculeus, non conuiciorum furor, non superbiæ amentia, non cætera quæ diaboli sunt arma atque virtutes: sed lux vera, sed dies sola qua repleti sunt. Cæterarum quoque iam rerum effecti sunt incapaces. Et dignum planè hi qui sola die pleni sunt testimonium sumunt. Siquitur enim: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Quid cum his dictis homini commune, vt eos qui super arenam multiplicabuntur dinumeraret? Ei tantum istud competit, cui sine recensione & calculo innumerabilis muneris cognitio est. Amici autem eius nimis honorificati sunt. Nimis cum dicitur, non secundum Latinitatis consuetudinem intelligendum est. Nimis enim nobiscum id significare solet, quod necessarium modum inuulterit excedat. Sed Græci id quod nostri nimis trãstulerunt, & interpretati sunt: in quo magis valde quàm nimis continetur. Valde ergo honorificati amici eius sunt. Et amicum quidem Abraham Deo locuta est. Euangelia verò plures iam Deo amicos esse significat, Dominus dicente: Iam non dico vos seruos, quia seruus nescit quid velit dominus eius: sed vos dico amicos, quoniam perstitistis mecum in omnibus tentationibus. Hos igitur quos nunc amicos nuncupat, vt superius ostendimus, & à patre sibi datos, & patris esse confessus est, secundum id quod ait: Et mea omnia tua sunt, & tua mea: amicos patris esse eos dicit. Nõ solum autem ipsi honorificati sunt, sed etiam principatus eorum confortati sunt. Ipsi quidem honorificantur cum amici sunt, cum die pleni sunt, cum in his nemo est. Sed principatus eorum confortantur, ecclesiæ scilicet ab ipsis ceptæ, ab his principia fumentes: quæ super terram toto in orbe fundatæ fortibus principis confluerint. Et vt ad ecclesiæ populos referri istud necessario intelligeretur, adiecit: Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Nunquid numerus eorum incertus est, qui in libro Dei scribuntur? Ergo nulla est difficultas in numero, quorum veritas maneat in scripto. Sed id quod dictum est: Super arenam multiplicabuntur, non ad homines tantum existimauerunt, quod Abraham dictum esset: Et erit semen tuum sicut arena maris. Vt quia Abraham semen, sicut arena maris est: ad id quod super arenam multiplicabuntur amici Dei, multitudo angelicæ numerositatis accedat. Non enim aliter sibi conuenire sicut arena maris & super arenam maris putauerunt: nisi hominum multitudinem connumeraretur copia angelorum. Sed nos vniscuiusque sensui non contraimus. Quid autem secundum donum spiritualis gratiæ senserimus, sine cuiusquam contumelia tractabimus. Promissiones duas Abraham fuisse in Genesi accipimus. Sed nos vniscuiusque sensui non contraimus. Quid autem secundum donum spiritualis gratiæ senserimus, sine cuiusquam contumelia tractabimus. Promissiones duas Abraham fuisse in Genesi accipimus. Sed nos vniscuiusque sensui non contraimus. Quid autem secundum donum spiritualis gratiæ senserimus, sine cuiusquam contumelia tractabimus. Promissiones duas Abraham fuisse in Genesi accipimus. Sed nos vniscuiusque sensui non contraimus.

Ioan. 15.

Gen. 22.

Gen. 13.

Gen. 22.

Ergo amici Dei super arenam dinumerantur. Quis enim ambigat secundum ecclesiã, toto in orbe numerosam multitudinẽ gentis Iudææ copia in Christo credentiũ præueniri? Atque ideo super arenam multiplicabuntur: quia copiosiores his erunt, qui ex legis impio populo terreni & aridi significantur in arenis. Hinc sequitur: Surrexi & adhuc tecũ sum. Surrexi; ad resurrectionis gloriam spectat. Sed secundum præscientiam Dei id quod futurum est tanquam præteritum loquitur, ob scientiam atque virtutem qua quæ futura sunt facta sunt: vt etiam nosmetipsi facta esse existimamus, quæ futura esse confidimus. Id autem, Et adhuc tecum sum, nondum temporis esse significat vt resurgat, quia nondum tempus fit passiois, cum se adhuc esse cum Deo profiteatur. Ipse enim ait: A Deo exiui & veni. Adhuc ergo tecũ sum, quia nondum temporis est, vt ante veniam, & veniam in mundum, vt quæ prophetata sunt expleamus. Quod autem ait: Si occidas Deus peccatorem: Nunquid qui venit saluare quod perierat & peccatorem redimere, peccatorem precatur occidi? Absit vt velit occidi. Sed peccator occiditur, cum seculo moritur: cum Christo comoritur, vt viuat in Christo. Beatus Apostolus ait: Quotidie morimur. Et rursum: Mortuus sum legi vt viuam Christo. Morimur autem ait, quando in nobis per fidem perempta peccata moriuntur. Audiamus adhuc quomodo Deus peccatores occidit, per id quod dicitur: Mortificate ergo membra vestra super terrã, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam & auariciam. Sic peccator occiditur: cum in generationem vitæ spiritualis viciorum omnium & peccatorum morte renouatur. Sequitur deinde: Viri sanguinum declinate à me. Quoniã dices in cogitatione accipient in vanitatem ciuitates suas. Latina translatio dum virtutẽ dicti ignorat, magnam intulit obscuritatem, non discernans ambigui sermonis proprietatem. Quod enim nobiscum scribitur: Quoniam dices in cogitatione, cum Græcis hoc modo est, & illud pronuntiatione distinguitur, vt aut dicis intelligatur, aut contentio: vt unum enim sub iisdem verbis significatur hoc dicto. Sed hi qui Hebraici sermonis scientiam consecuti sunt non dicis, sed contentiones in eo quod igitur translatum est prodiderunt. Et sanè id ita esse ratio & intelligentia monstrabit: Viri, inquit, sanguinum declinate à me. Memini in Ezechiele dictum æquẽ reos sanguinis futuros, quorum adulanti silentio plures in interitum incidissent, ita: Fili hominis speculationem dedi te domui Israel, & audies ex ore meo verbum, & comminaberis. & si non distinxisti, neque locutus es, vt distingueres iniquo, vt se auerteret ab itineribus suis & viuere: iniquus ille in iniquitate sua moritur, sed sanguinem eius de manu tua requiram. Inuenio & aliud sanguinem de quo dictum est: Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Vt igitur viri sanguinum sunt, quorum adulans doctrina est: ita & viri sanguinum sunt, quorum dolosa est doctrina. Dolosa autem doctrina est hæreticorum: sub nomine Dei blasphemia, sub prætextu religionis impia, sub veritatis specie fallax. Quorum in animo & cogitatione solum contentiois studium perfitit, nihil ad salutem hominum laborat, nihil ad spem acquirit, nihil pacificum cogitantes. Vt omnibus his in contentionibus labor sit, & pugnam meditentur, isti infelices animas extinguunt, & in vanũ ecclesias sibi congregant: quas ciuitates Dei secundum prophetiam euangelicamque cõ-

Ioan. 16.

1. Cor. 15.

Gal. 2.

Col. 23.

Exech. 3.

Psal. 5.

fuetudinem nuncupari frequens & plurima autoritas est. Hoc ergo significatur his dictis: Viri sanguinū declinate a me, quia contētiones in cogitatione, accipiēt in vanum ciuitates suas. Viri sanguinum sunt, & perditarum animarum reatum declinare iubētur, quia contentiones in cogitatione sunt. Hi in vanum ciuitates Dei accipient, instructiofarum ecclesiarum cœtus per schismatum diffidia reddētes. Sed planē quia pax & iustitia & ueritas est, affectum in eos suum ostēdit, dicens: *Nonne odientes te o Domine odiui, & super inimicos tuos tabescobam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Est religiosum odium, quotiens is nobis odio est qui Deum odit. Inimicos quidem nostros amare præcipimur: sed nostros, non & Dei. Nam iuxta Deum, & patrem, & matrem, & coniugem, & filios, & fratres odisse deuotum est. Odit ergo odiētes Deū & inimicorum odio tabescit, & odit odio perfecto, & inimici sibi facti sunt. Non enim filius diuersus à patre est, ut non alterius inimicus vtriusque fiat inimicus. Concludit deinde libertatis suæ fiduciam. Simulque ut ea quæ per præsentiam tanquam gesta memorauerat nunc ad demonstrationem temporis gerenda mōstraret, dixit: *Proba me Deus & scito cor meum interrogam me et scito semitas meas. Et uide si uia iniquitatis in me est, & deduc me in uitam æternā.* Humanæ naturæ fiducia ista non est ut probari se velit, ut sciri cor suum postulet, ut cognosci semitas suas expectet, ut inspici non metuat si uia iniquitatis in se sit, ut per hanc cognitionem in æternam vitam deducatur. Vox ista eius tantum potest esse qui dixit: Ecce uenit princeps huius mundi, & non inuenit in me quicquam. Solus enim extra peccatum est Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Ioan 14.

Psalmus CXXXIX.

Eripi me Domine ab homine malo, a viro iniquo libera me. Quia cogitauerunt maliciam in corde, tota die construēbant prælia, & reliqua. Cæptus est psalmus ex persona hominis inter multas infestationes inimicorum anxij, aduersus quem multæ insidiæ & doli plures sint, & conuenire hæc omnia in personam huius prophætæ Dauid videtur, cuius uita infestata vndique & plena semper periculis fuit. Saul eum in deserto, illum in vrribus bello ac dolis sequebatur, persequente quoque filio ipsius Absalon, & multa aduersus regnum vitamque eius moliente & audente: multis præterea aliis & domesticis & extraneis insidiis subiectus semper fuit. Sed nihil speciale ex his omnibus in psalmo continetur, ut proprie eius oratio esse credatur. Generalis autem fortē et ex spiritu prophætæ psalmus esse noscitur, vnumquēque nostrūm per orationis exemplum cum in mediis infestatiūm in nos odiis iactemur erudiens, quali Deū prece oporteat deprecari. Sed contuenti mihi penitus quasdam virtutes proprietateque uerborum, quæ ultra humani sermonis cōsuetudinem altius nescio quid & sublimius eloquuntur: eius potius hominis in quo ex partu uirginis ad sacramentum humanæ salutis uirgenitus Dei filius natus est, repertus est psalmus iste intelligi oportere. Secundum enim eam quæ in se fuit generis prius naturam, Dei uidelicet atque hominis, non modo in Euangelis, sed etiam in prophetis, ita coaptatis ad vtrumque dictis locutus est: ut dum diuinitatis suæ impassibilem atque immutabilem uirtutem docet infirmitatem quoque naturæ non taceret. Ru-

sumque cum ex susceptione carnis infirmitatis in eo sermo esset, præconium quoque mox non infirmam ex aliquo diuinitatis adfiteret. Quod enim Deus est, naturæ suæ est. Quod autē homo fuit, naturæ nostræ assumptio est. Loquitur itaque in psalmo ex infirmitatis nostræ quam assumpsit affectu: cum traditorem suum nouit, cum consilia aduersus se iniuta prospicit, cum quæstionum prælia & obtræctionum uenena perpetitur, cum tentationum scandala & uerborum laqueos uitat, cum patri cōfiteretur, cum ad eum orat, cum ei omnis uirtus ab eo est cum licet ex infirmitate corporis anxius sit, non solum tamen se reliquendum in die passionis meminerit. Hæc igitur omnia ex persona eius in psalmo contineri docentur: atque ita, ut in his quæ naturæ humanæ societas permittit, personæ etiam nostræ ex aliquo intelligi possit oratio. Hoc enim quod ita cæptum est, Eripi me Domine ab homine malo, a viro iniquo libera me, ad communem quoque credentium omnium precem pertinet. Omnes enim insidiæ quascunque nobis spirituales nequitia prætendunt, maximè per homines aptantur: & occasiones uitii nostris alienæ naturæ peruersitas subministrat. In lites nos iniquus exagitat, in anxietates aduersantium & insidiantium nobis terror impellit. In libidinem facultas se in id præbentis loci inuitat. Oculum enim meretricis, laqueus peccatoris est. Oramus ergo in his malis positi dicentes: Eripi me Domine ex homine malo, a viro iniquo libera me.

Sed propria hæc esse oratio Domini ex consequenti docetur, cum ait: Qui cogitauerunt mala in corde. Cogitationes cordis nosse non nostrum est, sed eius de quo dictum est. Scrutans corda & renes Deus. Eius quoque qui dixit scies cogitationes eorum, Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Ille occultos omnes malignorum cordium sensus impenetrabiles atque inuios aditus obeunte natura uirtutis suæ contuetur. Sed qui eripi se de homine uro malo & iniquo deprecatur est, in quo significare traditorē suum existimatur: iam de plurimis mala in corde cogitantibus loquitur, dicens: *Qui cogitauerunt maliciam in corde, tota die construēbant prælia. Accuerunt linguas suas sicut serpentes, uenentē aspidum sub labiis eorum.* Non omni die aduersum Dauid armis certatum est, neque semper instructa sunt prælia. Aduersum autem Dominum secundum Euāgelicas narrationes eius nullū tēpus uacuit fuisse ab infestantiū odiis inuenimus. Paralyticū sanat: mox de eo ob illicitam, ut putabāt, peccati indulgentiā ueneno ore differitur. Aridam manū reformat, statim uiolatæ legis reatus ascribitur. Dæmoniacos curat, continuo per Beelzebub dæmonum principē hæc perficere arguitur. Nihil est quod non ei plenū semper insidiis sit, quod non vipereæ linguæ ueneno obiectū sit. Nostra quoque omnium uita, maximeque eorum qui religioni studēt, qui aduersantiū uirtutum sustinēt bella, atque obtræctionū uenena iacula suscipiunt, fraudulenti blandiloquentiæ ueneno appetitur. Et hæc omnia per homines, in quibus spirituales nequitia operantur, insistant. Scriptus est enim: Excitauit Dominus Satanam Salomoni, Ader Idumeum: & aduersatus est Ader non ut homo, sed ut Satan Salomoni omnibus diebus uitæ eius. Et Salomoni quidem quia meruit, Ader in Satanam à Deo est excitatus: sed per istiusmodi homines hæc multimoda infestantiū in nos odia defauiunt, inimicæque uirtutes horū ministerio grafsantur. Intercessio autem diapsalmatis attulisse uideatur, aut personæ, aut sensus demutationē. Fit autē repetitio

Psalm. 7. Matth. 9.

3. Reg. 12.

tio orationis eiusdem, ita tamen ut absolutius ea quæ ante confusum ante adiecta sunt recedantur: & quæ superius fuerat de uerbis, nunc sit querela de factis: *Custodi me Domine de manu peccatoris, ab hominibus iniquis eripe me, qui cogitauerunt supplantare gressus meos.* Ab vno tantum cœpta deprecatio refertur ad plures: ut significaret & in vno traditorē, & in plurib⁹ popul⁹ nosceretur. Et vni quidem, & nunc & superius maliciam & peccatum, & iniquitatē exprobrat: in plurimis uerò cogitatas supplantationes, absconditos laqueos, extensas funium captiones, & continuata semitis scandala arguit, dicens: *Qui cogitauerunt supplantare gressus meos; absconderunt superbi laqueum mihi: Et funes extenderunt in muscipulam pedibus meis, continuata semitis scandala posuerunt mihi.* Cogitauerunt enim synagoga principes supplantare gressus eius: cū post depulsam necem Lazari de eo occidendo cogitant, cum ob receptos oculos cæco illi à nauitate maledicunt, cum taceri de eo decernunt, cum mortem confessoribus eius denunciant. Egregium itaque diuinarum operationum suarum gressum atque cursum, istiusmodi rebus supplantare cogitauerunt. Absconderunt autem laqueos superbi: cum Sadducæi fraudulentiam simulatæ de resurrectione interrogationis occultant, cum responsonis laqueum captiois sermone prætendunt. Superbi: cum admiseri peccatoribus dedignantur, cum cōiuiua publicanorum ei qui peccatorum est remissor exprobrant. Funes etiam extenderunt in muscipulam pedibus eius: cum tributum poscerit, cum de dando Cæsari tributo interrogatur. Abscondus autem superius laqueus fuit, nunc autem funes extensi sunt. Validior hic interrogationis laqueus esse noscitur in funibus: cum per extensum interrogacionis laqueum, copiosè ab eo professionis responso aduersus nomen Cæsaris quaereretur. Continuantes autem semitæ scandala posuerunt ei: cum de mandatis legis interrogaretur, cum diebus legi uipote satisfaciens, quid sibi adhuc desit requirit, cum apud eum de repudij cōditione tractatur. Hæc enim interrogationum scandala uia suæ doctrinæque legis continuata statuerunt: ut sub specie ac eorum familiaritate quæ in lege scriptæ sunt quaestioni, hæc ei ubique continuantium semitæ interrogationū & responsonum scandala ponerentur. Nobis autem meminimus uitaque nostræ ubique funes, ubiq; scandala, ubiq; laqueos occurrere: nihilq; esse ubi nō prætentē nobis semper insidiæ sint. Et difficile est nūc laqueo uentrē absolueret: quia cōfusio illis est, quorum Deus ueter est. Arum etiam est nunc à laqueo oculū liberare: quia qui ad cōcupiscentiā uidit, iam in cœchatus in corde est. Arduum quoque est linguā laqueo eximere: de omni nimis ocioso uerbo in die iudicij erit ratio reddenda. Maximi etiam laboris est cor à laqueo referre: malæ enim cogitationes de corde exeunt. Hi omnibus nobis laquei ubique prætentis sunt: & orandus est Dominus, ut ab his omnibus laqueis fidei nostræ pennis & spiritus euolemus. Dehinc sequitur: *Dixi Domino, Deus meus es tu, in auri Domine uocem orationis meæ. Domine uirtus salutis meæ obumbrasti super caput meum in die belli. Ne tradas Domine à desiderio meo peccatori, cogitauerunt aduersum me, non tradas me Domine, ne unquam exaltentur.* Et hic intercedens diapsalma uidetur aliquam demutationē attulisse, & non exiguam quidē. Namque cum superius de cogitata supplantatione, de absconditis laqueis, de extensis muscipulis, de scandalis positis sermo omnis fuisset: nūc ad Deum refertur oratio. Dixi Domino, Deus meus es tu. Nō le-

uis atque exigua fiducia est: Domino dixisse, Deus meus es tu. Loqui istud mens libidinosa, auara, inflata, ebria, fideliter non potest. Renunciandum his omnibus, & à seruitute eorum ac famulatu desinendū est: ut ab his desinentes dicere audeamus: Dixi Domino, Deus meus es tu. Et hæc quidem personæ nostræ quam in quātū fas est psalmo admiscemus, ita coaptata sunt. Sed & Domino quoque uisatum & frequēs & propriū est, ut diximus: Dixi Domino, Deus meus es tu. Nunquam confessionis huius honorem negauit, ut & Dominū confiteretur, & Deum, dicens: Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ. Et rursum: Ad Deū meum & Deū uestrū. Oratio quoque ei ad Deū semper omnis fuit. Lazarum suscitaturus orat, panes & pisces bene dicturus ipso ad cœlum aspectu precatur, calicem bibiturus pernox orat. Per confessionem itaque Domini & Dei sui, sequitur: Inauri Domine uocem orationis meæ. Honoris cōfessio præcessit, cum Dominum suū & Deum dicit. Exaudiendæ autem orationis præcatio consequitur cū se orat audiri. Sed in eo quod sequitur, Domine uirtus salutis meæ, non cōmunis est fiducia & professio. Non enim ait, salus uirtutis meæ. Humani nanq; uoti res ista est, ut uirtuti nostræ salutē precemur, ut sanitas his in quibus ualeamus à Deo sit. Hæc autem econtrario præcatio est: ut nō uirtutis suæ salus, sed salutis suæ uirtus à Deo sit. Qui salutē uirtutem precatur, iam de salute non ambigit: & certus est nihil in se caducum, nihil mortale esse. Sed & quod assumpsit in sermo ut uirtus præstetur, orat, per corpus quod Dominus in se gerebat. Quod tamen secundum nos morti deditum erat, non tamen erat obnoxii corruptionis: ipso per prophetam loquente: *Quoniam nō derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Non est igitur de salute naturæ huius in se infirmæ incertus: solum à Deo uirtutem eius, quæ in se sit salutis orat. Et orat per hæc confidētiā qua ait: Obumbrasti super caput meum in die belli. Si ex persona cuiusque hominis psalmus hic omnis est, quomodo sibi tam diuersa conuenient: ut cum dictum sit, Eripi me Domine ab homine malo, & custodi me de manu peccatoris Domine, nunc rursum securus de omnibus dicat: Obumbrasti super caput meum in die belli? & cum superius ex metu fuerit oratio, nunc sit gratulatio ex securitate? Hoc autem totum dici ab eo ex ratione poterit: qui gerens hominis Desque naturam, habet & ex hominis infirmitate trepidationis affectum, & ex conscientia diuinitatis fiduciam securitatis. Scit autem se in die gloriosi illius belli quo mortem perimet, quo diabolū vincet, quo omnes potestates inimicas triūpho crucis suæ configet, obumbratum protectūmq; iri.*

Math. 11.

Psalm. 15.

Psalm. 88.

Ioan 6.

Nanque cum ex persona Dei patris dictum de eo ante fuerit, Cum ipso sum in tribulatione, & rursum, Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum, nihil proficiet inimicus in eo, & fili⁹ iniquitatis non adiciet noceri ei: quid profecit inimicus Iudam ad uoluntatem traditionis inspirans? Permissum corpus passioni est, sed permissi sibi corporis dominata mors non fuit. Sanctus enim non uidit corruptionem. Et iniquitatis filius cum eum traderet, ad nocēdum ei quid adiecit? Non modo in uitam corpus redijt ex morte: sed etiam ad diuinitatis gloriam natura corruptionis absorpta est. Securus itaq; & cōfidens obumbratum se esse in die belli, etiam hoc precatur, Ne tradas Domine à desiderio meo peccatori. Qui ait: Non ueni uoluntatem meam facere, sed uoluntatē

eius qui me misit, susceptum opus etiam pro obedientia obsequela festinat implere: sed ita, ut meminerim esse in eo voluntatis officium. Vult namque quæ pater voluit. Id enim quod ait: Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem eius qui misit me, cum à quo est missus, cuique obedit ostendit: non tamen sibi detrahit voluntatem. Omnia ergo quæcunque patri placita sunt, consummare optat, & vniuersa quæcunque sibi in passione desideria sunt, exequi sperat: ne quid ex his sit, quod præueniens peccator impediatur. Desideri o desideravit cum discipulis pascha manducare, festinato paschæ cenam peregit. Desideravit calicem passionis bibere, dicens: Calicem quæ pater meus mihi dedit, non bibam illum: Quærentibus se, vltro his qui ad comprehendendum eum venerant, & interrogantibus quis Iesus esset, ingessit. Scit sibi acetum poculum esse potandum, hoc ut bibat, postulat: magnum in eo cum bibisset, voluntatis suæ fructum capiens, ait: Cōsummatum est. Quo in verbo, desiderabilis voti gratulatio continetur. Liberari animam suam à framea in psalmis frequenter orauerat, os non comminuendum significauerat, sortitu vestem suam obtinendam denūciauerat. Hæc omnia quæ desiderij sui sint ad prophetiæ fidem, ut impleantur orat: ne quid ex his peccatori sit potestatis, ne pascha præueniat quæ desiderio desideratur, ne calicem passionis ingerere non audeat. Nam ad primam Domini respōsionem peccator omnis qui ad comprehendendum venerat, procidit: ne acetum quod potandum est non præsto sit: ne antequam spiritum amittat, lancea miles latus fodiat: ne frangendi ossis manente adhuc spiritu pateat occasio: ne quid ex prophetia minus fiat: ne aliquid peccatori ex desiderijs suis tradatur, sed in se omnia quæ & desiderata sibi, & prophetata sunt, impleantur. Orat autem de his, non quod implenda non essent, sed ut de se propheta intelligi possint. Cogitauerunt, inquit, aduersum me, non derelinquas me ne quando exaltemur. Multa aduersus eum cogitata sunt: sed maximè illud, ut pecunia militibus collata, forma ab his furati corporis videretur. Sed eo in corpore rursus adstante, inanis hæc impiæ cognitionis meditatio fuit. Nec relictus peccatoribus exaltandi se locus vllus est. Impletur propheta, pendet in ligno vita eorum, acetum ac felle potatur, anima eius à framea liberatur, os non conteritur, fors super vestem mittitur, nihil è desiderijs vnigeniti filij Dei peccatori traditur, tertia die resurrexit, nõ relinquitur in inferno, nec corruptionem sanctus videt: & omnia quæ geruntur in Domino, ad confundendas & consternandas impiorum cogitationes habent in se & rerum præsentium admirabilem efficientiam, & prophetiæ indemutabilem veritatem. Dehinc sequitur: *Caput circuitus eorum, labor laborum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones, in ignem deiciet eos, in miserijs nõ subsistent.* Post superiorem sermonem, in quo omnis oratio ad Deum, de se nunc etiam interuentu diapsalmatis demutavit ordiē sensus. Retulit enim peccatorum iustissimam pœnam, quos primum ipsum illud circuitus sui caput, deinde labor laborum suorum, & omne maledictionis opus operiet. Ut enim omnibus sanctis caput Christus est, ita omnibus iniquis caput diabolus est. Testatur autem frequenter impiorum erga se circuitus Dominus, cum ait: Circumdedērūt me gemitū mortis. Et rursum: Tauri pingues obfederūt me. Et iterum: Circumdantes circumdedērunt me. Et statim: Circumdedērunt me sicut apes. Quod autē principe diabolo hæc gesta sunt, testantur Euangelia, cum

Luc. 22.

Psal. 17.
Psal. 21.
Psal. 117.
10. et 13.
Luc. 23.

dicunt: Et immisit se diabolus in cor Iudæ, ut traderet eum. Laboratum est autem multa voce populi, cum clamatum est: Crucifige, crucifige. Operiet igitur eos caput circuitus & labor laborum eorum: ut cum alij immortalitatis gloriam induantur, illi impietatis suæ pudore & damnatione diaboli operiantur. Et quæ ea damnatio esset qua operientur, adiecit: Cadent super eos carbones ignis, super terram deiciet eos, in miserijs non subsistent. Hæc impiorum operimenta sunt, hæc irreligiosorum æterna vestis est: ut aduersus decedentes carbones & ingruentes miserias non subsistentes, tali cum ipso circuitu sui capite & labore laborum damnationis suæ onere deprimantur. Tenuit autem etiam nunc eum ordinē, quo in superioribus vsus est, ut cum in pluribus populum ostēdat, nunc in vno Iudam significare videatur, dicens: *Vir linguosus non dirigitur super terram, virum iniustum mala capiunt in inuentione.* In linguoso anceps & dubium & fallax os proditoris ostenditur: qui sero criminis sui scelere comperto, laqueo se vita & fide profugus suspendit. Nihil enim directum in eo, nihil simplex, nihil absolutum fuit. Fur antea, dehinc proditor: postremo ipse indignus vltor. Nunc mulierem effuso in caput Domini vnguento, damni inutilis arguens, nunc Iudæis omnes Domini aditus & egressus nunciens, nunc de precio iusti sanguinis pacificens. Linguosus semper in verbis, ut in eū propheta dictum competenter aptetur: De multiloquio non effugies peccatum. Hic ergo in hoc multiloquio suo peccator non directus in vitam est, neque rectum fidei iter tenuit: sed, ut dignum est, mala eum in interitu ceperūt. Impius in Deum cum fuisset, postea in semet quoque ipsum impius mansit. Fur pecuniæ, venditor sanguinis iusti, proditor Dei, & quantum in se est, parricida: nec vitæ veniam potuit habere, nec mortis. Non nescius itaque huius vindictæ suæ vnigenitus Deus est. Ait enim: *Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.* Pauper Dominus secundum hominem est. Pauperatit enim se secundum Apostolum, ut nos locupletaremur, cum in secularibus nihil nisi corpus fuit. Huius enim salutis causa nasci inops voluit ex virgine: non pecuniam, nõ agrum, non pecus, cœlorum Dominus elegit. Pauper ergo in homine tantum suo fuit. Sed non solū iudiciū inopis, sed & vindictam pauperum Dominus faciet. Iudiciū inopis referri ad damnationem eorum, qui iniusti in Dominum extiterunt, oportet. Cōuenit enim eos secundum iudicium, non secundum vindictam iudicari. Inferioris naturæ est, qui debeat vindicari. Vindicantur ceteri pauperes, id est, qui Dominū exemplo passionis sequuti sunt, qui ex contemptu seculi & pecuniæ pauperes fuerunt. Fit ergo iudicium inopis: cum ob passionem Domini impij iudicantur. Pauperes verò vindicantur, quorum sub ara occisorum sanguis clamat, vindictam in impios postulans: qui quotidie in gloria martyrij manentes, Dei nomini confitentur. Et sermo ipse, quo psalmus clauditur, ita loquitur: *Attamen iusti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cō facie tua.* Iustorum confessio potest etiā corporalis videri: quia plures in carne adhuc licet positi, Dei nomini confitentur. Recti autem habitantes cum facie Dei, nihil in se corporale retinere intelliguntur. Natura enim carnis Dei non patitur aspectum, ipso dicente, Nemo videbit hominum faciem meam, & viuere. Hoc iam cœlestium est, & transformatorum, & terrenam corruptionē cœlesti incorruptione mutantium: quos iam diuinitatis honore claros conregnaturos ipsi Deo

Exod. 33.

Deo patri tradet in regnum Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Psalmus CXL.

Domine clamavi ad te exaudi me, intende voci orationis mee, cū clamauero ad te, & reliqua. Omnium sanctorum fidelis oratio, clamor est Deo. Fidei enim ad eum, non vocis clamore clamatur. Moses instante Ægyptiorum rege, mœstus stabat in littore: sed tacente licet eo, excelsa mentis fidelem orationem Dominus audiuit, dicens: Quid proclamas ad me? Martyrum quoque sanguis voce corporis caret, sed indignitas necis eorum Deo clamor est, ipso Domino de Abel ad Cain dicente: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Sic & sub ara Dei, martyrum anime pro clamare scribuntur, magna voce dicentes: Quousque Dominus, sanctus & verus nõ iudicas, & vindicas sanguinem nostrum de habitatibus in terra? Si igitur non humilia, nec terrena, nec corporalia fidei spiritu oremus: tacens licet oratio nostra, Deo clamor est. Atque ideo propheta totus ad Deum spiritu orationi intentus, ita cœpit: *Domine clamavi ad te, exaudi me.* Et ut clamorem istum non vocis, sed fidei doceret esse, adiecit: *Intende voci orationis mee dum clamabo ad te.* Clamor etiam inuitis nobis penetrat in auditum, ac se sponte in aures nostras vinitente vocis immitit. Sed quia propheta non tali clamore clamat, orat ut clamante se Deus in vocem orationis intēdat. Per id namque quod intenditur, fidei inspectio est, nõ clamoris auditio. Id enim quod interius est intēditur. Cæterum clamorem intendi non necesse est, per semetipsum omnem sensum aurium occupantē. Dehinc sequitur: *Domine dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Quorum pura & recta & sincera oratio est, hi dicere poterunt: Dirigatur oratio mea. Cæterum si externarum cogitationum interuentu deprauabitur, non dirigetur. Sed quod ait, Dirigatur ut incensum: intelligendum est quid sibi velit comparatio proposita incensi. Et primum natura incensi ea est, ut in altum se de humilibus extollat: spirans optime, & sese nobis in sensum suauolentiæ immittens. Dein ex quatuor odoratissimis generibus in maximam subtilitatem comminuitur componitur, stacte, onychē, galbano, thure: quæ omnia hæc in forma orationum fidelium constituta esse, beati Ioannis Apocalypsis ostendit, cum ait: Et illi quidē viginti quatuor seniores proclauerunt ante agnum, habentes quisque citharam & phialas aureas plenas odoribus: quæ sunt orationes sanctorum. Quatuor autem genera orationum Apostolus esse significat, ad Timotheū scribens: Exoro ergo primo omnium fieri precationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones. Humilitatis nostræ est deprecari, magnificētī e Dei est orari, fidei est postulare, cōfessionis & laudis est gratulari. Et fortē quatuor illa genera odorum ad vnum thymiam ex partibus subtilissimis comparata, singulis quoque generibus poterunt consummandæ orationis aptari. Quinquam speciem quoque quatuor elementorum, horum quatuor odorum natura & species significare videatur. Ut thure, quod pellucidum est, spiritui comparetur, stacte vero aquis, galbanum & onyx, terræ & igni: ut per hæc omnium quæ in cœlo, & infra cœlum, & in terra, & in aquis sint, placita Deo incensi modo hæc offeratur laudis oratio. Sed hæc his quoque profundioris scientiæ cognitio delectat, relinquamus: nobis sufficit pro-

Exod. 14.
Gen. 4.

Apo. 6.

Apo. 5.

1. Tim. 2.

phetica atque Apostolica autoritas, quæ & incensum orationes esse significat, & orationes deprecatur dirigere ut incensum. Sed qui deprecatus est orationē suam dirigere ut incensum, etiam illud post hæc ait: *Alleluia manuum mearum sacrificium vespertinum.* Plurimis locis tractauimus, in alleuatione manuum excelsi operis officium monstrari: ut cum Moses eleuatis manibus stare præceptus est, populo in alleuatione & demissionē manuum suarum vel victore, vel victo. Apostolus quoque orantes iubet eleuare manus puras. Et cum ait: Sine ira & contentione: non habitum orandi constituit, sed præscriptum diuinæ operationis adiecit. Denique Dominus per Esaiam prophetam orationes impiorum improbas, ita loquutus est: Si extendatis manus, auertam oculos meos à vobis. Non utiq; si eleueris, sed si extendatis manus: quia habitus orandi in manibus extendendis est: perfecti autem operis efficientia est in eleuandis: Manuum ergo eleuatio, sacrificium vespertinum est. Non enim sanguine & holocaustis nos, in quos consummatio seculorum deuēnit, sacrificamus Deo. Sed quod sacrificium vespertinum placitum sit, audiamus Dominum in Euangelij dicentem: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & suscepistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere fui, & liberastis me. Et respondentibus illis quod nunquam his officijs humanæ necessitatis eguisset, dicit: Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus minimis, mihi fecistis. Hoc sacrificium vespertinum, id est, temporum nouissimorum est. In hoc manus eleuandæ sunt: quia istiusmodi orationibus, iam ab initio mundi benedictis Dei, regni cœlestis præparata possessio est. Sed meminit propheta, præter clamorem fidei, præter orationem, quæ dirigenda est ut incensum, & præter eleuationem manuum, in qua sacrificium vespertinum est, & aliud sibi adhuc opus consummandæ in se iustificationis optandū: dicti scilicet huius Euangelici memor, Ex verbis tuis iustificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis. Recoletens quoque de omni se verbo ociofo rationem in die iudicij redditurum, necessario deprecatus est, dicens: *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis.* Non leuem custodiam ori orat apponi, ostium scilicet circumstantiæ: ut custodia illa non obseruatio sit aliqua, sed claustrum. Periculosus enim linguæ & promptissimus lapsus est: & ex ea maledictum, mendacium, periuriū, obrestatio, motu facili, & aditu patenti efferuntur. Oremus ergo nobis circumstantiæ ostium. In eo enim libro, qui nobiscum Salomonis inscribitur, apud Græcos autem atque Hebræos sapientia Sirac habetur, ita monemur: Ecce circumualla possessionem tuam spiritus, argentum & aurum tuum constitue, & ori tuo fac ostium & seram, & verbis tuis iugum & mensuram. Ostium & seram ori iussit apponi, ne verbis esset facilis egressus. Iisdem autem verbis iugum mensuramq; constituit: ut rationis iugo subdita, librata per mensuram moderatione penderent. Fendit adhuc propheta ad iustitiæ perfectionem. Namque post fidei clamorem, post orationem, post opera, post ostium oris, consummari se quoque officio cordis orat, dicens: *Non declines cor meum in verba malitia, ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem.* Cum ex innocentia ac iustitiæ studijs in vitiosam voluntatem decidimus,

Ibidem.

Esai. 1.

Mab. 2. 5.

Ibid. 12.

Eccle. 28.

tum cor nostrum in mala verba declinat: non ut peccatum excusamus, omne enim peccatum inexcusabile est, sed ut excusationes excusamus. Crimen enim cadis atque adulterij, & talium cæterorum per naturam atque indignitatem facti inexcusabile est. Sed qui in eo deprehensus erit, non dicet, adulterium aut cædes non habet crimen: sed dicet, mulier importuna, incontinens, adblandiens pellexit, & in voluntatem coegit. Vel alius ille dicet, conuicijs mouit iram, iniurijs armavit dolorem, casus litis dolore cadem peregit. In hæc verba cor se, postquam ab eo peccatum est, declinat: ut per excusationes peccati quod admittit, se excuset. Cor autem rectum atque purum in hæc verba excusationum non declinat, sed manet inuolatum atque constans, sine sollicitudine verborum ad excusandas excusationes querendorum: cum vitæ innocentia peccati excusatione non egeat.

Et hæc quidē in corporalibus rebus ita sunt. In his verò quæ spiritualia existimantur, id est, in hæreseos doctrina: incredibile est quo cordis labore, qua verborum exquisicione excusationes suas hæretici excusent. In quæ omnia ne declinetur cor suum iustus exposcit, ne per hanc declinatam cordis ad excusandas excusationes necessitatem, cum electis eorum combinetur: *Et non combinabor, inquit, cum electis eorum.* Combinari cum electis iniquorum non vult propheta. Meminit enim numerum hunc rebus immundis deputatum, cum ad Noe de condendis in arca animabus constitueretur præceptum: A pecoribus autem mundis induces ad te septem & septem, & à pecoribus immundis bina & bina. Est & maius adhuc, & absolutius, inutilis huius numeri exemplum.

Dominus enim noster Iesus Christus omnes immundicias nostras & peccata nostra auferens, fecit secundum Apostolum vtrunque vnum, & secundum eundem, ut duos constitueret in se vnum novum hominem, faciens pacem, ut reconciliaret ambos Deo in corpore vno: internum scilicet hominem & externum fecit vnum. Non ergo combinamur, sed vnimur: quia unitas fidei est, at verò combinatio confortium factionis. Non modo autem non combinari se propheta cū electis iniquorum non optat: sed etiam (quia homini errare debitum est) si quid forte secus & humanitas gesserit, corripit se à iusto in misericordia & argui maui. Formam namque in se naturæ nostræ infirmitatisque constituit. Plures etenim nostrum cum lapsi fuerint, cum errauerint, emendari se iuste misericordiæ argutione fastidiunt: & combinari malunt peccatoribus, quam per iustorum correptionem ad penitentiam retorqueri. Tenuit autem egregie rationem veri propheticus sermo, dicens: *Corripiet me in misericordia, & increpabit me.* Est enim misericordiæ modus, & miserandi adhibenda iustitia est. Proh dolor, quid potest esse erga eos, quorum crimina grauiora sunt, sed misericordiæ locus nullus est? Misericordia enim se ad veniam de Deo orandam his quæ sunt gesta, defleat. Cæterum veniam præstare illicitis, non est misericordiam præstare, sed iustitiam misericordiæ non tenere. Quam rationem diligentissimè apostolus Ioannes retinuit, dicens: Si quis scit fratrem suum delinquere, sed non ad mortem petat, & dabit illi Deus vitam. Est enim peccatum ad mortem, sed non pro eo dico. Quod autem iustus in misericordia corripere atque arguere cum qui lapsus sit, debeat: beatus Paulus docet, dicens: Fratres, & si præuentus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui estis spirituales, consummate eum in

Gen. 7.

I. Ioan. 5.

Gal. 3.

A spiritu lenitatis. Sed ipse quidem rationis iustæ misericordiæ immemor fuit. Præuentum enim in delicto, non voluntate delinquentem, consummari per argutionem iubet. Atque ideo propheta cum ait: *Corripiet me in misericordia, & increpabit me:* & fidei suæ, & humanæ infirmitatis memor, corripiendum se in his ait, quæ iustæ misericordiæ argutione sunt digna. Orat autem & aliud: ne doctrinis videlicet peccatorum imbuatur, neque usque ad peccandi usum per misericordiam decidat: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Vult eum qui nos doceat atque arguat, conscientiam puræ esse. Dominus verò in Euangelijs, cum de ieiuniorum puritate loqueretur, ait: Vos autem cum ieiunatis, vngite caput vestrum, & faciem vestram lauate. In abluenda facie, nitorem puræ conscientie excigit: ne quid in nobis fordidum, ne quid oblitum adhereret. In capite vero vngendo, doctrinis nos atque operibus spiritualis institutionis perfectos esse præcepit. Oleum enim luminis pabulum, & doctrina atque opus spirituale cælestis nobis gloriæ causa est. Ut enim lumen ex oleo luminis habet causam, ita ut lucem spiritualis gloriæ retineamus, doctrina atque operatio præstat: ut caput nostrum, sedes scilicet prudentiæ, vitæ, & omnium sensuum, oleo operationis doctrinæ pinguefcatur. Sed oleum hoc non à peccatore sumendum est: & orandus est Deus, ne hoc peccator infundat. Ut enim à sancto & à fideli viro argui se velle prudentis est, quia ægris animis, & peccatorum morbo languentibus, vtilis est seuera obiurgationis sub honesto auctore medicina: ita miserum est per peccati miseritiam velle ad ipsam peccantium misericordiam decidisse. Hoc ergo vtrunque à se detestatur propheta. Sequitur deinde: *Quoniam adhuc oratio mea in beneplacitis eorum, sorpti sunt continuati petra iudices eorum.* Causam cur absorbeantur continuati petra eam dicit, quia adhuc sit oratio sua in beneplacitis eorum. Orat propheta eadē quæ superiora sunt, ne olei peccatoris caput suum impinguet. Hoc propheta orat. Sed peccatores ne hæc quidē prophetæ oratione terrentur, ut ab his quæ placita sunt sibi desistant. Nemo enim in peccatis, nisi qui his delectetur, perseuerat: & causam in vnaquaque reperianēdi; voluptatis oblectatio subministrat. Ergo qui adhuc orate eo, in beneplacitis eorum sunt, id est, quia quod erant, non demutatur per eos voluntate peccandi, & peccatores esse persistunt, nec oratio sine accipit: quia tam diu in beneplacitis eorum oratio est, quam diu beneplacitum illis fuerit peccare. Idcirco absorpti sunt continuati petra iudices eorum. Petram non nouimus nisi Christum, quia dictum est de eo: Petra autem erat Christus. Quo adueniente, cum ei hi peccatorum electi & iudices ipsi continuabuntur, absorbentur. Mors enim tunc, & corruptio, & peccatum absorbebitur, ut scriptum est: *Absorpta est mors in contentione.* Vbi est aculeus tuus? vbi est contentio? Aculeus enim mortis peccatum est. Absorbentur autem continuati petra horum iudices, cum illo suo principe, de quo dictum est: Et tunc reuelabitur ille impius, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & euacuabit eum præsentia aduentus sui. Per hanc ergo aduentus Domini præsentiam euacuabuntur absorpti, & absorpti iudicio sanctorum. Sequitur enim: *Audient verba mea qui potuerunt.* Potuerunt vel absorbere, vel audire. In præsentia enim Domini absorbentur prophetica veritatis argutione, & impiæ suæ falsitatis opprobrio. Neque solū audient verba quæ possunt, sed etiam id quod sequitur his accidit. *Tanquam crassitudo*

Matth. 6.

I. Cor. 10.

I. Cor. 13.

Matth. 13.

Deut. 33.

Psal. 21.

Laqueus scandalis.

terra erupta est super terram. Quod autem crassitudo impietatis vitiorum aut comes sit, aut causa: propheta testatur, dicens: *Incrassatum est cor populi huius.* Sed & Moses irreligiositatem populi insolentis proniciat ait: *Manducauit & bibit Iacob, & repletus est, & incrassatus, & calcitrauit dilectus.* Virtutem dicti huius ex ipsa terræ naturâ absolutius intelligimus. Namque scimus crassiores pinguiorēque terras in eas scrobes, & quibus effossæ sunt, ex solido non redire, quia erumpente earum crassitudine, verū ipsarū sunt incapaces. Itaque secundum id quod ait, tanquam crassitudo terræ erupta est super terram: docuit exemplo, quia omnis terræ nostræ, id est, corporis crassitudo, ex naturæ suæ lege vitis effossa erumpit, & capax sui non est, id est, perniciem suam ne in se reformari possit, exæstians. Erumpente autem hac crassitudine super se, habet mœrorem propheta, dicens: *Dissipata sunt ossa nostra sicut fecus infernum.* Se dissipari, se dispergi, se fecus infernum abijci in peccatorum calamitate existimat. Si enim vnum membrum compatitur, compatitur & omnia membra. Omnes enim inuicē vnus corporis membra sumus, vt & in altero psalmo ait: *Dissipata sunt omnia ossa mea.* Non vtiq; ea ossa per quæ corpus nostrum in hanc firmitatem virtutis suæ continetur, sed quia omnes vnum corpus sumus, & inuicem membra sumus, corporis nostri ossa sunt cæteri: vellet potius non erumpere crassitudinem terræ eorū, neque dissipari ossa fecus inferni, sed omnes magis hac quæ consecuta, voce voti vti. *Quia ad te Domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam: custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.* Intenti propheta ad Deum oculi, non deflectitur in aliquas superfluarum rerum admirationes: non ad contumeliam pudicitie honestas humanorum corporum species contuentur, non capiuntur aut preciosarum vestium opere, aut blando argenti nitore, aut illecebroso auri, aut inani honore gemmarum, aut factioso spectaculi theatrialis certamine, aut ambitiosa potestatum seculariū pompa: sed in omnia magnifica Dei opera ad admirationem oculi qui est operatus, intendunt. Neque solum eius, sed etiam mente semper intentus est dicens: *In te speraui, non auferas animam meam.* Ablatio animæ non abolitio eius est: sed cum à gloria constituti sibi honoris aufertur, cum ab expectatione & affectu spei suæ decedit. Multa autē animæ suæ pericula non ignorat esse, cum ait: *Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.* Vbi que laquei, vbi que scandala, mundus oīs plenus infidiis est: siue per principē aeris huius, siue per spirituales virtutes in cælestibus, siue per filios inobediētiam, in quibus spiritus erroris operatur. Habemus enim laqueos in hominibus malæ adhortationis, periculosi exempli, & elicite necessitatis: cum nos ad voluptates hortantur, cum in prosperis suis in Deum impij sunt, cum per contumelias & iniurias ad motum nos turbulentæ voluntatis exagitant. Differt autem laqueus à scandalo. Laqueus enim est adhortatio voluptatum, & ingenium appetitionis inhonestæ, quod modo laquei fallens capit. Scandalum autem est vxor irreligiosa, filius iniquus, & cætera deinceps domi nomina: & omnis ex ecclesia frater, aut contumeliosus, aut avarus, aut ebriofus, aut turpis. In his enim nobis est scandalum: quotiens ad necessitatem irascēdi, arguendi, inhiibendi, vindicandi ex illa quieta fidei nostræ mansuetudine prouocamur. Nouit autem vnū qui per omnes iniquitatem operates, ipse potius in his

laqueis semper operetur, dicens: *Cadent in reticula eius peccatores.* Eius scilicet qui operatur in plurimis: quicquid enim iniquitatum homines gerūt, à diabolo suggeritur. Quem nunc sub singulari numero demonstrat, cum superius sub plurali ministeria eius significasset in plurimis. Plures in eo, & eū significat in pluribus. Atque ideo iniqui laqueos prætedunt, & in reticulo eius cadēt peccatores. Iniqui reticuli sui laqueos prætedunt: cadent autē peccatores, non tunc peccatores cum ceciderint effecti: sed cadentes ob id quia peccatores sunt, captiōni reticuli effecti per id quod peccatores sunt opportuni, propheta autem per spem suam ac fidem tutus, confidenter de se ait: *Singulariter sum ego donec transeam.* Scit impiam esse, vt supra ostendimus, combinationem. Deo autem deditur, nullis alijs seculi negocijs occupatus est & singularis, donec transeat. Et quid est illud quod transeat? Scandala scilicet, & reticula & laqueos. Et quod transeat, vt supra ostendimus. Nempe eo quod dictum est, fidelis enim & sanctus & verus est, qui ait: *Qui autem credit in me non iudicabitur, sed transeat de morte in vitam: Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorū. Amen.*

I. Ioan. 5.

Psalmus CXLI. Intellectus David cum esset in spelunca oratio.

Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum, & reliqua. Psalms huius ratio titulo continetur, sed potius spirituali quam corporali intelligentia: & ideo in titulo intellectus oratio est. Nam si simplex secundum David gesta sensus esset, oratio tantum psalmi titulo fuisset in scripta. Sed quia ad orationis cognitionem spirituali intelligentia opus est: idcirco intellectus oratio, quia sit intelligenda præscribitur. Scimus enim esse & illum David, cuius tabernaculum quod ceciderat, excitatum est, iustum, orientem, regnantē, id est, Dominum nostrum Dei filium: qui frequenter fugerit, frequenter latuerit, frequenter orauerit. In ipso quoque tempore passionis & fleuerit, & ad Deū in tribulatione clamauerit, non ob naturalem quasi passionis metum, sed affectum hominis quem gerebat, ostendens: vt per hanc orationem & filius Dei ad quem oraret, & ipse non simulatus homo, sed verus posset intelligi. Eius itaque esse hæc intelligitur oratio. David quidem in spelunca loquitur, sed propheta in Christo. David fugit, sed fugam Domini sui non tam per verba quam per fugam prophetat. David spiritu defecit, sed & Domini tristis est anima usque ad mortem. David semitas Deus cognoscit, sed & filius nemo nouit nisi pater. David in fidei suæ vijs laquei absconsi sunt, Domino quoque in prædicationis suæ cursu vbi que parantur infidiæ. Hic in spelunca orat, ille orat in corpore. Seruus Dominū prophetat Christum, David iste illum David omnium passionū prophetat exemplo. Atque ideo hæc non tam de se ipso, quam de Domino per David dicta intelligitur oratio: *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio. In deficiente ex me spiritum meum.* Egregie verborum ordo dispositus est. Primum voce clamatur. Omnis enim fidelis viri etiam facta & spiritualis expectatio, Deo clamor est. Deinde voce oratur: id est, desiderij fidei petitio verbis vocis effertur, secundum illud Apostoli:

1. Cor. 14. Pfallam spiritu, pfallam & mente. Tertio in conspectu Domini oratio effunditur, non verbis scilicet de lingua excidētibus: sed de profundo & interno fidei fonte oratio precantis effunditur. Et effunditur in conspectu Dei, non negligenter, neque ex securitate, sed tanquam Domino præsente. Qui enim oratur, vt exaudiat: præsens necesse est esse credatur. Qui autem præsens existimatur: non absentis dissimulatione, sed præsens honore reuerendus est. Quarto quoque tribulationem suam pronunciat. Non impeditur cum tribulatur, quin semper ad Deum omnium angustiarum suarum & passionum molestias referat.

Neque sanè leues tribulationes sunt, quas ante Deū effusa oratione pronunciat: sed in eo cum deficit ab eo spiritus suus. At verò nos leues tantum tentationes ab assiduitate orationis impediunt: & quantulamcumque in secundis modo rebus animi nostri contātam à deuotionis officio repentinus exiguā difficultatis morus auertit. At verò hic nec deficiente quidem spiritu suo cessat, & tribulationem suam pronunciat, & orationem effundere, & voce orare, & ipsa spiritalis fidei voce clamare: *Tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam abscondidisti laqueum mihi.* Hæc tā illius quam huius Dauid oratio esse poterit existimari: quia vt diximus, omnia Domini dicta: atque gesta, & serui fide & prophetæ præfigurauit exemplo. Nunquam verò psalmorum prophetia quotiescunq; ex persona Domini profertur, non aliquid peculiare eius ac proprium quod alij cum eo commune esse nō possit, adiecit: vt quia multa ex persona eius hominis quem assumpsit cōmemorata, personis hominū essent naturisq; communia, psalmi potius de eo prophetia ea quæ propriè ex persona eius dicerentur ostenderet, vt illud nunc: *Considerabam ad dexteram & videbam, quia non est qui cognoscat me. Perijt fuga à me, & non est qui requirat animam meam.*

Dauid enim licet fugeret, non tamen incognitus erat: neque solum ad dexteram cōtuebatur, sed etiam ad sinistram ei conspectus patebat. Illud autem quomodo personæ eius aptabitur: Perijt fuga à me? Dehinc illud, Et non est qui requirat animam meam. Postremo etiam illud quo psalmus concluditur: Me expectant iusti donec retribuas mihi. Contraria sibi ista sunt ex persona hominis intellecta. Si enim sunt iusti expectantes, quomodo nemo cognoscat? Quomodo animam nemo requirit? Per id enim nemo animam requirit, & nemo cognoscat: quia respiciente eo à dextris, nemo iustus est visus. Sed hæc omnia in Domino tempore passionis impleta sunt: cum euntem eum ad crucem eorum nemo comitatus est, quos ad possessionem regni cœlestis secundum Euangelicam dispositionem separatos à sinistra ad dexteram præparabat, ob quos & homo erat natus: cum tot tantisque crucis ipsius signis Deum nemo cognouit, cum frequenter antea latens se his qui eum quærebant, & prodidit, & ingessit. Et per oblationem spontaneæ voluntatis fuga ab eo perijt: cum nullus virtutem vitæ eius quæ in anima significatur, inquirat. Corpus enim quod cruci affixerat contuentes: potestatem animæ quæ se signis & factis Deum probauerat, nemo querebat. Iam illa quæ sequuntur, licet communia videantur esse cum cæteris, tamen etiam per eum tempore passionis omnia dicta gesta que sunt. *Clamauit ad te Domine: dixi, tu es spes mea, portio mea in terra uiuentium.* Clamans dixit, tu es spes mea, cum ait: Pater commendo in manus tuas spiritum meum. Pars eius in terrā uiuentium

Luc. 23.

est, cum latroni die eodem incolatum paradisi promittit, id est, fortem, & regnum hereditatis suæ: vt licet ad inferos adiret, tamen per spiritualem potestatem doceret à paradiso non abesse. Rediit deinde ad orationis suæ modestiam, dicens: *Intende orationem meam, quia humiliatus sum nimis.* Humiliatus est enim, formam serui accipiens, & obediens factus vsq; ad mortem, & mortem crucis. Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me. *Educi è carcere animam meam ad confitendum nomini tuo Domine.* Quamquam enim potestatem haberet ponēdi animā suam, & resumendi: tamen semper per reuerentiam filij, honorem paternæ maiestatis referuauit, cum orat: Pater clarifica me, cum proclamat: Deus meus quare me dereliquisti? In his enim non est infirmitatis suæ confessio, sed paternæ virtutis prædicatio. Liberari ergo se nunc similiter à persequentibus orat, quia confortati sunt. Confortati enim sunt: cum crucifigere audent, cum per carnem Deum nesciunt, cū eos habitus humilitatis & formæ in eo feruili hortatur. Deinde rogat, vt anima sua educatur è carcere. Si in carcere positus etiam ante Noe tempora resurrectionem secundum beatum Petrum Dominus prædicauit: carcer est inferi, à quo se educi rogat, vt & in altero psalmo erat prædicatum, Non contineat super me puteus os suū. Oratio omnis ista ad confessionem, vt diximus, virtutis paternæ est. Sed adiecit & causam, cur sese de carcere oret educi: Ad confitendum, inquit, nomini tuo. Resurrectio eius paternæ in se virtutis operatio est, quia potestas ei omnis ex patre est. Sed per quod sit Dei nomini confitendum, subiecit dicens: *Me expectant iusti donec retribuas mihi.* Omnium apostolorum fides vsque ad resurrectionis tempus fuit trepidā: quā in Domino contuentes, expectationis suæ securitate firmati sunt. Et hinc illud est à Domino dictum: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Non enim ait, propter mortem, quia licet se passioni daret, non tamen virtus æterna dolorem passionis exciperet. Sed quia apostolorum metus per humilitatem passionis exortus, adeo vt & firma illa superædificandæ ecclesiæ petra trepidaret, post mortem & resurrectionem Domini in eadem trepidatione esse desineret: idcirco vsq; ad mortem tristis est, post quā trepidantis fidei essent securitate firmandi. Expectant ergo iusti donec sibi retribuatur à Deo. Et quid ei à Deo retribuatur, Apostolus docuit, dicens: Propter hoc exaltauit eum Deus, & donauit ei nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria Dei patris est. Hæc ei à Deo retributio est: vt ei corpori quod assumpsit, paternæ gloriæ donetur æternitas.

Quæ autem sit iustorum expectatio, idem Apostolus docet, dicens: Nostra autem conuersatio in cœlis est, vnde & saluatorem nostrum expectamus Iesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, cōformatum corpori gloriæ suæ. Expectant ergo eū iusti dum retribuatur illi: scilicet vt conformes fiant gloriæ corporis ei, qui est benedictus in secula seculorū, amē.

Psalmus CXLII. Ipsius Dauid, quando persequetur eum Absalon.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, in veritate tua exaudi me in tua iustitia. & reliqua. Psalmsi super scriptio nulla esse secundum Hebræos videtur. Id enim ab his qui vtraque lingua eruditi sunt traditur.

Philip. 2.

Ioan. 17. Psal. 21.

Matth. 26.

Philip. 2.

Philip. 3.

Translatores cæteri q; nihil omnino de rebus gestis, id est, de Absalon in Dauid patris sui insectatione scripserunt. Sed hi septuaginta seniores quibus legis ac prophetarum scientia vltra præscriptum & ambiguitatem literæ fuit, addendum hoc psalmo iudicauerunt. Causam verò iudicij istius in exordio psalmorū docuimus, per quam nihil in psalmis nisi prophetici cognoscimus oportere tractari. Cum enim nec gestis sermo, nec temporibus ordo conueniat: reliquum est, vt in exemplum ac scientiam gerendorum & gesta omnia in Dauid, & ab his in intellectu esse doceamur. Apposita ergo nunc psalmo super scriptio est quæ non extat in libro: vt vbi extat, id est, sicut in psalmo tertio, in quo à facie eius qui nunc persequi inscribitur fugerit, ad scientiam propheticæ intelligentiæ vocemur. Prophetat ergo nunc Dauid passionibus suis dominicas passiones: non de Absalon conquerens, sed de his qui Absalon ad impietatis crimen ignerent. Ignita enim secundum Apostolum diaboli sunt iacula: quæ se in cor Iudæ vt Dominus traderetur inuicerint, & nunc in filiis inobedientiæ operentur. Ob quod Dominus assumpta peccati carnis similitudine, de peccato condemnauit peccatum in carne. Tractabimus ergo psalmodum ex persona prophetæ, intelligens se in peccati corpore positū, & inter multas & graues diaboli tentationes per hominē fatigari. Nam vt Dominus principem mundi non ignorauit hæc in se per Iudæos Iudamque gessisse, cum ad Apostolos dicit: Ecce ex vobis vnus est satanas: totus enim hoc esse, quia per eum animabatur ostenditur: ita & Dauid in Absalon eos per quos Absalon est, talis intelligit. Et quia iam in tertio psalmo latior hinc fuit sermo, nunc psalmi ipsius dicta tractemus: ita vt me minerimus omnia quæcunque sub prophetæ nomine dicuntur, etiam ad personam Domini esse referenda: qui se ex forma Dei euacuans, & formam serui assumpsit, infirmissimum naturæ nostræ hominem etiam vsque ad ignoratæ diei, atque horæ suæ scientiam sit professus.

Ioan. 6.

Deus exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.

Primum orationem suam deprecatur audiri: quia id humilitatis humanæ est, vt audientiam Dei his quæ oret exoptet. Secundo deinde secundum propheticā scientiam, vt in veritate Dei audiatur exoptulat. Non est huic fidei viro Deus ex elementis seculi, non ex regum nominibus, non ex errore seculi in faxis & metallis & lignis: sed verus ei Deus est, æternus, omnipotens, & vniuersitatis effector. Tertia quoque postulatio est, vt in iustitia Dei audiatur. Non est tyrannicæ voluntatis Deus, non præduræ & iniquæ pertinaciæ arbiter: sed qui rationem habeat infirmitatis humanæ. Neque qui hos demutabilis naturæ nostræ promptissimos lapsus secundum indemutabilis substantiæ suæ indeflexam constantiam metiatur, sed iustus & moderans tantum ab homine expectet, quantum meruerit humanæ licere naturæ. Et ideo subiecit, ad id quod se in iustitia Dei orauit audiri:

Et non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quid enim spei est si iudicari nos secundum se Deus velit, si ad comparationem sui vitæ nostræ innocentiam postulat? Iustificari autem in conspectu Dei quis viuētium potest: cui ira, cui dolor, cui cupiditas, cui ignoratio, cui obliuio, cui casus, cui necessitas, vel per naturam corporis, vel per motum animæ semper fluctuantis admixta sint? Cui & quotidie grauius

hostis immineat, diabolus videlicet, animæ viri fidelis insidians, eamq; ad interitum persequens? Hanc enim esse causam docet, quia nemo viuens iustificari in conspectu Dei possit: *Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi.* Obscuritas per corporis vitia effunditur, & cum per diaboli laqueos in cupiditates carnis incidimus, à cogitationis luce depulsi in obscuris collocamur gentium tenebris demersi, & secularium operum nocte detenti. Sed quantumlibet persequens animam inimicus, & humilians in corpore tãquam mortuum seculi collocet in obscuro: spiritalis tamen viri anxietas his corporis tenebris non tenetur, & cor super hac ipsa naturæ suæ infirmitate turbatur, repugnansq; vitis hominem suum in memoria prima suæ constitutionis, & in meditationem Dei operum conuertit. Non enim eum inimicus in obscuris mortuum, sed tanquam mortuum seculi collocauit: per quod libertas spiritus semper in se anxij reseruetur. Id enim sequitur: *Et anxietus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabor.* Scit Adam à diabolo captū, & idcirco memor est antiquorum dierum. Scit eum per transgressionem legis constitutæ, & à promissionibus Dei & ab incolatu paradisi excidisse. Et ideo memor est operum Dei. Scit non sufficere ex præterito innocentiam, sed beatum esse qui vsq; in finem innocens esse permanerit: & ideo in factis manuum Dei meditabitur. Facta manuum Dei homo ipse est: qui postquam peccauit, peccati seruus efficitur. Talis igitur esse meditatur, qualis ille à Deo factus fuit ante peccatum. Per quod quia non mortuus seculi, sed tanquam mortuus seculi in obscuris est collocatus, meditabitur semper: quia antiquorum dierum memor sit per transgressionem legis mortem introisse peccati. In eo autem, quod & memor antiquorum dierum & in operibus Dei meditatus est, atque meditabitur, quantum per fidem suam ceperit, tamen non proprium suum esse ne insolens existimetur, sed per auxilium Dei ad quem orauit sibi indultum esse demonstrat, dicens:

Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua. Terra sine aqua arida & infœcunda est, & irrigari semper imbre pluuiæ cœlestis expectat: ita & sancti anima naturæ suę conscia immadescere se dono diuini eloquij desiderat. De quo Moses ait: Expectetur sicut pluuia dictum meū, & descendant sicut ros verba mea, vt pluuia super gramen, & vt niues super fœnum. Arens ergo & sitiens anima tali prophetica doctrinæ imbre perfunditur: vt mortua & ieiuna ariditate naturæ, in vberes fructus præceptorum Dei cognitione reuifescat. Iam in his quæ sequuntur humanę fidei & conscientiæ confessio est, per diapsalmatis intercessionem impatientia prophetici desiderij monstrata. *Velociter exaudi me Domine defecit spiritus meus.*

Moras corporis sui propheta non patitur, & secundum illud Apostoli: Dissolui melius est, & cum Christo esse. Et illud: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis istius? Et illud: Quia in hoc veteri tabernaculo congemiscimus desiderantes superinduitædium & ipse in corpore mortis patitur: sed velocitatem auxilij, quod ob defectionē spiritus deprecatur, cum gratia diuini in se muneris optat expleri. Quid enim sibi proderit exauditus esse velociter: nisi tanquam fidelis, & Deo placens & beatissimis locis quieturus excedat è corpore? Et idcirco ait:

*Non auertas faciem tuam à me, & similes ero descendenti-
bus in lacum.* Lacum pœnalem inferorū locum scri-
ptura commemorat, vt in his psalmis ait: Tu Domine
abstraxisti ab inferno animam meam, seruaſti me à de-
scendentibus in lacum. Ergo nisi facies Dei, qui vtiq;
Christus est, qui imago Dei inuisibilis est, vniciue
sancto affuerit: erit illis similis qui pœnæ infernæ de-
putati è vita sine spe quietis exceſſerint. Sed de spe sua
propheta non ambigit, neque extra Euangelicæ securi-
tatis fiduciam est. Tempore quidem ipse anterior,
sed in spiritu Apostolici gaudij particeps: qui resurre-
ctionem Domini contuentes eternitatem caducorum
corporum crediderunt. Id enim in cōsequentibus ait:
*Audit am fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te
speraui.*

Ibidem. Matutinæ huius misericordiæ gaudium locis plu-
rimis demonstratur, velut tum cum ait: Ad vesper-
um demorabitur fletus, & ad matutinū lætitia. Hoc
enim resurrectionis est tempus, in per misericordiam
Dei potestas mortis confracta est. Quam misericordi-
am, quia in ea propheta sperauit, optat audire. De-
hinc sequitur: *Notam fac mihi viam in qua ambulem,
quia ad te leuaui animam meam.* Apostolus per specu-
lum, & in enigmate videt, & pro parte scit, & pro par-
te prophetat. Propheta quoque tāquam per naturam
humanæ fragilitatis ignorās, notas sibi fieri in quibus
ambulet vias orat. Non enim hęc seculi viæ vtilis sunt,
spirituales illas & cœlestes ille nosse desiderat. Id e-
nim ait: Quia ad te leuaui animam meam. Non in hu-
milibus est anima illius, sed in excelsis: & idcirco ex-
celsarum viarum postulat notionem. Scit enim esse
inimicos sibi qui se in alias auocēt, qui in voluntatem
alteram deducant. De inimicis istis spiritualibus Apo-
stolus multa, & frequenter ingessit. Ab his ergo se e-
ripi orat, & viam illam tribulatam, quæ ad cœlum agit
cognoscere rogat, & de voluntate Domini doceri, &
per spiritum eius in terram rectam deduci: id est, vt
constituatur in hominem non vitiis peruersum. Nam
in rectam terram se dirigi quomodo optasset, cum ele-
mēti huius natura existimabitur: nisi quod secundum

Genes. 3. primi hominis naturam, cui post peccatum dictum:
Terra es, & in terram ibis, constituisse hominem re-
ctum indeflexumque desiderat? Id enim sub his di-
ctis continetur: *Notam fac mihi viam in qua ambulem:
quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis
Domine, ad te cōfugi: doce me facere voluntatem tuam, quia
tu es Deus meus. Spiritus tuus bonus deducet me in terram
rectam, propter nomen tuum Domine viuifica mihi. Con-
sonans Apostoli confessio est ad id quod ait: Doce me
facere voluntatem tuam: illud quod per eum dictum
est: Et qui putat se scire, nondum scit quemadmo-
dum oporteat se scire. Quod si nec orare quidem ad-
huc scimus, & loqui desideria nostra nō nouimus, spi-
ritu potius pro nobis inenarrabilibus gemitib⁹ postu-
lante, & imperitiam nostram arcana scientiæ effectu
repenſantæ secundum hoc Apostoli dictum: Quid e-
nim oremus secundum id quod oporteat nescimus,
sed ipse spiritus pro nobis postulat gemitibus inenar-
rabilibus: non incondite propheta creditur orare, vt
voluntatem Dei doceatur explere. Et competens il-
la humanæ verecundiæ professio est, vt quod per spi-
ritum Dei in terram rectam deducendus sit: id non
meriti esse sui arroget, neq; per satisfactionem pij ob-
sequij id sibi postulet: sed totum hoc ad clarificandum
in se Dei nomen expectet, vt propter honorem Dei
nominis in terra recta esse statuatur. Et quia hanc ter-*

Rom. 8.

A ram rectam scit sibi non in corpore mortis huius pos-
se concedi, quia labes carnis humanæ per admixtam
in se vitiorum cōsuetudinem aboleri penitus nisi cum
naturæ demutatione non possit: viuificari se, quasi nō-
dum viuat exoptulat, dicens: Viuificabis me in aequi-
tate tua.

*Educes de tribulatione animam meam, & in misericor-
dia tua disperdes inimicos meos. Et perdes omnes qui perse-
quuntur animam meam, quoniam seruus tuus ego sum.*

Habuit quidem, vt diximus, hoc iustitia verecun-
diæ, vt quicquid aliud sibi beatitudinis sperat, id pro
magnificentiā Dei potius, quia Deo beata & æterna
& bona tribuere sit dignum, quàm pro merito suo po-
stulet: sed tamen præferens honorem & misericordiā
Dei, merendi quoque id per se non excludit officium.
Nam cum viuificandus sit, viuificandus tamen est in
æquitate, quia æquum sit vitam retribuere spem suam
cūctis. Et cum per misericordiam Dei educto eo de
tribulatione disperdendi sint eius inimici, iam non est
misericordia indiscreti confusiq; iudicij, cum quæ
à tribulatione educit, eadem disperdit inimicos: quia
ex meritorum diuersitate vel in pœnam, vel in miseri-
cordiæ iudicium temperetur. Non leues autem sibi
esse inimicos propheta demonstrat, sed eos qui etiam
animam persequantur: non quod cum corpore possit
occidi, sed quod ita diabolicis infestationibus fatige-
tur, & sub iniectorum sibi vitiorum in centibus adura-
tur, vt à Deo mereatur occidi. Verum vt etiam inimi-
ci sui pereant, quanquam ad id potissimum & nomen
& misericordia Dei est: tamē etiam ea causa est, quod
seruus Dei est, cuius animam persequantur. Et libe-
ralitas admiscetur & meritum, atque ad Domini mi-
sericordiam serui quoque & fides & nomen adiungit-
tur: vt misericordia Dei quanquam omnibus prom-
pta sit, his tamen qui serui eius sunt intelligatur assi-
stere, per eum & in eo qui ait: Ego sum vobiscum o-
mnibus diebus vsque ad cōsummationem seculi, Do-
minum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus
& nunc & semper, & in omnia secula seculorum.

D Amen.

Psalmus CXLIII. Psalmus David in Goliath.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet ma-
nus meas ad bellum, & digitos meos in prelium.
Misericordia mea & refugium meum, susce-
ptor meus & liberator meus. Et reliqua.

Et huic quoque psalmo addendam hanc septua-
ginta superscriptionem putauerunt: Psalmus David
in Goliath, cum neque in Hebraicis libris reperitur,
neque translatore alij quicquam aliud quàm simpli-
cem titulum præscripserint: id est, David. Quod non
sine spirituali ratione effectum fuisse psalmi ipsius tex-
tu docetur: nihilq; hic psalmus proprium habet, quod
ad gratulationem perempti Goliath possit referri, cum
magis illic & gestis & tempori multa contraria sint.
Cum enim dicitur: Subiiciens populum meū sub me,
nunquid tum David rex erat? aut quis tum ei populus
subiectus est, si allophylorum non erat suus? Sed ne i-
pse quidē Israel, Saul adhuc regnāte poterat esse sub-
iectus. Deinde & illud: Domine inclina cœlos & des-
cende, tange montes & fumigabūt. Corusca corusca-
tiones, & dissipabis eos: quæ esse intelligitur ob huma-
nū tempus oratio? Aut cum secundū titulum Golia ef-
set occisus, quid sibi hæc preces volūt: Eripe me & libe-
ra me de aquis multis, & de manu filiorū alienorum?
Aut

Aut cum rex tantum vnus in Israel esset, quid est istud,
quod dicitur: Quia das salutē regibus? Numerus plu-
rimorum intelligentiam eius temporis, quo vnus tan-
tum habebatur, excludit. Sed cum nec in Hebraicis
libris ita sit, neque translatore ceteri horum aliquid
addiderint: intelligimus septuaginta hos seniores vo-
luisse nobis spiritualis scientiæ sensum dare, vt in Da-
uid & Golia bellum præfiguratum esse fatanæ domi-
niq; sciremus: cum neque superscriptio extaret in
libris, neque rebus gestis prophetiæ sermo cōcineret.
Affert autem plerunq; nobis difficultatē intelligen-
tiæ ratio Latinitatis, quæ nominibus pronomina non
est solita præponere: vt in David nomine accidit. Cef-
sante enim pronomine, in certum est vtrum in illum,
aut per illum psalmum extiterit. Cum enim scribitur
psalmus David: vtrum ab illo dictus sit, aut propter il-
lum, ambiguum facit nominis sola præscriptio. Græ-
citas verò cum per David psalmum scriptum esse si-
gnificat, ita titulum inscribit: psalmus 74 David. At
verò cum de David vult psalmum qui sit scriptus
intelligi, ita superscribit, 74 David: discernens per v-
triuſque pronominis propriam significationem, v-
trum David scripti psalmi autor an causa sit: vt super-
scriptio psalmi istius continet, 74 David. Id enim est
quod propter eum, vel illi potius quàm ab eo scriptus
sit. Ex qua etiam psalmi superscriptione monstratur,
in eum hominem quem Dominus assumpsit in eo na-
scens, & quem David sapissime nominari docuimus,
psalmum hunc spiritus virtute & ore cantatum.

*Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas in
bellum, & digitos meos in prelium.* Si ob id gratulatio-
ni interfecti Goliath deputatur hic psalmus, quia di-
ctum est: Qui docet manus meas in bellum: accipiant
exemplum hoc personæ potius Domini conuenire.
Nam in septimodecimo psalmo qui totus ex persona
Domini consistit, id ipsum dictū ita meminimus: Qui
docet manus meas in prelium, & posuisti vt arcum æ-
reū brachia mea. Quod autē nihil in illum David re-
ferri possit: in omni quidē psalmo, sed maxime his di-
ctis docetur: Audiuit de tēplo sancto suo vocem meā,
& clamor meus in conspectu eius introiuit in aures e-
ius. Et cōmota est & contremuit terra, & fundamēta
montium conturbata sunt. Et illud: Clamauerunt,
nec erat qui saluos faceret, ad Dominum, nec exau-
diuit eos. Et comminam illos, vt puluerem ante fa-
ciem venti, vt lutum platearum delebo eos. Eripiet
me de contradictionibus populi, constituit me in ca-
put gentium. Populus quem non cognoui seruiuit mi-
hi, ad auditū auris auediuuit mihi. Rebus ipsis inepta
eorum intelligentia coarguitur, qui hæc David de se
ipso dixisse contendunt: cum omnia in eum quem
Dominus in eo natus assumpsit, secundum spiritua-
lem rationem & gesta conueniant. Manus igitur eius
edoctæ ad bellum sunt, cum vicit seculum. Ego enim,
ait, vici mundum: cum extensis in crucem inuictissimi-
mis armis ipsius passionis instruitur. Et posuisti, in-
quit, vt arcum æreum brachia mea: cum de omnibus
virtutibus ac potestatibus in ipso se trophæo glorio-
sæ crucis triumphat, & principatus & potestates tra-
duxit cum fiducia triumphans in semetipso, cum dif-
fidentia inter se cœlestia & terrena pacificat. Et in i-
pso, inquit, reconciliari omnia in eum pacificans per
sanguinem crucis suæ, siue quæ in terra sunt, siue quæ
in cœlis. Ad hoc igitur bellū manus eius edoctæ sunt,
in quo arcus ærei certamine vincitur: de honestatio-
ne potētes triumphauerunt: pace reconciliantur inimici.

A Sed post manuum bellum, succedit & digitorum præ-
lium. Omnis enim in eo habitus & pugna passionis
ostenditur. Manus enim extenduntur, & digiti confi-
guntur in psalmis: vetus scilicet chirographum, secun-
dum Apostolum, delens & affigens illud cruci. Etiam
eas partes manuum commemorat in prælio, cum qui-
bus omnia veterum crimum peccata confixa sunt.
Dehinc sequitur:

*Misericordia mea & refugium meum, salus mea, libera-
tor meus es tu. Protector meus, & in ipso speraui.*

Carent ista difficultate. Omnia enim in euange-
liis ita gesta ab eo atque dicta sunt, vt honorem maie-
statis paternæ per humilitatis nostræ confessionem,
quorum habitum assumpserat, prædicaret. Illud au-
tem, quod ait: *Subiiciens populum meum sub me*, non
ex persona vnus Iudæici populi dictum existiman-
dum est: cum vniuersitatem ecclesiæ vnum populum
in psalmo alio nuncupauerit, dicens: Populus quem
non cognoui, seruiuit mihi. Quod autem etiam hic,
qui eum non cognouit suus sit, euangelia docent cum
aiunt: In sua venit, & sui eum non receperunt. In
mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus
eum non cognouit. Sed ne forte hic populum quem
cognouit, & sibi seruiuit, non fuisse, quia non
erat cognitus existimetur: diuina illa Mosi cantio er-

Deut. 32. rorem hunc omnem ambiguitatis excludit, dicens:
Cum diuisset excelsus gentes, statuit fines gentium
secundum numerum angelorum suorum, & facta
est portio Domini Iacob, funiculus hereditatis eius
Israel. Ille in hereditatem æternam fuerat electus.
Et ideo quia ille portio Domini erat, ceteri quasi in-
cogniti habebantur, quia illi essent per priuilegium
portionis electi. Sui autem omnes, quia sibi quod
sunt tanquam auctori suo debent. Subditi autem ei
sunt, cum dicitur: Sicut dedisti potestatem omnem
carnis, vt omne quod dedisti ei, det illi vitam æter-
nam. Et illud: Omnia data sunt mihi in cœlo & in ter-
ra. Data autem nondum ei primum, quia iam in mun-
do erat, per quem mundus erat factus, qui gloriam re-
petit, quam ante constitutionem mundi habuerat ap-
ud patrem: sed data post hominis assumptionē, quia
ita dictum est: Qui cum in forma Dei esset, formam
serui accepit. Propter quod exaltauit illum Deus, &
donauit illi nomen, quod est super omne nomen.
Quid ergo vel cui donatur? Non ei vtiq; qui in for-
ma Dei erat donatur, vt Dei forma sit. Erat enim, &
quia erat iam non egebat hoc dono. Sed fuit causa
donandi, quia qui in forma Dei erat, formam serui ac-
cepit: & se de forma Dei euacuans, formam serui as-
sumens, vsque ad mortem obediens fuit. Obedientiæ
ergo illi, per quam habitus seruilis assumitur, & ipsi
habitu seruili id donatur, vt quod erat esset: in forma
scilicet Dei esset. Damnum enim ad detrimentum
sui euacuata formæ Dei nescit, assumptioni potius ser-
uili formam Dei rursus adquirens: ita neque virtus in
humilitatem sese licet cohibens deficit ex sese, cum
quod erat est: & humilitas cohibita in sese virtute sus-
cepta, cum quod non erat esse cepit, profectum eius
quæ à se non defecerat virtutis accepit. Et hæc qui-
dem Euangelici sacramenti, & humanæ spei veritas
est: humanam naturam corruptibilemque carnem per
huius gloriæ demutationem in æternam transformatā
esse substantiam. Sed huius tanquam difficillimi facti
admirationem, & maximæ ac pulcherrimæ spei donū:
etiam præsentī psalmo propheticus sermo testatur, ad
id quod dixerat: Subiiciens populum meum sub me.

Matth. 28.

*Psalm. 27.
10m. 1.*

Deut. 32.

10m. 17.

Matth. 28.

Phil. 2.

Col. 1.

Domine quid est homo, quia immotus est ei, aut filius hominis, quod deputas eum? Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut umbra pratererunt. Non differenter in octavo quoque psalmo proclamat Spiritus sanctus: Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, quonia visitas eum? Confessio ista pulcherrima est, vt indigni se homo tanto munere ipse testetur. Et cum se indignum confitetur, gratiam eius, qui sibi hac largitur extollit. Quod enim meritum homini est, vt ei se cognoscibilem Deus praestet: vt incognoscibilis natura cognitioni nostrae sese ipsa submittat? Aut quae dignitas est filij hominis vt deputetur? Deputatur autem, quicquid de eo in quo est in aliud destinatur. Rei naturam verborum virtus eloquitur. Homo vanitati similis effectus, & cuius dies tanquam umbra pratererunt, per indultam cognitionem Dei deputatur. Vanitas seculum est, cuius habitus & forma tollitur. Deo enim inane est quicquid quamvis extet, tamen non ita subsistit vt maneat: & umbra quaecunque etiam si sit, tamen non est, quia cum sit, abeunte eo per quem efficiebatur exinanitur. Homo itaque non umbra, sed umbrae similis: non vanitas, sed similis vanitati per intercessionem mortis effectus: per indultam vero sibi cognitionem Dei deputatur, & in quid deputetur cognitio indulta testatur. Si enim cognitus fieri Deus homini, nisi assumpto homine non potuit: quia incognoscibilem cognoscere, nisi per naturam nostram natura nostra non potuit, & per hanc cognitionem homo qui deputatur, necesse est vt inde deputetur, in quo Deum ipse cognouit: scilicet, vt conformis Deo fiat, quia hac sit deputatio cognitionis indultae. Et quia ex persona eius hominis, quem Dominus assumpsit, hac omnis oratio est: scit cum quanta se dignitate Deus legibus mortis absoluat, & iniquorum manibus per gloriam resurrectionis abripiat dicens:

Domine inclina caelos tuos & descende, tange montes & fumigabunt. Corusca coruscationes & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto. Simile his dictis, psalmo cuius superius meminimus, continetur: Et inclinavit caelum & descendit, & carbones succensi sunt ab eo, & ignis a facie eius exarscit, & ascendit fumus in ira eius. Misit sagittas & dissipauit eos, & fulgura multiplicauit & conturbauit eos. Misit de summo & accepit me, assumpsit me de multitudine aquarum. Eripuit me de inimicis meis fortissimis. In eo autem quod fortissimos dixit, possumus intelligere quos dixerit: nempe de quibus Apostolus ait: Non est nobis pugna aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi potentes, aduersus spirituales nequitas in caelestibus: satana ipso se in cor Iudae, vt Dominum traderet inferente. Sed & in hoc psalmo hoc contuendum est: Corusca coruscationes & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Non illos superius, de quibus ita memorarat ostendit: quod necesse est, ad montes hos referri, qui ad solum Dei tactum sumabant. Et ne de terrenis istis montibus dictum existimemus, psalmo alio admonemur, cum dicitur: Vt quid suspicatis montes coagulatos? Et quantum intelligi conceditur, montes interdum etiam diabolicas potestates, vt nunc in hoc loco significari arbitramur: qui constitutione diuinae legis transgressa, tanquam ex lactis sinceritate vitiosa coaguli corruptione coagulauerint. Et hos esse potestissimos inimicos suos psalmus anterior locutus est. Descendit ergo Dominus inclinato caelo suo, non corporali motu, vt declinatum descendente eo cae-

Psal. 17.

Ephes. 6.

Psal. 67.

lum sit: sed per corporalem significationem spiritualis sensus instruitur, vt cum Deo somnus, uigilia, memoria, obliuio, discessus & accessus ascribitur: quia secundum meritorum nostrorum differentiam vnicuique nostrum, aut dormiens, aut vigilans, aut immemor, aut recordas, aut desit, aut adsit. Atque ita inclinatum declinante eo caelum est: quia cum descendente eo ad assumendum hominem famulatus caelestis astiterit, cum Maria euangelizatur, cum pastores aethereum coetum & sonum vident atque audiunt, cum post tentationem diaboli angeli ministrant, cum ipse totus in forma licet serui, tamen in paternae maiestatis virtute se gessit: sic inclinatur caelum, cum ad terras caelestium virtus honorumque deducitur. In eo autem quod tacti montes fumant, potius quam vruntur, cum tamen id quod fumat vratur: deinde cum coruscantibus coruscationibus dissipantur potius quam illucescunt: tum quod emissis sagittis conturbantur magis quam configuntur: non sine maxima ratione spiritualis intelligentiae ita dicitur. Et quidem iam & alius psalmus his paria significat, cum ait: Praeparans montes in virtute tua accinctus potentia. Aduentu enim Domini contracta & obtrita diaboli potestas est: cum fidei sanctorum hominum subiectus est. Non quod no adhuc potestis suae maximas habeat vires: sed per id quod vtunque subiectus est, praesentis subiectionis conditione vltioni & poenae legitimae praeparatur. Vt nunc per hanc eandem subiectionem virtute Dei tactus fumet, licet nondum totus vratur: sed per id quod interrim fumare potuit, & vri posse noscendus est. Virtus non ille tantum, sed & omnes eius. Non vni tantum praeparatus hic ignis est, Domino dicente: Abite in ignem aeternum, quem praeparauit pater meus diabolo & angelis eius. Hi ergo montes tacti a Domino fumabunt. Dissipabuntur etiam per coruscatas coruscationes: lumen scilicet eorum, de quibus dictum est: Vos estis lumen mundi, non ferentes. Domini namque aduentus, tanquam fulgur ab oriente vsque in occidentem apparens intelligitur. Sed interrim coruscationes multae sunt, id est, apostolicae praedicationes, & splendor doctrinae Dei: quae condensam illam & conspiratam demonum virtutem coruscationis luce disperget. Sagittae etiam emissae conturbabunt eos. Meminit eadem quoque prophetia, & loco alio harum sagittarum: Sagittae, inquit, paruulorum factae sunt plagae eorum. Paruulorum, vt Apostolus ait, malicia: non sensu. Horum igitur, id est, fidelium ad innocentiam renatorum verba, tanquam sagittae emissae illos fumantes montes conturbabunt: cum regni caelestis beatitudo & aeternitas praedicetur: cum honor seculi contemnatur, & Christi gloria speretur: cum luxur & ebrietas relinquatur, & corpus ieiunij purgetur: cum auaritia vincatur, & largitio exerceatur: cum virgines corpus suum oderint, cum viduae fuisse virgines maluisent, cum confessorum vitam suam detestentur, cum mori martyribus sit optabile. Et hoc totum sagittae istae, id est, doctrinae & orationum verba praestiterint, quae emissae eos qui his aduersabantur conturbant: cum cessante regno eorum Christi regni expectatio praedicatur. Sed ex alto manus Domini emittitur. Manum autem Dei Dominum nostrum Iesum Christum significari in spiritu, non obscura doctrina est. Per eum enim facta sunt omnia. Et scriptum legimus: Manus enim, inquit, mea auxiliabitur ei. Quia per filium Dei homo assumptus, laqueis mortis, & iudicio iniquae damnationis per gloriam resurrectionis eripitur. Sequitur enim:

Psal. 64.

Matth. 23.

Psal. 63.

I. Cor. 14.

Psal. 88.

Eripe

Eripe me de aquis multis. Aquas populos dici vstitata cognitio est, vt etiam per Isaiam dicentem docemur: Propter hoc ecce Dominus inducet super vos aquam fluuij validam & multam & regem Assyriorum. Quorum virtus atque vita, in abolendum finem exemplo aquae transfuentis elabitur. Vt hic idem propheta ait: Perierunt sicuti aquae praeterfluentes, quia natura earum cessante incremento maris, in quod feruntur, eximitur. *Et de manu iniqua filiorum alienorum.* Dei enim esse destiterant, de quibus dictum est: Filij alieni inueterauerunt. Et quibus dictum est: Vos de diabolo patre estis. Sed non solum filij alieni sunt, Dominum suum non recipiendo, sed etiam id quod sequitur: *Quorum os locutum est vanitatem.* Vanitas oris & confusio fuit illa, quia dictum est: Nos non habemus regem, nisi Caesarem. Regem enim seculi, id est vanitatis, populus in regnum aeternum electus elegit. *Et dextera eorum dextera iniquitatis.* In dextera est cum palmis caedit, cum virgis laenat, cum calamo collidit, cum corona spinea coarctat, cum clauo manus ac pedes figit, cum fel acetum admittet: cum omnia iniquitatis opera consummat. Post quae poterit a Domino gesta atque perfecta, nouo nobis gloriose victorie erit canticum concinendum. Ait enim: *Deus canticum nouum cantabo tibi, psalterio decachordo psallam tibi.* Et quod hoc nouum canticum sit contuendum est. Plures autem nouum canticum cantantes psalmi reperiantur. Noragesimus enim quintus psalmus, ita cepit: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Et rursum: Annunciate inter gentes gloriam eius, in omni populo mirabilia eius. Et rursum: Commoueatur a facie eius omnis terra, dicite in nationibus, Dominus regnabit. Hoc canticum nouum, quod omnis terra cantat, quod iam non intra Iudaeae limbos atque fines cognitio eius, qui omnia creauit esse celebratur: quod iam inter gentes gloria Dei inuisibilis nunciatur: quod omnes patriae gentium laudationem honoris debiti confitentur, quod in nationibus Deus regnaturus ostenditur. Nouum hoc inter tot errores seculi canticum est, & errantibus antea gentibus inopinatus hic hymnus: per quem Deus inuisibilis, incorporeus, aeternus, & iusti iudicij iudex, & beatae hereditatis rex esse cantatur. Est & nonagesimus septimus psalmus canticum nouum cantans: Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit Dominus. Sed nescio an idcirco sit canticum cantandum, quia mirabilia Deus fecerit. Olim caelum pulcherrimum atque immobile manet. Olim in eo astra indefessis officiorum suorum cursibus perseverant. Olim tempora alterno & indemutabili recurso temperantur. Olim terra annuis fructibus diues est. Olim homo maxime mirabile opus Dei nascitur. Et si nihil postea Deus mirabile quum haec creauit adiecit: quero quod nouum canticum ob mirabilia facta cantandum sit. Et non diu nos psalmus patitur errare. Ob quae enim mirabilia nouum canticum cantare ostendit dicens: Liberauit eum dextera eius, & brachium sanctum eius. Notum fecit Dominus salutare suum ante conspectum gentium. Hoc nouum canticum est, hoc mirabile Dei est: quod liberauit eum dextera eius, quod sibi ipsi salutem virtus sua tribuit. Potestatem, inquit, habeo animam meam ponendi, & potestatem habeo animam resumendi. Non externo eguit vnigenitus Dei filius ad saluandum hominem, in quo nasci voluit, auxilio, & in gloria paternae maiestatis manes sua in se vsus est potestate: qua per resurrectionis gloriam

Ioan. 8.

Ioan. 19.

Psal. 95.

Psal. 9.

Psal. 95.

Ioan. 10.

salutare suum notum gentibus fecit, cum in eo naturae suae carnem in aeternae salutis substantiam transformata esse cognoscunt. Cantat & centesimus quadagesimus nonus psalmus canticum nouum. Et cur sit hoc canticum nouum mox propheta subiecit, dicens: Exaltabit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis. Et exaltationes Dei in guttore eorum, & gladij bis acuti in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in manicis & compedibus, & nobiles eorum in vinculis ferreis. Vt faciant in his iudicium conscriptum, gloria haec est omnibus sanctis eius. Hoc canticum nouum est, Dei sanctos iudicij aeterni sumere potestatem. Sancti enim secundum Apostolum mundum iudicabunt. Hoc igitur nouum canticum a nobis, vltio in nationes, argutio in populos, manica & compedes regum, & nobilium vincula ferrea, & conscripti in eos iudicij sententia. Quod etiam in huius psalmi nouo canticum simile cantatur: Deus cantionem nouam cantabo tibi, psalterio decachordo psallam tibi, Qui das salutem regibus. Decachordus igitur psalterio, id est, vel quod decem chordarum illud psalterium sit, vel quod decem verborum organo atque gestis cantio noua ista cantatur: vel quod homo ipse decem quibusdam chordis manibus ac pedibus extensus, perfectus spiritualium operum suorum gestu motuque sic psallat, vt cantionem nouam hanc cantet:

Qui das salutem regibus.

Regibus quibus dictum est: Venite benedicti patris mei, possidete praeparatum vobis regnum a constitutione mundi: qui nobiles ligabunt, qui reges manicis & compedibus constringent, qui iudicabunt, arguent, vindicabunt. Et quomodo salus regibus detur ostendit. Qui, inquit, liberus Dauid seruum tuum. Eum nempe Dauid, de quo hic idem liber ex persona Dei patris alio psalmo propheta: Posui adiutorium super potentem, & exaltaui electum de plebe mea. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto inuocavi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei. Ipse inuocabit, pater meus est tu Deus meus, & susceptor salutis meae. Et ego priuogenitum ponam eum, excelsum super omnes reges terrae. Et sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in tertium, & testis in caelo fidelis. Et rursum in psalmo eodem ex persona eius ad patrem: Sicut iurasti Dauid in veritate tua, memor esto Domine opprobrij serui tui, quod continui in sinu meo multarum gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. Opprobria multarum gentium in sinum suum Dauid hic vnus excepit. Ipse enim peccata nostra suscepit, & infirmitates nostras portauit liuore eius nos sanati sumus. Ita dum hic Dauid liberatur, & legi mortis eximitur, salus quoque regibus datur. Ipse est enim primogenitus ex mortuis. Et vt in Adam omnes morimur, ita & in Christo omnes resurgemus. Liberatio ergo eius salus regum est. Regnabunt enim conformes gloriae suae per assumptam ab eo naturae nostrae conditionem, rursum omnes in naturae eius communionem mansuri. Eripitur ergo hic Dauid de gladio malignorum. Spiritum enim Iesus posuit cum voluit: nec expectauit, vt animam imprefsum vulnus emitteret. Ius anime eius manus irreligiosa non habuit. Ait enim: *De gladio maligno erue me.* Quamquam enim exanimi iam corporis latus miles transfoderit, vsus ministerio sauitiae: caeterum potestas spiritus

Psal. 149.

Matth. 25.

Psal. 88.

Psal. 5.

emittendi, causam violandæ in se animæ non reliquit. Consummat deinde cantionem nouam nouæ confessionis hymno, terrena iudicia & secularium bonorum gaudia falsa condemnans, cum ait:

Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouella plantatio stabilita in iuuentute sua. Filii eorum compositæ, circumornatæ a quomodo similitudo templi. Et promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Oues eorum festose abundantes in egressibus suis, boues eorum crasse. Non est ruina maceræ, non transitus, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius Dominus Deus eius.

Et hæc sunt, quantum arbitror, huius seculi bona communi vniuersorum beata iudicio: res seculi loqui atque agere, rapere aut emere honores, sub precio falso ditescere, gloriari in adultæ ætatis liberis, quorum efflorescetes anni nouellæ exultationis firmitate confidunt, optare speciosi corporis filias, atque eas in modum templi damno inutili pecuniæ ingentis ornare, multiplicatis horrea fructibus rûpere, quæ congestas opes in promptuaria alia angustis his quæ in se conduntur eructent, geminatis quoque oues fœtibus velle, quas egressas nullus seræ occurfus imminuat, delectari bouum suorum fagina, circumseptæ etiam domorum firma præbere, ne transeundi per ea cuiquam sit potestas: non flere, non lugere, non gemere, sed prospero felicitatis suæ cursu nulla aduersæ calamitatis molestia impediri. Beatum hunc populum cui hæc essent dixerunt: sed propheta scit falsam esse huius beatitudinis opinionem. Quid enim hæc tot & tanta seculi bona, ad vitam, quæ morte intercipiendâ esset, acquirerent? Et ideo qui populus beatus esset ostendit dicens: Beatus populus cuius Dominus Deus eius. Deus ille Dominus, qui cum superiora hæc terrena præstiterit, æternitatem tamen illis qui his recte vtuntur impertiet: qui cohæredes nos filij sui in ipso ante cõstitutionem seculi elegit, qui erit Deus omnia in omnibus, ipsi gloria, laus, honor, virtus, imperium patri in filio, filio in patre & in spiritu sancto, & nunc & semper & in omnia secula seculorum, Amen.

Psalmus CXLIIII. Laudatio ipsi David.

Lexaltabo te Deus meus & rex meus, & benedicam nomen tuum in seculum & in seculum seculi. & reliqua. Absolutus est psalmus, Dei tantum laudibus occupatus. Sed & titulus ipse solum contineri in psalmo prædicationem Dei edocet. Adiecto autem secundum Græcitas consuetudinem nunc quoque vt in cæteris aliis pronomine, ostendit illum David isto laudante laudari. Et quis hic sit quem psalmus hic laudet clamât omnium temporum omnes prophetiæ, vt hic ipse propheta sepe de eo ita contestatus est: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus. Et rursum, Et adorabunt eum omnes reges, & omnes gentes seruient ei. Erit nomē eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Huius igitur laus cantatur hoc psalmo, ex cuius persona dictum meminimus, Ego autem cõstitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Posce à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Re-

Psalm. 44.

Psalm. 71.

Psalm. 2.

ges eos in virga ferrea. Cuius regni perennitatem Daniel ita contestatus est dicens: Et in diebus regum illorum excitabit Deus cœli regnum aliud quod nunquam corrumpetur vsque in secula, regnumque alteri populo non relinquetur, cõminuet & ventilabit omnia regna, & hoc regnum in æternum. Et rursum: Et ecce cum nubibus cœli, sicut filius hominis venies, & vsque ad vetustum diuerum peruenit, & oblatu est ei & datus est ei principatus & honor & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei, & potestas eius potestas perpetua, quæ nunquam transibit, & regnum eius non corrumpetur. Hic igitur rex laudatur per ista quæ psalmo continentur: Exaltabo te Deus meus & rex meus: & per illud, Sancti tui cõfitebuntur tibi, gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Notam faciunt filijs hominum potentiam tuam & gloriam magnificentiæ regni tui. Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & progenie. Et quanquam hic ob æterni regni gloriam, quia sanctis conregnantibus ipse regnabit, laus Deo propheta confessione canteatur: tamen ita laudationis ipsius ratio & ordo dispositus est, vt ea quæ de eo dicta sunt ex sensu communis intelligentiæ prædicentur: vt in quantum humani sermone consuetudo permittit, de immensa illa & incõprehensibili Dei natura licet nõ ad perfectam cognitionis veritatem, tamen ad admirationem nos ingentis illius eius virtutis insinuetur. Possimus enim eum maximè quantum in nobis est admirari: cognosci autem à nobis, quantum ipse est non potest. Verum cum nomen in psalmo simplex Dei & absoluta laudatio est: meminisse debemus patrem in filio & filium in patre laudari. Et cum ex substantiæ similitudine ac proprietate naturæ alter in altero sit, & ambo vnum sint, & qui videt patrem, videat & filium, nõ differre quis ex duobus laudari existimetur: cum vtrumque sibi inuicè & virtutis atque operum similitudo, & indifferentis naturæ ex patre Deo genita, & in filio Dei nata diuinitas vnum eos esse testetur. Cœptus ergo ita psalmus est: Exaltabo te Deus meus, & rex meus, & benedicam nomen tuum in seculum & in seculum seculi. Per singulos dies benedicam te, & laudabo nomen tuum in seculum & in seculum seculi. Ratio & virtus prophetiæ magniloquentiæ per in tentam audientis diligentiam noscenda est. Ait enim: Exaltabo te Deus meus & rex meus. Multi Deum per ea quæ in operibus mundi ab eo instituti cognitioni nostræ sunt subiecta, magnificantes: sed pauci sunt, qui regem sibi futurum velint credere, & cum aut curam negant humanorum operum Deo esse, aut ad consolandam eorum qui impie egerunt conscientiam, præsumpta animæ & corporis abolitione, nolunt diuinum in bonos & malos cõstitutum esse iudicium. Sed propheta hinc prædicandi Dei sumit exordium, quod sibi rex sit. Sed & nunc quidem nomen eius, qui sibi rex atque Deus sit, ob expectationem regni benedicat, cum ait: Benedicam nomen tuum in seculum. Sed quia scit se gratiam Deo atque regi suo, etiã tum cum in regno eius maneat debere, quia demutata caduci corporis sui infirmitate, depulsq; inimicæ mortis imperio, regi suo conformis & coæternus adfuit, adiecit: Et in seculum seculi, id est, in illo seculo, quo habitu seculi huius exempro, iam in seculo seculi æternitatis successione renouabitur. Et in hoc quidem seculo quisque benedicens Deum potest non semper in benedictionis officio permanere, dum aut luctu impeditur, aut metu occupatur, aut ægritudine anxius detinetur:

Dom. 10.

Dam. 7.

detinetur: & aut repocente animo, aut ingrato in benedictionibus Dei mutus est. Sed perfectio prophetalis fidei ab istiusmodi infirmitatibus demutationibus libera est dicens: Per singulos dies benedicam te, Nul- lum vacuum habet tempus, & dies ei nulla est ociosa, quin semper in benedictionum confessione versetur. Accidit autem frequenter, vt de quibus bene loqui possimus, laudare eos non possimus. Abstinerè à malo, benedictione dignum est. Sed solum malum non admittere non habet laudem: nisi mali abstinentiam etiam gloria boni operis consequatur. Et beneficium quidem in nos benedicere possumus: quia natura exigit, non obtrectare nos illis, quorum benevolentia cõfouemur. Sed si & aliis vitiis aspersi sunt, nostro quidem commodo benedicuntur, sed veri iudicio non prædicantur. Perfectio autem Dei nihil in se esse patitur pro parte. Nam vt benedictus, ita & laudabilis est: habens & ex his, quibus beneficiã in nos vtitur benedictionis nostræ cõfessionem, & ex perfectarum in se virtutum admiratione præconium. Ob quod benedicturus per dies singulos propheta etiam id adiecit: Et laudabo nomē tuum in seculum & in seculum seculi. Cum benedictum laudat, & laudat in seculum seculi: in nullo propheta officium infirmum est, nec benedictione, nec laude, nec tēpore. Dehinc sequit:

Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.

Hæc Dei prima & præcipua laudatio est: quod nihil in se mediocre, nihil circumscriptum, nihil emensum, & magnitudinis suæ habeat & laudis. Virtus eius opinione non clauditur, locis non continetur, nominibus non enunciat, temporibus non subditur: arctus ad id sensus noster est, ingenium hebes est, sermo mutus est. Finem magnificentia ipsius nescit: & aliquam emetiendi se opinionem immensa magnitudo non patitur, Extenta vbique extensa semper est, hæc habens infinitatis suæ laudem: cæterum omnem intelligentiam infinitæ huius in se qualitatis excedens. Et quia hæc vel immensæ magnitudinis cognitio vel laudatio operum Dei, non omnium gentium est, quibus à constitutione mundi vita & sensus fuisset futuræque esset: consequenter subiecit:

Generatio & generatio laudabit opera tua.

Non vtique generationes & generationes, quæ & temporibus & gentibus multæ atque diuersæ sunt: sed generatio quæ ab Abraham cœpit, quæq; per signum circumcissionis deputatur in legem: & generatio quæ renouatur in Christo, quæ ex doctrinis prophetis ad fidem euāgelicæ iustificationis instruitur. Harum igitur generationum proprium est, Dei opera laudare. Laudari autem opera Dei non alia ratio ammonet, quam quod omnia ab eo potēter effecta sunt: qui præconium habeat non aliquid egisse, sed potēter egisse. Et ideo abiicit:

Et potentiam tuam pronunciant.

Sed potentia operum ea demum prædicanda est, quæ magnificentiam exequatur operantis: vt potentis magnificentiæ potens intelligatur operatio. Ob quod consequitur:

Magnificentiam maiestatis tuæ.

Sed magnificentia, si quod in se est tantum sibi habeat: habet admirationem, non habet laudem. Et ociosa aliis est potentis operatio, nisi per operantis sanctitatem vsum aliquem ex se illis qui laudabunt & admirabuntur impertiet. Ex quo competenter hoc sequitur: *Et sanctitatem tuam loquentur.* Et sanctitas

quidem iam bona est, neque tantum sibi proficit: neque hoc quod ex se est, intra vsum commodi proprii consumit. Nam etiam ad prouocandum in se aliorum beneficentiam, sanctitatis officii sese ipsa commēdat. Sed nihil de se dignum admiratione præstabit, si sibi sola sit. At verò hoc proprium est & mirabile sanctitatis, cum hoc quod in se est, in vsum aliorum, quibus est sancta, concedat, ipsa aliquo non egens: nisi fortè per benevolentiam eo tantum vt se alius vtatur. Ad id ergo quod dictum est: Et sanctitatem tuam loquentur, merito subiecit: *Et mirabilia tua narrant.* Et mirabile quidem est sanctitatem sibi sibi proficentem in vsum alienæ beatitudinis exuberare: sed mirabilis est sanctitatem plenam esse erroris nisi non indifferens se vtentibus aut abundantibus præter: dum bonis ac malis promiscua, & tanquam ex naturæ necessitate se præbens, admirationem non habeat sanctitatis. Et idcirco mox subdidit:

Et virtutem terribilium tuorum dicent.

Vt sanctitatem loquentes, & mirabilia narrantes, dicant quoque terribilium virtutem, media admiratione inter sanctitatem atque terrorem: dum & terrorem suauis, & terribilis suauitas, admirabilem facit & terrorem suauem & terribilem suauitatem. Ob quod ingentem hanc admirandæ temperationis magnitudinem propheta intelligens, subiecit:

Et magnitudinem tuam narrant.

Magnitudinis enim infinitæ est in Deo quod terribile est suaue esse, & quod suaue esse esse terribile. Magnitudo autem non habet modum: ne si moderata sit, iam magnitudo non sit per id quod modo non caret. Vt ergo propriæ admiratio sanctitatis atque terroris in magnitudinis suæ infinitate consistat: mensura est, & semper abundans, nec tempore definita nec copia. Et idcirco connexuit:

Memoriam abundantie suauitatis tuæ erulabunt.

Quia nec memoria obliuione intercipitur, nec abundantia per inopiam detrahitur. Tenuit autem ordinem propheta orationis, vt memoriam & abundantiam suauitatis conditione & moderatæ & conseruatæ magnitudinis temperaret, dicens: *Et infirmitatem tuam exultabunt.* Infinita quidem est memoria & abundantia suauitatis, quia nequaquam Deus aut obliuiscitur, aut suaue esse definit: sed infinitatem memoriæ atque abundantiam iusticia interiecta moderatur. Moderatur autem non præbēdi modo, sed vtendi: dum quod per abundantiam & memoriam Dei semper æquis omnibus patet, id ab iniquis vtendi indignitate nõ capitur. Sanctitas Dei iter populo suo diuiso mari præbuit: sed eadē sanctitas & terribilis fuit virtus, cum ingressis in ipsum iter impiis, vbi fuerat salus religiosorum, ibi pœna cõstitit impiorum. Circumstant alios firmitate muri solidatæ vnda: alios refusa ipsa illæ, quæ confliterant, absorbent. Ad istos pelagus naturā suam nescit, hos per naturā suam punit. Ad istos ex mari terra est, istis quod erat mare est. Horum salus sanctitas est: horum mors terror est. At cum tribus pueris in camino cantantibus, circumstantes flammis, quas illi non sentiunt, aduruntur: illis in roris humore ignis temperatur, hos exæstans ignis amburit. Ipsæ intus extræque flammæ sunt, quarum pro diuersitate meritorum, & deficit à se natura, nec deficit. Nam quod est manet erga eos ignis esse quos vrit, & quod necesse est in his esse, quibus ros est. Atque ita magnitudinem memoriæ & sanctitatis Dei iustitia sola moderatur: cum per iustitiam Dei ad iniquos atque iustos, & terrorem san-

ctitas, & terror temperet sanctitatem. Et iustitia quidem recta atque utilis est, sed tamen eadem ipsa ali- quando praedura est: ita ut sibi uti bonitate non liceat, dum pro diuersitate iudicij decernendo quod iustum est, sit seuera. Sed Dei iustitia iustitiae non coaequatur humanae. Neque enim naturae legi subdita est, per quam est lex statuta naturae: ut necessitatem non habeat bona non esse cum iusta sit. Habet Dei iustitia miserandi voluntatem: neque tamen per miserandi voluntate ita à se erit demutata ne iustitia sit. Humana autem iustitia solet in id deuenire ne misericors sit, & misericordia ita se praestare ne iusta sit. Misericordia enim non erit, si miserabiliter inopi calumnianti ius opulen- tioris inuideas, si scemine lachrymis viri praeferas con- tumelias, si caeci conuicia non putes arguenda. At verò e contrario misericordiam iustitia non tenebit, si fu- rem vnus nummi, ut furem inuentis thesauri plectas, cum tamen in vno nummo thesaurum habuerit qui am- misit: ut adolescentem in vno tantum & eodem infami adulterio irrotitum, pari in morte ut plurimum adul- teriorum artificem, poena, non quaestione vexabis, cum tamen crimen sit mortis in vitroque. Haec itaque ist- iusmodi imperfectam faciunt & misericordiam & ius- titiam humanam, Dei autem iustitiam misericordem praestat criminis poenis indulta patientia. Qui cum contra morem humanae impatientiae non festinat punire, miseratus est tenes iustitiam in poena, post mi- sericordiam non proficiente patientia: habens mi- sericordiam in poena, post patientiam exercendo ius- titiam. Non enim Deus rapit humanorum criminum occasiones, neque tanquam infirmitatis nostrae natu- raque nescius ipsum illud ad poenam erroris & peccati nostri tempus inuadit: sed dissimulat & differt, & pa- tientiae solatium dilatione vltionis expectat, suauem se omnibus praestans, dum per misericordiae & iustitiae modum temperandae seueritatis indulgentiae se refer- uat. Hoc in Deo praecipuum, hoc in potente laudan- dum: non caelum fecisse, quia potens est, non terram fundasse, quia virtus est, non annun altris temperasse, quia sapiens est, non hominem animasse, quia vita est, non mare in accessus ac recessus mouisse, quia spiritus est: sed misericordem esse, qui iustus est, sed miserantem esse, qui rex est, sed dissimulantem esse, qui Deus est. Ad id enim quod dictum est: Iusticia tua exultabunt, tanquam necessarium sequitur:

Miserator & misericors Dominus, patiens & multa mi- sericordiae. Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.

Quod enim potens est, naturae suae virtus est: quod autem misericors est, salutis nostrae profectus est. Et plus est non suis uti, sed aliis praestitisse quae sua sunt. Atque ideo praestat caeteris Dei operibus misericordia: quia magna eius operatio virtutis suae res est, mi- sericordia vero eius usus alienus est. Ob quod tanquam in apice ipso diuinarum ob misericordiam laudum propheta consistens debitum Deo honorem veluti pu- blicae confessionis ostendit dicens:

Constituantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui consecrantur tibi. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur, ut notum faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiae regni tui. Regnum tuum omnium saeculorum, & dominatio tua in omni generatione & progenie.

Dignus propheticae magniloquentiae ordo, ut di- ctum est: Opera Deum confitentur: quam magnificus enim sit, operum & creaturae magnificentia confite-

tur. Sed confitentur & sancti, quibus rex esse dignetur. Gloriam regni eloquentur, ne ignorata non desi- deretur vsuris. Magnificentiam quoque gloriae regni Dei nunciant, ne desperetur aeterna. Dominatus etiam in generationem & generationem ostenditur, ut se do- minatui subiiciant coaeterno. Atque ita cognitio Dei in operibus est, sanctorum officium in doctrina est, prophetae usus in praedicatione est, regni gloria in aeternitate dominatus est. Dominatus aeternitas eos neces- se est habeat, in quos agatur aeternus. Atque ad id spe- bus fidelibus expetendum, adhortatio prophetae con- tinuo subiecta est:

Fidelis Dominus in verbis suis, et sanctus in operibus suis.
Verborum fides forte nutaret, nisi sanctitas operi- bus esset admixta. Atque ita sanctitas in operibus fide confirmat in verbis: ut de sancti fide in promissis non ambigas, cuius sanctitate vtaris in rebus. Si enim san- ctum esse Deum intelligimus per id quod nascimur, viuimus, alimur, & copiis omnibus humanae naturae congruis abundamus: sanctitas ita esse non potest infi- delis in dictis. Scit propheta esse & aliud sanctitatis Dei opus, in eo quod sequitur:

Suffulcit Dominus omnes qui riuat, & erigit omnes elisos.
Adest omnibus Dei sanctitas, & humanis auxillis non subtrahit. Sed seruat etiam nunc iusticiae & mi- sericordiae prophetationem. Suffulcit enim Dominus non collapsos, sed cadentes. Quos est trahat prouis naturae lapsus in casum: poenitentia tamen quae auctor est desinendi, ne penitus iam ceciderit, si stet in lapsu, suffulcit. Ruere enim, non ruisse, potest in id confir- matum esse ne ruerit. Sed & eriguntur allisi. Differt autem vi exteriore collidi, & ruisse suo casu. Alliditur namque ille, quem per diaboli instinctum calens aetas praecipitavit in casum, quem ignoratio compulit in errorem, quem fraudulenti via blanditiis naturae infirmitas egit in crimen. Hic potius eliditur quam ille qui voluntate permanferit, quem vitij usus oblectet, quem non poeniteat admitti: habet enim veniam & apud Deum solatium poenituiffe de gestis. Nec tem- peramento seueritatis indignum est, quod per admitti- dolorem affectum profitetur inuiti. Et cur cadentes suffulciat & allisos corrigat, consequentibus docet dicens: *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & implet omnem animam benedictione.* Totis itaque in Deum allisi & cadentes oculis aspecent: neque quic- quam ita de se confidat, ut non semper cadere, semper se vereatur allidi. Ab illo sperandum, ne casu periculi- temur, ne allidamur infirmitate naturae. Omnia autem nobis vitae subsidia ex ipso sunt: cum opportunitate fructuum indultis cibis viuimus, cum manum aperiendo animas nostras donis spiritualibus replet, & cum ex virtutis suae fonte copia in nos eorum quae sibi beneplacita sunt exuberat. Quod vtrunque in his quae consequuntur discernit ita: *Iustus Dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Iustus in viis est: cum infirmitatem nostram in aeternum regnum suum confirmata donorum spiritualium communio- ne deducit. Sanctus autem in operibus suis: cum vni- uersis fructus in teporum opportunitate suppeditat. Sanctitatem suam in omnium alimonia docens, ius- titiam vero in replendis beneplacito animis conferuas. Post haec sequitur: *Propè est Dominus inuocantibus eum.*

Non longè abest, qui per naturae suae virtutem, & ipse vbique semper est, & totus semper vbique est, se- cundum illud Apostoli: *Quia in ipso sumus, & in ipso viuimus*

Act. 17.

viuimus ac mouemur. Propè est ergo inuocantibus, cum nihil sit quod sine eo sit. Sed quibus inuocanti- bus propè sit ex subiectis docet: *Omnibus inuocantibus eum in veritate.* Non ex ocio inuocantibus, neque ex infidelis ambiguitatis incerto, sed verum Deum fide- li inuocantibus veritate. Et cum propè ad sit, quid inuocantibus se in veritate tribuat, demonstrat, dicens: *Voluntatem timentium se faciet.* Non turbidorum vol- untatem, neque vitiosorum cupiditates Deus faciet: sed timentium se. Per metum innocentes, per fidem honestas, per reuerentiam verecundas, & voluntates non ociosas, neque mutas, neque sperare aliquid à se quodam contemptu silentij dedignant: sed quas elo- quatur oratio, quas preces contestentur. Et ideo sub- iecit: *Et orationem eorum exaudiet.* Voluntas ergo ea à Deo fit, quae voce orationis exaudietur. Sed quae vol- untas fiet orantium? Et saluos, inquit, faciet eos. Hoc volunt timentes Deum, hoc ut audiantur orant: ut nò dominetur eorum aeterna mors, non in interitum per- petui iudicij deputentur, sed sub custodia Dei tuti sint. Sequitur enim: *Custodit Dominus diligentes ipsum.* Saluos ergo faciet eos custodiendo, id est, aeterni regni participes reseruando: sed eos qui & timebunt & preca- bunt & diliget. Dehinc sequitur: *Et omnes peccatores dis- erdet.* Qui nec vt homines timeverint, nec vt subditi o- rauerint, nec vt donati vitamundòq; dilexerint. Cò- clusit autè propheta honoris debiti confessione dicens: *Laudationem Domini loquetur os meum.* Laudasse non sufficit, nisi & laudare non desinat. Laudabit enim ad- huc, cum iam tamen laudet. Sed cum ille laudet, om- ne quoque ad benedictionem Dei humanum genus adhortatur: *Et benedicat omnis caro nomen sanctum eius.* Per officij sui & fidei constantiam semper quidem ille laudabilis: sed propheta hoc curat, ut omnes Deum benedicant, & optat. Non enim ait benedicent, tan- quam certus sit id futurum, sed ex voti affectu ait, be- nedicant: ut illud potius intelligeretur optare quam confidere sic futurum. Deinde benedictionem non temporariam esse postulat, sed aeternam, in saeculum & in saeculum saeculi. Nobis potius optandum, vt in aeternum benedicamus aeternum: quia in aeternum benedi- cens, aeterno ille necesse est maneat coaeternus, Domi- no scilicet nostro vnigenito & primogenito. Dei filio Iesu Christo, q. est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Psalmus CXLV. Psalmus David Alleluia Aggei & Zachariae.

Lauda anima mea Dominum, laudabo Deum in vita mea, psallam Deo meo quam diu ero, & reliqua. Etiam huic psalmo addere aliquid translatoribus visum est. Nam cum Hebraeis solae alleluiae sit praeterea confessio, illis placuit Aggeum & Zachariam in titulo anteferre. Hoc eo, vt Psalmum esse propheticum nosceremus: quia per hos prophetas, sub quibus aedificata rursus Hierusalem est, ipso illo tum tempore aeternae Hierusalem aedifi- catio praedicatur: etiam euangelio testate, cum ingres- suro templum Domino, & numulariorum menfas, & ementium ac vendentium negocia subuersuro, ita scri- ptum est: Hoc autem factum est, ut impleretur quod dictum est per Zachariam prophetam dicentem: *Dicite filiae Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinum & pullum nouellum subiugalem.* Et ut arbitror huius Hierusalae potius & Siò regè psal- mus ostendit, qui ita cepit: *Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quam diu ero.*

Zach. 9.

Scieter & de prophetae doctrina dictorum ordinem tenuit. Primum enim eam hortatur ad laudem, quae in hanc est constituta naturam, ut maneat aeterna: tum de- inde quia per donum resurrectionis glorificato cor- pore totum se ei meminerit coaeternum, tanquam de futuro cofidens ait: *Laudabo Dominum in vita mea.* Non enim ea vita quae nunc est per infirmitates corpo- ris sua est: ab Adam nanque ita coepit, non cum Adam inchoata est. Quam nò vitam, sed mortem esse Apo- stolus nouit dicens: *Miser ego homo, quis me libera- bit de corpore mortis huius.* In hac ergo vita sua Dei, qualis primum in homine est constituta laudabit. Tum tertio ne in hoc eodem nunc corpore irreligiosus exi- stimaretur, adiecit: *Psallam Deo meo quam diu ero.* In omni autem hoc psalmorum libro, in psallere religio- sas operationes corporis significari meminimus: apta & consona corporei motus varietate placituri. Hoc- que stultas heminum opiniones, & inanes in regum nominibus religiones, quos sibi Deos antiquitas con- fixit, redarguit dicens:

Nolite considerare in principibus in filiis hominum, in qui- bus non est salus. Exibit spiritus eorum, & reuertentur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Cofidere vetuit in regibus. Et quibus regibus? Sub- iecit, & in filiis, inquit, hominum. Et quibus filiis ho- minum? quibus non est salus. Et cur salus non sit ostendit: *Exibit spiritus eorum, & reuertentur in terra.* Et reuersuris in terram quid erit? In illa die peribunt cogitationes eorum: corruptae ipsi scilicet originis: quia esse filij hominum peribunt, nec filij Dei esse vo- luerunt. Nullius quoque salutis, quia exeuerte spiritu, & in terram corporibus dissolutis, cogitationes eorum corporeae atque terrenae cum terreno corpore interi- bunt. Sed vt ita in istiusmodi reges fiduciam non con- feras, in quem sperandum esset ostendit:

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino. Deo ipsius: qui fecit caelum & terram, mare & omnia quae in eis sunt. Qui custodit veritatem in saeculum, facit iudicium his qui patiuntur iniuriam.

Non est caduca cogitatio in regem istiusmodi spe- rare: & spes illa non interit, quae in creatorem caeli & terrae & maris & omnis vniuersitatis huius extēditur. Hic sperandus adiutor est, in quo dolus non est. Nam cum secundum prophetiam omnis homo mendax sit, veritatem in saeculo solus ille custodit: & custodiens veritatem, iudicium facit ob eos qui patiuntur iniu- riam. Beatus ille est, quem adiuuando ex Iacob fecit Israel. Spes eius aeterna est, qui in creatore caeli & ter- rae marisque confidit. Creator autem horum omnium hic & verus & iudex est, & veritatem custodiendo & faciendo iudicium. Neque solum iudicium facit, sed etiam id quod sequitur:

Dat escam esurientibus, Dominus soluit compedibus, Do- minus sapientificat caecos, Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos, Dominus custodit prolytium, pupillum & vi- dum. im suscipiet, & viam peccatorum exterminabit.

Haec quidem & corporaliter intelligere non ocio- sum est: sed altius nescio quid & maius sermo comple- ctitur. Dat, inquit, esurientibus. Videamus quam es- cam, & quibus esurientibus. Et haec quidem esca cor- porales, non tamen semper praebentur à Deo cum e- suritur à nobis. Annum nanque earum munus est: & ideo intra tempus praebentur vt intra tempus ne quis esuriat. Est igitur alia esuritus, & sunt aliter esurientes, quibus esurientibus esca praebetur. Scriptum nanque est in Amos propheta: *Ecce induco famem super ter-*

Rom. 7.

Amos 8.

ram, non famem panis, neque sitim aquae: sed famem ut audiat verbum Dei. Hanc igitur escam praedicationis esurientibus Dominus impertit: quae cum in cibum fuerit assumpta, vincula diaboli resoluuntur. Ligauit enim secundum euangelia decem & octo annis Abraham filiam. Compedes quoque auaritia, libidinis, ebrietatis, cibus talis absoluit: & absolutis compedibus caecis sapientiam praestat. Si de copralibus donis propheta loqueretur, commemorasset potius caecis lumen indultum. Sed quia per cibum verbi esuritione depulsa, soluebantur compedes seculi: etiam caecitas seculi sapientiae impertitione depellitur. Alimur enim post ingentem famem diuinae cognitionis spiritualibus cibis: & compedibus quibus currere ad aeterna non sinimur absolutis, discussa per indultam sapientiam caecitate, creatorem nostrum oculis intelligentiae contuemur. Desinit ergo fames longa, compedes graues, caecitas stulta, & id quod sequitur succedit: Allisi eriguntur, iusti diliguntur, aduenae siue profelyti custodiuntur, pupillus & vidua suscipitur, & via peccatorum dispergitur. Quisquis ille est qui modo Dei est, etsi non vniuersum, tamen proprium habet munus, ut allisus licet sit, nunc esuriat: si nunc compeditus & stultus sit, tamen erigi possit neiaceat in aeternum: ut iustus ob iustitiam diligatur, ut aduena etsi non tanquam iustus diligitur, tamen vel ob hoc, quia aduenerit referetur: ut pupillus, quia patrem sibi diabolus abiurauerat, exemplo Apostolorum non orphanus relinquatur: ut vidua suscipiatur in sponsum, postea quam sibi in Christo confixus hic mundus est. Omnem enim credentium fidem, cui per adimplerionem temporum lex tanquam vir primus emortuus sit, viduam Apostolus nuncupauit. Sed non solum vidua suscipitur, sed etiam via peccatorum exterminatur. Quibus in interitum demersis, Hierusalem sancti illius regis ciuitas incoletur. Non ista vti que desolata & subuersa prophani parricidij luit poenas. Concludit enim ita: *Regnabit Dominus in aeternum, Deus tuus Sion in generationem & generationem.* Vbi illa Sion est in qua regnaturus est Dominus? Nisi forte in ea quae propheta occidit, & lapidat eos qui ad se missi sunt? Haec vti que hodie iam non est. Et quomodo Dominus in aeternum regnabit, regni sui sede subuersa? Sed regnabit in ea quae mater caelestis est: quae viuus ex lapidibus extracta & sanctis ciuibus plena per generationem legis & generationem fidei frequentabitur, a domesticis Dei & Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Psalmus CXLVI. Alleluia Aggae & Zachariae.

Andate Dominum quoniam bonus est psalmus, Deo nostro iucunda sit laudatio. & reliqua. Post primam Hierusalem subuersionem traductoque in Babyloniā populo captiuo, aedificatam rursus eandem ciuitatem fuisse, & historia regnorum & libri Esdrae loquuntur. Sed hodie eandem nullam esse, rerum fides edocet. Hoc idcirco praediximus: ne quia translatoribus visum est huic & anteriori psalmo in Aggeum & Zachariam titulum praescribere, existimemus in illius temporis homines prophetiae huius praesentiam conuenire. Propheta enim non ignarus mysterij caelestis, cum in aedificatione Dei ciuitatis humanam aedificationem inanem esse dixisset, cum Deo ciuitas nisi per ipsum aedificata aeterna esse non posset, non nos nunc ad gratulationem aedificatae a Deo rursus Hierusalem adhor-

taretur, quam vane ab hominibus aedificari ante praedixerat. Quod si quis forte putabit id quod in alio psalmo ita dictum est: Nisi Dominus aedificauerit domum, in vanum laborant qui aedificant eam: nisi custodierit ciuitatem, in vanum vigilabit qui custodiet eam: idcirco dictum fuisse, quia euersionem eius vrbis in qua templum aedificandum esset, propheta praenotaret: meminisse haec debet ita intelligens eundem hunc prophetam aedificationem eam quae a Zorobabel secundo innouata est, inanem & caducam futuram fuisse non ignorare potuisse: neque illam quae a Salomone caepa est, non a Deo institutam idcirco dixisse, quia per regem Babyloniae esset destruenda, cum post septuaginta deinde annos rursus eadem sit reformata. Hanc vero quae a Zorobabel gesta est, esse aedificationem Dei praedicatam, cum exinde diruta & sine aliqua instauratione sit dissoluta. Et eam quam dirutam licet reuocatio iam sit consecuta, inanem atque humanam praedicasse: hanc vero quae sine spe reformationis ceciderit, diuini operis perpetuitate renouari, haec omnia intelligentiae genera, stulta atque ridicula sunt. Laudat autem propheta Dominum edificatorem Hierusalem illam quae secundum euangelia sancti regis est ciuitas: in qua per Dominum resurgentes sancti denotantur, quae inuectum pullo asinae Dominum & spe sanctorum laeta suscepit. Corporaliter tum quidem tali vectione illam quae occidit prophetas & lapidat Apostolos Dominus ingressus est. Sed alterius ciuitatis erit illa laetitia. Ob illius ergo aedificationem propheta nos aduocat dicens. *Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus, Deo nostro iucunda sit laudatio.* Non leuis gratulationis laus est, cuius psalmus bonus est. Et psalmus non tam vocem ut frequenter diximus, quam corporis operationis officium significare solet. Deum enim non tam sermone quam re & gestis obedientiae laudamus, ut mare & terra & caelum Deum non tam voce quam officiorum suorum vicissitudine atque obseruatione laudant. Aduocat igitur nos propheta ad Dei laudem, quia bonus psalmus est: & optat ut huius boni psalmi Deo nostro fiat iucunda laudatio. Scilicet ut placencia Deo opera nostra sint, per quae a nobis gestorum nostrorum laudatur obsequio.

Aedificans Hierusalem Dominus, & dispersiones Israel congregans. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Numerans multitudinem stellarum, & omnibus his nomina vocans.

Reuersurus de Babylonia in Hierusalem Iudaeis sub Dario rege, edicto potestas data est reuertendi. Neque alibi tum quam in regni Babyloniae finibus detinebatur. Ex qua ergo dispersione Israel congregatur? Nempe de ea de qua ait Dominus: Emittet angulis suos cū tuba & voce magna, & congregabit electos a quatuor angulis ventorum. Quorum congregatio caetum sanctae ciuitatis efficiet, quae hodie per spei & fidei opus aedificatur in nobis. Et idcirco anterior aedificatio congregatio non est, quia nos ad futuram ciuitatis congregacionem Dei misericordia per gratiam iustificationis aedificet. Caeterum si de terrena aedificatione loqueretur, prior fuerat congregatio praedicanda: quia non nisi congregatus Israel Hierusalem aedificare posset euersam. Teneat deinde ordinem competenter, dicens: *Qui sanat contritos corde & alligat contritiones eorum.* Congregato enim Israel in vnam quae aedificatur ciuitate collecto, omnes humanae infirmitates & labe corporeae auferentur: absorpta enim corruptione & omnibus humanae naturae vicis deuoratis, incorruptio aeterna & in nul-

lu nullis anxietatum mortibus conterenda succedet. **Luc. 4.** Venit enim Dominus secundum euangelia sanare contritos corde, praedicare captiuis remissionem & caecis visum, dimittere cōfractos in requiem, praedicare annū Domini acceptum, & diem retributionis. Et haec quidem pro parte iam caepa sunt, quia per speculum & in aenigmate & in imagine futurorum secundum Apostolum demoramur. Sed tamen nondū nobis eius temporis fructus est, quo secundum prophetam dicere adpta spei consummatione possumus: Convertere anima in requie tuam, quia Dominus benefecit mihi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu: Placebo Domino in regione viuorum, Sanata enim omnimodis cōtritione, & ne perpetuo rursus subeat alligata, his omnibus humanarum passionum infirmitatibus liberati, placebimus Deo in regione viuorum, anima nostra in requie suam, ex qua per transgressionem primi parētis sui Adae eiecta est, reuertente. Sed post praedicationem sancti cordis, etiam id ad praeconium diuinae bonitatis adiectum est: *Numerans multitudinem stellarum, & omnibus his nomina vocans.* Si laus Deo ob aedificatam corporaliter Hierusalem deferretur: quid hic numerus stellarum & omnibus his nomina tanquam ad praecipua diuini operis laudationem proferuntur? Aut nunquid laudabilius Deo est numerasse & nuncupasse stellas quam creasse, cum creatio & numerum fecerit, & nomina imposuerit, & vocabulis nomina numerumque discreuerit? Sed numerantur hic stellae quas Abraham contuitus in caelo est, quas Isaac accepit in femine, quas Paulus discruit in gloria. Quod autem nominibus suis vocentur, audiamus eum qui vocaturus est. dicit enim in euangeliis: Nolite mirari ista, quoniam venit hora in qua omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius & procedent, Vocatur ergo & prodeunt. Adeo autem enumerantur per Deum, ut capilli quoque qui in singulis nobis innumerabiles esse existimantur, in numero sint, eodem Domino dicente: **Luc. 12.** Nonne & capilli capitis vestri numerati sunt? Hoc Deo potius dignum, hoc in misericordia eius praefendum: ut eos quos contritos corde sanauerit, quorum allegauerit contritiones, nominibus vocet, proprietate numeret, caelesti luce clarificet. Ob quae mirabilia eius atque praecleara ait: *Magnus Dominus noster & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerata. Suscipies mansuetos Dominus, humilians autem peccatores usque ad terram.* Hoc enim mansuetorum proprium est, quia secundum euangelia mansueti possidebunt terram: ut digni apud Deum sint nuncupatione, numero, claritate. Magnus est Dominus, cum dispositione congregat. Magna virtus eius, cum contrita clarificat. Innumerabilis sapientia eius est, cum vniuersa & nominibus discernit & numero. Sed qui suscipit mansuetos, humiliat quoque peccatores usque ad terram. Post meritum sanctitatis impietatis poena subiecta est: cum susceptis mansuetis in claritate stellarum, peccatores usque ad terram humiliati internae legis iudicio destinantur. Ob quae nos tanquam cunctantes & haesitantes propheta cohortatur ad laudem dicens: *Inchoate Dominum in confessione, psallite Deo nostro in cithara. Qui operit caelum nubibus, qui parat terrae pluuiam: Qui producit in montibus faenum: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Frequenter admonet propheticus sermo, ut eum vniuersitatis huius esse Dominum credamus, quem omnis lex Deum locuta est, qui se nuncupari Deum Israel voluerit, ut nunc in eodem hoc psalmo cum dixisset: Aedificans Hierusalem & con-

gregans dispersos Israel, ad laudem eius cohortans adiecit: Qui operit caelum nubibus, qui parat terrae pluuiam: ut non alius legis latae & creationis istius Deus posset intelligi. Ita autem temperata doctrina istius ratio est, ut ea creationis enumeratae & nomina, commemorarentur & genera: quae cum creator Deum esse latae legis ostenderent, significationem tamen se institutionis typicae & propheticae continerent. Et nunc cōfiteri Deum ob id admonemur, quia operit caelum nubibus, quia parat terrae pluuiam, quia producit in montibus faenum, quia dat iumentis escam ipsorum, & herbam seruituti hominum, & pullis coruorum inuocantibus eum. In his enim omnibus Dei & prouidentia significatur & bonitas, ut subiecto nubibus caelo terris pluuias infundat, ut vertices collium faeno vestiat, ut iumentis super vniuersam creauit expectet. Sed haec omnia diligentius inspecta significationis alterius virtutem in se habent. Scimus enim esse nubes quibus Deus ne super vineam pluant mandat, sicut per Esaiam dictum est: Et nubibus mandabo, ne pluant super eam pluuiam: vinea enim Domini Sabaoth domus Israel est. Nouimus nubes quae praefulgore eius in conspectu Domini traesunt: Praefulgore, inquit, eius in conspectu eius nubes traeserunt. Nouimus nubes quas Deus in ascensum suum posuit, Et posuit nubem ascensum suum. Nouimus nubes ad quas usque Dei veritas est, Et usque ad nubes veritas tua. Et has nubes aliquot locis sanctorum doctrina significare ratio absoluta est: quae veritatem infidelibus plure, eloquio arida imaiorum corda non rigant. Quae cum Dominus adit, esse cessabunt. Ut orto sole stellarum lumē hebetatur, ita & doctrinae nubium Domino ipso iam per se fulgente praetereunt. Per quas etiam ad Dominum cōscenditur, dum diuina praedicatione iter nobis regni caelestis ostendit: & ideo haec nubes nobis posita sunt in ascensum. Veritas quoque Dei usque ad nubes eadem est, quia in se veram Dei cognitionem haec doctrina prophetica continet. Haec ergo ad cōmemorationem Dei laudum creaturarum genera electa sunt: quae cum praeconium in se creatoris ostenderent, parabolicam tamen, siue ut Apostolus ait allegoricam nobis doctrinam ita commemorata praebent. Caelum ergo nubibus subtegatur, id est prophetica doctrina rebus est subiecta diuinis. Pluuia terris infunditur, eloquia scilicet harum subiectarum nubium profunduntur: per quae infructuosi ipsi atque aridi ad eliciendos ex nobis fructus dono diuini imbris excitamur. Et haec eloquia diuina tanquam imbrem intelligenda esse Moses testatus est, dicens: Expectetur sicut pluuia eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea, ut pluuia super gramen. Haec ergo terrae pluuia praeparatur, per quam faenum in montibus producit, & iumentis in escam propriam praebet. Opinor fecundiores esse montibus valles, quae circunsectorum collium concauo decliui in se humore pinguecant. Et quid rationis est, ut ad escam iumentorum produci faena laudetur in montibus? Et quanquam plures montes faecundis verticibus atque herbis sunt, tamen rerum corporaliū nominibus spiritualis doctrina conferta est. Producent ergo montes iumentis in escam suam faenum: sed montes qui exultauerunt sicut arietes, in quos frequenter propheta oculos erexit, dicens: Leuani oculos meos in montes. Hi ergo montes, patriarcharum, prophetarum, Apostolorum, martyrum altitudines, faenum pecoribus producant. Et quibus tandem pecoribus? Esaiam audiamus: Agnouit, inquit, bos possessorem suum, &

Psalm. 126.

Psalm. 114.

Ioan. 5.

Luc. 12.

Esai. 5.

2. Reg. 22.

Psalm. 103.

Psalm. 56.

Deut. 32.

Psalm. 120.

Esai. 1.

afinus presepe domini sui, Israel vero me non cognouit. Et quia per hebetis naturę irreligiosam ignorantiam pecora sunt dicta, cibis quoque eorum significatur in feno. Hoc ergo fenum, his iumentis prębetur in montibus. In pluribus autem codicibus insertum hunc versum deprehendimus. Et herbam seruituti hominum: vt ea quę superius dicta sunt, de homine dicta esse per nuncupationem ipsius hominis intelligerentur. Sed nos non egemus hoc sensu. Nam licet non impediat adiectus: non tamen eum, tanquam non aliis ad huius intelligentię confirmationem vti possimus, amplectimur. Hic enim ordo dictorum est: Qui operit cęelum nubibus, qui parat terrę pluuiam, & reliqua. Si ergo per nubium pluuię producto iumentis in montibus feno, vt allegorica doctrina posset intelligi, hęc herba seruituti hominum prębetur, qui pecudea ignorantia deposita, Deum taudem rationabiliter comperissent: siue, quod absolutius intelligi potest, in herba fructus humanis cibis pręstiti edocentur, quia omnes fructus per herbam confirmantur in messem: Deo vtrunque laudi est, infirmitati eum nostrę vel corporales cibos, vel spiritalia in prophetis vitę pabula prębuisse. Sed id quod sequitur quomodo intelligi oportebit?

Et pullis coruorum inuocantibus eum.

Deum inuocare proprium hominis officium est, qui solus ex vniuersis animantibus particeps rationis effectus est. Coruorum verō pulli Deum quomodo vocant? Et cur pulli coruorum potius quam corui, quorum natura hebes, improvida, nulla Dei cognitione donata sit? Aut quę esca prębetur? Nunquid vt fenu iumentis, & vt herba hominibus: sic corruptorum cadauerum fetidas sordes Deus orantibus se coruorum pullis & pecudum mortes ad cibū vitę presentis impertiet? Hęc ita intelligere non dicam erroris, sed irreligiositatis extremę est. Quid ergo intelligi oporteat, prout ipsi dono gratię, cęlestis adepti sumus loquemur. Coruum in forma peccatoris constitutum esse, tum cum ex arca emissus non rediit, meminimus. Cum enim consistendi nusquam locus esset aquis in vniuersa diffusis, ipse columba postea non reperta requie reuertente non rediit. Cum enim illic arca ecclesię formam habuerit, is qui ecclesiam cum nunquam alibi possit consistere dereliquit, peccatoris in eo exemplum est constitutum: qui cum nullam aliam pręterquam ecclesię requiem habeat in seculo, mauult tamē in inanibus seculi demorari. Hanc quoq; auem legimus in pastum Helię deputatam, cibos semper ei fuisse solitam inferre. Et hoc torum, cum impiissimę omnis populus & irreligiosissimę diuersaretur. In famulatum ergo tanti prophetę hęc auis, quę in forma peccatoris erat constituta, deleta est. Cum enim anterior populus improbabilis repertus est, tum Dei prędicatio qui cibis & esuritus est prophetarum, per eorum qui peccatores erant officia expletur. Nos enim vel cęteri ante nos ex impudentibus & procacibus, & immundis, & cruentis geniti atq; nati, tanquam pulli coruorum Deum inuocamus, agnitione, confessione, famulatu: vt ex iumentis & pecoribus per agnitionem Dei homines effecti, rationis scilicet participes, ex rationis ignaris, quibus quotidie à Deo producente in prophetis doctrinę prędicationem tanquam in montibus fenum, cibi cęlestis prębetur alimonia. Vt autem omnia hęc quę allegoricę commemorata sunt in profectum humanę salutis geri intelligerentur, psalmi conclusione confirmat. Ita enim ait:

Non in viribus equi voluntatem habet, nec in tabernaculis viri beneplacitum est ei. Beneplacitum est Domino super iumentes eum, & omnes qui sperant super misericordiam eius.
 Contraria ista sibi sunt, si corporaliter intelligatur. Quomodo enim Deus iumentis fenum producit in montibus, cui non est beneplacitum in equis? Nec essetatis nanq; ministerium, non prouidentię benignitas est, alimonia prębere nō placitis. Sed quia omnis Dei misericordia curam habet humanę salutis, allegorice superius dicta conclusionis absolutione consummat. Non pecorum speciem atque virtutem, nec preciosarum domorum Deo ornata placuisse, quę maxima est humanę opinionis ambitio, habere nobiles equos, domos pulchras: sed placere tantum timentem, sperantem, & potestatem Dei & misericordiam spe metūq; testantem. Misericors enim & potens est, qui dixit: Qui credit in me, non iudicabitur, sed transiet de morte in vitam. Est potens mortem demutare vitam, & misericors iudicij amouere terrorem: Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Psalmus CXLVII. Alleluia. Aggęi & Zacharia.

Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. & reliqua. Et huic psalmo & ei qui ante superiorem fuit, Aggęi & Zacharia cum in Hebraicis nō extet nomē, ascribitur: vt & per hunc & per eos, sicut superius ostendi, æternę Hierusalem propheta possit intelligi. Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deū tuum Sion. Non differt Hierusalem à Sion, nam secundum locorum nomina vrbis ipsius locus idem est: sed nominum interpretatio geminam hanc eiusdem vrbis commemorationem necessario desiderabat. Hierusalem enim est ciuitas pacis. Et quia Domini nostri regnum in pace & vnanimitate sanctorum est: & factus est, inquit, in pace locus eius: conuentus ille beatorum qui Dei regnum est, Hierusalem tanquam ciuitas pacis est dictus. Ciuitatem verō hanc viuus, vt ait Apostolus, lapidibus extructam, sanctorum cętus conformis glorię Dei ex resurrectione consummat. Qui se qualis futurus esset per fidem in corpore Domini ante speculatus est, & idcirco etiam Sion nuncupatur. Corpus quidem Domini secundum interpretationis virtutem, quia in eo spem nostram fidei contemplamur, in omnibus scripturis Sion nūcupari existimatur, quia Sion speculatio est: sed & ciuitas illa quę Hierusalem est, quę propter vnanimittatem ciuitas pacis est, etiam propter conformationem in se corporis Dei, in quo se ante speculata est, Sion nuncupatur. Et cuius glorię adeptus est, accepit quoq; eius & nomen. Ergo & cōuentus ille pacificus, & gloria illa corporum demutorum in Hierusalem, & Sion nomine, quod vtrunq; vnum est, non saxa inanima, neq; ædificationem hebetē, sed rationale animal fundamentorum viuarumque lapides gemmarū & ciues sanctitatis & Dei in domesticos suos deputans hęc ciuitas est, quę ex sensu beatitudinis suę, & confessione pręconij aduocatur ad laudem. Et propheta causam laudationis adiecit:

Quoniam confortauit seruas portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiati te.

Hęc est illa beatę terrę hæreditas, quam Dominus in euangelio manifestis sponondit, dicens: Beati mansueti, quoniam ipsi hæreditabunt terram. Plurimis in locis

Iocis prophetę beatitudinis huius tempus prędicauerunt, & firmitatem ciuitatis huius æternę, cuius ita portę & serę confirmatę sunt, vt aduersariis nobis inimicisque virtutibus impenetrabilis, iauia, indissolubilisq; perferret, nullis egēs ad corporis animęq; substantiam æternitate, firma, benedicta in incolis est, voluntate pacifica, vitę substantia copiosa. Sed ad hanc Dei prędicationem etiam illud adiungitur: Qui emittit eloquium suum terrę, velociter currit sermo eius.) Prędicationis regni Dei non fuit lenta pręparatio, sed in omnem terram indefessa inobilitate & celeri trāscurrit. Vbi enim non statim cum Dominus glorię in corpore natus ostēdit apostolicę & propheticę doctrinę cursus egressus est? Per hanc nanque velocem transcursum ædificatio beatę huius ciuitatis est cępta, quę auditis opulentię suę copiis vbique viuus fidelium lapidibus structa vsque ad incolatus sui plenitudinem comparatur, cuius in congregandis omnibus ex quatuor partibus mundi velox sermo percurreret, rursum ad confrequentandā hanc beatę regni ciuitatem cętu consummate plenitudinis congregandis. Sed & prędicatio alia connectitur: Qui dat niuem sicut lanam, & nebulam sicut cinerem spargit. Mittit cryst. allum suam sicut bucellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit?) Vitę via, sicut Dominus in euangelis ait, angusta & tribulata est: neque nisi per maximas difficultates & molestias hac ad cęlorum regnum via pergitur. Quod quidem de molestiis huius seculi dictum fuisse intelligi oportet: per presentem enim vexationem in requiem æternā aditur. Et quamuis rerum presentium laboribus quasi quadam violentia asperrimę hyemis vrurur, tamen post harum presentium acerbitatum rigores, Deo eos resoluente, in placidis, & tranquillis, & serenis quiescimus: secundum enim dictum propheticum & allegoricam consuetudinem nunc in niue, & nebula, & crystallo, quę omnia per naturam suam vrunt atque mortificant, secularium in nos molestiarum & calamitatum dolorem, & noctū, nos ignorantię rigores significari credendum est. Scit hic idem propheta beatę huius ciuitatis participem nequaquam iam refrigore isto iniurię secularis vrendum, dicens: Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Hęc enim omnia quibus per presentes calamitates adurimur, rursum Dei bonitate resoluti liquimur. Nix nanq; lanę molitudine defluens, regens omnia intra se detinet: pruina, quoque nebule descendens cineris modo sparsa constringit: crystallo etiam vltra consuetudinem grandinis duratum, & in frustra solidatum habet in se & impetum, & rigorem. Et si hęc perpetuo permancant, nunquid non vniuersa horum gore perusta semper arerent? Quis enim ferre æternas corporis calamitates indeficientesque posset, si series mali nostri sempiterna traheretur? Sed dissolutis infirmitatibus corporis, regni beatę huius tempus æternum est, vbi non flendum, non dolendum, non corporeę cupiditatis demutatione labendum est: sed in his viuendum, quę inquit oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit. Cęstat in bonis futuris intelligentię auditus & aspectus: nec conspectui subiicitur, nec auditu capitur, nec mente percipitur, quicquid illud beatis æternis, beatum æternumque promittitur. Soluētur igitur hęc omnia niuis, pruina, crystallo frigora tanquam flatu repenti: tum cum post hos secularis noctis rigores tempora illa regni æterni in vnam atque in demutabilem tranquillitatem Dei spiritus temperabit. Atque vt sub niuis & nebule &

crystallo frigore intollerabili si maneret, Dei tamen spiritu in deliquium soluendo, significasse illam æterni regni æterno populo beatam temperiem noscercemus, Psalmum propheta tali confessione concludit:

Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, subit spiritus eius, & fluunt aque. Qui annunciat verbum suum Iacob, iusticias & iudicia sua Israel.) Peculiaris hęc in Iacob & Israel Dei voluntas est, non in eum Israel, neque in eum Iacob, qui hoc corporis nomen ad solatium veluti generosę in se stirpis amplectitur: sed eum Iacob qui supplantauit priorem, qui primogenita spe æternitatis emit, cui Israel de Deo videndo cognomen est, qui ipse Hierusalem & pacis est ciuitas, quia ædificatus supra petram fidei, confirmatis portarum seris fortiores portarum portas inferi obtinebit. Qui in verbo cōgregatur, qui non inopia eget, non secularis rigoris frigore aduritur: sed liquefactis omnibus, & Dei spiritu absoluitis, tempore æternę serenitatis vtetur, huic pronunciat hoc verbum. Hic per spiritualem intelligentiam has Dei iusticias & iudicia expectat: consors boni huius nulla gens alia est, neque hanc iudicij glorię in fidelitas irreligiosa cognoscit. In sua enim venit & sui eum non receperunt. Quotquot receperunt, dedit his potestatem filios Dei fieri: Dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Psalmus CXLVIII. Alleluia.

Laudate Dominum de cęlis, laudate eum in cęlestis, &c. Superiores tres psalmi, quibus prophetia nos ad laudem Domini aduocat, beatę illius spei nostrę distributionem ipso collocationum suarum ordine sunt sequuti. Primus enim eorum ob spem æternitatis, & cęlestis regni expectationem cantatus est. Secundus ob ædificationem sanctę ciuitatis, & congregationem sanctorum, qui ad plenitudinem sanctę huius ciuitatis conueniāt, subsequutus est.

Tertius iste iam ob gratulationem ex ædificatę ciuitatis, & æterna pace fundatę, & post seculi vrens aręque frigus cęlesti spiritu tēperatę, in hunc hymnū est cōparatus. Doctrinę ergo idem est ordo qui rerum. Nam secundum propheticam & apostolicam prędicationem, beatę istius regni & ciuitatis æternę in his ordo dispositus est, in resurrectionis demutatione, in cōgregatione sanctorum, in dominicorum ciuium cum frequentatione incolatu. Post quę iam in æterna beatitudine omnibus constitutis, ad canendas Dei laudes hoc consequenti psalmo chorus cęlestium virtutum potestatumque cōtrahitur: vt ob depulsam seculi vanitatem creatura omnis ex magnis officiorum suorum laboribus absoluta, & in beato regno æternitatis aliquando respirans, Deum suum & læta prędicet & quicta, & ipsa secundum Apostolum in gloriam beatę æternitatis assumpta, cum ait: Etenim expectatio ipsius creaturę reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nō sponte, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem claritatis filiorum Dei. Hinc ergo hymnus est libertatis indultę, quod officiorum necessitate absoluta, & antea in vsus humani subiecta feruit, iam conformata tandem filiorum Dei gloria in æternam beatitudinem creationum elementa requiescunt. Cuius beatitudinis longo iam diu secundum

Psalm. 120.

Matth. 5.

Ioan. 1.

Rom. 8.

1. Petr. 1.

apostolum Petrum desiderio detinebantur, cum ait: Hæc quæ modo vobis nunciata sunt, per eos qui vobis Spiritu sancto euangelizauerunt, quæ missa sunt è cælo, in qua re concupiscunt angeli prospicere. Expectatio itaque cælestium est beatitudo terrena, & corruptionis nostræ demutatio diuinarum creationum demoratur elementa, prospicere hanc euangelicæ prædicationis spem concupiscencia, gloriam suam ex gloria nostræ conformatione susceptura: qua iam secundum prophetiam psalmi adeptæ, in consonam laudem præceptæ beatitudinis aduocantur: *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis, & reliqua.* Absoluto quidem ad intelligentiam sermone, propheta omnes cælestes virtutes adhortatur ad laudem non sine perfecta ratione doctrinæ. Primum enim errorem hunc humanæ ignoracionis auertit, quo fortuitis concursibus hunc mundi habitum in se coisse, atque ita ex inordinatione in ordine constituisse; quidam ausi sunt opinari. Tum quod alij hunc ipsum mundum Deum esse qui se agit ac moueat, & inaniam temperiem cursu dimensæ rationis moderetur, existiment. Postremo quod quædam sibi ex his ipsis vnusquisque legit elementis, aut cælum, aut solem, aut aquam, aut aëra, quibus Dei honorem inani atque impia religione deferret. Omnem igitur errorem ignoracionis excludit, dicens: Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse præcepit & creata sunt. Nullus igitur hic fortuitorum concursus, nulla naturæ propriæ virtus, nulla æternitatis ex semet substantia in his quæ creata docentur, admittitur. In quo dicto etiã id docetur, quod & Genesis distinxit, & euangelia testata sunt, & Apostolus prædicauit Dei iussu facta esse omnia, non per se extitisse, tanquam ipsa illa materia obedientiæ vitalis existeret, cum esse ac subsistere iubetur: sed omnia ex mandato creata esse, & dictum fuisse ab eo qui dicebat vt fieret. Ita enim Genesis est loquuta: Et dixit Deus, & fecit Deus: Et nunc propheta ait: Dixit & facta sunt. Non enim sibi præcepit vt fierent, sed sunt facta cum dixit: facta autem sunt per eum, de quo euangelista testatum est nihil. Et Apostolus ait: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt omnia in cælis & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso condita sunt. Et sapientia de se ita loquuta est: Ego eram apud illum componens, mihi aggaudebatur, cum lætaretur orbe perfecto. Cessat ambiguitas intelligentiæ, & nunc veteris testamenti autoritate coniuncta, patri filium ante secula manentem in creandi mundi exordio adstitisse. Causam etiam propheta aliam laudem adiecit: *Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Statui enim in seculum seculi.* Manent enim ex nihilo substituta, & gratiam ex eo quod sunt, creatori suo debent: cum sensum vitæ suæ bonitate eius, & virtutem, & scientiã, per quem viuere seu sentire ceperunt. Viuunt autem ad eum, vt & in seculum seculi maneant, & secundum Apostolum, reuelationem filiorum Dei expectent, à corruptionis seruitio in conformem eorum gloriam liberanda. Constat autem est, in his creaturis quæ in seculum seculi sunt statuta, neque cælum hoc quod firmamentum nuncupatur, neque terram, quæ arida dicta est, commemoratam fuisse, cum à propheta dictum sit: Ecce ego facio cælum nouum, & terram nouam. Et Dominus in Euangelio dixit: Cælum & terra præteribunt, ver-

Colos. 1.

Prou. 8.

ba autem mea non præteribunt: de quibus non huius loci sermo est. Tantum illud ad admonitionem commemorandum à nobis fuit, non dissolubiles creationes nunc ad laudem Dei fuisse numeratas, sed eis quæ in æternitatis sunt substantia constitutæ. Ac ne forte quod in æternum manerent, naturale illis esse ex substantiæ suæ beatitudine crederetur, subiicit: *Præceptum posuit & non præteribit.* Vt hoc quod sunt, id est, vt maneant in æternum, non naturæ suæ esse intelligant, sed præcepti eius sit, qui potens sit rebus ex nihilo substantiæ naturam æternitatis asserre. Non enim inquit, præteribit præceptum, id est, madata eius non erit finis: quia in æternum manent, quibus æternitatem virtus æternitatis indulsit. Post quæ rursum terrena cetera aduocatur ad laudem, quæ etsi non omnia sunt horum cælestium & beatorum bonorum confortia, partim per irrationabilem sensum, partim per inanimalem naturam, partim per impietatis offensam: tamen Deum per id quod talia sunt instituta, ipsa institutionis in se habitæ prouidentia prædicant. Ait enim ita: *Laudate dominum de terra dracones, & omnes abyssi, & reliqua.* Omnia laudem Dei concinunt, licet quædam sensu laudis carentia sint, sed per institutionis ordidem qualitatemque gignendi præconium creatoris ostendunt. Detenti in terra dracones, eorumque plures in abyssi demersi: vt nos intra metum & religionem, dum ipsi intra abyssum terramque religati impietatis nostræ pœnis præparantur, coercerent. Natura ignis, niuis candor, crysalli glacies, procellæ spiritus, montium celsitas, distinctio, collium, arborum fructus, bestiarum varietas, peccatorum vitilitas serpentum nisus, volucrum volatus, regum potestas, populorum famulatus, principum dignitas, iudicum æquitas, ætatum omnia & sexuum mores studia, virtutes. Hæc itaque omnia in diuersos ineffabileque vsus formata, distincta, animata perfecta, creatoris prouidentiam laudat: & eorum quæ aut inanimalia, aut irrationabilia sunt, qualis laudatio esset ostendit, dicens: *Quæ faciunt verbum eius* vt eo quod in hunc officiorum suorum sint ordinem constituta, præconium eius à quo ita sint instituta testentur. Regibus verò & cæteris talibus tãquam rationis confortibus, hæc laudandi causa proposita est: *Quia exaltatum est nomen eius solius, confessio eius super cælum & terram.* Et hic quidem Deus regum, & populorum, & principum, & iudicum & ætatum omnium constitutione laudabilis est, qui humanæ vitæ cursum tali diuersorum officiorum temperatione contineat. Tamen quia omnis superior laudatio beati illius regni tempus ostendit, hanc causam adiecit, quia exaltatum est nomen eius solius. Tum enim Deus vnus etiam ab inuitis, & intelligitur, & videbitur, religato diabolo, & angelis eius pœnæ cum eo æterni ignis adiectis, & omni spiritualium nequitiarum postate sublata, cum iam non peccatum, non mors, non terrenus hic mundus sit. Ait enim: *Confessio eius super cælum & terram, & exaltatum cornu populi sui.* id est: In illo beatæ ciuitatis illius seculo, vbi cornu populi sui Dominus exaltabit & incorruptionem quæ significatur in cornu per honorem immortalitatis impertiet. Tum enim cælum nouum & terra noua erit, cum his presentibus dissolutis, noua illa & æterna succedente, Deo confessio eius super cælum & terram reddetur: quia non in hoc seculo, neque in hoc aëre, sed in superioribus locis sedes beati illius regni est constituta. Et quia illud sanctorum est regnum per quod regnate Domino ad beatum regnum Dei patris ascendunt: psalmum ita propheta. conclusit, *Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israel*

Mar. 13.

Mar. 7.

I. Cor. 15.

Israel populo appropinquanti sibi. Sanctorum omnis hic hymnus est, qui Deum non vt cæteri reges, aut principes, aut iudices pro virtutis & confessionis admiratione laudent, sed pro gaudio consummatæ in se beatitudinis & gratulatione cantantium: sancti scilicet, qui Israel filij sunt Deo propinquantes, non illi vtique de quibus dictum est: Plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me: sed hi qui merebuntur audire, Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, Illis ergo proprius hic hymnus est, qui Deo propinquabunt, qui per hoc sanctæ Hierusalem regnum beatum æterno regno proximum, post regnum Domini Iesu Christi in regnum Dei patris Domino congregant transibunt, apostolo dicente: Cum tradet regnum Deo patri, cum euacuauerit omnem principatum & omnem potestatem & virtutem. Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Omnes enim subiiciet sub pedibus eius. Nouissima enim euacuabit mors. Cum dixerit: Omnia sunt subiecta præter illum qui ei subiicit omnia, tunc ipse subiectus erit illi qui ei subiicit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus: hic ergo populus est propinquans regno Dei patris per regnum filij Dei proximus. Regnat itaque Dominus traditurus Deo patri regnum: non regni potestate cariturus, sed nos qui regnum eius sumus, Deo patri traditurus in regnum. Regni traditio nostra prouectio est, vt qui in regno filij erimus, in regno quoque simus & patris: digni per id regno patris, quia digni regno erimus & filij, proximi tum patris regno, cum filij erimus regnum: qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Psalmus CXLVII. Alleluia.



Antate Domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. Et reliqua. Superius omnem creationum diuersitatem ad laudem Dei creatoris est adhortatus: & ordo à cælestibus coeptus cuncta terræ ac maris, & aëris animantia percurrit, vniuerso quoque genere ætatum, sexuum, potestatum ad honorem debitæ confessionis admonito, vt gloriam eius, qui se ad vitam animasset, firmasset, ornasset, pius gratiarum sermo cœlebraret. Postquam (vt dignum fuit) propheta psalmi huius sine proprio officij sui munus expleuerat, omnibus quidem ad laudem diuinam adhortatis, hymnum tantum esse sanctorum eius ostendit. Filiis scilicet Israel populo qui fieret Deo proximus, cum vniuersitas omnis deum ex vitæ suæ sensu, & gratulatione laudasset, Israel tamen eius solus oppropians hymnum de cognitionis ac dignationis diuinæ familiaritate cantaret. Post quæ nunc ad cantandum Deo nouum canticum.

ABER AT FINIS HVIVS OPERIS, quod extreme pagina fere soleant, vel elabi, vel excindi.

A HILARIVS AVGVSTINO, DE reliquiis Pelagianæ hæreseos Epistola.

Domino beatissimo ac toto affectu desiderando, & multum in Christo suscipiendo, patri Augustino Hilarius.



I cessantibus contradicentium quæstionibus gratæ sunt plerunque studioforum inquisitiones, vt etiam illa quæ absque periculo ignorarentur, edificat: arbitror gratiorem fore sedulitatem nostræ relationis, quæ dum indicat secundum quorundam prosecutiones quædam aduersantia veritati, non tam sibi illis qui turbantur & turbant, per consilium sanctitatis tuæ satagit prouideri, Domine beatissime ac toto affectu desiderando, & multum in Christo suscipiende pater. Hæc sunt itaque quæ Massiliæ, vel aliquibus etiam locis in Gallia ventilantur. Nouum & inutile esse prædicationi, quod quidem secundum propositum eligendi dicantur, vt id nec arripere valeant nec tenere, nisi credendi voluntate donata. Excludi putant etiam locum prædicandi vigorem, si nihil quod per eum excitetur, in hominibus remansisse dicatur. Consentunt omnem hominem in Adam perisse, nec inde quenquam posse proprio arbitrio liberari: sed id conueniens afferunt veritati, vel congruum prædicationi, vt cum prostratis, & nunquam suis viribus surrecturis annunciatum obtinendæ salutis occasio eo merito quo voluerint & crediderint à suo morbo se posse sanari, & ipsius fidei augmentum, & totius sanitatis suæ consequantur effectum. Cæterum ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum, quenquam sibi sufficere posse consentiunt: neque enim alicui operi curationis eorum animumrandum putant, exterrita supplicij voluntate vnumquenque ægrotum velle sanari. Quod enim dicitur, crede & saluus eris: vnum horum exigi afferunt, aliud offerri: vt propter id quod exigitur si redditum fuerit, id quod offertur deinceps tribuatur. Vnde non consequens putant, exigendam ab eo fidem, cuius naturæ id voluntate conditoris concessum est: & nullam ita depratam vel extinctam putant, vt non debeat, vel possit se velle sanari. Propter quod vel sanetur quis à sua, vel si noluerit cum sua ægritudine puniatur. Nec negari gratiam, si præcedere dicatur talis voluntas, quæ tantum medicum quærat: non autem quicquam ipsa iam valeat: nam illa testimonia, vt est illud, Sicut vnicuique partitus est mensuram fidei: & similia: ad id voluntate valere, vt adiuuetur qui ceperit velle, non vt etiam donetur vt velit. Reiectis ab eo dono aliis pariter reis, & qui possent similiter liberari, si ea quæ pariter indignis præstatur credendi voluntas, etiam ipsis similiter præstaretur. Si autem aiunt, dicatur vel talem omnibus remansisse, quæ vel contemnere quis valeat, vel obedire: de compendio putat rationem reddi electorum vel reiectorum, in eo quod vnicuique meritum propriæ voluntatis adiungitur. Cum autem dicitur eis quare aliis vel alicubi prædicetur: vel non prædicetur: nunc prædicetur quod aliquando penè omnibus sicut nunc alicuius gentibus non prædicatum sit: dicunt id præscienciæ esse diuinæ: vt eo tempore, & ibi, & illis veritas annuncietur, vel annuncietur, quædo & vbi prænunciabatur esse credenda: & hoc non solum aliorum catholicorum testimoniis, sed etiam sanctitatis tuæ disputatione antiquiore se probare testantur. Vbi tamen eandem gratiam non minore veritatis perspic-

Hec epistola sequens videtur esse Hilarij, & reuolvens episcopi.

Act. 16.

cuitate docueris, ut est illud quod dixit sanctitas tua in quaestione contra Porphyrium, de tempore Christianae religionis: tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat & ubi sciebat esse, qui in eum fuerat credituri. Vel illud de libro in epistola ad Romanos: Dicit itaque mihi quid adhuc coqueritur, Nam voluntati eius quis resistit? Cui sane inquisitioni, inquis, sic respondet, ut intelligamus spiritualibus viris, etiam non secundum terrenum hominem viventibus, parere posse prima merita fidei & impietatis, cum Deus praescientia eligat credituros, & damnat incredulos: nec illos ex operibus eligens, nec istos ex operibus damnans: sed & illorum fidei praestans, ut bene operantur, & istorum impietatem deserendo obdurans, ut male operentur. Et iterum in eodem libro superius, Aequales omnes sunt ante meritum, nec potest in rebus omnimodo aequalibus electio nominari, quoniam Spiritus sanctus non datur nisi credentibus. Non quidem Deus elegit opera quae ipse largitur, cum dat Spiritum sanctum, ut per charitatem bona operemur: sed tamen eligit fidem, quia nisi quis credat, & in accipiendi voluntate permaneat, non accipit donum Dei, id est Spiritum sanctum, per quem infusa charitate bonum possit operari. Non eligit Deus opera cuiusquam in praescientia, quae ipse donaturus est, sed fidem eligit in praescientia, ut quem crediturum esse praesciuit, ipsum elegerit, cui Spiritum sanctum daret, ut bona operando etiam aeternam vitam consequeretur. Dicit enim Apostolus, Idem Deus qui operatur omnia in omnibus. Nusquam autem dictum est, Deus credit omnia in omnibus. Quod enim credimus nostrum est, quod autem operamur, illius: & caetera in eodem opere, quae se acceptare & probare testantur tanquam conuenientia euangelicae veritati. Caeterum praescientiam & praedestinationem, vel propositum ad id valere contendunt, ut eos praescierit, vel praedestinauerit, vel proposuerit eligere, qui fuerat credituri: nec de hac fide posse dici, Quid habes quod non accepisti? cum in eadem natura remanserit, licet vitiosa, quae prius sana ac perfecta donata sit. Quod autem dicit sanctitas tua, neminem perseverare nisi perseverandi virtute percepta, haec accipiunt, ut quibus datur, inerti licet, praecedenti tamen proprio arbitrio tribuatur quod ad hoc tantum liberum asserunt, ut velit vel nolit admittere medicinam. Caeterum & ipsos abominari se & damnare testantur, si quis quicquam virum in aliquo remansisse quo ad sanitatem progredi possit, existimet. Nolunt autem ita hanc perseverantiam praedicari, ut non vel suppliciter emereri, vel amitti contumaciter possit. Nec ad incertum voluntatis dei deduci se volunt, ubi eis quantum putant ad obtinendum vel amittendum, evidens est qualecunque sit initium voluntatis. Illud etiam testimonium quod posuisti, Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: tanquam non canonicum definiunt omittendum. Vnde illam praescientiam sic recipiunt, ut propter fidem futuram intelligendi sint praesciti: nec cuiquam talem dari perseverantiam iam a qua non permittatur praevariari, sed a qua possit sua voluntate deficere & infirmari. Afferunt inutilem exhortandi consuetudinem, si nihil in homine remansisse dicatur quod correctio valeat excitare: quod quidem inesse naturae sic se dicere constituitur, ut hoc ipso quod ignorati veritas praedicatur, ad beneficium praesentis gratiae referendum sit. Nam si sic praedestinati sunt, inquit, ad utramque partem, ut de aliis ad alios

nullus possit accedere, quod pertinet tanta extrinsecus correctionis instantia? Si ab homine, & si non fides integra, saltem vel dolor conspunctae infirmitatis exortitur, aut periculum demonstratae mortis horretur. Nam si non potest timere quis, unde terretur, nisi ea voluntate quae sumitur, non ex eo culpandus quod nunc non vult, sed in eo, & cum eo, qui sic aliquando voluit ut eam donationem cum suis posteris mereretur incurere, ut nunquam recta, semper autem prava vellet appetere. Si autem est qualiscunque dolor qui ad exhortationem corripientis oritur, hanc ipsam dicunt causam propter quam vel reiciatur alius, vel alius assumatur: atque ita non opus esse partes constitui, quibus nec adiiciendum sit aliquid, nec detrahendum. Deinde moleste ferunt, ita diuini gratiam, quae vel tunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur, ut ille acceperit perseverantiam, non qua fieret ut perseveraret, sed sine qua per liberum arbitrium perseverare non posset: nunc vero sanctis in regnum per gratiam praedestinatam non tale adiutorium perseverantiae datur, sed tale ut eis perseverantia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. His verbis sanctitatis tuae ita mouentur, ut dicant quaedam desperationem hominibus exhiberi. Si enim aiunt, ita Adam adiutus est, ut stare posset, in iustitia, & a iustitia declinare: & nunc ita sancti iuuantur, ut declinare non possint, siquidem eam acceperunt volendi perseverantiam, ut aliud velle non possint: vel sic quidam deseruntur, ut aut nec accedant, aut si accesserint & recedat, ad illam voluntatem pertinuisse dicunt exhortationis, vel comminationis utilitatem, quae & persilendi & desilendi obtinebat liberam potestatem: non ad hanc, cui nolle iusticiam inevitabili necessitate coniunctum est: praeter illos qui sic concreati sunt his, qui cum vniuersa massa damnati sunt, ut exciperentur per gratiam liberandi. Vnde in hoc solo volunt a primo homine omnium distare naturam, ut illum integris viribus voluntatis iuuaret gratia volentem, sine qua perseverare non poterat: hos autem amissis & perditis viribus credentes tantum, non solum erigat prostratos, verum etiam suffulcat ambulantes. Caeterum quicquid libet donatum sit praedestinatam, id posse & amittere & retinere propria voluntate contendunt. Quod tunc habebat esset, si verum putarent eam quosdam perseverantiam percepisse, ut nisi perseverantes esse non possint. Inde est quod & illud pariter non accipiunt, ut eligendorum reiciendorumque esse definitum numerum velint, atque illius sententiae expositionem, non eam quae a te est deprompta suscipiunt, id est, ut non nisi omnes homines saluati fieri velint, & non eos tantum qui ad sanctorum numerum pertinebant, sed omnes omnino, ut nullus habeatur exceptus.

Nec hoc timendum, quod quidam eo initio perire dicantur. Sed quomodo aiunt, non vult a quocumque peccari vel deserui iusticiam, & tamen iugiter illa deseritur contra eius voluntatem, committunturque peccata: ita eum saluare velle omnes homines, nec tamen omnes homines velle saluari? Testimonia etiam scripturae quae de Saule vel de Dauid posuisti, non pertinere putant ad quaestionem, quae de exhortatione versatur. Alij autem ad id referunt, ut ex his etiam gratiam accipiant commendari, qua vnusquisque post voluntate iuuatur: vel ad ipsam vocationem, quae praestatur indignis. Hoc enim & illis locis tuorum

tuorum opusculorum & aliorum quae persequi longum est, se demonstrare testatur. Paruulorum autem causam ad exemplum maiorum non patiuntur afferri. Quam & tuam sanctitatem dicunt eatenus attigisse, ut incertum esse volueris, ac potius de eorum poenitentia malueris dubitari. Quod in libro tertio de libero arbitrio ita posuisse meministi, ut hanc eis occasionem potuerit exhibere. Hoc etiam de aliorum libris quorum est in ecclesia auctoritas, faciunt: quod perspicit sanctitas tua non parum posse iuuare contraditores, nisi maiora, aut certe vel paria proferantur a nobis. Non enim ignorat prudentissima pietas tua, quanto plures sint in ecclesia, qui auctoritate nominum in sententia teneantur, aut ad sententiam transferantur. Ad summum fatigatis omnibus nobis, ad id persecutio eorum, vel potius querela conuertitur, consentientibus etiam his qui hanc definitionem improbare non audent, ut dicant: Quid opus fuit huic emodi disputationis incerto, tot minus intelligentium corda turbare? Neque enim minus vtiliter sine hac definitione, aiunt tot annis a tot tractatoribus, tot praecedentibus libris tuis & aliorum cum contra alios, tum maxime contra Pelagianos, catholicam fidem fuisse defensam. Haec mihi pater & alia interminabiliter plura, si ut summa mea vota confitear, per me deferre maluisses, vel quia hoc non merui, saltem prolixiore tempore omnia, quibus mouentur, collecta dirigere: ut quicquid de hac re contradicitur quatenus refelli, vel si id non potest, tolerari debere audirem. Sed quia neutrum ex voto prouenit, malui quomodo potui haec comprehensa dirigere, quam penitus de tanta quorundam contradictione reticere. Sunt ex parte tales personae, ut his consuetudine Ecclesiastica laicos summam reuerentiam necesse sit exhibere. Quod quidem ita curauimus Deo iuuante seruare, ut cum opus fuit non taceremus, quae ad quaestionis huius assertionem exiguitas nostrorum virum suggererat. Sed nunc summam quantum festinatior perlatoris admittit, haec velut commonendo suggesti. Tua sanctae prudentiae est dispicere quid facto opus sit, ut talium & tantorum supererit vel temperetur intentio. Cui ego iam parum prodesse existimo te reddere rationem, nisi & addatur auctoritas, quam transgredi infatigabiliter contentiosa corda non possint. Sed plane illud tacere non debeo, quod se dicant tuam sanctitatem hoc excepto, in factis & dictis omnibus admirari. Tuum erit decernere, quomodo sit in hoc eorum traditio toleranda. Nec mireris quod aliter vel aliqua in hac epistola addidi, quantum puto, quae in superiore non dixeram. Talis est enim nunc eorum definitio, praeter illa quae per festinationem aut obliuionem fortasse praeterij. Libros cum aediti fuerint, quos de vniuerso opere moliris, quae so habere mereamur, maxime ut per eorum auctoritatem, si qua tibi in tuis displicent, a dignitate tui nominis iam non trepidi sequeremur. Librum etiam de gratia & libero arbitrio non habemus: superest ut eum quia vtilem quaestioni confidimus, mereamur accipere. Nolo autem sanctitas tua sic me arbitretur haec scribere, quasi de his quae nunc aedidisti, ego dubitarem. Sufficiat mihi poena mea, quod a praesentiae tuae delictis exulatus, ubi salubribus tuis vberibus nutriebar non solum absentia tua crucior, verum etiam per uicaciam quorundam qui non tantum manifesta respuunt, sed etiam non intellecta reprehendunt. Caeterum hac suspicionem intantum careo, ut potius infirmitatem meam quales tales parum patienter fero, notabilem putem. Qualiter autem ad haec consulendum iudices, ut dixi, tuae

sapientiae derelinquo. Nam ad me hoc pertinere credidi, pro ea quam Christo vel tibi debeo charitate, ut quae in quaestionem veniunt non taceam. Quicquid pro ea gratia quam in te pusilli cum magnis miramur, volueris aut valueris, gratissimè accipiemus tanquam a nobis charissima & reuerendissima auctoritate decretum. Sane quia urgente perlatore, timui me vel non omnia, vel haec ipsa minus dignè confici mearum virium posse dirigere, egi cum viro, tum moribus, tum eloquio & studio claro, ut quanto posset collecta suis literis intimaret, quas coniunctas his destinare curavi. Est enim talis qui etiam praeter hanc necessitatem, dignus tuae sanctitatis notitia iudicetur. Sanctus Leonis diaconus cultor tuus, cum meis parentibus inultu te salutat. Memorem mei paternitatem tuam Dominus Iesus Ecclesiae suae annis pluribus donare dignetur Domine pater. Et infra. Sciat sanctitas tua, fratrem meum cuius maxime causa hinc discessimus, cum matrona sua ex consensu perfectam Deo continentiam deuouisse. Vnde rogamus sanctitatem tuam, ut orare digneris, quo hoc ipsum in eis Dominum confirmare & custodire dignetur.

HILARIUS AVGVSTINO,
proponens illi quaestiones aliquot, de quibus
cupit edoceri. Epistola.

Domino sancto iure ac merito venerabili, &
per omnia colendo Auguſtino
episcopo, Hilarius.

Sanctitatis tuae gratia, quae omnibus nota est paruitati meae persuasit, ut vestris de Syracusano Hipponem remeantibus has ad laudandam mihi venerabilitatem tuam literas erogarem, postcens summam trinitatem, ut incolumis & vegetus Dei nostri fauore hoc meum scriptum ad recensendum suscipias, Domine sancte iure ac merito venerabilis, & per omnia colende. Proinde rogo ut mei memor in sanctis orationibus tuis esse digneris, atque imperitiam nostram informare de eo quod quidam Christiani apud Syracusas exponunt, dicentes: posse esse hominem sine peccato, & mandata Dei facile custodire si velit. Infantem non baptizatum morte praeventum non posse perire merito, quoniam sine peccato nascitur. Diuitem manentem in diuitijs suis, regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua venderit, nec prodesse eidem posse, si forte ex ipsis diuitijs fecerit mandata. Non debere iurare omnino. Et de ecclesia quae sit de qua scriptum est, non habere rugam neque maculam, ubi haec sit, an in qua nunc congregamur, an illa quam speramus. Quidam autem putant ecclesiam hanc esse quae nunc frequentatur populis, & sine peccato esse non posse. De his omnibus rogo quantis valeo precibus sanctitatem tuam, ut iubeas nos apertius instrui, quo nouerimus, quatenus sentire debeamus. Dei nostri misericordia sanctitatem tuam incolumem conferuet annis innumeris opto, Domine sancte iure ac merito venerabilis & per omnia colende.

METRV M SANCTI HILA-
RRI ARBLATENSIS EPISCOPI
 in Genesim ad Leonem Papam.

*Parvum monitio tua dulcia iussa secuti
 Antistes Christi, quæ dabis ore pio.
 An ego nunc canerem tanti præconia patris
 Munus opisque Dei dum mihi lingua foret,
 Rura quidem stridens & nullis digna coronis,
 Ingeniumque iacens, sed libet alta loqui.*

Dignū op^o & iustū est sēper tibi dicere grates
 Omnipotens mundi genitor, quo principe
 cuncta

Natalē sumpserē diem, atq; exorta repente
 Post tenebras stupido spectarunt lumina cælo,
 Gens hominum pecudēsque feræ millēque volucres,
 Et quæ per liquidos dūcurrunt agmina campos,
 Omnia per temet ex te qui maxima condis
 Ex te nate pater: nec iam patris est pater alter.
 Tu capitis primique caput tu fontis origo,
 Primus apex rerum, primus fator omnia condens,
 Nec tamen ex alio ducis genus, ipse perennis
 Spiritus, antiquo viuens per secula motu
 Semper eris, quia sēper eras, non mortis egenus,
 Qui natalis inops nec finem nouerit aui.
 Ex se principium cui contigit haud manet alter
 Auctorem casus, nascētia terminus vrget.
 Omnia cūm tegeret nigrum chaos altaque moles,
 Defuper vrgeret informis corpora mundi,
 Et caliganti premeret ferotina nocte
 Nec species nec forma foret Deus intus agebas,
 Corporibus teētis mixtus secreta potestas.

Iam tumidis ponens nascētia mœnia mundi,
 Et varias rerum facies animāque futuras,
 Vtque caput victa promptis caligine noctis
 Sublimen attollens vultum fensere tenebræ.
 Mox dominus rerum fomnos disculsi inertes,
 Pigræque materies trepidauit nomine pulla
 Commotāque simul matura conscia partu,
 Scinditur ingentis cumuli per plurima corpus
 Membra locūsque simul metantur femina iussa,
 Et confusa descendunt viscera moles,
 Sectaque per partes, formas spectantia frustra,
 Iam calor intus alit, & blando suscitāt igni.

Ac primum cœli pampus liber omnia mundi
 Complectens spacia, celsō suspenditur orbe:
 Terra grauis pigro descendit pondere ad imam,
 Ac semet defixa falo fundata refedit,
 Efflētque vt spacium vacuæ regionis aperto,
 Quæ tener incedens mortalia pasceret æther,
 Quæque exire patris possent tot munera rerum,
 Ortāque ferrentur nullo per inane labore,
 Diffusa coguntur aquæ, mox limite certo
 Liquuntur maria, nec finem transfilit vnda,
 Tunc oritur lux alma, dies quæ iussa vocari
 Nascēntem tenero perfudit lumine mundum.
 Munus opūque tuum prodens tua maxima dona,
 Condere quæ genitor patria pietate parabat,
 Vtque hominum solers possit clarescere vita
 Artibus æthereis quæ totas ducere lucas
 Gaudet, & ingenium diuersa laude fatigat.

Insequitur nox atra diem densaque tenebræ,
 Corporibus fomnos quæ ferrent ocia festis,
 Et cunctis vnam faciem similēque figuram,
 Nāmque dies varia rerum discrimina ora,
 Et dat ciquie suum dissecta nocte colorem,

Infligatque animos opera ad maiora calentes,
 Exacuens varijs mortalia pectora curis.
 Quo mage forma dies vita, nox mortis imago.

Tuuc condens pater astra polo, ac lamina viuens,
 Sidera distinguens varijs per tecta figuris
 Lucifer exurgit roseus & fulgidus ore
 Vesper, puniceos spargit aurora capillos.
 Anguis agit sudum, important pleiades imbres.
 Sunt iuga, sunt plaustra, gemmant flore coronæ,
 Sināque bisseis annum voluentia formis.
 Multaque præterea celsæ domus ornamenta,
 Quis seclum fulcit signis, & regia summa
 Picta parens varia stellarum luce coruscat.
 Sed soli lux maior inest, quem inunere largo
 Excultum genitor pleno dignaris honore.
 Igneus ille iubar præcelsō vertice tollit,
 Ore rubens patulo, cœli per mœnia fertur,
 Astrorum ductor mundi, viget atque elementa.
 Ecce aliud mirum, mirum decus, en noua cursum
 Mutat luna suum, quos perdit colligit ignes,
 Cornuque extingvens perturbat limite frontem.
 Mox tamen ardescit completo circulus orbe
 Noctilucum lumen pacit fata sidera luce.
 Nec tamen æterno, quæ machina voluitur æthere.
 Non tantum pictura poli est, nec celsa voluntas,
 Mens ratioque subest, & rebus vtiles ordos.
 Hinc doctrina venit terris, hinc denique cunctis
 Consilium agricolis, & qui maria alta pererrant,
 Vt se quaque ferant lucas prædicere possint,
 Venturos norint imbres, sicclūque ferenum,
 Tempore quo tauros campis inducat arator,
 Et dubium tentet securus nauita pontum.

Instruētis ignes cœlo pater optime terras
 Excolere aggredieris & munere donas opimo
 Regna hominū pecudūmq; larē requiēmque volucrū.
 Planescunt campi, colles tumor arduus effert,
 Subsidunt valles, florentia prata virefcunt,
 Saxaque durantur, pinguis se gleba resoluunt,
 Rumpuntur fontes, fluiijs genus arduum vnde est,
 Herbarum varia confurgunt gramina campis.
 Iamque seges tenera fructum fundebat arista,
 Cum iuga nulla forent, nec vomer vllus aratri,
 Mugiret nullus profcisus taurus in aruis,
 Ecce etiam vitis malido iam plena racemo
 Expers falcis adhuc, & duri nescia ferri,
 Pampineas celsis texebat collibus vmbras.
 Diuersa exoritur variarum forma ferarum,
 Quadrupes animæ, nec non repētia terris.
 Nascuntur pictis volucres per nubila pennis.

His vbi perfectis genitor iam diuite mundo
 Cuncta videt magni curam deposcere regis,
 Qui mare, qui terras, atque omnia nata gubernat,
 Quique altum spectet cœlum laudētque potenter
 Munera magna Dei ne sint hæc condita frustra.
 Tunc faciamus eis hominem, dic optime cum quo?
 Non loqueris clarum, iam tum tibi filius alto
 Adsidet in folio, & terras spectat amicas.
 Sed faciamus ais hominem, cuius vuultus imago
 Nofter erit manibūque meis procedat in auum.

Inde opifex rerum adsumis mollia terræ
 Atque virum formas, cuius de costâ cupido
 Fit mulier vultu, mulier de costâ viri fit.
 Quo mage chara viro & lateri sit coniugis apta.

O felix animal summi cui dextra tonantis
 Est pater, ð felix nimium qui ducis olympo
 Et genus & formam, si te non noxia terræ
 Decipiant vitia, nec blandus subruat error,

Numen eris, cœloque redux mirabere regna,
 Quæ promissa bonis fido pater exhibet ore.
 Nam tibi multa Deus nascēti contulit vltro
 Ætheream faciem primum, vultūque paternum,
 Incessūque pedum rectum, subblimia colla,
 Ne qua mora in cœlum oculis spectantibus esset,
 Tunc alacres promptisque manus vitæque ministras,
 Atque domum diuæ pectus rationis & alti
 Sedem consilij fundendæ vocis honorem.

Hæc soli concessa homini: nam cætera motu
 Est pecus, obtinuit ventrem, præcordia, neruos,
 Venarum riuos, & sparsū corpore sanguen,
 Iuste, leuēque simul sensūque dolores.
 Tu vero omnipotens priuato munere largus.
 Ergo hominem manibūque tuis operisq; fauore
 Impendens patria pignus pietate colendo,
 Ne quid diuinis modo defuit vultibus ignem
 Ætheris inspiras, & sacrae mentis opimam
 Indulges partem, permixtur corpore toto.
 Tunc meminisse licet veterum, præsciencia menti
 Hinc datur atque animæ fas est ventura videre.
 Hinc loquimur canimūq; Deum, hinc sidera cuncta,
 Terrarūque viget cultus, pontisq; mouetur.
 Hinc artes, nomēque pudor, prudentia, iustum.
 Hinc animæ surgunt fortes, hinc pergit honestum,
 Et via que ducit castos ad limina cœli.

Ergo hominem pleno perfectum munere terris
 Præponis genitor, & rerum tradis habenas,
 Cuncta habet subdatque sibi fierētque
 Telluris dominus paulatim deficiit ignis,
 Possideat, tantum Domino tibi feruiat vni.

Postquam primus homo vetito se pascere ligno
 Non timuit, captūque dolis se præbuit angui,
 Stat retus, & nudus deiecto lumine vestem
 Implorans, dominūque fugit, vultūque recondit,
 Culpa comes sequitur, peccato obnoxia vita
 Debilitat vires: cœlo venientia dona,
 Ætheri demissus paulatim deficiit ignis.
 Frigore peccati torpentia corda rigescunt,
 Cura cibi ventrisque subibat, cura tegendi
 Corporis, & sacrum subeunt mortalia pectus.

Nascitur hinc proles peccati, germinat inde
 Deterior soboles multo peiorque priori
 Progenies sequitur gradibus ad crimina crescens,
 Crimina quæ stimulis acuunt dementia corda
 Tēque pater varijs armant.

Tum primum venit opere incumbere terris
 Intemptius descendere nubibus imber,
 Fulmina tum primum cœlo deiecta sereno,
 Horrida tum grandio turbatos verberat agros,
 Et tonitru altifono infractus murmurat æther,
 Nec tamen ista malos reuocant, furor impius orbem
 Obsidet, & laxis rabies defertur habenis,
 Bella placent, cadēsque simul, peiuria, fraudes,
 Mentiriq; libet, rapere est amor, abdere furta.
 Nulla fides populis, nulla est iam veritas vsquam.
 Diluuio abluuntur terrarum crimen & vndis,
 Virque vnus residet generis populūque rector,
 Arca tegit paucos castorum semina seruens,
 Iam tum venturi facies monstrata lauacri.
 Atque vnus multis per quem data lance renati
 Sed sceptos seruens ecclesia partu

Postquam diluuij cecidit tumor, vnda refedit,
 Ales paciferæ folium portarit oliuæ
 Iam ficcis reuolans pennis dedit omnia pacis.
 Tum populus surgit melior tum prior vndis

A Gens hominum magnos terris paritura nepotes,
 Inde sacerdotis in cœlum dedita corda,
 Hinc inter flammās pueri cantare parati,
 Et puer impasti quem non tetigere leones,
 Tum reges cecinere Deum tum vera prophetis
 Ora sonant cœli sobole splendentia terris.
 Quamuis cuncta Deo seruient crimine victo,
 Attamen antiqui etiam nunc gutta veneni
 Spargebat populos, & erant vestigia fraudis,
 Quæ bonus ablueret doctor melioribus vndis.

LIBER DE PATRIS ET FILII
 vnitatem, quem D. Hilario tribuunt Germani, con-
 farrinatus est ex eius lib. ij. & ix. de Trinitate, vt
 ex contonibus hinc atque illinc accersitis,
 hinc & hinc indicatis videre licet.

Sic incipit ille liber de patris & filij vnitatem. Deus qui
 vbiq; est, quod reperies in hac editione, pagina 9. co-
 lumnæ 1. lineæ 50. & continuo lin. 7. vsque ad intelligen-
 tia coarctetur. Deinde line. 30. omisit, sequitur. Defecit
 ergo in nuncupatione. & consequenter lin. 7. vt reperies
 ead. pag. col. 2. lin. 21. vsque ad hæc verba: eloquendus est.
 post qua lin. 6. relicta sequitur. Est enim progenies, vsq;
 ad forma patris ingenti. lin. 4. post quas relicta 21. leges
 quod sequitur. Habet igitur natiuitatis, vsque ad lin. 11.
 definites his verbis, non deduco in profundū. & præ-
 termisit lin. 44. reperies hæc verba pag. 10. col. 1. lin. 47.
 Hæc de natura. & consequenter linea 34. in hæc verba,
 tolluntur ætates. post qua, lin. 6. sequitur, meus piscator
 illiteratus, liber à tempore est, vicit omne prin-
 cipium. Et tandem relicta cæteris de lib. 2. transfundum est
 ad principium lib. 9. Tractantes superiori libro. muta-
 tum est, Tractantes ante paucos dies &c. vt repe-
 ries pag. 66. col. 1. vsque ad hæc verba, extra singularis sit
 vnionem. pag. 75. col. 2. lin. 35. vbi desinit ille liber. Nisi
 quod confarrinator, de suo, vel de alio, nescio quo autore,
 hanc appendicem de varijs Christi cognominibus, sic addi-
 dit: Denique pro captu, pro vicibus non potest comparari, cum de-
 finitur, ipsa definitione sua crescit. Qui cœlum manu
 sua operit, pugno omnē mundum claudit, quem totū
 omnia nesciunt, & metuendo sciunt, cuius nomini &
 virtuti famulantur. Hunc orbis ex ipsa elementorum
 sibi succedentium momentanea vicissitudine testatur.
 Ratio quædam est, quæ apud Græcos λογος appella-
 tur, quæ inter patrem & filium personas vel vocabula
 distinguit: quia ipse filius ratio dicitur, quæ fide nostra
 ratio multis nominibus appellatur. Modo enim verbū,

D modo virtus, modo sapientia, modo dextera, modo
 brachium, modo margarita, modo thesaurus, modo
 retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo
 lapis angularis, modo agnus, modo homo, modo vitu-
 lus, modo aquila, modo leo, modo via, modo veritas,
 modo vita, cum sit Deus omnia & in omnibus. Et per
 hæc vocabula diuinarum dispensationū mysteria cog-
 noscuntur. Nam & ob hoc Verbū nuncupatur: quia
 & proprie diuino ore processit, & nihil pater sine eo
 aut iussit, aut fecit. Virtus dicitur: quia vere de Deo, &
 semper cum Deo, & omnis potestas patris in ipso con-
 sistit. Sapientia appellatur: quia de corde patris adue-
 niens arcana in cœlestibus referant. Dextera nuncu-
 patur: quod per eū omnia opera diuina perfecta sunt.
 Hh iij

Brachium dicitur: quia ab ipso omnia continentur. Margarita appellatur: quia nihil illo preciosius inuenitur. Thesaurus dicitur: ut in ipso omnes diuitiae regnorum caelestium quae reconditae sunt, agnoscantur. Retia dicitur: quia per ipsum, & in ipso de mari seculi, Gentium quasi multitudo piscium in ecclesia congregantur, ubi bonorum malorumque discrimina cognoscuntur. Aratrum nuncupatur: quia signo crucis suae Gentium pectora subiguntur, ut necessario semini praeparantur. Fons aquae appellatur: quia ex eo sitientium corda caelestis aquae gratia irrigantur. Petra dicitur: quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam praestat. Lapis dicitur angularis: quia utroque parietes veteris ac noui Testamenti, vnus mediator in semetipso continens copulauit. Agnus appellatur, ut innocentia Christi, & passio demonstraretur. Homo dicitur: quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur: quia propter nostram salutem pati sustinuit. Aquila dicitur: quia post venerabilem resurrectionem, quasi remis alitum ad patrem reuolauit. Idem leo dicitur: quia ipse est rex regum, qui mortem ac diabolum virtutis suae potestate comminuit. Via est, quia per ipsum accessum habemus ad Deum patrem. Veritas est, quia mendacium nescit. Vita est, quia ipse vniuersa viuificat. Vides ergo, quia per haec vocabula significationes dispositionum & operum diuinorum praestentur: non tamen ipse Deus per haec proprie definitus est. Est ergo pater Deus immensus, aeternus, incomprehensibilis, inestimabilis: est & filius eius Dominus nosster tantus, quantus est pater, sed non aliunde, sed de patre: quia inquit, de patre exiit, hoc est lumen de lumine. Quod si filium Dei, ut iam dictum est, visum a patribus approbamus, ut non totum in illo quod Dei est videretur: sed dispositiones rerum futurarum, quae suis quibusque temporibus complendaerant, in ipso per imaginem

cernerentur. Nam filium quis videre potuit ante quam conspicabilem materiam cum placuit adsumpsit? vel ipsum hominem induere dignatus est? Quia & si Abraham visus est, sed in forma humani corporis visus est, qua de eius fuerat carne.

LIBER INSCRIPTVS NOMINE D. HILARII, DE ESSENTIA Patris & Filij, etiam excerptus est ex libro eiusdem vij. & viij. de Trinitate, ut ex assutis videre licet, quae sic indicamus.

Pincipium libri tale est. Loquitur euangelium: Qui non honorificat, quod habetur pag. 50. col. 2. lin. 12. ab vltima. & sic continens vsque ad finem col. 1. pag. 53. ubi sunt haec verba, ut conscientiam potius naturae demonstraret. Deinde col. 2. eiusdem pag. propemodum resisita, assumens sequentia lin. 8. ab vlt. Et audiamus eum omnem. vsque ad id. & sufficit nobis, quod habetur pag. 54. col. 1. lin. 48. post quod omittit lineas undecim, & reperies, Non adempta est fides & c. vsque ad lin. 17. col. 1. pag. 55. in haec verba, ut hic sermo domini sequeretur. post quae, omisus quae supersunt de eodem lib. vij. ad ea, quae reperies lib. viij. pag. 53. col. 2. lin. procedendum est: Quae scripta sunt legamus. & c. consequenter, vsque ad haec verba: mea omnia tua sunt, & tua mea. quae habetur pag. 59. col. 2. lin. 39. post quae omittit aliquot lineas vsque ad lin. 11. col. 1. pag. 60. & deinde assume: Viuificamur ergo propter vsque ad, & habitante Christo, habitat deus. quod est lin. 21. col. 2. eiusdem pagine & praetergressa lin. 18. leges, Sed te haereticis furentem, vsque ad haec verba: nemo in spiritu sancto Dominum Iesum potest dicere. ubi desinet ille liber de essentia patris & filij, quem integrum facies, si centones, ut indicauimus, velis assuere.

FINIS OPERVM D. HILARII.

LOCORVM SACRAE SCRIPTVRÆ AB AVTHORE PASSIM IN TOTO HOC OPERE EXPLICATORVM, INDEX, IVXTA SERIEM LIBRORVM BIBLICORVM DISPOSITVS, cuius vnitas post a, b, c, d, e, columnam primam, binarius vero secundam demonstrat.

Gene. 1. Dixit Deus fiat firmamentum, & c. 22. b. c. 2	Immola Deo sacrificium laudis	226. c. 2
Faciamus hominem 23. c. 1 270. c. d. 2	50 Domine & edificentur muri Hierusalem	213. a. 2
Et benedixit illis Deus dicens: Crescite & multiplicamini, & c. 237. c. col. 2	62 Melior est misericordia tua super vitam	205. d. 1
2 Et accepit Deus puluerem de terra, & finxit hominem 270. c. 2	63 Sagitta & parturitorum factae sunt plagae eorum	294. e. 1
Et inspirauit in eum, & c. ibid.	68 Non me demergat puteus aquae, & c.	214. b. 2
Et in medio erat lignum vitae 190. e. c. 2	71 Et descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicia filantia super terram	240. d. 2
Hoc nunc os ex osibus meis 208. d. c. 1	79 Deus fuit eam aper de slyua, & c.	245. b. 1
3 Adam ubi es 192. c. 2	82 Ego dixi dijs estis	48. c. 1 324. e. 2
Maledicta terra in operibus tuis 238. b. c. 2	84 Misericordia & veritas obuierunt inuicem	216. d. 2
9 Quia ad imaginem Dei fecit hominem 23. b. 2	103 Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos ignem vrentem	23. d. 2
12 Inimicus ero inimicis tuis 287. d. 1	115 Preciosa mors sanctorum in conspectu Dei	226. a. 2
18 Descendam & videbo si secundum clamorem eorum consumantur 79. c. 2	Vota mea Dominus reddam in atrijs, & c.	224. b. 1
19 Et pluit Dominus sulphur & ignem à Domino 25. b. 1	118 Coagulauit sicut lac cor eorum, ego vero,	241. e. 2
22 Nunc cognoui quia times Dominum, quoniam filio tuo dilecto non peperisti 79. d. 2 192. d. 2	131 Si dederò somnium oculis meis, & oculis meis dormitationem	261. c. 1
Et erit semen tuum sicut arena maris 341. d. 1	140 Oleum peccatorum non impinguet caput meum	214. e. d. 1
27 Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus, & c. 299. d. 1	Fiat oratio mea tanquam incensum in conspectu tuo	236. c. 2
Exod. 3. Quod est istud? transibo 313. b. 2	Prou. 1. Sapientia in exitibus canit, in plateis cum libertate agit	261. e. 2
Sum qui sum 2. b. 1	2 Si sapientiam inuoces, & intellectui des vocem tuam, & exquiras eam sicut argentum, & c. tunc intelleges timorem Domini	310. a. 1
Dedit te Deum Pharaoni 42. b. c. 1	3 Lignum vitae est omnibus	190. e. 2
Num. 9. Os eius non conteretur 208. d. c. 1	5 Fascijs peccatorum vnusquisque contingitur	268. e. 1
Deut. 6. Audi Israel, Dominus tuus Deus vnus est 22. b. c. 1	8 Creauit me initio, & c.	126. d. 1
Et nunc Israel quid Dominus tuus poscit à te, nisi, ut timeas Dominum Deum tuum, & diligas eum? & c. 195. b. c. 1	Ignorando sapientiam sapienter interrogando sapientia deputatur	262. a. 2
32 Videte, quia ego sum Deus & praeter me non est Deus 34. a. c. 2	Iustus sibi accusator est	328. d. 2
Et in seruis suis consolabitur 249. c. 2	20 Grande homo & praeiosum vir misericors: virum vero fidelem opus est inuenire	270. d. 1
Ego percutiam & sanabo 250. e. c. 2	Cant. Nigra sum sed formosa, filia Hierusalem sicut tabernaculum Cedar.	295. e. 1
3 Reg. 13. Altarium, altarium, haec dicit Dominus: Ecce filius nascetur Dauid, Iofias nomen eius 185. d. 2	Isai. 1. Audite verbum Domini principes Sodomorum, & quae sequuntur	195. e. 2
Iob 38. Aperiuntur tibi portae mortis praetimore? in vestigijs utique maris, & c. 27. b. c. 1	Si fuerint peccata vestra sicut Phoenicium, ut nixem dealbabo	196. b. 1
Psal. 7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit & arcum suum tetendit 195. c. 2	Cum extenderit manus vestras ad me, aduertat oculos meos, & c.	212. d. 1
17 Commo tu est & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt 231. a. c. 1	2 Ex Sion exibit lex	208. b. 2
Comminuam eos, ut puluerem ante faciem veteri, & c. 191. e. c. 2	6 Ecce abstuli & iniquitates tuas purgavi	294. c. 2
Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso subuerteris 296. d. 2	11 Exiet virga de radice Iesse, & c.	199. a. 1
18 Et occusus eius vsque ad summum eius 219. a. c. 2	29 Et erunt vobis omnia verba haec tanquam eloquia libri huius signati	185. e. 2
21 Libera me de ore Leonis, & de manu canis vnica meam 216. c. 2	Sed cor eorum procul est à me	206. a. 1
Tauri pingues obfederunt me 345. a. c. 1	43 Sic dicit Dominus Deus Sabaoth: Laborauit Aegyptus & mercatus Aethyopum & Sabaim, & quae sequuntur, vsque ad haec verba, & pudebunt omnes qui aduersantur ei & ibunt cum confusione	26. d. 2
Lauabo inter innocentes manus meas 218. c. 2	45 Quoniam ego sum, & ante me non est Deus alius, & post me non erit	26. d. 1
33 Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos 310. b. 1	Quonia in te est Deus, & nemo Deus praeter te, & c.	35. a. 1
Custodit Dominus omnia ossa iustorum 208. c. 1	49 Tempore accepto exaudiui te	248. b. 2
36 Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat 313. c. 2	Et posuit me tanquam sagittam electam	294. b. 2
43 Humiliata est in puluere anima mea 260. a. 2	61 Luc. 4. Spiritus Domini super me, & quod unxit me, & c. 60. c. 1. e. 1 & 208. c. 2	
44 Faxit te Deus tuus oleo exultationis, & c. 26. a. 1 98. e. 1 322. a. 1		
49 Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? 264. b. 2		

INDEX.

Prædicare annuum Domini acceptum 232.a.2
65 Palam apparui non interrogantibus, et inuentus sum non querentibus me 33.a.2
Benedicent Deum verum, et c. 26
66 Calum est thronus meus et terra scabellum pedum meorum 2.c.1
A seculo non audiuius, nec oculi nostri viderunt Deum præter te 39.a.2
Hier. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, et c. 201.e.2
10. Hic Deus noster est, et non deputabitur alter ad eum 27.a.2
18 Si secundum figulum hunc non possum facere vos domus Israel: Ecce sicut lutum figuli vos estis in manibus meis, et c. 199.c.1
20 Maledicta dies in qua genitus sum: maledictus nunciatus patri meo et dicens, et c. 295.b.1
Thr. 3. Bonum est iumenti viro cum fert iugum graue in iuuentute sua, et c. 256.e.1
Ex. 16. Pater tuus Cananeus, mater tua Cethæa, radix tua et generatio tua de terra Chanaan 208.d.2
Dan. 7. Sede eius flamma ignis ardens, et c. 242.c.1
12 Resurgent alij in vitam, alij in confusionem 208.e.1
Osee. 4. Et saluos faciam illos in Domino Deo ipsorum 26.e.1
10 Seruite in iniusticia vosmet ipsos, et metite vos in fructu vitæ, et illuminate vos in lumine scientiæ 254.a.1
Ioel. 2. In nouissimis diebus effundam de spiritu meo, et c. 60.a.b.2
Amos. 9. Reuelabo tabernaculum quod cecidit, etc. 203.b.2
8 Non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem verbi, et c. 219.d.2
Mich. 1. Ecce Dominus descendet de caelo suo, et descendet super excelsum terræ et conteret montes subtus se, et c. 231.a.1
Mat. 2. Et tu Bethlechem Iudæ nequaquam minima es inter principes Iudæ. Ex te enim exiit, et c. 319.a.1
3 Quis monstrauit vos fugere ab ira Dei 195.a.1
Ego baptizo vos in aqua penitentiae, et c. 258.e.1
Hic est filius meus dilectus 39.d.2
5 Nemo lucernam accendit et ponit eam sub modio 278.c.1
Inceat lux vestra, et c. 233.e.2
Neque per Hierosolimam 297.e.2
6 Tu autem icinnans, unge caput, et c. 346.b.2
Si oculus tuus simplex est, totum corpus, et c. 340.c.1
Sanctificetur nomen tuum, et c. 327.a.1
Querite primū omnium regnū Dei et iusticiā eius 214.c.1
7 Petite et dabitur vobis, pulsate, et c. 7.e.2
Non noui vos 80.a.1
8 Sine mortuos sepelire mortuos 150.a.1
Verè filius Dei est 45.a.1
10 Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columba 127.e.1
Vestri autem capilli capitis numerati sunt 247.e.1
Non vos estis qui loquimini, sed spiritus, et c. 241.b.1
Beatus qui permanserit vsque ad finem 100.a.1
11 A diebus Iohannis regnum Dei vim patitur, et vim facientes diripiunt illud 200.c.2
Confiteor, et c. 332.e.2
Quia abscondisti hæc sapientibus, et intelligentibus, et reuelasti paruulis 285.e.1
Nemo nouit filium nisi pater, et nemo nouit patrem nisi filius, et c. 40.b.2
Discite a me quia mitis sum et humilis corde 278.e.2
12 Viri Niniuitæ surgent in iudicio et iudicabunt generationem hanc 200.d.1
17 Tu es filius Dei uiuentis 42.e.2 43.e.1
Abi post me Sathana 317.c.d.1

INDEX.

17 Pater, uenit hora, honorifica filiū tuū, 15.e.1 et 73.e.1
Hæc est uita æterna 72.b.1 et in seq.
Pr omnes unum sint, sicut tu pater in me et ego in te, etc. 17.a.1.58.a.2
18 Tu es Christus filius Dei benedicti 45.e.2
Verè hic est filius Dei 15.d.2
24 Ascendo ad patrem meum et patrem uestrū, ad Deum meum et Deum uestrum, etc. et 96.e.1 et in seq. copiose
De ingressu Christi ad discipulos cū iam essent clausi 17.a.1
Dominus meus et Deus meus: Item,
Quia uidisti me credidisti, beati qui non uident, etc. 48.c.2
Hæc autem scripta sunt ut credatis, quoniam Iesus est Christus filius Dei 44.a.1
Act. 1. Non est uestrū scire tempora uel momenta, etc. 82.b.1
3 Aurum et argentum non habeo: quod autem habeo, hoc tibi do 266.e.2
4 Qui per os Dauid dixisti: Quare fremuerunt gentes? etc. 193.b.2
14 Multitudinis aut credentium erat anima una, etc. 57.b.2
13 Hanc Deus expleuit filiis nostris, suscitans Dominum nostrum Iesum, sicut scriptum est in Psalmis, etc. 197.d.2
17 Quia in ipso uiuimus, mouemur et sumus 329.d.2
Rom. 5. Tribulatio patientiam perficit, patientia autem probationem, probatio spem, spes autem non confundit 335.a.2
Quoniam cum adhuc, etc. 215.b.2
Liberabimur ab ira per illum 195.b.2
6 Iam non regnet peccatum in uobis 200.a
7 Quæ enim sub marito est mulier, uino marito iuncta est legi, si autem, etc. 320.d.2
Lex enim spiritalis est 258.c.2
Miser ego, quis me liberabit de corpore mortis huius 258.b.1
8 In similitudine carnis peccati 86.b.2
De peccato condemnauit peccatum in carne 245.c.2
Si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, etc. 60.a.1
Qui proprio filio 44.d.2
Non pepercit 250.a.2
Quid enim oremus qualiter oporteat nescimus 210.c.1
Quis separabit nos, etc. 263.c.1
9 Qui est super omnia Deus 62.d.2
10 Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in caelum, etc. et inde. 94.a.1
Si confessus fueris in ore tuo quia Dominus est Iesus, et credideris in corde tuo, etc. 94.d.2
11 O profundam diuitiarum sapientia, et scientia Dei, et c. 313.e.2
12 Si possibile est ex uobis ad omnes pacem habere 321.d.2
1. Cor. 1. In omnibus ditati estis in ipso et c. 232.a.1
2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus, et c. 13.d.2
Quoniam in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, et quæ sequuntur: uide fol. 18.c.2 et inde.
3 Qui plantat et qui rigat unum sunt 57.b.2
4 Vitam regnetis, ut et nos uobiscum regnemus 200.a.1
Quid uultis, in uirga uenit ad uos, an in charitate 198.d.2
2. Cor. 5. Pr spiritus saluus sit in die Domini 201.202.a.1
3 Adhærens Deo unus est spiritus cum eo 227.a.1
6 An nescitis quia sancti mundum iudicabunt 200.d.1 et inde
8 Prus Deus est et unus Dominus 226.a.2
10 An nescitis quia patres nostri sub nube fuerunt? 325.d.e.2
Sicuti et ego in omnibus placeo, non querens quod mihi utile est, et c. 208.b.2
12 Nemo in spiritu Dei loquens dicit Iesum anathema et quæ deim. de Sp. sancto ibidem sequuntur 61.a.1 et in seq.
Quosdam posuit Deus in ecclesia in prophetas, quosdam in Apostolos 61.b.2

I N D E X.

14	Cognoscat qua scribo, quia Domini sunt	182.c.2	men, & qua sequuntur	198.d.1
15	Quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio: usque ad hac verba, &c. usque sit Deus omnia in omnibus, vide sol. 99.b.1 & in seq.		Donavit ei nomen quod est super omne nomen	77.a.2
	Primus homo de terra limo, secundus homo de caelo celestis	85.b.1	Omnis lingua confitebitur quia Christus est in gloria Dei patris	75.b.1.
	Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabilimur	208.d.1	3 Sequor ut apprehendem, in qua & apprehensus	200.c.2.
	Seminatur in corruptelam, resurget in incorruptionem, &c.	199.b.2	& 254.c.1	
	Novissima autem devicta est ab eo mors	101.c.1	Quotquot ergo perfecti sumus, hac sentiamus: & siquid aliter sentitis, id quoque Deus vobis reuelabit	99.a.1
	Tunc erit Deus omnia in omnibus	101.e.2	Qui transfigurabit corpus humilitatis nostrae, &c. 101.d.1	
	Cum tradiderit regnum Deo patri	99.d.2 & inde.	Col. 1. Qui est imago invisibilis Dei, &c. 64.b.2 & inde.	
	Tunc ipse subiectus erit illi qui subiecit ei omnia ibid. & in sequen.		Primogenitus omnis creaturae. Et ipse est caput corporis ecclesiae, &c.	64.c.2
2	Cor. 3. Vbi spiritus Domini ibi libertas	13.e.1	Primogenitus ex mortuis, ut ipse fieret primatum habens in omnibus	197.a.2
4	In omnibus tribulati sed non angustiati	265.c.1	2 Pedete ne quis vos despoliet per philosophiam & inanem deceptionem: usque ad hac verba, triumphatis vs cum fiducia in semetipso	3.b.2
5	In quo volumus dissipari sed superindusi, ut absquebeat mortalitas in vita	232.d.2	In Christo habitat plenitudo divinitatis corporaliter	65.c.2. & 66.d.1
6	Non angusti amini in nobis, sed angusti amini in vobis	265.c.1	In ipso estis repleti	67.d.2
10	Nostra arma non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionemmunitionum, &c.	106.b.2.	In quo & circumcisi estis, circumciso ne non manu facta, &c. ibid. & in seq.	
12	Et propter eminentiam revelationum datus est mihi stimulus carnis, ne per confidentiam, &c.	279.e.1	Vos cum essetis mortui in peccatis, conuiuificauit cum illo, donans nobis, &c.	243.d.1
Gal. 1.	Si hominibus placere, seruus Dei non essem	208.b.1	3 Expolietes veterem hominem cum gestis eius, & induentes nouum, qui, &c.	314.e.2
4	Factum ex muliere	111.d.1	Quia vita nostra abscondita est cum Christo in Deo	258.c.1
	Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, &c.	57.c.2	1 Thes. 5. Sine intermissione orate	190.c.2
Ephe. 1.	Qui benedixit nos in omni benedictione spiritus	237.d.2	1 Tim. 1. Quos tradidi Sathanae, ut discant non blasphemare	283.a.b.1
	Et Deus Domini nostri Iesu Christi pater claritatis, &c.	98.c.1.	2 Rago primum omnium fieri preces, &c. 345.d.e.1	
4	Unus Dominus, unus baptisimus, una fides	62.b.1	3 Et scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari	205.b.1
	Unicuique data est demonstratio spiritus ad utilitatem	279.e.1	Non Neophytum ne inflatus incidat in iudicium diaboli	259.c.2
	Exiit veterem hominem cum actibus suis, & induit nouum, &c.	102.c.2	4 Spiritus manifeste dicit, quia nouissimis temporibus quidam recedent a fide, ardententes spiritibus, &c.	82.d.2
	Qui secundum Deum creatus est in iusticia, sanctitate & veritate	111.a.1	Noli negligere quod in te est charisma	264.d.2
Phi. 2.	Qui (Christus) cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo, sed exinanivit semetipsum, &c. 64.d.1 & deinceps	337.d.1	6 Rex regum & Dominus dominantium	329.a.b.1
	Habitu repletus ut homo	86.c.1	1 Ioh. 5. Omnis qui diligit patrem, diligit & cum qui ex eo natus est, & que sequuntur	44.b.1
	Propter quod & Deus illum exaltavit & donavit illi no-		Apoc. 5. Quis est dignus aperire librum hunc, & soluere signacula eius, &c.	186.d.1

INDEX RERVM ET VERBORVM IN HILARIO MEMORABILIVM, INDEX.

A	Aaron primus fuit in lege sacerdos	327.328.a.1	adolescens diues in Euangelio	169.e.2	
	Aaronis pontificis inunctio	321.e.2	adulterium	144.b.c.2	
	abba pater	44.c.2	aduersario reconciliemur	144.e.1	
	abel peremptus ad Deum clamat	288.c.1	aduersitates omnes certo iudicio & consilio Dei ad-		
	ablaetati qui vocantur	316.d.1	sunt	271.a.b.2	
	abnegatio sui	166.b.1	aedificia alia firma alia infirma	312.d.e.2	
	abominatio desolationis	177.e.2	aedificijs manu hominum factis Deus non concludi-		
	abraham initium est originis Iudaeorum secundum sanctificationem generis	324.b.c.1	tur	307.d.e.2	
	abraham factus est 335.a.2 quomodo post immolationem filij demum cognitus sit diligere Deum, cui ramentum iam ante fides ad iusticiam erat imputata	79.d.2	aedificatio humana infirma & caduca	308.d.e.1	
	qua fide sit iustificatus	24.e.1	aedificationi quaeruntur, ea docenda	91.a.b.1	
	abraham fidelis cum Zabulo infideli confertur	141.b.1	in aegypto quaeruntur olim corporaliter gesta sunt, nunc spiritualiter in nobis geruntur	328.d.e.1	
	abrahae fides	94.b.c.1	ex aegypto spirituali Christus nos eduxit	248.e.1	
	abrahae verus filij	205.c.2	aegyptij soli Christum patre homouision constantissime obtinent, cum centum & quinque episcopi idipsum negent	114.d.2	
	abrahae semen non sunt, qui Christo honorem diuinitatis auferunt	36.c.1	aeternum quid sit	274.d.1	
	abrahae Isaac & Iacob iam mortuorum Dominus Deus est	175.c.2	an in aeternum caelum & terra mansura sint & quatenus manebunt	362.e.a.2	
	abrahae Dominus apparet 24.c.1	Christus visus	150.a.1.2	aeternitas soli Deo competit	2.a.1
	duae promissiones datae	341.d.1	aeternitas beata quomodo promerenda	147.e.1	
	ex abraham	168.e.1	ad aeterna tendendum	316.d.e.2	
	in abraham non glorandum	235.e.c.1	afflictiones ecclesiae quare praedictae	154.c.1	
	abforbendos impios sub aduentum Christi	346.c.2	afflictiones pij non deprecantur	271.a.b.2	
	abstrusa non inuestiganda	91.b.1	afflicti Deo gratias agere debent	269.b.c.1	
	abyssus 198.c.1 cuius incolae sunt plures	ibid.	pro afflictis verbum promissionis	272.a.b.1	
	de accubitu primo	339.e.2	agar agnoscat Christum Dei filium	23.c.e.2	
	accusator sibi iustus est	171.e.2	agro salubribus herbis diuini scripturae sacra confertur	323.a.b.2	
	acetum per calamum in sponsia Christo datum	184.c.2	alexandria grauissimis haereticorum bellis concussa	120.c.d.1	
	achimelech quid significet	201.e.1	allegoriae legis diligenter sunt obseruandae	323.b.c.2	
	in actionibus orbis diuini iudicij recordemur	266.b.1	alimonia caelestis quae	357.e.2	
	acus, significat nouam verbi praedicationem	124.b.1	ambitio periculosa	190.d.1	
	adam quomodo a diabolo seductus	142.e.2	ambitione diabolus Christum tentat	142.e.1	
	adam post peccatum declinat Dei aduentum	206.b.2	ambulare in magnis, & mirabilibus	316.a.1 & inde	
	culpam, ne lignum vitae attingens in aeternitate poenae maneret, de Paradiso eiectus est	250.a.2	ambulandum tanquam in conspectu Dei	291.a.b.2	
	adae lapsus quid nobis attulerit	154.e.2	amare inimicos nostros quomodo iubeamur	342.b.1	
	similitudo secundum quam Seth genuit, quae sit	134.e.2	amari a nobis cur Deus velit	195.c.1	
	adae in Paradiso Christus se ostendit	110.a.2	amici Dei	341.a.1	
	adamum peccatorem Deus nescit	192.c.2	amor quibus sit rebus impendendus	277.a.b.2	
	per adam oportuit cognitionem Dei inchoari	237.d.2	amoris pij indignatio	248.b.1	
	ex adam qui & originem non habuit nascendi & cepit cum non fuisset ante, omnes nascuntur	106.b.1	amoris vis est adherere ei quem amas	227.a.1	
	adhaerere animam terrae quomodo dicatur	260.e.a.1.2	amoris mutui vinculum	168.d.1	
	adhortatio in tribulationibus salutaris	271.e.a.2. & inde	amoris obsequium tantum Deo placet	276.e.a.2	
	adhortationis vis & efficacia, quae causam adhortationis adiunctam habet	239.c.2	amoris Dei effectus	227.a.1	
	adiutor noster est Christus	252.e.1	ex amore Deum timendum esse	310.a.b.1	
	adorandus est solus Deus	142.a.2	in amore proximi omnium mandatorum obseruationem comprehendi	291.b.2	
	adoratio Dei in spiritu & veritate	13.b.c.1	de Andrea & Petro piscatoribus	142.b.2	
	aduertit Christus in carne signa	165.a.1	angelus non naturae, sed officij nomen	23.d.2	
	Christi ad iudicium	181.b.1	angelus luctatus cum Iacob	25.e.1	
	Christi ministris praecipue expectanda	179.c.2	angelus astans monumento Christi	183.b.1	
	aduentus Christi futuri indicia	177.e.2	angelus vocatur Christus	24.b.c.1	
	locus	178.e.1	in angeli specie Christus Agar apparet	110.b.2	
	gloria	178.e.2	angelum qui ad Agar locutus est, & Deum & Dominum fuisse	24.b.1. & inde	
	aduentus sui die quomodo Christus ignoret	78.b.2	angeli praesunt	168.b.d.2	
	aduentum Christi lex testata est	284.c.d.1	per lilia significatur	146.e.2	
	David concupiscit	292.b.c.1	ministri nostri sunt	142.a.b.2	
	aduertit Christi diaboli potestas est confecta	352.d.e.1	angelorum nomen pluribus est commune	314.a.b.2	
	aduertit Christi Moses & Helias praenunciet	117.c.d.1	angelorum de reparatione salutis nostrae gaudiu	168.e.1	
	aduertit iudice christo in assumendis fidelibus discrimen fore	179.a.b.1	pro nobis intercessio coram Deo	315.a.b.1	
	hostes eius confusione induentur	321.d.1	angelorum defensionem in omnibus periculis creditibus adesse	333.d.1	
	aduentus Christi & exitio a patre differunt	42.a.1	& inde. custodia quam fir nobis necessaria	326.b.1	

I N D E X.

angelorum præsentia, in officio continere nos debet 254. b. 2.
 angelis Dei nomē quomodo competit 324. d. 2. fimi-
 les erimus in resurrectione. 175. b. 2.
 angelos plures esse 314. a. b. 2. & inde. per Dei aures
 intelligi posse 315. b. c. 1.
 in angustijs lex Dei est meditanda 275. d. 1.
 anima 84. a. b. 2. est corporea 146. a. 1. ad Dei imagi-
 nem est condita 314. a. b. 2.
 anima non est Deo & quomodo Deo animam tribuat
 scriptura 92. b. c. 2.
 anima excelsa 316. c. 1.
 anima infidelis 203. c. 1.
 anima sancti immadescere dono diuini eloquij se de-
 siderat 349. a. b. 2.
 anima Christi vnde 85. b. 2.
 animæ cibis quis sit 310. b. c. 2.
 animæ indumenta quæ sint 314. b. c. 2.
 animæ mater est infidelitas corporis verò pater pec-
 catum 154. b. c. 2.
 animæ iactura omnium maxima 166. c. 1.
 animæ ablatio quid sit 347. b. 2.
 animæ defectio 272. c. 2.
 animæ subicienda est caro 332. a. 2.
 animam in omnibus membris diffusam esse, nec à sin-
 gulis quibusque partibus abesse 289. c. 1.
 animam piorum Deus custodit 297. c. 1.
 animam cum corpore interire qui affirmant, refutan-
 tur. 228. e. 2.
 animam ponere in vitam 236. d. 1.
 animam adherere terræ, phrasēs 260. e. 1. a. 2.
 animam Christum filium hominis habuisse 92. d. 1.
 de anima Christi hæretica opinio 85. e. 1.
 animæ peccatorum foetu prægnantes 178. b. 2.
 animarum vitia atque motus sub corporalibus officijs
 Dei verbum significat 216. e. 2.
 animarum ad inferos descensus 337-338. a.
 animas ecclesiæ sacramentis sanctificatas Deus inha-
 bitat 320. a. b. 2.
 in animo consistit pietas 3. d. 2.
 animalia bruta quomodo Deum laudent 362. b. 2.
 antichristus quis sit 44. c. 1. & 121. e. 1. & 122. b. 2. in
 Baraba præfiguratus 184. c. 1. quare abominatio de-
 solationis vocetur 178. c. 1.
 antichristi nominis proprietates 121. e. 1. regnum immi-
 nentis iudicis Christi signum est 179. a. b. 1.
 antichristi spiritus in hæreticis Valente, Vrsatio, Au-
 xentio, Geminio & similibus 121. d. 2. & inde.
 de antichristi aduentu Christi prædictio 70. d. 2.
 antiochenę ecclesiæ de vera fide expositio 128. e. 1.
 antiqua quæ sint 335. c. d. 2.
 apostoli vocantur pedes Domini 319. c. 1. lumen 143. b. 2.
 excommunicandi potestatem habent 383. a. b. 1. quo
 merito clausæ cælorum sortiti sint 42. d. 1. quibus
 suffragijs ad prædicandū Christum vti sint 121. e. 1.
 apostolorum typus Ioseph 140. b. 2. electio prædicta
 244. e. 1. ablegatio cū doctrina & potestate 152. e. 1.
 apostolorū infirmitas & imperfectio 167. a. 1. fides vsq;
 ad resurrectionem Christi fuit infirma 348. c. 2.
 apostolorum sapiens imperitia 10. b. 2.
 apostolorū cōstantia in prædicationis cōmissæ munere
 obeundo. 235. e. 2. in saluādo Israel feruor 164. c. d. 2.
 per apostolorum passionem diabolum vinci oportuit,
 opinio 183. a. 1.
 apostolus vt sibi à Iudæorum doctrina caueant, præ-
 ceptum datum 165. e. 1.

apostolos qui recipit, Christum adeoque Deū ipsum
 recipit 155. b. 2. quomodo Christus sal terræ vocat
 143. e. 1.
 apostolici temporis beatitudo 160. b. 2.
 apostolica doctrinæ proprium est ex Lege & Prophe-
 tis Deum in Euangelio prædicare 235. b. 2.
 apprehendere verbum 200. e. 2.
 aqua à Christo in vinum conuersa 14. c. 2.
 aquarum metaphora 246. c. d. 2. & 213. c. 1. 304. b. 2.
 aquis Christus inambulat 161. d. 2.
 aquas populum dici 246. d. 2.
 super aquis terram consistere 329. e. 2.
 aquilaram metaphora 178. d. e. 2.
 arbor bona & arbor mala, quam Christus in Euange-
 lio vocat 159. d. 1.
 arca testamenti Christi typus est 319. e. 1. & inde.
 arcus metaphora 218. d. e. 1. 221. e. 2.
 arenæ metaphora in scripturis 148. b. 2.
 in arenis terrenis & aridos ex populo impio legis in-
 telligi 344. b. c. 2.
 argui nos lapsos, non indignè feramus 346. d. e. 1.
 contra Arguendi alios auctoritatem 147. c. 2.
 arietes quid metaphoricè denotent 236. c. d. 2.
 arrij de Christo hæresis 4. d. 1.
 arriani Christo diuinitatis nomen tribuunt, veritatem
 adimunt 121. 122. a. 1. quare *ἀμαρτία* vocè declinent
 114. e. 115. a. 1.
 arrianorum sententia, seu fides circa Trinitatem com-
 memoratur 35. d. 2.
 arrianorum studium in propaganda impia sua doctri-
 na 118. b. 2. cum Sabellianis dissidium 47. e. 1.
 contra arrianos Hilarij liber 120. c. 1.
 ab arrianjs homouision est negatum 136. c. 1.
 arma Christianorum quibus spiritualium nequitiarū
 bella sustentant 215. b. 1.
 arundo in scripturis 156. d. e. 1.
 asperio secundum legem 209. b. c. 2.
 asini metaphora 168. a.
 athanasius episcopus prædicare Christum inhibetur
 119. c. d. 1.
 contra athanasium Mediolanensis synodus ibidem
 auariciæ reatus inexcusabilis 204. d. 2.
 contra auariciam adhortatio 225. e. 1.
 auditio Dei roganda 314. a. b. 2.
 auersio vultus Dei 235. c. d. 1.
 aures Dei 314. d. 1.
 auxilium in tribulationibus à Deo sperandum 223. a. 1.
 auxilium sanctorum angelorum pios periclitates nun-
 quam destituere 333. d. e. 1. & inde.
 auxilio Dei quantopere opus habeamus 281. a. b. 1.
 auxentij eiūsque complicitum circa Christum hære-
 sis 121. d. 2. & inde.
 auxentij epistola ad imperatores Valentinianū ac Va-
 lentem Augustos, in qua suam de filio Dei Domino
 nostro Iesu Christo confessionem edit 123. b. 1.
 contra auxentiū Mediolanensem Hilarij liber 121. a. 1.
 azymorum dies 181. b. 2.

B

Babylon spiritualis 330-331. a.
 babylonis filia 332. e. a. 2.
 baptismus 3. c. 2. vnde sit quæstio 173. c. 2.
 baptismi typus fluiuis Iordanis 234. c. 2. d. finis seu
 vtilitas ibidem & 155. c. 1.
 post baptismum multa adhuc imperfectio remanet
 258. d. e. 1.
 post baptismū quod tentatur Christus à diabolo cuius
 id nos

I N D E X.

id nos admonet 141. e. 2.
 baptizandi forma à Christo præscripta 8. c. 1.
 de baptizato Christo 141. a. 2.
 barba virilis ætatis ornatus 321. e. 2.
 barraba quid 184. c. 1.
 beatus quis sit 254. a. b. 1.
 beatus est cuius Dominus Deus est 353. a. b. 2. qui ad
 finem vsque innocens permanferit 349. a. b. 2.
 beatus vir quem primus Psalmus predicat quis sit
 188. a. 1. 189. a. 1. 2.
 beato viro quinque inesse 189. c. 1.
 beati qui sunt, & in quo consistat vera beatitudo
 230. c. b. 1.
 beati quare timentes Deum prædicantur 310. c. d. 1.
 beatorum discrimen est 230. c. 1.
 beatitudo ecclesiæ describitur 299. c. d. 1.
 beatitudo humana 401 circa eam gentium errores
 ibid. & deinceps. 142. d. e. 1.
 beatitudinum expositio 351. c. 1.
 bellum Christi 313. e. 2.
 beluina oblectatio 1. b. 2.
 benedictio Dei non omnibus competit 322. e. 2.
 benedictio Dei quid & qualis 237. c. 2.
 benedictio sanctorum Dei in quibus cōsistat 310. d. 2.
 benedictio Iacob quid denoret 299. d. 1.
 benedictioni laus præstat 324. a. b. 1.
 benedictione Dei gignimus, spiramus, crescimus
 322. d. e. 1.
 benedicendus est Deus 322. e. 2.
 benedicere Deum qui volunt, à malo desistant, &
 quod bonum est faciant 355. c. d. 1.
 beneficentiæ præcepta 145. d. 1.
 benefaciendum est non coactus, sed ex amore Dei
 276. a. b. 1. & inde.
 ob benignitatem suam Deus laudandus est 324. b. 1.
 bery ciuitas 243. d. 2.
 in bethlehem ecclesiæ initium auditum est 319. a. 1.
 bethsaida 320. c. 2.
 blasphemia in spiritum sanctum 159. c. d. 1.
 blasphemix exemplar apud Syrmium per Orosium
 & Potamium conscriptæ 125. c. 1.
 bonum non idem quod iocundum 321. e. a. 2.
 bonum quoque operandum est, non tantum malum
 non admittendum 355. b. c. 1.
 bona expetenda quæ 225. e. 1.
 bona futura 361. d. e. 1.
 bona huius victus præterfluunt 331. d. e. 1.
 bona quæ possidemus non nobis, sed Deo accepta fe-
 ramus 304. e. 1.
 bona non posse videri, & verè bona iudicari nisi ex-
 peccentur 294. d. 2.
 bona spiritualia comparandi ratio 166. b. c. 1.
 bonorum præsentium amor 146. a. 1.
 bonorum præteritorum malis afflictī, recordari sole-
 mus 330-331. a.
 per bonorum corporalium nuncupationem celestia
 bona adumbrantur 311. a.
 in bonis corporalibus non acquiescendū 225. d. e. 1.
 non est sita vera beatitudo 353. e. a. 2.
 cum bonus nemo sit ne vnus quidem, quomodo S.
 Patriarchæ, Prophetæ & Apostoli Deo placuerint
 206. c. 2. & deinceps.
 bonitas perfecta quæ 207. a. 1. in nullo ibi. quomodo
 Deo soli tribuatur 69. d. 1. & deinceps.
 bonitas hominis in quo consistat 304. d. 2.

bonitatis nomen Christus non refugit, dicens ad iu-
 uenem Euangelicum: Quid me bonum dicis. Ne-
 mo bonus, nisi solus Deus 69. a. b. 2. & 169. a. b. 2.

C

Cadentes Deus suffulcit 356. d. e. 1.
 cæsari quæ reddenda 175. c. d. 1.
 in calamitate nostra Christus compatitur 347. a. b. 1.
 calamitates iusto iudicio Deus immittit 278. e. 2.
 per calamitates multas in regnum Dei est ingredien-
 dum 360. d. e. 2. inde.
 in calamitatibus præsentibus præteritorum bonorum
 cum metu recordamur 330. 331. a.
 calciamenta Apostolorum 153. a. 1.
 calumnia quid sit 256. a. b. 1.
 calix iræ ac vitæ 221. e. 2.
 calicem à se tolli quatenus Christus oret 183. a. b. 1.
 de calice bibere quid sit 171. e. 1.
 camelus gentes figurat 170. a. b. 1.
 cananæ mulieris historia mystica ratione exposita
 163. d. 2.
 canes qui sint mysticè 147. e. 2.
 canticum Psalmi 188. c. 1.
 canticum nouum 353. b. c. 1. & inde.
 in canticum graduum commentarius 292. c. 2.
 Capernaum ciuitatis incredulitas, & impœnitentia
 157. c. 1.
 captiuitas spiritalis 152. a. 1. & deinceps. 208. d. 2.
 captiuitas animæ quàm sit infelix 305. a. b. 2.
 captiuitatis nostræ spiritalis auersio quid sit 208. d. 2.
 captiuitatem corporalem Iudæorum in Babylon, in
 exemplum spiritalis captiuitatis referri debere
 331. c. d. 1.
 captiuitatem nostram spiritualem quo pacto Deus
 auertat 306. a. b. 1.
 captiuus spiritaliter quis sit 331. a.
 captiuos quæ nos teneant 331. b. 2.
 caput Christi qui sit 247. a. 2.
 capitis inunctio 145. e. 2.
 per caput iurare vetitum 145. b. 2.
 carbones in scripturis quid mysticè significant
 292. d. e. 1.
 carcer è quo Christus educi orat 348. a. 2.
 caro spiritui est subicienda 332. a. b. 2.
 sub carnis nomine humanis generis vniuersitas desi-
 gnatur 230. a. 1.
 carnem Deus assumpsit 217. b. 1.
 carnem veram Christum assumpsisse 333-334. a. 1.
 carnem cur Christus assumpserit 3. e. 1.
 à carne non est nobis metuendum 215. d. 1.
 cathedra pestilentie 190. c. 1.
 in cathedra doctrinam significari 336. d. 1.
 de cathedra Moyfi 176. d. 1.
 ex causis omnia, quæ in rerum humanarum origine
 sunt constant 105. e. 1. a. 2.
 in Cain pœna soluēda in septuplū cōstituta 168. d. e. 2.
 cedar quid sit 295. c. d. 1.
 centesimus fructus quis sit 118. b. c. 2.
 centuplum quod Dominus promittit omnia relin-
 quentibus, & ipsum sequentibus quid sit 266. e. 2.
 de Centurione eiūsque puero paralitico 149. a. 1.
 ceremoniæ abolitæ 3. b. 2.
 ceremonias legis quando exercebant veteres, fidei o-
 culos in Christum venturum intenderunt 563 plus
 significare quàm agere, vide fol. 291. a. b. 1.

I N D E X.

cervix dura 312.c.d.2
 impij sunt certicofi 312.d.2
 chanaanai qui fuerint 163.e.2
 charitas perfecta 71.c.d.1
 charitatis continendæ ordo 168.b.2
 christus Deus credendus est 315.c.d.2
 Deus est saluos faciens nos 242.e.2 ab æterno Deus
 16.d.2 de sua diuinitate testatur quoties Deū suum
 patrem, se autem filium eius nuncupat 40.d.e.1
 christus non ob aliqua nec per aliqua, sed natus Deus
 est 98.d.e.2 natiuitatis suæ ex patre fidem facturus
 nobis, factorum suorum nobis posuit exempla, vt
 per inenarrabilem suorum operum efficientiam de
 virtute inenarrabilis ipsius diuinitatis doceremur.
 vide fol. 117.c.d.1
 christus non est nuncupatione tantum, nec adoptio-
 ne tantum, sed verè & natura Dei filius 24.c.d.1 &
 42.d.e.2 peculiari modo Dei filius 15.e.2 est vnigeni-
 tus Dei filius 43.a.b.2 non est alienus à natura Dei
 patris 47.e.2 à patre separari non potest 70.a.2 ad-
 fuit patri in fabricatione mundi 23.a.2 angelus vo-
 catur 23.d.2 variis modis Patriarchis se ostendit
 110.b.c.2 legem in mote Synai dedit 26.a.1
 christus non est creatura 45.a.2 non est creatura sed
 creator 104.c.1 & creatura est, Arii heresis 4.b.1
 quatenus sit creatura 7.e.1
 christus Dei sapientia quomodo clamet: Dominus
 creauit me initium viarum suarum, cum tamen non
 creatum ex nihilo, sed ab omni æternitate ex patre
 manente eum natum esse iuxta Prophetiæ & Apo-
 stolicæ prædicationis veritatem confiteamur 108.
 c.2 & inseq.
 christus creatura quatenus est homo 110.e.2 vnium
 Deum patrem ostendens, se Deum esse non negat
 314.a.b.2
 christus quo modo sit similis patri 134.a.2 quidquid
 patri honoris protestatur, modestissima confessione
 sibi quoque propriū esse monstrat 356.e.a.2 Deum
 vnium prædicare à sacramento Dei vnium se non se-
 parat 69.d.2
 christus cogitationum secreta cognoscit 175.a.1 cum
 cogitationum omniumque gestorum non ignarus
 sit cognitor quomodo de cogitatis & rebus gestis
 nonnunquam quasi ignarus interroget 79.c.2
 christus nouit futura sicut & pater 79.a.2
 christus à Deo potestatem accepit 225.b.2 quomodo
 accepit gloriam & potestatem à Deo, cum tamen
 sit ipse gloriosus, & potes Deus 15.a.2 16.a.1 72.d.e
 73.a & sequent.
 christus quomodo à patre sui clarificationem postula-
 rit, eamque etiā consecutus sit 15.a.2 16.a.1 in qua
 natura à Deo patre glorificatus sit 101.c.1
 christus cur homo factus 3.e.1 & 15.d.1 quomodo ho-
 mo factus & quanta hæc sit Dei dignatio 12.b.1 ho-
 mo factus non desit esse Deus 25.b.c.1 assumēs car-
 nem amisit quod Deus est, & homini acquirit vt sit
 Deus 314.c.d.2 fuit priusquā homo factus est 7.e.1
 a.2 Deus & homo de Maria natus 132.d.1 perfectus
 Deus, & perfectus homo in vna eademque persona
 85.d.1
 christus vocatur Dauid 316.d.2 mons Sion 303.e.1 &
 inde. fructus ventris 309.d.1 virga 198.d.2 oriens
 245.b.2 pater familiās 117.a.b.1
 christus nõ ob proprium peccatū est passus 247.d.a.2
 in quem finem sit passus & mortuus 211.d.e.1 volū-
 tariè passus est 211.e.1 non sibi, sed nobis passus &

mortuus est 90.a.1 propter nos pati ac mori deside-
 rauit 336.c.2 cur mæstus fuerit? 182.c.1 quomodo
 ab angelo confortatur 88.e.2 an mortem depreca-
 tus sit 182.a.b.2 quatenus mortē deprecatur 246.b.2
 & inde. non timuit infernum 130.b.c.1
 christus Deus non est passus 87.c.d.2 Deus nec mor-
 tuus nec sepultus est 92.e.1 ex infirmitate crucifixus,
 quatenus homo qui manens Deus ex virtute Dei
 viueret 93.b.2 idem eodem tempore & moriens re-
 gnat, & regnans moritur 92.e.1
 christus sua morte quid effecerit 243.a.b.1 quo my-
 sterio ex mortuis resurrexerit 101.d.e.2 homo à
 Deo ex mortuis est excitatus 68.d.e.1
 christus qualis sponfus sit 311.a.b.1 & inde quomodo
 sit primogenitus ex mortuis 17.197.b.2 grano syna-
 pis se comparat 160.a.c.2
 christus homo potens Dominus est in æternū, 234.e.2
 tunc demum vere ac perfectè dominabitur cū mun-
 di huius finis erit 235.a.1 aliquando ex hominis ali-
 quādo ex filij Dei persona loquitur 211.212.a.1 etiā
 homo inseparabilis est à gloria Dei patris 75.c.d.1
 cuius corporis fuerit, vt in suspenfam & nodatam &
 transfossam carnem dolor inuaserit 84.a.2
 christus non est occultus rex 321.c.d.1 quomodo re-
 gnū traditurus sit patri 363.a.b.1
 christus mirificatus quomodo sit 339.a.b.1 vita qualis
 11.a.b.1
 christus quin christus sit negari non potest 95.a.b.2
 cur prohibeat reuelari quod christus sit 165.c.2
 christus quomodo sit probatus 336.a.b.1 derelictus
 184.c.2 à Deo percussus 250.c.d.1
 christus solus prædicandus 152.d.2 quomodo prædi-
 candus 95.e.1
 christus misertus turbæ 152.e.1 per mare ambulat
 163.a.1
 christus propter nos pauper est & dolens 250.e.2 se-
 cundum hominem pauper fuit 344.c.d.2
 christus adiutor noster 252.e.2 adest custos ecclesiæ
 suæ 304.b.2
 christus medius inter legem & prophetas 166.b.2 est
 verus pontifex & sacerdos 293.c.1 iudex ostenditur
 ex lege 24.b.2
 christus nihil debet legi 167.e.1 & legē implet 143.e.2
 est finis legis 69.e.1 a.2
 christus est via & margarita preciosa 255.b.2 est via,
 hoc est religiosæ vite doctrina 238.a.b.1 est salutaris
 seu salutare Dei ibid. est dux noster 263.a.1 est Dei
 virtus & sapientia 244.b.2 primogenitus omnis crea-
 turæ 64.e.2 caput ecclesiæ ibidem. incommutabi-
 lis imago 129.d.1 secundū quid Dei sit imago 16.c.2
 imago Dei per operum virtutem 64.e.2
 christus sermone & opere gloriam patris in se prædi-
 cavit 336.a.b.2 vt sit peccatū factus 90.a.b.1 & seq.
 purus ab omni peccato propter nos factus est à patre
 peccatum 247.e.2 248.a.1
 christus quomodo sequendus 166.b.1 quomodo sit in
 nobis & nos in ipso 58.a.b.2. per spiritum sanctum
 habitat in nobis 60.b.2
 christus homo Dauid appellatur 299.a.b.1 homo est
 templum 230.a.2 homo secundum Deum creatus à
 nobis induendus 111.a.1
 christus lignum vitæ, &c. 190.a.e.2 191.a.1 vnigeni-
 tus Dei filius 17.d.2
 christus vt fidem ipsi habeamus requirit 57.c.2 an ne-
 get se esse bonum 69.c.1 & deinceps
 christus solus nos captiuos liberat 208.b.2 & inde
 quo-

I N D E X.

quomodo iustus non venerit 151.e.1 quæ dona con-
 tulerit ecclesiæ 61.a.2. & inde.
 christus per arcam testamenti præfiguratus est 319.d.
 e.1 descendens, patiens, moriens, resurgens, ascen-
 dens in cælum, sedens ad dexteram Dei patris vnus
 & idē est Christus 93.a.2 semper fuit in cælo, etiam
 cum versaretur in terra 194.b.2 hominis filius non
 est alius, nec alius Dei filius 74.c.2 non potest ab-
 scōditus esse 143.c.d.2 & animis peccata dimitten-
 di, & corporibus resurrectionem præstandi potesta-
 tem habet 150.c.d.2 in honoratur à suis 161.e.1
 christus in nostra calamitate vnā patitur 346.d.e.2 est
 pater orphanorum, & vindex viduarum 240.a.1
 christi deitas non fuit Iudæis conspecta 210.c.2 diui-
 nitatem & cum patre coæqualitatem quibus sacræ
 scripturæ dictis hæretici refutare cōtēdāt 5.e.2.6.a.1
 de christi natiuitate secundum carnem Hilarij com-
 mentarius 139.a.2
 christi natiuitatis æternæ ex patre, ratio 42.d.2
 christi æternæ natiuitatis secretum nemo intelligit, ne
 angeli quidem 363.a.b.2
 christi natiuitas carnalis 110.b.d.2 natiuitatis ex Ma-
 ria virgine ratio 84.d.2 merces 309.b.c.1
 circa Christi natiuitatem error 4.d.1
 christi conceptionis puritas 86.e.1 cōceptionis & na-
 tiuitatis dignitas 12.a.2 incarnationis integritas 85
 b.1 incarnationis & mortis vtilitas 3.a.2
 de Christi incarnatione hæreticorum somnia 85.e.1
 christi anima vnde 85.b.2
 de Christi ignorantia 78.b.2 & in seq.
 christi dispensatio 73.d.e.1 dispensatio assumptæ ab
 ipso carnis maximum est pietatis sacramētū 96.a.b.2
 christi humilitas nostras infirmitates suscipientis 210
 e.1 exinanitio secundum quid 64.a.1 humilitas eius
 probatio est 335.c.d.2 Baptismus Christi 336.a.1 hu-
 miliatiois præmium 279.b.c.1 humilitatis, & pas-
 sionis negatæ periculum 165.b.c.2
 christi exaltatio prædicta 245.b.2 exaltationis causa
 est humilitas eius voluntariè assumpta 217.a.1 præ-
 cellentia præ alijs filijs Dei 41.c.1 potestas 51.c.1
 honor à Dei honore non separatur 71.a.1
 christi aduētus in carnē finis 330.d.2 aduentu mundus
 conturbatur 231.a.1 & inde. diaboli regnū est con-
 fractum 352.d.1 proprium officium 175.e.2 officij
 & dispensationis opus 15.e.1 a.2 & 317.c.d.1 homi-
 nis officium fuit patrem prædicare eiūsq; in omni-
 bus voluntatem explorare 339.a.b.1 præcipua quæ
 beneficia, & dona 62.b.1
 christi doctrina efficax 148.d.2 mirabilis quare 337.d
 e.1 eius veritas 336.d.e.1
 christi opera de ipso testantur 70.a.2 opera virtutef-
 que omnes vt Dei sunt tum laudandæ 150.d.e.1
 per Christi opera pater clarificatur in terra, dum Deus
 esse cognoscitur 16.a.b.2
 christi corpus 86.b.c.1 & 313.a.b.1 Sion vocatur 362
 a.b.2 Psalterium est 186.b.2 etsi morti deditū erat,
 non tamen erat corruptioni obnoxium 343.a.b.2
 christi transfiguratio in monte 166.a.2 victoria quæ
 sit 232.b.2
 de Christi tentatione, & ieiunio in deserto 142.a.b.1
 christi descensus de cælo 231.c.1 ad inferos descen-
 sus 337.338.a.1
 christi fletus 91.e.2 fuit, esuritio 86.c.1
 christi hostes qui sint 101.b.1 hostes omnes euacuand
 di 100.d.2
 christi metus, & horror tēpore passionis 84.b.1 & in se.

dolor in passione 86.a.1 sudor sanguineus 88.d.2
 Christi passio Apostolis incredibilis 166.a.1 passio &
 mors maximum mundo est scandalum 168.b.1 mors
 non est tribuenda infirmitati 90.a.2 mortis causa ex
 parte Iudæorum 115.a.b.2 diuinitas in morte eius
 ostensa 220.b.c.1 patientis figura Dauid 209.d.1
 sanguinis precium 183.c.2 & inde potatio in cruce
 249.b.2 opprobria 248.c.1
 de Christi querela in cruce, hæreticorum somnia 90.a
 b.2 & inde
 inter Christi sacrificium, & veteris legis sacrificia dif-
 crimen 211.e.a.2
 christi vnigeniti Dei impassibilem substantiam nihil
 humile atque passibile per se esse 205.b.2
 de Christi liberatione ex crucis opprobrio prædictio
 216.b.2
 christi resurrectionis virtus 185.a.b.1 & 248.e.1 re-
 surrectionis testimonium Apostolorum propriū est
 165.d.2
 christi ad cælos exaltatio 217.b.2 ascensio nostræ re-
 surrectionis veritatē ostendit 217.b.1 ieiunium 248
 c.1 equitatus in Hierusalem 117.c.d.2 ingressus ad-
 mirandus post resurrectionē ad discipulos per clau-
 sianuas 17.b.2 ingressus ad discipulos per ianuas
 clausas, quomodo factus sit nec sciri nec enarrari po-
 test 117.d.2 & inde. fletus super Lazaro 248.e.1 &
 inde. vnctio 98.a.b.2 qualis 321.e.2 bellū 351.c.1 vox
 efficax 245.c.2 participes qui sint 268.b.2 præsen-
 tiæ gaudiū 151.a.b.2 tam verba quàm facta diligen-
 ter expendenda 152.a.1 zelus 248.b.1 mansuetudo
 317.a.1 obedientiæ meritū 210.b.1 stratus 317.e.2
 caput 247.e.1 os ecclesiæ est 339.a.2 hæreditas 197.
 e.2 & 309.a.b.1
 christi vnigeniti Dei inde mutabilis natura non acci-
 pit profectum 339.b.c.2 absque Christi cognitione
 Dei noticia vera non constat 17.a.1
 in Christi genealogia describenda Matthæi & Lucae
 discrepantia 139.a.b.2
 christo quanta religio fuerit pro humani generis salu-
 te patiendi 317.a.1 sint ne fratres secundum Dei for-
 mam, an verò secundum serui formam 97.c.2
 christo sic est pater maior, vt tamen ipse non sit minor
 77.e.2 & 78.a.1 non est contumelia, quod patrem in
 Deum habet 77.e.a.2 præstita obedientia patri vs-
 que ad mortem crucis, cuiusmodi nomen sit dona-
 tum ibidem
 christo non conuenit cum diabolo 158.c.2 non fuisse
 verbum animæ loco 92.c.d.1
 christo Deo nihil donatum esse, sed homini Christo
 & quæ sit donationis causa 351.c.d.2
 christo psallēdū 239.c.2 quomodo via patretur 239.e.2
 christum antequam ex Maria nasceretur homo non
 fuisse, hæreticorū delirium 90.a.2 non esse Deum
 quibus sacræ scripturæ dictis probare nitantur 66.d
 e.2 Deum Deique filium esse concedunt, eidem ve-
 rò naturæ veritatē adimunt 36.b.1 nouum Valens,
 Vrsatius, Auxentius, Germinius, Caius &c. inferunt
 121.d.2
 christum Dei filium fuisse, nullo à patre temporis in-
 teruallo separatam, contra hæreticos probatur 228
 c.2 & inde. non tum demū initium cœpisse quan-
 do ex Maria iuxta carnem natus est 130.d.2 iuxta di-
 uinitatem à patre genitum & tamen ab æterno &
 ante omnia tempora esse 108.e.a.2 secundum diui-
 nitatis naturam esse formatum 337.a.b.1
 christum non semper fuisse Dei filium hæreticorum

I N D E X.

blasphemia 19. b.2 filium Dei esse negat Sabellius
 5. e. a.2 creaturam esse affirmat Hebion & Valentinus
 ibidem. quomodo Dei filium hæretici nuncupant
 38. e. 2
 christum Deum & hominem esse fides statuit 66. 67.
 a. 1 esse verum & naturalem Dei filium testimonijs
 ex Evangelistarum & Apostolorum scriptis desumptis
 probatur 39. c. 2 & deinceps. centum & quinque
 episcopi *synodus*, id est, dissimile essentia præfiterentur,
 & soli Ægyptij præter Alexandrinum hæreticum
 homouision constantissime obtinent 114. d. 2
 christum verè incarnatū esse 34. b. 2 animam habuisse
 92. b. c. 1 moriendo obedientia patri præstitisse
 nomini Dei, sed serui forma 69. a. 1 ascendisse in alium
 quid 242. c. 1
 christum esse liberæ voluntatis 76. e. 2 libera voluntate
 mortuum esse 87. c. 1 non eguisse externa aliqua
 potestate ad saluandum hominem quem adsumpserat
 353. c. a. 2
 christum in forma Dei esse quid sit 86. e. 1 Deū nasci
 quid sit 97. a. 1 exire à patre quid sit 98. a. 2
 christum esse regem probatur 196. e. a. 2 regem esse
 pauci credunt 354. a. b. 2
 christum in manu Domini significari 353. a. 1 videre
 sancti veteris testamēti cupuerūt 226. e. 1 oderunt,
 qui odio prosequuntur fide eū amplectētes 312. e. 2
 christum qui ignoret 41. e. a. 2 qui ignorat non sapit
 56. c. 2 Deum qui nescit haud sapit 56. e. 1 verum
 Deum & hominē qui nescit, vitā suam nescit 314. b. c. 2
 verum Dei filiū esse qui negat, Antichristus esse
 conuincitur 44. a. b. 1
 christum omnibus relictis sequi debemus 142. a. b. 2
 non recipere quā sit mundo periculosum 168. a. 1
 per Christū omnia cōdita 11. c. 1 conueniebat Deum
 saluos nos facere 242. 243. a. 1 habemus ius filiorum
 Dei credentes in ipsum 3. c. 1
 per Christum iurandum 33. d. e. 1
 in Christum necessariō credimus 73. i. 2
 circa Christum Patriarcharum, Prophetarum & Apostolorum
 officia 172. e. 1. a. 2
 contra Christum tripartientes 92. b. 2
 Christo saluari induemur post hanc vitam 321. b. 1
 cum Christo quomodo sepultū simus 315. b. c. d
 à Christo quæ precipuæ discenda sunt 278. e. 2
 in Christo diuinæ naturæ veritatem esse demonstratur
 28. b. 2 inde. diuinitatis plenitudo corporaliter
 inhabitat 3. b. 2
 in Christo quāuis infirmitas nostra suscepta sit, tamen
 diuinitatis suæ non oblita est natura 212. a. 1 est
 diuinitas non exordium, dispensatio non diuisio 91. a. 1
 non verbum, sed caro est glorificata 74. b. 2 duarum
 naturarum distinctæ operationes 68. e. 2
 in Christo confidendum 303. d. e. 2 Deus quænam o-
 lim constituit atque decreuit, adimpleuit & confirmauit
 244. b. 2 quæ opes nobis repositæ sint 161. a. 1
 sumus omnes completi 67. 68. a. 1
 de Christo legis, Prophetarum, & Apostolorum prædicatio
 227. a. b. 1 cuius filiū sit quæstio 176. b. 1
 Auentij Mediolanensis episcopi confessio 123. b. 1
 de Christo confessio Thomæ 48. a. 2 definitiones ab ecclesijs
 Orientis præscriptæ 125. c. 2 & in seq. de Christo in
 Psalmis prophetarum esse 333. a. b. 2 & inde. editæ in
 Prophetarum libris promissiones 316. c. d. 1 & inde. quāntū
 Iudæi cognouerint 45. c. d. 2 hæreticorum somnia
 19. c. b. 2 & 47. d. 2 de Christo quæ in scripturis
 habentur, diligenter sunt

contuenda, vt videamus, quæ diuinitati, quæ humanitati
 sint aptanda 337. e. a. 2 & inde Christiano homini duo
 præcipuè esse necessaria. vide 276. a. b. 1
 Christiani sunt vetus Israel 326. d. 2 vocantur fratres
 321. c. 2 omnes vnum sunt 235. e. 2 & 326. d. e. 2 sub-
 inde belligerari necesse habent 311. c. 2
 Christianorum vnitas 57. e. 2 thesaurus est Christus
 161. a. b. 1
 Christianis non est opus iurandi religione 144. e. 2
exiros quid sit 336. c. 2
 cibus corporalis 142. a. 1 animæ quis sit 232. b. 1
 310. b. 2
 cibo Adam seductus 142. e. 1
 circumcisio quatenus Iudæis non proficit 276. e. 2
 circumcisio Christi seu spiritualis 68. b. 1
 circumcidi ab opprobrio quid 263. 264. a. 1 & inde
 circumcisi cum Christo quomodo simus 316. a. 1
 ciuitas à Deo non custodita diruetur 307. d. e. 1
 ciuitas Dei 150. c. 2
 ciuitas vocatur caro quæ Christus assumpserat 143. c. 2
 ciuitatis beatæ, & sanctæ custodia 308. c. 1 ædificatio
 308. d. e. 1
 ciuitatis cælestijs siue sanctorum Dei, eiusque æternæ
 felicitatis ac beatitudinis descriptio 299. c. d. 1 288.
 b. c. 1
 clamor fidei 216. b. 2
 clarificatio Christi 15. e. 2
 clarificatio quam pater à filio accepit & filius à patre
 petit, quæ sit & in quibus consistat 16. a. b. 1 & inde
 clauis Dauid 209. b. 2
 clauis regni cælorum 165. d. 2 cur Apostolis data
 42. d. 1
 cocci color 184. c. d. 1
 cæcitas humana 277. e. 2
 de cæcis duobus illuminatis 152. b. 1
 cælum thronus Dei 2. c. 1
 cælum quod Deus inhabitat 300. a. b. 1
 cælū quomodo scribæ, & pharisæi claudat 176. b. c. 2
 cæli firmatio 108. e. 2
 ad cælum iter 167. e. 2
 de cælo Deum prospicere, quid 206. c. d. 1
 à cælo nunquam abfuit Christus, neque tum cum di-
 pensationis officio in terris fungeretur 194. a. b. 2
 cælorum creatio 329. e. 1 numerus 329. c. 2
 cælestium siderum secundum præscriptam sibi à Deo
 regulam cursus 274. c. d. 1
 cænæ non interfuit proditor Iudas 181. c. d
 cognitio Dei in ipsius operibus sita est 356. d. e. 1
 cognitio Dei vera, Dei gratissimus est cultus 3. d. 1 sine
 Spiritu sancto non habetur 13. e. 2 absque cogniti-
 one Christi est imperfecta & manca 16. d. e. 2
 cognitionis Dei veræ maximum præmium 3. c. 1
 cognitionem Dei non habemus nisi à Deo 257. b. 1.
 ad cognitionem Dei propria industria non pertingimus
 25. b. c. 2 Moyses per rubum ardentem venit
 337. b. 1
 cōgnitio humanæ naturæ in hac vita est imperfecta
 18. b. 2
 in cognitionem nostram quæ cadant 101. c. d. 2
 ad cognitionem æternitatis naturali quodam impetu
 vniuscuiusque mentem ferri 225. e. 2
 cognoscere Dei 192. c. 2
 cognomina 39. d. e. 2
 cogitatione rerū ideas in animo formamus 295. e. a. 2
 & inde. 1
 cogitationū secreta Deo cognoscit 175. a. 1 & 342. d. c. 1
 incogitant

I N D E X.

incogitanter nihil est suscipiendum 267. d. e. 2
 tolumbia pro spiritu sancto 172. d. e. 2
 combinatio quid differat ab vnitione 346. b. c. 1
 comedere populum Dei vt cibum panis, quid sit
 207. a. b. 2
 comparatio ad diuinam nulla perfecta 4. d. 2
 comparationibus in rebus diuinis, quid & quāntū
 tribuendum sit 19. b. 2
 de comparationibus regula 116. d. 2
 compassio sanctorum nos participes facit 268. e. 2
 compositio Deo non competit 314. a. b. 2
 conceptio Christi alia quā nostra 90. c. 1
 conceptionis Christi dignitas 12. a. 2
 concordia Christiana 57. d. e. 2 commendata
 321. c. d. 1
 concordia pacis humanæ quantoperæ Christus stude-
 rit 168. b. 2
 confessio constans 224. d. e. 2
 confessio viri iusti 328. 329. a. 1
 confessio peccati vera 286. a. b. 2 vera quid sit 333. a. 1
 vbi est, ibi & iustificatio à Deo est 306. b. c. 1 coacta
 Deo non placet 118. e. 2 nunc tantū prodest in hac
 vita 205. c. 1
 confessio quando plenè, & perfectè, Deo reddetur
 362. e. 2
 confessio saepe pro laudare accipitur 268. b. c. 2 non
 abijcienda ob metum mundi 207. e. 2
 confessio de Christo 164. c. d. 2
 confessio & negatio Christi crucifixi 144. c. 1
 confessionis gloriam ex lætentium & infantium ore
 Deus sibi præparauit 173. a. 1
 ob confessionem diuinitatis Christi clauis cælorum
 Apostoli sortiti sunt 42. d. 1
 post confessionem peccata non denuō sunt admittenda
 333. a. b. 1
 in confessione omne spei nostræ præmium consistit
 294. c. d. 1
 in confessione fidei est credentium vita 40. a. b. 1
 in confessione peccatorum maximam & vtilissimam
 esse ipsorum morbis medicinam 333. a. 1
 confiteri Deo quid sit 330. c. 1
 confitendum Deo tantum 205. d. 1
 confitenda peccata 259. e. 2
 confitetur Dauid peccata sua 260. b. 2
 confidere verbum 201. a. 1
 non confidendum in principibus & filijs hominum
 337. b. 2 sed in Deo creatore ibidem
 confringere Dei 199. a. 1
 confusio 208. e. 1
 confusio impiorum 252. a. 2
 confusione sub aduentū Christi inimici eius induen-
 tur 321. c. 1
 confundentur qui oderunt in Christum credentes
 312. e. 2
 coniugij sacramentum diligenter cōsiderandum 174. b. c. 2
 consolatio quæ lugentibus promissa 143. b. 1 consum-
 mata quæ sit 306. b. c. 1
 consortium hominum vitiosorum, licet alioqui propin-
 quissimorum & charissimorum, est vitandum
 144. c. d. 2
 conspectus Dei mundis corde promissus 143. c. 1
 constantia in vera fide laudata 23. 24. a. b. 1
 constantius Augustus hypocrita 113. e. a. 2 sua ipse de-
 struit 113. d. 2
 constantij crudelitas 113. d. 2 hæresis ibidem

constantio in Niceorū fide quid displicerit 116. e. a. 2
 contra Constantium Augustum vita iam defunctum
 auctoris liber 112. c. 2
 confirmationem suam omnia habent 275. e. 2
 consuetudinis est magna vis 256. d. e. 2
 contra contemptum aliorum 168. d. e. 1
 contradictio Iudæorum 157. d. 2
 contradictiones vnde oriantur 82. a. b. 2
 conuersione nostrij nullum beneficium Dei maius esse
 306. e. a. 2
 conuicium in spiritum sanctum 144. d. 1
 conuicia ministrorum 144. e. 1
 cor immaculatum 272. e. a. 2 in mala verba declinans
 346. a. b. 1 castum coram Deo nemo habet 219. e. 1
 contribulatum optimū est Deo sacrificium 315. e. 2
 superbiorum velut lac coagulari, phrasis 269. d. 2
 cor suū sciri nemo hominum postulat 342. b. c. 1 ini-
 quitatem Deo operari 162. b. 1
 cordis exectio 144. b. c. 2
 corde mundi 143. c. 1
 corde humiles, sed animo excelsi simus 316. c. 1
 corde verbum Dei velut cibum accipimus 285. a. b. 2
 in corde pudenda celamus 205. e. 2
 corda effundenda coram Domino 224. b. 2 angusta &
 patula quæ sint 265. c. 1
 corda solus Deus intuetur 342. c. 2
 cornu Dauid 321. b. 1
 corpus carnis Deo nullum est 165. e. 2 & 314. a. b. 1
 corpus suū qui regunt, veri reges sunt 334. b. c. 1
 corpus Christi 87. d. 2 morti quidem deditum nō au-
 tem obnoxium corruptione 343. a. b. 2 Sion dicitur
 360. b. 2 ecclesia est 313. a. 1
 corporis nostri lucerna oculus est 146. a. 1 æternitatem
 vt animæ sperare valde est arduū & difficile 226. a. 1
 corporis vicia sunt enecanda 332. e. a. 2
 corporis Christi gloria quomodo nos subdamur
 101. d. 1
 tam corpori quā animæ salutem à Deo datam esse
 226. a. 1
 corpora nostra vtres vocantur 273. a. b. 1 etiam terrena
 nonnunquam timere ac dolere nesciunt, quod tamen
 dolere & timere est necesse, vide fol. 89. a. b. 2
 corporum natura 84. c. d. 1 transfiguratio, quam futu-
 ram expectamus 101. d. 1
 de corporum specie 146. e. a. 2
 correptionem Dei cum errauerimus, ne subterfugiamus
 346. d. e. 1
 corruptio 206. b. 1
 corui quid sint allegoricè 360. b. c. 1
 coruorum pulli quomodo Deum inuocare dicantur
 360. c. d. 1
 crassitudo, & quod impietatis viciorum aut comes sit
 aut causa 346. 347. a. 1
 creatio conseruatiōque cæli, terræ atque maris, eorumque
 quæ in his continentur, miranda 251. e. a. 2
 vsus cognitio Dei 234. a. b. 1
 creationis & legislatae vnus idemque Deus 359. b. c. 1
 creationis Christi secundum carnem sacramentum
 110. b. 2
 creationi contraria 234. a. b. 1
 inter creationem, & generationem discrimen 96. c. 1
 circa creationem errores refutantur 361. 362. a. b. 1
 in creatione mysterium trinitatis insinuat 23. a. 1 ad
 est filius sapientia patri 23. c. d. 1 quomodo Deo ad-
 fuerit 108. 109. a. 1

creatura Dei magnificentiam ostendit 336.c.d.1
 creatura Christus quatenus sit 110.b.2
 creaturam esse Dei filium quomodo hæretici probent
 21.a.2
 creaturæ omnes sunt corporeæ 146.b.2 an in æternum
 sint mansuræ 362.d.c.1
 creaturarum rerum omnium præparatio Deo est coæ-
 ternæ, licet secundum Moysem sui dispensationem
 habeant 109.e.a.2
 creaturis nullum vitium ex origine inest 248.c.2
 inter creaturas omnes nihil esse homine amabilius
 325.b.c.1
 creaturis Deus non indiget 194.e.2
 in creaturis Deus conspicitur 2.d.1 Dei providentiam,
 & bonitatem cerni 359.d.e.1
 creandi verbum quomodo de sapientia filio Dei ac-
 cipiat 126.d.e.1
 creari & nasci quomodo differant 109.d.e.2
 creata sunt omnia per Christum 11.a.b.1 priusquam
 crearentur Deo facta fuerunt 108.109.a.1
 creata esse omnia per virtutem Dei ad id quod sunt,
 non etiam mala esse ex nihilo 106.a.e.2
 creator cæli atque terræ quis sit 34.a.1
 credentes in Christum vnum sunt 310.e.1 sunt tem-
 plum Dei 230.b.2 non iudicabuntur 192.b.c.1
 quamvis humiles non sunt contemnendi 198.d.1
 Dei misericordiam certò sperent 216.d.1
 credentes pueros Christus vocat 167.d.e.2
 credentibus exprobrantium impietas 264.d.1
 incredulitas Iudæis exitium creavit 177.b.2
 increduli à Christo auelluntur 203.e.a.2
 crimina quid sint 315.b.1
 crux post Christum ferenda 155.e.1 a.b.2
 crux Christi Iudæis offensivum est, gentibus, stul-
 ticiæ, nobis verò Christianis sapientia 242.d.e.2
 crucis Christi locus 184.e.1
 crucis Christi inscriptio 187.e.2
 crucis suæ sacramentum Christus discipulis exponit
 117.a.2
 crucis scandalum 184.a.2
 crucis stulticia cur sic dicatur 236.a.1
 cruce non offendamur 156.a.1
 in cruce æternorum bonorum promissione ac speno-
 soflemur 265.b.c.1
 cultus, quem à nobis Deus requirit 195.b.1
 in cultu vero Dei constanter perseverandū 302.e.a.2
 cultorum Dei præmia 26.e.2
 cupiditatem viciolarum appetitiones sunt cohibendæ
 332.e.a.2
 cura de præsentis vitæ conseruatione omnis in Deum
 reicienda 147.d.1 214.e.a.2
 cura Dei pro ecclesia 247.e.a.2
 eorum humanæ conseruationis Deo qui auferunt, cõ-
 futantur 226.e.2
 curæ huius seculi faciunt, vt verbi dignitas nobis vilef-
 cat 327.e.2
 custodes nostri sunt angeli 326.a.1
 cyprianus de oratione 145.d.2

D

Dæmoniorum de Christo confessio quod sit ve-
 rē filius Dei 45.b.2
 dæmonia fides eicit 167.a.1
 de duobus dæmoniis in terra Gerafenorū 150.e.1
 daniel in lacu leonum 89.d.2
 dauid seruū Dei se esse verē profitetur 283.c.2 cum
 multas superbiendi causas haberet, tamē illa omnia

in superbiā ipsum erigere non poterant 279.a.b.2
 infestatus 312.d.e.1 nullis suorū hostium odiis &
 insectationibus frangitur 291.a.b.1 in persecutione
 orans typū Christi gerit 29.d.e. e furis sine criminis
 piaculo illicitis panibus vescitur 157.e.2 diuinis stu-
 diis incumbit 225.d.2 agnoscit se peregrinū esse in
 hac vita 266.d.1 vitam aliā post vitam sperat & ex-
 pectat 290.a.b.2 Christi aduentum desiderat 292.
 c.1 plus præstitit quàm lex requirit, opinio
 280.c.1
 dauid nomē Christo incarnati assignatur 299.a. b.2
 dauidis modestia 288.d.2 modestia, & mansuetudo
 315.d.e.2 in lege Dei intelligentia 277.a.b.1. con-
 stantia in grauissima tentationum pugna 273.b.c.2
 zelus 286.287.a.1 desiderii vt Deum hoc est Dei
 filium Messiam videre possit 267.d.e.1 libertas in
 eo quod Deum pro retributione orat 257.258.a.1
 dauidis filius Christus 172.c.2 filius ac dominus est
 Christus 176.b.1
 dauidi ad quid sua innocentia ac probitas profecerit
 262.a.b.2
 cui Dauidi tot & tam amplas promissiones Deus de-
 derit 319.c.d.2
 decem præcepta 180.a.1
 decimatio holeris 177.a.b.1
 declinatio à Deo 206.b.2
 decreta Dei sunt imperuestigabilia 313.314.a.
 defectio animæ natura 272.b.c.2
 dentes peccatorum metaphorica locutio 162.b.c.1
 dentes torrentium quid significant 304.e.2
 ne derelinquamur à Deo precibus est à Deo postu-
 landum 256.b.1
 descensus Dei quid 352.d.e.2
 desertum in scripturis 156.d.1
 deus quid sit, dici non potest 363.a.b.2. vnus est om-
 nium 125.c.1. quatenus vnus sit 28.a.2 vnus tantum
 est, nec sunt plures dii, & tamen filius est Deus
 22.b.c.1. vnus, ergo filius non est Deus, hæreticorū
 argumentum 20.a.2
 deus omnipotens, bonus, sapiens, verax 39.a.b.2
 nullius rei est indigus 194.195.a.1 sibi ipsi sufficiens
 est 252.d.e.2. incorporeus 165.e.2. infinitus non cõ-
 cluditur ædificiorum domibus 307.d.e.2 non est
 ex compositis 64.e.a.2 & 314.a.b.2 semper est
 107.c.d.1 vbique præsens 2.e.a.2. propè est inuo-
 cantibus 356.e.2
 deus incomprehensibilis humanæ naturæ 101.d.2 in-
 enarrabilis 9.c.1 solus corda & renes scrutatur 342.
 c.2 iustus est in operibus suis 356.e.2 in iudiciis suis
 omnibus iustus est 286.c.d.2 mala in eos qui infe-
 runt conuertendo non potest iniquitatis coargui
 211.a.1 etiam castigans bonus est 269.b.c.
 deus terribilis 234.a.1. in sanctis suis est mirabilis 246.
 a.b.1 non opus habet humanis officiis 81.e.1 non
 subiacet naturæ legi ibid.a.2
 deus quomodo dicatur spiritus 13.c.d.1. omnia sciens
 quomodo nonnulla nescire dicatur 79.b.c.2. qua-
 re aut quomodo interroget, cum nihil eum lateat
 294.c.1. quibus proximus, quibus remotus 334.b.
 c.1. quomodo cum sanctis sanctus, & cum peruer-
 sis peruersus dicatur 296.d.2. quomodo piorū men-
 tes inhabitet 317.d.e.1 an trahat nos in pec-
 catum 296.b.c.2. quomodo occidat peccatorem
 341.b.2
 deus cui sit portio 266.b.c.2. quorū sit dominus 329.
 a.b.1 non mortuorū, sed viuentium Deus est 175.c.2
 quomodo

quomodo paties sit 312.c.d.2 quare timēdus sit 310.
 c.d.1 quomodo à nobis magnificetur 252.c.d.2 quo
 consilio hominis naturā eiusq; infirmitates suscepit
 67.b.c.2
 Deus non est nisi filius Dei Christus quomodo sit ac-
 cipiendum 34.e.2
 deus per quid futurus sit omnia in omnibus 101.d.e.2
 deus Iacob quomodo & quare dicatur 220.b.2
 deus homo natus nõ desit esse Deus, sed manēs Deus
 homo natus est in Deum 83.b.2 & 24.e.a.2
 deus est pater & Deus est filius, & tamen non est nisi
 vnus Deus 3.b.c.1
 deus excelsus humilia respicit 597 est doctor noster
 269.a.1 custos ecclesiæ 296.e.2
 deus in Christo loquutus 222.a.1 vbi non est, ibi dia-
 bolus est 282.e.2
 deus quomodo super terram visus 27.a.2 videri voluit
 infirmus homo antequam esset natus homo 31.c.1
 vnus & trinus apparet Abraham 24.c.1
 deus sine Deo nõ cognoscitur 4.a.b.2 31.d.1 per crea-
 turas cognoscitur 2.d.1
 deus verus à ficticiis numinibus discernitur 235.e.d.2
 deus nobis imitandus 145.c.1 in spiritu adorandus
 13.b.c.1
 dei magnitudo 355.b.c.1 iustitia 355.d.e.1 gloria ma-
 gna 334.c.d.1 sanctitas 355.e.a.2 miranda opera 325.
 b.c.1
 dei bonitas & providentia in quibus apparet 359.a.b.1
 bonitas in eo quod dato vnigenito filio ipse salutem
 nostram efficit 245.a.1 dignatio erga homines ex in-
 carnatione Christi 12.b.c.1 misericordia per totam
 terram est diffusa 268.e.2 misericordia nobis op^o est
 272.a.1 magnificentiā creatura testatur 356.e.1 ma-
 gnificentiā nemo dignè cognoscit 324.c.2 sapienti-
 a est inscrutabilis 313.316.a.1 virtus & sapientia
 Christi est 244.c.2
 dei operationes per corporis nostri membra denota-
 tur 105.b.1 opera quomodo fiant ratio nostra intel-
 ligere non potest 117.b.c.1
 dei voluntas quàm sit efficax & potens 325.b.c.1
 dei locus 240.c.1 habitatio quæ sit 536 sedem & habi-
 tationem homines esse 317.c.d.2 perfecta scientia
 quæ sit 363.a.b.2 omni præsentia quomodo reputā-
 da 289.b.c.1 videndi desiderium 56.d.1 faciem ne-
 mo videre potest 338.a.b.1 faciem videre quomodo
 Dauid orarit 267.e.1
 dei nomen 205.b.2 nomen cur sit laudandū 324.a.b.2
 nomen quomodo sanctificari precemur cum per se
 sanctissimum sit 326.327.a.1 nomen nunquam fuit
 incognitum, Deus autem ipse per Christū demum
 innotuit 16.d.2. 17.a.1 nominis suauitas in congre-
 gandis gentibus 324.a.b.2
 dei os quid sit 270.a.1 aures pedes oculi, manus, &c.
 314.a.b.1 dextera 227.a.1 vterus 103.e.2 & inde cor
 105.b.1 vultus illuminatio 237.e.2
 dei loqui in ira 195.e.2 irasci quid 195.a.2 dormire
 quid 296.e.2 cognoscere atque ignorare 192.b.c.2
 meminisse 265.c.2 respicere 285.b.c.2 ridere & sub-
 sannare 194.b.2 descēdere de cælo quod sit 352.d.c.1
 dei currus 242.c.1 via 236.a.1 sagitte quæ sint 294.d.1
 dei conspectus 143.d.1 imago Christi quatenus di-
 catur 56.c.d.2 vltio sub ira humanæ vindictæ descri-
 bitur 244.a.1
 dei proprietates est, quod est, nõ fuit, nec erit 1.a.2 pro-
 prium est futurorum præsentia 97.e.1 proprium
 munus est viuificare ipsum timentes 264.b.c.1

dei iubentis & facientis distinctio 22.e.a.2
 dei bonitatis & seueritatis discrimen ab obiectis 267.
 b.c.2
 dei vnitas quomodo credenda 45.c.d.1 multiples
 apparitiones assumptis certis quibusdam formis
 factæ 110.e.a.1
 dei nuncupatio Christo verè tribuitur 48.a.1
 ad dei imaginem homo conditus 23.e.1
 dei non omnes sunt 298.a.b.2
 dei se esse qui verè profiteatur 275.a.b.2 per quid Dei
 fiamus. ibid.
 dei quæ sunt quatenus sint stulta 19.a.b.1
 de dei rebus non ambigendum, etsi nostræ mentis ca-
 ptum superant 17.d.2
 ad Dei nutum nobis viuendum est 300.b.2
 dei perfecta cognitio quæ sit 9.b.d.2 verā agnitio hu-
 manæ vitæ est scopus 1.e.2.a.1
 deo omnia præsentia sunt 109.a.b.1 soli cõuenit om-
 nia facere quæ velit 325.b.1 proprium est quod est,
 & tamē infectus est 339.b.c.2 proprium fuisse aliud
 esse quàm manebat, nec tamen non esse quod man-
 ferat 314.e.2
 deo nihil deesse, ideoque nequicquam accipere posse
 101.b.c.1
 deo quæ debeamus 175.d.e.1 omnia bona sunt acce-
 pta ferenda 304.c.d.1 non credere quanta impietas
 38.a.b.2
 deum creatorem cæli atque terræ quem nobis scri-
 ptura monstret 326.c.d.1
 deum vnum esse legis, & Euangelij 333.a.b.2
 deum vnum scriptura prædicans non separat ab eo fi-
 lium 69.a.b.2 vnū Moyse prædicans de filio signi-
 ficat 28.a.2
 deum negare quæta sit stulticia 205.c.d.2 fingere non
 minoris impietatis quàm negare 190.a.b.1
 in Deum an cadat tristitia, & mœstitudo 182.c.1 nul-
 læ passionum aut perturbationis mutationes cadunt
 194.d.e.2
 in Deum Moyse Pharaoni datus 48.b.1
 deum pauci quæruunt 206.c.d.1 humana infirmitas fu-
 git 337.e.2
 deum Iacob vidit 296.a.2 quomodo Isaias viderit,
 cum scriptum sit, Deum nemo vidit vnquā 34.a.1
 deum odientes & nos odisse debemus 342.a.1
 deum declinare 206.b.2
 deum faciem suam auertere 235.c.d.1 de cælo perspi-
 cere 206.c.d.1
 ad deum verum agnoscendum & colendum adhorta-
 tio 234.a.2
 in Deo neque prius neque posterius, neque maius
 neque minus 2.a.1 non est solitudo 22.b.c.2
 in Deo cur sit sperandum 315.b.2 quæ præcipue sint
 laudanda 355.b.c.1
 in Deo solo confidendum 359.b.2
 à Deo vero vt homines aberrent 2.a.b.1 Christū non
 esse separandum 72.73.a.1
 de Deo non est humanis iudiciis sentiendum 31.b.c.2
 iuxta verbum sentiendum 44.a.1 iuxta verbum eius
 loquendum 31.b.2
 de Deo Patre, Filio & Spiritu sancto authoris fides, &
 confessio 111.c.d.1 Antiochenæ ecclesiæ pia con-
 fessio 128.e.a.1 orientalium contra Photinum fidei
 expositio 150.a.b.1 blasphemiarum apud Syrium per
 Orosiū & Potamiū conscriptarum exemplar 125.b.c.1
 de deo quis sit, errores 234.a.1
 dii quatenus plures nuncupentur 324.325.a.1
 6 j

I N D E X.

deorum gentiliū vanitas	327. b. 2	da	74. a. b. 1
dextera in scripturis ſemper per partem optimam & vtiliſſimam demonſtrat	297. b. 1	diffidia à populo Dei abſint	321. d. e. 2
dextera Dei quid ſit	227. a. 1	diteſcere velle periculofa cura eſt	170. a. b. 1
dexteræ obliuio	331. d. e. 2	diteſcendi ratio vera	166. a. b. 1
diabolus ſpiritus eſt ſuperbus 283. c. 1 fallax & ad traducendum callidiſſimus 141. d. 2 omnium iniquorū caput 344. d. e. 1 peccata ſuggerit 347. a. 2 quibus modis Adam in peccatum induxerit 142. e. 1 per homines nobis inſidiatur	342. c. d. 2	diuitem difficile in regnum Dei introire	169. 170. a. 1
diabolus Chriſtum tentat 141. a. d. 2 nõ habet in Chriſto quicquam	78. b. 1	diuitem manentem in diuitiis ſuis, regnum Dei non poſſe ingredi, error	363. 2
diabolus per Chriſtum eſt victus 352. c. d. 1 à Chriſto homine victus 142. d. e. 1 olim à ſanctis eſt iudicadus	273. b. 2	de diuine epulone, & paupere Lazaro	288. e. 2
diabolus mons cognominatus 167. a. 1 fur 179. b. 2 diaboli laquei 280. c. 1 miniſtri qui ſint	312. c. d. 1	diuinitæ ſpirituales piorū 257. e. 1 cæleſtes ſine damno ſeculi non poſſidentur	161. a. 1
diaboli miniſteria & in ſeculi huius tempore officia	297. b. 2	ad diuitiarum contemptum adhortatio	225. d. e. 1
diaboli ſerpentis prudentia in circumueniendo hominem	153. d. e. 2	diuinas res mens noſtra non capit	4. a. 1
diabolo, & miniſtris eius quæ ſit præcipua cura	275. b. c. 2	diuina per fidem intelliguntur	3. a. 2
aduerſus diabolum tutiſſima munitio quæ ſit 223. a. b. 2 oratione certandum eſt	233. c. d. 2	in diuortij cauſa quæ Lector conſiderare debeat	169. c. 1
à diabolo nos captos eſſe	34. b. 2	doctrina nulla verbo Dei non eſt conferenda	273. a. 2
diabolo Chriſtus eſt fortior	159. b. 1	doctrina Chriſti quomodo ſit mirabilis	337. e. 1
diaboli in peccata impellunt 283. d. e. 1 242. d. c. 1 per Chriſtum ſuperati	243. a. b. 2	doctrina Apoſtolica nube in veterẽ testamento adumbrata	326. a. 1
aduerſus diabolos ſunt nobis data angelorum præſidia	326. a. b. 2	doctrina phariſaica vitanda	165. d. e. 1
dictorum omnium intelligentia ex cauſa, cauſa autem ex ſenſu ſumenda eſt	13. a. b. 1	doctrina doloſa 341. e. 2 falſa quæntū ſit malū	56. d. e. 1
dictorū omnī in die iudicij ratio reddenda	159. b. 2	doctrinæ Chriſti veritas 336. d. e. 1 vis & efficacia	148. a. 2
didrachmæ oblatio	167. e. a. 2	doctrinæ fanæ audientia non ſuſtinetur	82. d. 2
dies quid	147. d. 1	aduerſus doctrinæ corruptelas vigilandum & orandū	228. c. 1
dies in tempore quid	196. c. 2	doctrinā ſanam impius odit 303. e. d. 1 principes huius mundi ſuſtinere non poſſunt	260. b. c. 1
dies dominica	187. b. 1	in doctrina Chriſtiana vocum nouitates fugiamus	115. a. b. 1
dies pro ætate aliud tempore hominis	201. d. e. 2	doctrinæ Prophetica & Apoſtolica ſagittæ Dei vocantur	309. e. 1
dilectio Dei erga nos immenſa	44. a. b.	doctrinæ hominum non poſſunt erudire nos ſalutem	253. b. 1
dilectio Dei ac proximi	71. c. 1	contra doctrinas varias	119. d. e. 2
dilectio Dei in quibus ſit, & quæ ſit eius abſentia in hominibus cauſa	70. b. c. 2	doctrinis hominum eccleſia non ædificatur	308. a. 1
dilectio mandatorum Dei	284. d. 1	doctor eccleſiæ innocens vita, & inſtructus doctrina eſſe debet	56. a. b.
dilectio approbat Deo opera noſtra	276. c. a. 2	doctores ſerpentina inſtructi ſint prudentia	153. b. c. 2
dilectio malicia	202. b. c. 2	doctorum eccleſiæ eſt operibus bonis præluſcere gregi	143. c. 2
dilectionis erga Deum quod officium ſit	310. c. d. 1	pſedo doctores	82. b. c. 2
de dilectione proximi præceptum quomodo ſit ſimile præcepto de dilectione Dei	176. a. 1	pſedo doctoribus eſt contradicendum	56. c. 1
diligere Deum eſt ſummum legis præceptum	ibid.	doceri nos à Deo neceſſe eſt	357. b. 1
diligendi non tantum amici, ſed etiam inimici 145. a. 2 183. d. 1	183. d. 1	docendum magis exemplo quàm dictis	147. a. b. 2
dionyſius epiſcopus Mediolanenſis	119. e. 1	doech Idumæus 201. d. 1 figura eſt Iudaici populi	201. c. 2
diceſſio quid differat à peccato	282. a. b. 1	Dolor pius ſuper non ſeruantem Dei pactū.	290. a. 2
in diſcenda ſalutis doctrina quis ſeruandus ſit ordo	253. 254. a. 1	doloris expertem fuiſſe Chriſtum quando in cruce patiebatur	90. b. c. 1
discipuli vellicantes ſpicas	157. b. c. 2	domini qui ſint	329. a. b. 1
discipuli quos Chriſtus iam paſſurus ſecum aſſumpſit	182. c. 1	dominis duobus nemo ſeruire poteſt	146. b. 1
disciplina Domini bona	269. c. d. 1	dominatu peccatorum nihil eſſe triftius	305. a. b. 2
disciplinam apprehendere	200. e. 2	à Dominatu viciorū quomodo Deus nos liberet	306. a. b. 1
diſputationes impiorum	189. c. d. 2	dei quæ eccleſia eſt, bona	230. a. 2
diſputationes aduerſus Deum inſolentes fide contundendæ ſunt	106. e. 1 a. b. 2	de domo ædificata ſuper petram	148. a. 2
diſputationum impiarum effectus	204. b. c. 2	donis Dei non ad inſolentiam, ſed ad proximi utilitatem eſſe vtendum	279. c. d. 1
diſputationibus noſtris Dei arcana non ſunt diuexan-		dux noſter eſt Chriſtus	263. a. b. 1

E

E Brietas ſpirituſ & bona 232. d. 1 eccleſia domus Dei 205. a. 1 inſtar manus eſt 149. c. 2 eſt os Chriſti 339. a. b. 1 à prophetis mōs Sion nuncupatur 229. c. 2 per hæreſes confirmatur 45. d. e. 2 cui fundamēto ſuperſtructa 43. b. 1 vnanimis & concors ſit 321. c. d. 2 eccleſia non eſt, quæ non credit Chriſtum eſſe verè Dei filium 43. a. b. 2 eccleſia de qua ſcriptum eſt, non habere eam rugam neque

I N D E X.

neque maculam, vbi ſit, quaëſtio	365. 2	efurritio Chriſti	142. a. b. 1	
eccleſiæ paucaitas 220. a. 1 vnitas 57. b. c. 2 profectus & incrementa 232. a. b. 1 fides de Chriſto	47. c. 2	efurritio iuſtitia	143. b. c. 1	
eccleſiæ bona quæ	230. a. 2	ethnicorum error de multitudine deorum 324. 325. a. 1 euacuare aduerſantem poteſtatem quid ſit	100. c. d. 2	
eccleſiæ proprium 47. a. 1 miniſteria & operationes	61. d. 2 firmi præſidiū quod ſit 303. d. e. 2 caput Chriſtus 64. e. 2 fundamētum oſtenditur fides	165. d. 2	euangelium mundo ſtultitia 18. c. 2 ritè comparatur reti 161. c. 1 legis abſcondita reuelat 284. d. e. 2 in Palmyris continetur 185. d. e. 2 cum fidei & confeſſionis libertate intrepidè, & conſtanter eſt prædicandum 154. d. 1 non ſemper ſimpliciter intellectu ſuſcipiendum	116. b. 1
eccleſiæ hoſtes, eccleſiæ res agunt & tractant 47. a. b. 2 hoſtes ſunt confundendi	512. 513. a. 1	euangelij ſuauitas & dulcedo 241. a. 1 prædicatio ſub typo pluuiæ promiſſa 240. e. 2 doctrina quibus non ſit proponenda 147. e. 2 tranſlatio ad gentes 242. e. 1 euangelij & Legis diſcrimen	144. c. d. 1	
eccleſiæ tribulate Deus adest	304. a. b. 2	in Euangelij doctrina iam conſiſtendum eſt 319. a. b. 1 euangelio tum gentes, tum Iudæi obloquuntur	164. b. c. 1 non obtemperantes quare vocantur viperarū natio 218. a. 1 qui non credūt, eos quæ maneat pœna	56. a. 1
eccleſiam inſeſtantes ſibi ipſi malum creant	354. d. e. 2	ad Euangelium prædicandum quibus ſuffragiis Apoſtoli vſi ſint	121. a. 2	
Deus cuſtodit	296. e. 2	euangeliorum opera per legem eſſe adumbrata 243. a. 2 lectio ſingularem diligentia adhibendā eſſe	161. b. 2	
extra eccleſiam qui ſunt nullam verbi Dei intelligentiam capiunt	160. a. 2	euangelicæ atque Apoſtolicae prædicationis veritas vbi præcellit, tortuoſa philoſophia quæſtiones abiiciendæ ſunt, & fides ſectanda eſt, quæ in Deo eſt	10. b. a. 2	
in eccleſia quæ lege & prædicari audimus quare non magnificamus	328. a. b. 1	euangelicæ beatitudinis tēpus à patribus exoptatum	244. a. 2	
eccleſiæ naufragæ quæ ſint	149. c. d. 2	euangelistarum numerus præfiguratus	142. c. 2	
eccleſiarū Germaniæ, Belgiæ, Lugdunēſis, prouinciæ item Aquitanicæ, & nouem populanæ in catholica fide inconcuſſa conſtantia commendata	123. 124. a	euangelizantibus diuinitus promiſſio facta	241. b. 1	
eccleſiis præſidentes angeli vocantur	315. a. 1	eunuchus regiæ Candacæ in Æthiopia	245. e. 1	
edom quid myſticè denotet	332. c. 1	de eunuchis commoneſactio	169. b. 1	
Effrem	222. e. 1	eufebius Vercellenſis Epiſcopus	119. c. d. 1	
in effratæ Dei requies eſt	319. a. b. 1	exaltatio hominis Chriſti 336. a. b. 1 eius obedientia eſt meritum.	210. a. b. 1	
eleazar martyr	327. a. b. 2	examinare Deum credentes quomodo & cur dicatur.	235. 236. a. 1	
electio	230. c. d. 1	exaudire Deum vocem an idem ſit, quod intendere aures in orationis vocem.	313. 314. a. 1	
electionis & reprobationis cauſa iuxta Pelagianos	364. e. a. 2	excelsus Deus	334. c. d. 1	
de electione Auguſtinus	363. d. e. 2	excufationes peccatorum	345. 346. a. 1	
electi tantum ſunt beati	230. d. 1	exemplo docendum potius quàm dictis	147. a. b. 2	
elementa mundi ad Chriſtum collata	65. a. b. 2	exercitatio in Chriſto	156. a. 2	
eleuare oculos	316. a. 1	exercitatio mandatorum & iuſtificationum Dei quæ ſit	260. d. 1	
eliſos Deus erigit	356. b. 2	ſub exitionis ſignificatione profectum natiuitatis ex incorporali Deo Chriſtus teſtatur	72. e. 1	
eloquij Dei intellectum Dauid orat	291. 292. a. 1	exodus quid propriè ſit	261. e. 2	
eloquia Dei ſunt iuſta	283. e. a. 2	expectatio iuſtorum	348. d. e. 2	
eloquia Dei Iſrael non cuſtodiuit: quæ ſe facturū auditurūque reſpondit	290. b. c. 2	exprobrationes impiorum quibus piis exprobrantur afflictis	269. d. e. 2	
eloquiis hominum non relictus eſt de Dei rebus aliis præterquam Dei fermo	363. d. e. 2	exulat propter Chriſti miniſterium Hilarius	119. c. 2	
in eloquiis Dei lætandum 291. c. 1 omnia eſſe excelsa, diuina, perfectæ	333. a. b. 2	exultatio ſanctorum poſt hanc vitam	321. a. 1	
emendari qui poſſunt	38. d. 1	exultationis vox	233. a. 2	
in Epiſcopo quas virtutes Paulus requirat	27. b. c. 2	Ezechias rex ſuperbia peccat	279. a. 2	
epiſcopi Aſianæ eccleſiæ Deum neſciunt	133. a. 2	ezechia ſignum quid ſignificet	292. e. 2	
epiſcopis cum primis vigilandum	179. d. c. 2			
contra epiſcopos ventri tantum & propriæ gloriæ ſtudentes	207. a. b. 2			
errantibus reſipiſcentia ſpacium concedatur	113. a. 1			
error multorum eſt valde periculofus	35. a. 2			
eruſtandi verbum	292. b. 1			
efaias filium Dei vidit	34. a. 1			
efau ab vtero alienatus	217. e. 2			
efca quam dat Deus	330. c. d. 1			
efdra Palmyrorum ariſtarchus	185. d. 2			
efſe Dei proprium eſt	1. b. 2 107. c. 1			
efſentia quid ſit	125. d. e. 1			
in efſentia patrem & filium vnum eſſe	131. a. 1			
ab efſentia rei veritas ſeparari non poteſt	31. c. 1			

F

Acere omnia quæ velit, ſoli Deo cōpetit 329. b. c. 1 infectum eſſe ſoli Deo competit 340. a. 1 facierum noſtrarum ablutio 145. d. e. 2 familiaritibus quorū nos admifceri cōueniat 153. a. b. 1 faciem Dei nemo videre poteſt 338. a. b. 1 fel ingeſtum Chriſto pendenti in cruce 249. b. 2 per feras ſyluæ quid ſcriptura intelligat 245. a. b. 1 fermento quomodo Chriſtus ſe aſſimilat 160. d. e. 2

de fermento Pharisaorum cauendo, commonefactio, 165. e. 1
 de festuca & trabe 147. b. 2
 ficus absque foliis imago 173. b. 1
 ficus arbori qua ratione synagoga comparetur 173. a. 2
 foliis Adam & Eua in Paradiso se tegunt ibid.
 ficus signum de tempore aduentus Christi nos admo-
 nens 179. b. 1
 fides tantum vna 95. a. 1 verbo nititur 120. d. 2 certum
 verbum habeat cui innitatur 25. e. a. 1
 150. d. 2 petita accipit 228. a. b. 1 nuda non sufficit ad
 salutem 252. d. 2 est fundamentum ecclesiae 165. a. 2
 nunquam secura est 334. b. c. 1 vtiliter exercetur
 273. c. d. 2 in Apostolis quoque est imperfecta 166. e. 2
 fides tutissima aduersus spiritalis nequitias munitio
 223. a. b. 2 prophetiae recondita aperit 186. b. 1 capit
 quod ratio consequi non potest 4. b. c. 2 donorum
 diuisionibus ornatur 230. a. b. 2 in quibus manet iis
 in omnibus periculis angelos defensores adesse 333.
 a. b. 1 quae confiteretur Christum verè, & natura esse
 Dei filium, est sola vera fides 43. a. b. 2
 fides inter medias infestationes humanas firmiter re-
 tinenda 215. a. b. 2 non sit ambigua, sed certa 146. b. c. 1
 quae in verbo proponuntur, verissima esse statuatur,
 etsi quomodo vera esse possint nequaquam intelli-
 gat 17. c. d. 1
 fides non ideo negetur rebus diuinis, quia per nostrae
 intelligentiae infirmitatem eorum rationem non cõ-
 sequuntur 117. c. d. 2
 fides non inquit, sed propositum sibi verbum simpli-
 citer apprehendit 93. d. e. 2
 fides in Deo sine Christo non proficit ad salutem 62. b. 1
 fides in Christum necessaria 73. a. 2 vera & inuolabilis
 quae sit 165. e. a. 2 caret intercessionis apud patrem
 necessitate 41. e. 2
 fides catholica contra omnes doctrinarum pestes me-
 delam impertit 11. d. e. 2
 fides non ex salute, sed per fidem salutem est expectanda
 152. a. 1
 fides à cognitione discernitur 271. a. b. 2
 fides ecclesiae 43. c. 1
 fides secundum Orientis synodum 129. e. a. 2
 fides absque verbo 51. a. 1
 fides firma & immota sit 303. b. c. 1
 fides legi mortua, vocatur vidua 358. a. b.
 fides Christiana de Deo patre & filio eius Iesu Chri-
 sto 63. c. d. 2
 fidei donum 62. a. b. 1 raritas 220. b. 1 vis quata 45. c. 1
 maiestas atque virtus 166. 167. a. 1 tentamenta à mun-
 do 281. a. b. 2 dissidiu vnde oriatur 45. d. 2 beneficia
 quae praestat 160. a. b. 2 ingens praemium 119. b. c.
 fidei definitiones ab orientalibus prescriptae 125. c. 2
 officium est acquiescere in verbo, nec curiosè inqui-
 rere in ea quae in verbo credenda proponuntur 10.
 d. e. 1 maximum stipendium est sperare quae nefcias
 62. b. c. 2 maximum opus est humilitas 315. 316. a. 1
 fidei nostrae militia quae sit 288. b. 2 perfecte honor quis
 sit, exponitur 148. a. 2 veritatem haereticis ostendunt
 47. d. e. 1
 fidei rudes lacte potandi 316. d. 1
 fidei ecclesiasticae expositio quae in Synodo Antio-
 chena est tradita 128. e. 1 ecclesiae in Oriente contra
 Photinum expositio 150. b. c. 1
 inter fidei naufragia quis tutissimus portus sit 120. a. 2
 fidem Christus requirit 57. b. c. 2
 fidem in se requirens à nobis Christus, Deum se esse

haud obscure affirmat 69. e. a. 2
 fidem habentes in Christum eos & pater & filius vo-
 lunt aeternae vitae esse haeredes 65. a. b.
 fidem haereticorum dissensio confirmat 46. b. 1 nunc
 terrena suffragia commendant 121. b. 2
 per quam fidem Deus sit pater noster 41. c. 1
 per quam fidem Abrahæ iusticia obtigerit 30. e. a. 2
 per fidem ea quae sunt Dei cognoscimus 3. a. 2 Christia-
 ni sunt vnum 67. e. 2
 per fidem nos saluare Deo bene possibile est 116. b. 2
 per fidem gentibus salus contigit 164. d. e. 1
 ad fidem nemo vi cogi debet 118. d. 1
 praeter fidem vnam quicquid est, non fides, sed perfid-
 dia est 116. a. 2
 fide nihil iustius 111. c. 1
 fide irreligiosis mundi imperfecti quae doctrine sapien-
 tis Dei omnipotentis contra eundem esse 106. a. b. 2
 fide inconcussa nobis opus est 286. b. 2
 in fide Christi consistendum 304. b. c. 1
 in fide vera constantia aliquot ecclesiarum contra de-
 testandae haereseos contagiũ, cõmendata 123. 124. a. 1
 à fide qui deficiunt, nihil salutis afferunt 167. a. 1
 à fide vna & vera hodie deficientes, dum plures con-
 stituimus facimus vt nulla sit 120. a. 1
 ex fide in Christum quia necessaria est ad vitam aeter-
 nam cõuincitur Christus esse verus Deus 73. d. e. a. 2
 de fide Gentium Christi praemonitio 157. c. 1
 fides hoc tempore annua & mestrue de Deo 120. a. b. 2
 fides exponendi & expositis subscribendi consuetudi-
 nem necessitas intulit 133. a. 2
 fidelis etiam si mortuus sit, tamen viuit 204. a. 2
 fidelium atque infidelium diuisio 179. b. c. 1
 fidelium cõmuni cõcordem Deus inhabitat 320. a. b. 2
 infidelitas periculosa 147. a. b. 1 stultitia coram Deo
 18. c. 2 infidelitatis peccatũ an sit ex Deo 308. e. a. 2
 author est diabolus 166. b. 1
 infidelitatis affectio in focu Petri adumbrata 149. d. 1
 opprobrium 156. d. 2
 infidelis eradicatur à terra viuientium 147. e. 2
 filius Dei quis sit 165. c. 2 quomodo discernendus sit à
 patre 50. c. 1 quomodo sit Deus de Deo 34. e. 2 Dei in
 quantum sit creatus 7. c. 1 quomodo ex patre natus
 9. c. 1 quomodo ex vtero Dei ante luciferum sit ge-
 nitus 104. e. 2 quomodo in patre & pater in ipso 14.
 a. b. 2 Dei quomodo Imago Dei 64. e. 2 qualis ima-
 go patris 18. d. e. 2 primogenitus quatenus dicatur
 Israel 105. b. 2 quomodo sit cum patre vnus substã-
 tia 134. b. 1 quomodo ex Maria natus sit 85. e. a. 2 Dei
 qui ab aeterno verus Deus ex vero Deo patre natus
 est, quare in tempore humanam naturam sibi copu-
 larit, in eaque passus ac mortuus sit 67. c. b. 2 an sit
 sine voluntatis libertate 76. b. c. 2 quomodo à se non
 possit quicquam facere, nisi quod viderit patrem fa-
 cientem 75. c. 1 quomodo simul in terra & in caelis
 86. b. 1 quomodo clarificet patrem & vicissim clari-
 ficetur à patre 16. a. 1 quomodo traditur regnum
 patri 100. c. 1 quomodo sit eidem subiiciendus ibid.
 quare cogitationes Dei patris ignorare ab impijs di-
 catur 81. a. b. 1
 filius conuincitur esse Deus ex nomine, ex natiuitate,
 ex natura, potestate professione 48. a. 1 & in sequen-
 tibus. non est portio aliqua, sed totus Deus 134. e. 1
 natus Deus est 98. d. 2 quado serui formã assumpsit,
 Dei naturã non perdidit 104. c. 2 filius omnipotens
 39. a. 2 cum patre prescius est 79. a. 2 inseparabilis est
 naturae à patre 63. b. 1 vnus atque idem cõ patre 71. a. 1
 ex patre

ex patre manente natus est, non creatus ex nihilo
 107. a. 2 non ideo minor patre quod pater dat filio,
 filius autem petit & accipit à patre 72. d. e. 2 65. a. 1
 filius Deus & pater Deus, & tamen non sunt duo dij
 25. e. 2 est persona à patre distincta 25. 26. a. 1 volente
 Deo impassibiliter & sine tempore ex patre genitus est
 130. a. b. 2 est angelus Dei & Deus 24. a. 1 iuxta essen-
 tiam Dei imago est 125. c. 2 non est imago si non per
 omnia Deo patri est aequalis 95. d. e. 2 Sp. sanctum
 mittit 59. b. 2 honore vel contumelia afficitur in pa-
 tre, & vicissim 194. e. 1
 filius Dei Christus est alia ratione quam nos 15. e. 2 nu-
 quam non fuit filius 105. 106. a. b. 1
 filius non idem, qui pater contra haereticos idipsum
 affirmates 126. e. 2 non est ex nihilo nec etiam ex al-
 tero, sed ex ipso hoc Deus ex Deo 38. b. 2 non est
 portio patris, sed Deus totus ex Deo toto 37. c. 1 non
 est minor patre 127. e. 2
 filius antequam nasceretur non erat, error refutatur
 107. c. d. 1
 filius Dei apparet variis modis patribus in vetere te-
 stamento 24. c. 1 Abrahæ visus 130. e. 2 cum Iacob
 velut homo luctatus 130. a. 2 Dominus à Domino
 patre super Sodomam pluit ibid.
 quod filius verus sit Deus, probatur 28. a. 2 ex vetere
 testamento ostenditur 22. b. 1 quod non sit Deus præ-
 cipue haereticorum obiectiones 56. c. 2
 filij ex patre natiuitas 34. a. b. 2 in paterna natura e qua
 litas 75. c. 1 generatione ex patre vestigium in igne
 33. b. c. 1
 filij potestas 51. c. 1 testimonia de seipso 40. d. e. 1
 filij voluntas à voluntate patris non dissentit 70. d. e. 2
 operatio est operatio patris 50. c. 2 exitio à Deo est
 eius aeterna ex patre natiuitas 42. a. 1 exitio à patre
 non est alienatio à patre, sed natiuitas, Dei patris na-
 turam in se nascendo retinens 72. e. 2 honor est pa-
 tris dignitas: ideo quicquid de eius diuinitate ac
 maiestate dicitur, ad gloriam patris amplificandam
 pertinet 206. e. d. 2 opera de se testatur 40. c. d. 1 ope-
 ra veritatem diuinæ naturae in ipso astruunt 39. e. 2
 filij Dei generatio aeterna non scrutanda 17. e. 1 intem-
 poralem de patre substantiam non esse ad innascibilem
 Dei essentiam referendam 127. e. 2 diuinitatem
 qua decepti occasione haereticis negent 67. d. e. 1
 filij ratio qualis 9. c. d. 2 diuinitate quibus obiectionis scri-
 pturarum testimoniis haereticis negent 66. b. 2 gene-
 rationem ex patre quando Apostoli intellexerint
 42. c. 2 principium quatenus sit pater 36. b. 1 natiui-
 tatis quae sit vera intelligentia 50. a. 1 subiectionem
 quomodo plerique haereticorum intelligant 101. b. 2
 in filij natiuitate inquirere admodum est stultum 117. a. 2
 & inde copiose 42. b. 1 natiuitatem rationes huma-
 nae 15. b. 1 natiuitatem ex patre haereticorum cauilla-
 tiones 57. d. 1 106. e. a. 2 aeternitate impia impiorum
 hominum doctrina 19. b. c. 2
 ad filij Dei virtutem, potestatem & diuinitatem infir-
 mandam quo praecipue argumento haereticis vtan-
 tur 21. a. b. 2
 de filij Dei generatione ex patre haeresis Valentiniano-
 rum 36. c. 2 Manichaeorum, 37. a. 1 Sabellij & Hie-
 rarchè ibi. d. 1
 de filij vnitate cum patre quae in scripturis dicuntur,
 ea haereticis de voluntatis tantum vnitate interpretan-
 tur 80. d. e. 1
 filio Dei Dño nostro Iesu Christo alia ratione Dei ap-
 pellatio tribuitur, alia Moysi & reliquis credentibus

48. a. 1 proprium est esse 107. d. 1 naturalis natiuitas
 nullam naturae demutationem intulit 73. b. 2
 filio quomodo demostretur pater facienda 56. b. c. 1 quo-
 modo omne iudicium à patre datum ibid. qualis simili-
 tudine haereticis tribuat 126. c. 2 quare diuinitatem
 haereticis detrahant 20. a. 2
 filio non esse contumeliam quod patre innascibile ha-
 bet Deum, cum ex innascibili Deo natiuitas vnigeniti
 in naturã vnigenita subsistat 65. a. b. 1
 filio non adimi diuinitatis honore, ostendit per id quod
 vnus Deus in scripturis praedicatur 22. e. a. 2
 filium simile esse patri sed non Deo, haeresis 115. a. 1 pa-
 tre honore, dignitate, claritate, maiestate maiorem
 esse, Syrmij haeresis 125. c. 1
 filium sine patre nemo cognoscit 40. b. 2 non honorates,
 nec patrem honorant 32. d. 2 & 70. c. 2
 filij & patre Cõstans negat, afferens ea adoptionis ter-
 minum esse nomina 113. c. d. 2
 filij ab omni aeternitate ab aeterno Deo patre inenar-
 rabiliter nati esse ante omne tempus subtili ratiocina-
 tione Hilarius probat 106. c. 2
 filij esse verum, & naturalem dei filium, testimonia ex Euā-
 gelicis & Apostolicis literis 39. d. 2 cum patre vnum
 esse 17. d. 2 non cepisse 78. e. 2 affirmare creaturam
 esse quanta sit impietas 164. e. 1
 filij imaginem Dei esse non idem est quod inuisibilem
 Deum esse 125. c. 2
 filium non fuisse prius quam nasceretur, haereticorum
 dogma 37. d. 2
 filium qui patri simile, sed non equelem docent 35. a. 1
 quare multi haereticorum patri secundum diuinitatem
 minore esse dicant 126. e. 2 quomodo signauerit pa-
 ter Dei 64. d. e. 1 esse creaturam quomodo haereticis
 probet 21. e. 1 diuinitatis honore qui spoliatur grauius
 Iudaeis, qui ipsum in cruce egerunt, peccat 51. e. a. 2
 filij genitum à Deo sapientiam quid sit quod prepara-
 ti Deo caelum adfuit 109. a. 1
 qui filij innascibilem aut eius tantum partem ex Ma-
 ria natum esse affirmant, item qui docent iuxta præ-
 scientiam seu praedestinationem eum ex Maria, &
 non ante secula ex patre apud Deum esse & omnia
 per eum facta fuisse anathematizati 130. e. a. 2
 contra filij haereticorum obiectiones quod non sit in
 natura Dei 96. c. 1
 ad filium nemo venit nisi tractus à patre 100. d. e. 2
 per filium loquitur nobis Deus pater 76. e. a. 2
 in filij non cadit demutanda naturae necessitas 102. e. 1
 praeter filium non est alius Deus quomodo intelligen-
 dum 34. a. 2
 filio quatenus pater sit maior 15. a. b. 2 pater est maior
 quia filius exinanitus serui formam suscepit, non pa-
 ter 65. c. d. 1
 in filio conspicitur pater 57. d. 1 diuinitatis natura ab
 Apostolo expresse praedicata 96. d. 1 Dei forma non
 defecit, quando terrenae natiuitatis humilitatem sus-
 cepit 65. d. e. 1
 de filio Dei Christo testimonia Mosi 23. b. 1 & inde vs-
 que ad 26 fol. Prophetarum 26 & inde caelitus testi-
 monia perhibet pater 39. d. e. 2 Iohannes Euangeli-
 sta & Apostolus 10. b. 2
 de filio Dei ecclesiae fides & cõfessio 20. c. 1 & 47. c. 2
 Hilarij pia cõfessio 111. a. 2 definitiones Orientalium
 125. c. 2 Auxentij Mediolanensis episcopi cõfessionis
 exemplar 123. b. 1 haereticorum Sabellij, Hebionis, Arij
 impia dogmata 8. c. 2 haeresis, quod tantum sit crea-
 tura longè latèque est graffata 35. e. 1

I N D E X.

filij Abrahæ qui sunt 208. c. 2
 filij Edom qui sunt 332. c. 1
 filij Dei sumus per fidem in Christum 3. a. b. 1
 filij non sumus nos nati, sed facti: non generati, sed acquiriti 105. d. e. 2
 filij Christi sumus 320. d. e. 1
 filios Dei esse pacificos 143. d. 1
 de filiis duobus ad vineam missis 173. d. e. 2
 filia Babylonis quæ sit mysticè 332. e. a. 2
 flumè in scripturis pro Sp. san. dono accipitur 232. b. 1
 in fecunditate an beatitudo consistat 310. d. 2
 fani in scripturis mystica significatio 147. a. 1
 formari quid differat à repleri 340. c. d. 2
 formatum esse Christum iuxta diuinitatis naturam 337. c. d. 2
 fortitudo quam Deus post hanc vitam dabit sanctis suis 246. c. d. 1
 forum seculi imago 116. c. 2
 fratres Christi 36. 201. b. 2
 fratres Christiani vocantur 321. b. c. 2
 fratres inuicem sumus 176. b. 2
 fratres Christi 160. a. b. 1
 fratres secundum quid Christus habeat 97. d. 2
 fuga in persecutione 313. d. e. 1
 furem cur Christus diabolum vocat 179. b. 2
 fulgur Christus appellatur 325. c. d. 2
 fulgurum in pluuiam mutatio 325. c. 1
 funes peccatorum qui sunt 268. d. 1
 futura tanquam iam facta Prophetæ narrant 226. c. 1
 futura solus Deus præscit 79. a. 2
 de futuris non debemus sollicitari 146. e. 2

G

Galaad mons 222. d. 1
 galileos in Iudæa finibus Christus curat typica ratio 169. b. 1
 gallinæ Christus se comparat 177. b. 2
 garizim mons 13. a. c. 1
 gaudere debent Christiani non tam gestis quam gerendis 216. a. b. 1
 gaudij piorum initium vnde 331. 332. a. 1
 gaudia futuræ vitæ 224. a. b. 1
 generatio omnis à generante se non est aliena 75. d. 2
 generatio spiritualis sanctorum Dei 223. c. d. 2
 generatio eterna filij ex patre æterno 9. d. 2 est intemporalis, inenarrabilis, omnem excedens humanæ intelligentiæ sensum 83. a. 2 non ideo est neganda, quia sensum & sermonem humanæ naturæ ea superat 17. c. d. 2
 generationis diuinæ aliquot vestigia 14. c. 2
 generationem filij Dei non naturalem natiuitatem ex Deo esse hæretici contēdunt, sed substantiæ creaturam 38. 39. a. 1
 generationem filij ex patre qui negant, Deum patrem negant 17. d. 2
 inter generationem patris & natiuitatem filij ex patre nullum medium esse ostendit 106. d. e. 2
 ante generationem filij Dei, nec tempus, nec spacium, nec seculum vllum esse, nec fuisse. 128. col. 2
 de generatione filij Dei carnis cogitationes 15. c. 1
 generationes quæ Deum laudant 355. d. e. 1
 genefareth ciuitas Iudaici populi habet speciē 150. e. 1
 genefareni Christo infirmos adferentes 163. a. b. 2
 gentes per scenum in scripturis intelliguntur 147. a. 1
 per mulierem, Christi caput in domo Simonis præciose vnguento perfundentem adumbratur 181. d. 1
 sunt canes 147. d. e. 2 omnes Christo in hæreditatem à patre sunt datæ 197. e. 2 & 552. nūc verus Israel Dei

sunt 530. quomodo saluatæ 164. a. 1 in die iudicii Iudæos condemnabunt 159. c. d. 2
 gentes quoque Euangelium insectentur, prædictio 219. b. 2
 gentium plebs in Cananæa muliere præfigurata 163. d. 2
 gentium simulacra 327. c. d. 2 error circa cultum Dei 229. d. e. 2 fremitus contra Christum 193. b. 2 visitatio per Christum 219. b. 2
 gentium fides præiudicata Domino gaudium affert 157. a. b. 1
 gentium salutis Sacramentum in Centurione proponitur 149. c. 2
 gentium forma infantes ad Christum adducti & ab Apostolis inhibiti 169. d. 1
 de gentium fide Christi prædictio 159. c. d. 1
 à gentium viis quatenus Apostoli abstinere sint iussi 152. b. c. 2
 gentibus salutem Iudæi denegant 235. b. d. e. 1
 gentes hæredes esse regni mysterium fuit ab exordio mundi vsque ad tempora Christi absconditum 339. c. d. 2
 contra gentes quæ plures Deos venerabatur 302. e. a. 2
 ad gentes Euangelium translatum 245. d. e. 1
 in gentibus iudicato Israele Deus consolatus est 327. b. c. 2
 in gentibus congregandis quomodo luceat præpotēs nominis Dei suauitas 324. b. c. 2
 ex gentibus duplex vocatio 172. c. 1
 quæ gesta sunt olim corporaliter in iis ea quæ spiritaliter gerenda erant, præscripta esse 326. c. 2
 gignendi vox de filio Dei vsurpata quomodo intelligenda sit 126. d. 1
 gladius in scriptura 154. 155. a. 1
 gladius Dei vibratus 195. c. 2
 gladium in locum suum iubetur conuertere Petrus 183. e. 1
 gladio vrentes an omnes perimendi 183. a. b. 2
 gloria multiplex 201. d. 2
 gloria Dei magna 334. c. d. 1 humana non affectanda 145. e. 2 gloria iniquitatis ibid.
 gloria in quam homo Christus prestita patri obedientia vsque ad mortem crucis euectus est 335. d. e. 2
 gloriam quomodo Christus petat & accipiat à patre 72. d. e. 2
 de glorificatione filij hominis, et Dei in eodē 74. b. c. 2
 goliath typus diaboli 201. c. 2
 græcorum est sapientiam poscere 19. a. 1
 grano synopsis Christus se comparat 160. c. 2
 gratiæ repudiatae poena 159. 160. a. 1
 per gratiam gentes viuunt 164. e. a. 2
 gratiæ agendæ sunt Deo quod in doctrinæ sinceritate nos conseruat 30. 4. e. a. 2 in rebus quoque aduersis Deo sunt agendæ 270. a. 1
 grauiæ pro firmis & immobilibus scriptura nuncupat 299. a. b. 2
 gustus mortis 166. d. e. 1

H

Habitatio Dei quæ sit 302. a. b. 2
 non habenti quomodo possit aliquid auferri 181. a. 1
 habitatio cū Deo veræ beatitudinis est summa 230. c. 1
 inhabitationis Dei in nobis promissio 267. c. 2
 de hæmorrhoiſa eiusque fide 151. d. e. 2
 hæreditas optima quæ sit 266. d. e. 2
 hæreditas Christi 197. e. 2
 hæresis Valentianorum, Sabelliorum, Manichæo-

I N D E X.

rum, & Hierarcharum 5. c. d. 1
 hæresis quæ filium Dei creaturam esse est professa damnata 126. d. e. 1
 hæresis ex scriptura ortum habet non dextrè intellecta 8. a. 2
 contra hæreses omnes scriptura remedium impertit 11. d. e. 2
 hæresibus oratione occurrit 228. c. 1
 hæreticæ opinionis occasio, quæ putat Christum non esse Deum, sed hominem tantum 67. e. 1
 hæretici quomodo prædicent Christum 95. e. a. 2 omnes scripturas iactitant 126. d. e. 2 scripturas perperam pro se torquere ostenduntur 20. a. 2 ecclesiæ doctrinam contra doctrinam ecclesiæ vsurpant 46. d. 1 confusis permixtisque verbis veritatem eludere solent 126. e. 2 Iudæorum impietatem imitantur 51. a. 2 sine verbo de Deo cogitant propria rationi indulgentes 4. a. 1 ipsi inter se pugnant 47. e. a. 2 sunt porci 147. c. 2
 hæreticorum imprudentia 38. d. e. 1 artes 46. a. 2 de Christo opiniones 47. d. 2 doctrina est dolosa 341. d. e. 2 inexcusabilis impietas qui diuinitatis honorem Christo detrahunt 45. c. 2
 hæreticorum finis & scopus 56. e. a. 2 interrogationes cum obiectionibus quod filius nō sit Deus ibidem dissidia fidem confirmant 47. b. c. 1
 hæreticis impingendi circa diuinitatem Christi quæ fuerit occasio 315. b. c. 1
 ad hæreticis contradicendum vel cum vitæ periculo, cohortatio 112. c. 2
 contra hæreticos qui patrem eundem esse quæ filium affirmant 127. a. 1 qui Christi assumpti corporis dispensationem ad diuinitatis contumeliam & impietatis causas de salute nostra rapiunt 96. c. d. 1 qui Christum creaturam esse asserunt 104. d. 1 qui patrem non secundum naturam suam geniti ex se filij patrem dicunt 126. e. 2 qui dicunt filium æqualem esse patri sed non Deo 115. a. b. 2 qui de non extantibus aut ex alia aliqua substantia & nō ex Deo Dei filium natum esse affirmant 129. 130. a. 1 qui interporalem filij natiuitatem & vnicam & singularem essentiam diuinæ substantiam referunt 127. 128. a. 2 veritatem patris & filij & spiritus sancti nominū numero eludunt 128. e. 2 qui ideo Christum Deum esse negant, quod vnum tantum Deum esse, sacræ literæ affirmant 62. a. b. 1 qui alium atque alium legis & Euangeliorum Deum esse sinxerunt 333. a. b. 2
 in hæreticis refutandis Hilario duplex cura proposita 36. e. 2
 hebdomas 187. c. 2
 hebion hæreticus 5. a. 2
 contra Hebionem testimonia 11. e. 2
 hebrææ linguæ ambiguitas 193. a. 2
 helias in transfiguratione Christi cōspicitur 166. a. b. 2
 heliæ prophetæ zelus 287. c. 1
 de heliæ temporibus mota quæstio 166. c. 2
 hermon mons 322. a. 2
 herodis incestus 161. b. 2
 de herode per Ioannem admonito historia mystica expofitio 161. 162. a. 1
 herodiados filia saltans 162. a. 1
 hierarchæ opinio & fides de Deo filio 37. e. a. 2
 hieremias diei natiuitatis suæ cur maledixerit 295. a. b. 1
 hierosolyma cœlestis 244. e. 2
 hierosolyma terrena non ea est quam in sedem suam

Deus elegit 319. b. c. 2
 hierosolymæ ciuitatis occasus 178. b. c. 1
 hierosolymæ cœlestis ædificatio 298. d. e. 2 cuius quis sit 331. d. e. 2 bona quæ sint 311. b. c. 2
 hierosolymam non differre à Sion 360. b. 2
 per hierosolymam non iurandum 145. b. 1
 per quam hierosolymam non sit iurandum 297. e. 2
 de hierosolymæ occidente Prophetas & lapidante eos qui ad se missi sunt 177. a. 2
 hierosolymorum vastatio per Romanos prædicta 244. a. 1
 hilarius ab Auxentio damnatus 122. d. 1 à Saturnio in exilium compulsus 123. e. 2 exulans fratrum preces postulat 138. c. 1 martyrium exoptat 113. d. e. 1 ecclesiæ de Syrmij hæresi præmonet 125. a. b. 1 quid de rebus diuinis secundum apostolicam doctrinam sentiat, exponit 134. a. b. 1 Augustino quæstiones aliquot proponit de quibus cupit edoceri 365. col. 2
 hilarius de Synodis fidei catholicæ contra Arianos & præuaricatores Arianos acquiescentes 123. c. 2
 hilarij canonum in Euangelium Matthæi catalogus 138. d. 1 ad Deum oratio, in qua fidem suam quæ ex sacrarum scripturarum oraculis hausit commemorat 39. a. b. 1
 hilarij modestia cum aduersariis 113. b. c. 1 persecutio sub Nerone 114. d. 1 exulatis propter fidei sinceritatem ad Constantiū Augustū Imp. scriptum 119. a. 2 ad orientales episcopos sermo 135. a. 2 ad Augustinū de reliquiis Pelagianæ hæreseos, Epistola 350. a. 2 contra Hilarium Auxentij Mediolanensis episcopi epistola ad Valentinianū & Valentem Augustos imperatores 123. b. 1
 hiob tentatus 256. b. 1 audita Dei voce de nube, non vitra loquendum sibi decernit 259. d. 1
 holocausta quid sint & cur ita dicantur 236. a. b. 1
 homo ad imaginem Dei conditus 23. e. 1 templū Dei 177. e. 2 piè dicitur similis esse Deo 115. d. e. 2 non factus est imago Dei, sed ad imaginem Dei 270. d. e. 2
 homo post lapsum in quibus differat ab homine ante lapsum, Pelagianorum opinio 364. e. a. 2 similis vanitati 352. a. b. 1
 homo nouus quis sit 314. a. b. 2 nouus secundū Deum conditus est Christus 117. a. 1
 homo perfectæ fidei 148. a. 2
 homo cur filius Dei factus sit 15. a. b. 1
 homo genitus quomodo maneat in patre gignente 53. a. 1
 hominis creatio 270. b. 2 quatenus est imago Dei consummatio 202. c. 2 infirmitas ad capeſſendam rectè viuendi scientiam 253. a. b. 1 contemptus vt gratia, in loquendo quantum valeat 173. c. d. 2
 hominis Christi exaltatio 335. d. e. 2
 homini, vbi de innocentia exciderit nominis sui proprietates aufertur 270. d. e. 1 adimitur meritū 352. a. 1
 hominem in quem finem Deus condidit 195. b. 1 sine peccato esse, & mandata Dei facillè custodire, error 365. col. 2
 in homine tria existunt 155. b. 1
 homine in rerum natura nihil esse vtilius, nihil speciosius 270. b. c. 1
 de homine post lapsum Pelagianorū dogma 363. a. b. 2
 homines dicuntur dii 324. d. 2 omnes ex Adam primo humani generis parente nascuntur 106. b. 1
 homines sedem siue habitationem Dei esse 317. a. b. 2
 per homines spirituales nequitias nobis insidiari 342. c. d. 2

I N D E X.

humanum genus oui confertur	168.e.2	ignis imago aeternae natiuitatis filij ex parte	53.b.c.1
humani generis omnimoda corruptio	206.c.d	ignis in quē tres pueri in Babylon coniecti sunt, qualis	355.e.2
ordio eius diuisio	150.a.1	vim & naturam suam amittit	89.d.e.2
humanae originis praesentia & priuilegiū	270.c.d.2	ignis gehennae quibus sit praeparatus	352.c.2
vitae vfus	1.c.1	per ignem quomodo multi saluandi	222.b.c.2
homicidium	144.d.1	in igne Christus Mofis apparet	110.c.2
homoufion & homœufion voces cur haeretici taceri voluerint, excusatio	135.e.2	ignorantia humana num ideo careat culpa, quod nihil potest nisi quod à Deo donatum sumplit, quaestio	263.d.e.1
homoufion vox in Nicena synodo recepta	136.d.e.2	ignorantia voluntaria non habet veniam	177.178.a.1
ab Arianis negata	136.b.c.1	ignorantia quatenus Christo tribuatur	83.b.c.2
homoufion non ideo abijciendum quia malè intelligitur	137.b.c.1	ignorantiam nostram in rebus diuinis confiteri debemus	271.c.d.1
de homoufij voce haeticorum corruptela	19.b.2	ex ignorantia errantes mitius puniuntur	35.a.2
homoufion Constantius damnat	116.b.c.2	illuminatio vultus Dei	237.c.2
ἁγίασιν vocem quare Ariani deuient	115.a.1	non illuminante nos Deo in densissimis ignorantiae tenebris versamur	277.d.e.2
honor Dei & hominum	70.b.c.2	non imago Dei factus est homo sed ad imaginem Dei	270.d.e.2
honor qui Christo exaltato donatus est	335.d.2	imago ad qua creatus est homo, ad animi pertinet dignitatem	270.d.e.2
honor ac cultus Dei in nouo testamento	226.c.2	imago patris qualis sit Christus	18.d.e.2 & 54.d.e.2
honorum secularium ambitio periculosa	190.e.1	incarnationis Christi modus, dignatio & praesentia	12.b.1
hospitas sit cum dignis	153.b.c.1	finis 3.e.2 finis, patefactio voluntatis Dei	15.a.2
hostem nostrum quomodo vincamus.	323.e.a.2	b.2 modus citra amissionem diuinitatis	17.c.d.1
hostes ecclesiae confunduntur	312.313.a.1	incarnationis mysterium magnum	96.a.2
hostes animam persequentes sunt omnium grauissimi	350.d.e.2	Abraham agnouit	24.c.1
hostium Christi multitudo	247.e.a.2	ante incarnationem Christi non fuisse, haeresis	36.b.1
in resurrectione mortuorum	252.b.c.2	ante incarnationem Christum fuisse, contra haeticos	7.e.a.2
hostium veritatis occultae & fallētes insidiae	228.b.c.2	de incarnatione haeticorum signenta	4.d.1
hostes ecclesiae Deus coercent	304.a.b.2	incensum quid	236.c.2
hostibus ecclesiae sua mala Deus rependit	210.d.e.2	incenso oratio comparatur	345.c.1
hostia Christi	211.d.e.1	incolae tantum sumus in hac vita	256.d.2
hostia Christianorum	323.e.a.2	indumentum sanctorum post hanc vitam	321.a.1
humilitas spiritalis	142.d.e.2	induere nouum hominem quid	314.d.e.2
humiliationis significatio in Pfalmis	275.c.d.1	induentur confusione inimici Christi	321.c.d.1
humilitas in Dauid	272.c.d.2	infantem non baptizatum morte praeventum non posse perire merito, cum sit absque peccato, error	365.col.2
humilitatis virtus necessaria	259.b.c.2	de infantibus ad Christum adductis	169.d.1
humilitatis humanae quando Deus memor fuerit	279.c.d.1	ab Herode occisis	140.e.a.2
330.c.1		interni putei nomine in scripturis significatur	249.b.1
ad humilitatis gloriam instructio	171.c.d.2	infernum non timuit Christus	87.b.2
ad humilitatem cohortationes duae ab exemplo Christi sumptae	278.d.e.2	ad inferos Christus descendit	337.338.a
in humilitate madatorum omnium caput & summam consistere	289.d.2	ecclesiam peritiam iniquitas	312.c.d.1
humiles corde, sed animo excelsi sumus	316.c.1	infirmitas in Christo non fuit naturalis sed assumpta	247.e.2
humiles non contemnantur	163.d.e.1	infirmitates nostras Christus suscepit	183.a.1
humilia Deus excelsus respicit	334.c.d.1	inimici diligendi	145.e.a.2
humiliari nos à Deo est bonum	269.e.2	inimici nostri spirituales qui sint	350.d.e.1
hypocritis Deum fallere non potest	175.a.b	inimicos odisse lex permittit, opinio.	145.a.2
ab hypocritis difficile nobis cauere possumus	286.a.b.1	inimicos quos odisse iubeamur	341.342.a.1
		iniquum & iniquitas	206.a.b.1
		iniquitas quid sit & quomodo differat à peccato	215.b.c.1
		iniquitatem cor operatur	217.d.2
		iniquitates hominibus diabolus suggerit	347.d.e.1
		iniquorum caput diabolus est	344.d.1
		iniquis electi ne combinentur	346.c.d.2
		iniuria dissimulanda	145.c.1
		iniuriam proximo qui inferunt, longè à lege Dei ab sunt	289.a.1
		iniuriarum quae pijs inferuntur authores & ministri	311.d.e.2
		aduersus iniurias praesentis seculi patientia necessaria est	311.e.2
		innocentia	

I

Iacob binominis 209.a.b.1 ab angelo quo cum iudicabatur benedicti cupit 31.c.1 patientia & constantia spei probatus non, immerito ex Iacob Israel factus est 335.b.2 praeripiens Esau benedictionem, cuius rei sit typus 324.b.2 Deum vidit 297.a.1 iacobi benedictio quid significet 299.d.1 iacobo Deus in homine apparet 25.c.1 iacula sermonum 214.e.1 de Iayro principe synagogae 151.c.d idumaea 222.e.2 ieiunium Christi 248.d.e.2 ieiunium Christianum 145.d.2 de ieiunio pharisaeorum & discipulorum Ioannis 151.a.2 ieiunia peruersa 288.e.2 de Iesu ex Aegypto regresso 140.b.2

I N D E X.

innocentia vitae cum fide necessariò debet esse coniuncta	253.b.1	contra Israelitici nominis praesumptionem & iactantiam	172.a.1
contra innocentiam suam iactantes	272.c.2	israelitae pauci sunt	328.b.1
contra inquisitores curiosos in rebus diuinis	93.e.2	itineraria populi Israel in deserto certis legibus erant constituta	262.a.1
insidiatur nobis vndique Sathan	342.d.1	iubilum qualis vox	233.a.2
contra insolentiam	179.e.1	iubilandum esse Deo	233.d.2
intelligentia homini expetenda	206.c.1	iudaea spiritalis quae sit	252.a.1
intelligentiae donum Dei munus	98.d.1	in Iudaea Antichristi regnabit	178.b.1
intelligentiae humanae infirmitas non praedicit diuinitis	104.e.2	iudaei proditores Christi in Doech Idumaeo praefigurati 201.c.1 falsò de Deo, quod sit pater ipforum, gloriantur, cum Christum non diligant	41.b.1
intelligentiam quibus Deus impertiat	277.b.c.2	quod sit pater ipforum, nec patrem honorant	33.a.2
lem Dauid à Domino ore	283.284.a.1	b.1 non sunt filij Abrahæ 208.c.2 sunt hostes Christi 101.b.1 ad nuptias caelestis vitae frustra inuitantur	174.b.2
intercessio Angelorum	315.b.c.1	de Christo neque loqui neque audire quicquam sustinet	202.d.e.2
interpretes scripturae noui & veteres	323.a.b.1	Christum crucifigentes nulla venia digni	177.b.2
interrogationes pharisaeorum insidiosae	343.a.b.1	Christum persequentes alieni dicuntur	210.c.2
interrogare vt Deus soleat, cum nihil eum fugiat	294.a.1	Apostolis relinquendi	168.b.2
contra inuentiones proprias	206.a.2	fidem non habentes, ipsam quoque legem quam habebant, amittunt	167.b.c.1
inuidia pharisaica	158.b.2	de libro viuentium delendi	250.d.2
ad inuocationem Dei quae nos impellant	293.c.d.1	de libro viuentium delendi	250.c.2
inuocantibus Deus prope est	356.357.a.1	iudaeorum distinctio	153.a.b.1
inuocent Deum	207.a.b.2	imperitia in scientia	Prophetiae 316.a.b.2
inuocare Deum solius hominis proprium esse	360.b.c.1	de Christo noticia	45.b.c.2
ioannes Bapt. discipulos ad Christum mittens	155.e.2	incredulitas	156.b.2
est lucerna ardens	321.d.1	conradictio	157.c.2
ioannes in quem finem Euangelium suum conscripserit	44.a.1	pena, quod gratiam non receperunt, in Euangelio ipsis oblatam	159.e.2
de Ioannis praedicatione & baptismo	140.b.2	excaecatio	246.d.e.2
in disco	162.b.1	iudaeorum abiectio horrenda	204.d.e.1
ioannis Euang. sublimis de Christo doctrina	10.11.a.1	abiectionem Christus orat	213.d.e.1
ionas ex ventre Ceti clamans	247.a.1	desolatio atque dispersio praedicta	220.c.a.1
est typus Christi patientis & resurgentis	159.b.c.2	reiectionem quae sint secuta	221.c.a.1
ionae Prophetae signum	165.a.1	iudaeorum est signa postulare	19.a.b.1
ioseph ab Arimathea Apostolorum speciem habet	184.e.2 & 140.c.2	doctrina Apostoli vitae	165.a.b.1
cur Ioseph potius quam Mariae natiuitas recensatur	139.c.2	iudicium quod Christum non receperunt à Prophetis annunciatum	168.a.b.1
ad Iosuae precationem sol stat caelo contra Gabaon	329.d.1	iudaeis lex est inutilis	278.c.a.2
329.d.1		primum Christus venit	164.a.1
iordanis fluij exiccatio quid mysticè significet	234.a.2	sua facta praedicta	250.a.b.2
ira Dei quid	195.a.2	ob impoenitentem impietatis suae professionem spes omnis decisa	213.d.e.2
non est morosa	200.e.2	iudaeis haeretici assimilantur	51.a.b.1
ira misericors	221.a.b.2	iudaeos in omnibus orbis finibus Christi Euangelio obrectaturos praedictio	176.177.a.b.1
aduersus iram inimicorum nostrorum Deus nos protegit	166.b.2	post passum Christum quae poena sit secuta	214.a.2
in ira Deum loqui	195.e.2	peritiam incredulitas perdidit	177.d.e.1
irascendum non esse ijs qui iniurias nobis inferunt	312.d.e.1	line excusatione facit gentium fides	159.d.e.2
isaac ablatatus	316.d.1	in iudaeos poenae decretum	213.e.2
isaiae testimonium de filio Dei Christo	26.b.2	aduersus Iudaeos impios Dei iudicium ac poena praedicta	219.b.c.2
israel plantatio Dei	174.e.1	ad Iudaeos cur amandati sunt Apostoli, cum tamen Euangelium eos non suscepturos esse Christus non ignoraret	152.a.b.2
quatenus primogenitus filius dicatur	105.b.2	apud Iudaeos profelyti qui vocati sint	163.e.2
verus est qui Deum mentis oculis cõtemplat	est 304.a.b.1	iudaeis desertis transit Christus ad gentes	212.d.e.2
quis sit hodie	31.a.1	iudaicus populus potens olim	202.a.1
nunc gentes sunt	195.e.1	regem suum prodens, in exitum se demergit	203.d.e.1
spiritalis est hereditas Dei	309.a.b.1	iudaici populi formam iuuenis diues continet	199.a.2
israelis secundum carnem, ingratitude & impietas	298.d.e.2	iudaeae infidelitatis poena	173.b.1
reliquiarum vocatio	154.b.1	iudas Sathanae minister fuit	312.c.d.1
israeli difficilis est aditus in caelum	170.a.1	non interfuit poenae	181.c.1
cui salus obtigerit	208.a.b.2	iudae osculum	183.d.1
super Israel carnalem iustum Dei iudicium	298.d.e.2	iudae tradendi potestatem Christus dedit	183.c.d.1
israelem populum, Deus inuitus iudicauit	327.d.e.2	de iuda contra Christum murmurante prophetia	213.e.2
in Israele saluando quantus extiterit Apostolorum feruor	164.e.a.2	quærela Christi	213.b.2
conferuando quem ordinè Deus obseruauit	168.e.a.2	iudicium à regno discernitur	199.300.a.1
ex Israel duae sunt vocaciones	171.c.2	iudicium omne à patre filio datum	225.b.c
		iudicij extremi signa	177.178.a
		tempus num Christo sit incognitum	78.b.2
		tempus quare absconditum	

80. a. 2 dies omnia reuelabit 153. b. e. 1
iudicij diuini aduersus impios seueritas 218. e. a. 2
iudicij diuini memoria in omnibus rebus gerendis te-
nearur 266. a. b. 1
iudicium quatenus prohibeat Christus 116. a. b. 1
iudicium omne quomodo pater filio dederit 50. d. e. 1
iudicium post consumationem seculi futurum Dauid
non ignorauit 273. c. d. 1
iudicium Dei appellare est magna & securæ conscien-
tiæ vox 290. b. c. 1
iudicium Dei desiderare quàm sit humanæ naturæ ar-
duum & difficile 259. b. 1
in iudicium ipsa quoque sibi virgo Maria veniet 259.
c. 1 alij assumendi, alij relinquendi 179. e. d. a. 2
iudicandi qui sint 192. a. 1 & 218. e. a. 2
iudicabunt sancti 218. c. 2
iudicabunt sancti inimicos suos 273. c. d. 1
inter iudicia Dei æterna & præsentia discrimen 271.
b. c. 2
inter iudicia Dei & iudicia oris Dei discrimen 257. c. 1
iugo Domini ceruix submittenda 312. e. 2
iulianus Cæsar 119. c. 2
de iureiurando 144. e. 2
iurandum per Christum 33. c. d. 1
in iurando superstitio Iudæis olim vsitata 144. e. 2
iuratio in nomine Christi 227. c. 1
iusticia quid sit 282. b. 2 non tantum est faciendâ, sed
etiam diligendâ 277. a. b. 2
iusticiæ esuritio atque sitis 143. b. c. 1
iusticiam loqui 217. d. 2
iusticiâ hominû quæ faciant imperfectam 355. b. c. 1
inter iusticiam Dei & hominum quid interit 355.
d. e. 2
iustus nemo est ex lege 151. e. 1
iustus sibi accusator est 328. a. b. 2
iustus eum qui lapsus est in misericordia corripit
346. d. e. 1
iustificatio Abraham 24. e. 1
iustificationes Domini 255. a. b. c. 2
iustificationum Dei memoria & obliuio 273. a. b. 1
iustificari sapientiam à filiis suis, phrasîs 156. 157. a. 1
iustificari coram Deo nullus homo per se potest 349.
a. b. 1
iustificat fides sola 150. d. e. 2
de iuvene Euangelico 69. e. a. 2

L

Abia iniqua quæ sint 294. a. b. 1
Labor spiritualis quis sit, & quis sit ei' fructus 310.
a. b. 2
Iac pro verbo Dei accipitur 241. e. 2
Iactæ rudiore doctrinæ carnales & paruuli in Christo
sunt potandi 316. d. e. 1
Iachrymæ nostræ, sunt in conspectu Dei 215. c. 2
Iachrymæ Christi earumque Sacramentum 91. d. e. 2
Iacum penalem scriptura infernum vocat 350. a. 1
Iacticia Christianorum propter regenerationis benefi-
cium 306. d. e. 1 de vindicta impiorum 218. b. c. 2
Iacticia Christianorum vera quæ & qualis sit 237. a. b. 2
cum tremore sit coniuncta 200. e. a. 2
Iactari in Iacticia phrasîs 237. a. 2
in Lamech supplicij vsque ad septuages septies con-
stitutum 168. e. 2
Iapis ostio sepulchri Christi aduolutus 185. a. 1
Iapsus humani generis abunde reparatus 220. d. e. 2
Iapsi non fastidiamus iustæ misericordiæ Dei castiga-

tionem 346. d. e. 1
Iapfos erigere Deo prompti & facile est 143. a. b. c. 2
Iaqueus nobis quid sit 303. a. 1
Iaquei diaboli qui sint 268. d. e. 2
Iaqueos vbique nobis prætentos esse 343. a. b. 1
Iatro in cruce martyr 237. a. 1
Iatrones duo cum Christo crucifixi 184. a. 2
Iaudare nomen Domini cur conueniat 324. a. b. 1
Iaudare quid differat à benedicere 324. d. e. 1
Iaudare nos Deum non tam sermone quàm re & ge-
stis obedientiæ 358. e. 1
Iaudari quæ soleant 251. a. 2
Iaudari patrem in filio & rursus filium in patre 354.
d. e. 1
Iaudandus Deus est propter Sionis spiritalis ædifi-
cationem 251. e. a. 2
Iaudandum esse Deum constanti & publica prædica-
tione 235. e. a. 2
Iaus Dei 226. b. 2
Iaudis sacrificium super omnia Deo placet 251. a. b. 1
contra Iaudis humanæ consecrationem 145. e. a. 2
Iaudem Deo quomodo & quatenus bruta animalia tri-
buant 362. b. c. 2
Iazari egeni & diuitis epulonis comparatio 303. a. b. 2
in lazaro quid fleuerit Christus 91. e. 2
de leproso quem curauit Christus 148. c. 2
lex quid 253. 254. a. 1 non est secundum literæ intelli-
gentiam accipiendâ 254. a. 2 est spiritalis 258. a. 2
Dei est bona 270. a. 1 saluare non potest 69. e. a. 2
ad Euangelium mittit 155. 156. a. 1 vocatur iugum
194. b. c. 1 ab Euangelio quomodo discernatur
144. c. 1 vmbra continet futurorum 240. c. d. 1
spiritum immundum ex Iudæis pepulit 159. d. e. 2
non soluenda 144. c. 1 sub Euangelio quoque præ-
dicanda 275. d. 1 oculis nostris perpetuo obuerfetur
255. d. e. 2
lex in matre filiorum Zebædei intelligitur 117. b. 2.
aduentum Christi testata est 284. d. c. 1 absque gra-
tiæ adiumento præstari non potest 255. e. 1 cū Chri-
sto collata 208. a. 2 inimicorum odiendi licentiam
concedit, opinio 145. a. 2
lex, præceptum, iudicium iustificatio & similia discer-
nantur 253. d. e. 1
lex peccati 253. 254. a. 1
lex de soluenda didrachma 167. a. b. 2
legis minima præcepta 144. b. c. 1 summa atque adeo
epitome 176. a. 1 corporalia officia 315. a. b. 2
mirabilia quæ sint 258. b. 2 typus in principe Sy-
nagogæ 151. c. 2 promulgatio per Christum facta
31. b. c. 2 finis est Christus 69. e. a. 2 finis quomo-
do sit Christus 99. e. 2
legis audientia & obedientia exigitur 176. d. e. 1 nul-
la obliuio nos capere debet 268. d. e. 1 consumma-
tionem omnem in Christo esse 293. c. 1 allegoru-
mena non sunt negligenda 323. e. a. 2 opera Iudæis
non profunt, quia ea sine legis intelligentia faciunt
276. e. a. 2 præcepta adolefcens ille in Euangelio an-
seruarit 169. a. 1
legis doctrinæ nulla est æquanda 273. a. 2 intelligen-
tia absque illuminatione Dei nõ habetur 354. 385.
a. 1 intelligentiam Dauid orat 260. c. 2 semitâ sine
duce Christo non possumus aggredi 263. a. 1 fidu-
cia inutilis postquam Christus venit 176. b. c. 2
legis abscondita Euangelium reuelat 285. a. 1 eius dif-
ficultatibus laborantes Christus ad se vocat
156. e. 2

legis

legis Dominicæ meditatio 190. c. 2 cæremonalis ob-
seruatio post Christum non amplius est necessaria
3. b. 2
à legis doctrina quatenus sit nobis cauendû 165. a. b. 1
legi Christus non est obnoxius 167. e. 1 addidit plura
Christus, opinio 144. c. d. 2
legem sine doctore Deo nemo intelligit 283. e. 2 idem
Deus promulgauit qui & mundû cõdidit 359. a. b. 1
legem seruantes à Deo viuificantur 264. b. 1 Christus
implet 143. e. 2
per legem quomodo Dauid misericordiam Dei oret
261. d. e. 2 ad legem quare Christus iuuenem in
Euangelio remittat 169. a. b. 1
in lege salutis nostræ Sacramentû expressum 519. etiam
contineri resurrectionis sperandæ fidem 175. a. b. 2
in lege non confidendum 169. d. e. 2
à lege Dei non est desectendum ad humanas traditio-
nes 262. e. a. 2 declinantes sunt maledicti 259. b. 2
ex lege nemo est iustus 151. e. a. 2
ex lege neminem saluari posse, cum audiunt Apostoli
sibi metuunt 116. b. c. 2
sine lege gentes saluatae 163. b. 2
Ilex Græcis quid 341. b. 1
liber viuientium & liber iustorum 250. c. 2
in libro Dei scribi maioris dignitatis esse, quàm scribi
in libro viuientium 340. c. d. 2
liberatio Christianorum 221. e. 2
libertas vnicuique quicquid volet appetendi, volen-
di, agendique concessa 292. d. e. 2
de libero arbitrio Pelagianorum sententia 363. b. c. 2
Iilia significant Angelos 147. a. 1
lingua stulti & sapientis 202. d. e. 1
lingua quomodo nouaculæ cõparatur 202. a. 2 impio-
rum quos petat præcipue 228. e. a. 2
linguæ humanæ officium 202. c. d. 1 finis & vsus 7. a.
b. 2 perniciosus 228. a. 2 periculosus & promptissimus
lapsus est 345. d. 2
linguæ iniusticiâ cogitare quomodo dicatur 202. a. 2
linguæ præcipuæ tres 187. a. 2
linguæ dolosæ quæ sint 293. 294. a. 1
linguarum diuisio 213. d. 1
linguosus vir 334. b. 2
Iinteamen quo corpus Christi mortui est inuolutum
184. e. 2
Iocustarum quibus Ioannes in deserto pro cibo vsus
est, imago 141. a. 1
loquendi facultas cur nobis diuinitus cõcessa 7. a. b. 2
loqui Deum in ira, phrasîs 195. e. 2
locutus quare dicatur Christus 142. d. 2
Iucerna corporis nostri est oculus 146. a. 1
de Iucerna seu lampade similitudo ab Hieracha impio
hæretico ad destruendam natiuitatem filij ex patre
veritatem impie vsurpata 37. e. a. 2
Iucernæ in tabernaculo olim ardentes cuius rei imago
fuerint 278. b. 1
verè Iugentes qui sint & quæ maneat ipsos consolatio
143. b. 1
Iugendum nobis esse propter peccata 306. b. c. 2
Iumen quod Christus est, quomodo à lumine quod
sunt Prophetæ & Apostoli differat 237. c. d. 2
Iumen cur Apostoli vocantur 143. b. 2
Iunæ natura 297. e. a. 2

M

Magister tantum vnus 176. a. b. 2
magistri nomen an Christus in Euangelio de-

trechet Matth. 19 vide 69. e. a. 2
magistros secundû desideria sua homines sibi coacer-
uant 82. d. e. 2
de magis cum muneribus 140. d. 1
de magorum aduentu vaticinium 245. e. 1
magnificentia Dei cognitio 324. c. d. 2
magnificentiam Dei creatura testatur 356. d. e. 2
magnificare Deum phrasîs 252. c. d. e. 2
magnitudo Dei quæ sit 355. b. c. 1
in magnis & mirabilibus ambulare quid sit 316. b. c. 1
maledicti qui sint 259. e. a. b. 2
à maledicto legis Christus nos redemit 211. e. 1
à malicia abstinentium homini Christiano 277. a. b. c. 1
malignorum hominû præsentia quantum officiat pie-
tati 281. a. b. 1
males intelligere Dei proprium 175. b. 1 quomodo
Christus ignoraturus sit in die iudicij 79. d. e. 2
malum nihil sit homini nisi sua culpa 178. a. 2
mala à quibus Deus ecclesiam suâ custodit 297. b. c. 2
mala inferens malis Deus non peccat 210. d. 2
manasses 222. d. e. 1
manducatio spiritualis 310. c. d. 2
mãdatû Dñi quid & quomodo differat à lege 254. b. 2
mandatum Dei latum quomodo sit 276. b. 1
mandatum magnum in lege quod sit 175. d. e. 2
ex mandato Dei omnia creata esse 362. e. 1
mandata Dei quare mirabilia sint 284. c. d. 2
mandatorum omnium summa, amor proximi 291. b.
c. 2 omnium caput & summam in humilitate con-
sistere 289. c. d. 2 Dei custodia in hac vita est im-
perfecta 258. e. a. 2
mandata Dei præ omnib' rebus Dauid eligit 292. b. 1
hominem faciliè custodire posse, error 365. col. 1
à mandatis suis an Deus quenquam repellat 256. b. 2
manichæi error circa filij natiuitatem 37. a. 1
mansiones Christi 230. d. e. a. 2
mansuetudo 315. c. d. 2
mansuetudo Christi 317. a. b.
mansuetudinis præmium 142. e. 2
manus arida restituitur 158. a. b. 1
manus Dei 314. a. b. 1
in manu Domini Christum significari 355. b. 1
manuum eleuatio in scripturis quid significet 226. b. 2
in manuum alleuatione excelsi operis officium signi-
ficari 345. a. 1
manus lauare in sanguine peccatorum, phrasîs 218.
c. d. 2
manus Pilatus lauat 184. b. 1
de manibus lauantis concertatio 163. c. 2
manibus Dei factus est homo 270. c. 1
manibus eleuatis Moses hostes superat 323. a. 2
marcellus hæreticus 120. e. 2
marcion quo præcipue testimonio suum dogma de
phantastico Christi corpore defendat 136. e. 2
mare in scripturis pro presenti seculo accipitur 231. d. 1
maris rubri diuisio 330. a. b. 1
super mare Christus ambulat 161. d. 2
de margaritis ante porcos 147. d. 2
maria è qua tribunata 139. c. 2 est ex tribu Iuda 318. b.
c. 1 quomodo in vtero suo cõceperit & filiu Dei pe-
perit 12. d. e. 1 quid Christo Dei filio ex ipsa nato
contulerit 84. e. 2 quomodo post partum sit cog-
nita 140. a. b. etiam in iudicium veniet 250. c. d. 1
ante Mariæ partum Christum nõ fuisse, hæreticorum
opinio 90. a. b. 2
ante Mariam Christum fuit 108. d. e. 1

I N D E X.

mariam Christum Dei & hominem genuisse	150.c.1	mirabilia nobis quæ sint	284.c.2
ex Maria quando natus sit Christus	116.b.c.2	mirabilia Dei	329.d.1
modo Dei filius natus sit	85.a.b.2	mirabilia legis quæ sint	258.b.2
cur factus non natus dicatur Christus	111.d.e.1	miraculum de septem panibus & paucis piscibus mysticè explicatum	164.d.e.1
ex Maria qui partem duntaxat filij Dei nata esse affirmant, anathematizantur	130.d.1	miracula Christi testantur de ipso quis sit	142.d.e.1
de Maria turpiter opinandi occasionem unde nonnulli irreligiosi sumpserint	140.c.1	regnum Dei adesse testantur	158.b.c.2
in Maria ante domum in qua Christus erat stante nec ingrediente, typica ratio obseruata	160.d.1	miracula mortem Christi secuta	15.c.d.2
marthæ de Christo confessio	45.c.d.1	miracula sanctorum sunt Dei opera quæ fecit per ministerium eorum	329.d.1
martyr latro in cruce	237.a.b.1	miracula martyrum postquam sanguinem pro Christo fuderunt	113.d.e.2
martyres sub Nerone, Decio, Maximiano	113.c.d.2	miraculorum Christi finis seu ratio	15.c.d.1
martyrū vota	237.a.1	cur Christus imponat	151.152.a.1
robur & animositas in subeundis diris cruciatibus propter Christum	235.236.a.b.1	miraculorum Christi præcipuum est & maximū quodd discipulos suos homines plebeios, & imperitos, tanta cognitione cœlestium arcanorum instruxit	10.e.a.b.2
mortes holocausta vocantur	236.e.1	in miraculis Christi duo consideranda	12.d.e.2
gaudia gloriosa post hanc vitam	232.c.2	miseri cordia præstans supra vitam	226.e.1
martyrij finis & usus	236.e.1.a.2	miseri cordia Dei credentibus speranda	216.e.1
honor	113.b.c.1	terra est plena	268.e.2
matthæi & Lucæ discrepantia in describenda Christi genealogia	139.b.2	cæteris eius operibus præstat	356.d.1
in Matthæi Euangelium, canonum D. Hilarij catalogus	138.d.1	miseri cordia imperfecta quæ	356.a.b.1
de Matthæo publicano	151.c.1	miseri cordiæ Dei momentum & effectus	216.e.1
meditatio legis Dominicæ	190.a.2	capuum signum est progressus ecclesiæ	231.e.2
meditatio mandatorum Dei	257.c.2	miseri cordiæ modum esse, & quod miserandi sit iusticia adhibenda	346.d.e.1
medij inter pios & impios	192.d.1	miseri cordiæ opera sine tristitia præstanda	323.a.b.2
mel syluestre quo Ioannes in deserto usus est quid significet	141.a.1	miseri cordiæ facta promissio	143.c.1
melchisedech Christum creatorem cœli & terræ agnoscit	104.d.1	ex misericordia Dei omnia sunt condita	329.d.e.2
membra humani corporis quatenus Deo attribuuntur	314.c.d.1	remittuntur nobis peccata	237.e.a.2
membra abscissio	144.c.d.2	miseri non negligendi aut contemnendi	303.b.c.2
per membra corporis nostri Dei operationes significari	105.b.1	moab	222.b.2
memoria quatenus Deo tribuatur	265.b.c.1	modestia Christiana non inquirens in Dei arcana	17.c.d.2
memoriale Dei	327.c.1	modio synagoga similis est	143.c.2
mendacium in nuncupando Deo	233.b.c.2	morer non cadit in verbum Deum	91.d.e.2
mendaces homines	225.c.1	mola	168.a.1
mens duplex in scripturis, sacrificiorum nimirum & doctrinæ	249.d.e.2	mons Sion Christum significat	303.e.a.2
mens humana non capax est mysteriorum Dei	91.a.b.1	montes in scriptura quid mysticè significant	231.e.1
nec consiliorum Dei	314.a.b.1	296.a.b.1	
mentem hominis naturali quodam instinctu ad æternitatis cognitionem ferri	226.b.c.1	monumentorum apertio patiente Christo	184.d.2
mentes nostras captas esse	330.c.2	montanus hæreticus	120.e.2
mentes religiosorum quomodo Deus inhabitat	317.c.a.2	morbis vitiorum quæ sit maxima, & vtilissima medicina	333.a.b.1
merces Euangelica 564 operum est gratuita	117.a.b.2	mors in omnes constituta	246.b.2
messiæ exhibitæ signa	165.a.b.1	mors propter Christum oppetenda	155.b.2
metus Dei	238.e.2	mors sanctorum somnus nuncupatur	308.e.2
metum secularium motuum Christus improbat	150.d.1	mors Christi est potestas, fiducia, triumphus	90.d.e.1
metuenda quæ sint	207.d.e.2	in Iona est præfigurata	165.a.1
militiæ nostræ stipendium incorrupta æternitas	101.a.2	Christo in deliciis fuit	338.d.2
in ministerium cur Paulus vetuit neophytum eligi	259.c.2	mors viuorum quæ sit	304.c.d.1
in ministerio nihil sit venale	152.b.2	mors sanctorum preciosa in conspectu Dei	226.a.2
ministri à Deo precibus expetendi	152.c.2	mortis Christi fructus	3.4.a.1
ministri externæ potestatis iure non indigent	153.a.1	211.e.a.2 & 243.a.b.1	
à politicis negocijs abstineant	190.c.1	precium	18.d.e.2
solum Christum prædicent	152.d.2	mortis deuictio quit fit	101.b.1
ministris cura secularis substantiæ relinquenda	152.d.e.2	mortis acceleratio oranda	295.a.b.1
ministros qui conuicijs lacerant	144.d.e.1	mortem frustra deprecamur	223.c.d.2
in ministris quæ virtutes sint necessariae	56.a.b.1	mortem an Christus horruerit	83.e.2
mirabilis quare doctrina Christi nuncupetur	337.d.e.1	quatenus Christus deprecetur	88.c.d.1
		non coactè sed voluntariè Christus suscepit	247.a.b.2
		mortem esse, quam hic viuimus, vitam	357.e.a.2
		mortem gustare phrasim	166.d.e.1
		mori peccatis	341.b.c.2
		mori in cruce cur Christus voluit	317.318.a.1
		mortui conuictio num per se in vitio fuerit	258.c.1
		mortui	

I N D E X.

mortui qui dicantur in scripturis	150.a.b.1	de natiuitate Christi canon siue commentarius Hilarij	139.a.2
mortui viuentes	240.e.1	hominum fanaticorum opinio	21.a.2
mortui sancti Deo viuunt	203.e.2	Valentinianorum & Manichæorum	36.c.2
mortuorum Deus non est Deus	328.e.2	Sabellij & Hierarchæ	37.e.1
moyses Deum ignorabat priusquam in rubo ei appareret	25.b.c.2	ex natiuitate ostenditur filius Dei esse verè Deus	48.a.b.2
& 337.b.1			
quomodo Pharaoni in Deum datus	48.a.b.1	de natiuitate filij Dei iuxta carnem quorundam hæreticorum error	4.a.b.1
moyses in deserto ad Deum clamans	288.e.1	de nauis periclitante in mar	150.b.1
eleuatus manibus hostes vincens, quid nos doceat	323.e.a.2	negatio Petri	183.a.b.2
vnus esse Deum docet, nec tamen filij diuinitatem negat	22.b.c.1	neophytum quare Paulus nolit eligi	259.c.2
Christo transfigurato in mote asat	166.b.c.d.2	in Nicena synodo homouision est receptum	136.c.1
137.b.1			
cathedra	176.c.d.1		
verbum est Dei verbum	285.a.b.1	in Niceorum fide quid Constantio displicerit	116.c.1
ex Moyses libris producantur testimonia quod filius sit Deus	23.a.b.1	nicolaus pseudopropheta	178.b.1
24.25.a.b.c		nimis quod Latinis significet	341.a.b.1
moyses in rubo Dominus filius apparet	25.e.a.2	natiuitas sunt imago ecclesiæ gentium	299.a.1
per Moysen Deus mirabilia fecit	329.c.d.1	nomen Dei Christus	205.b.2
mosaicæ legis secreta	193.b.1	nomen nouum Christi cultoribus promissum	33.c.1
de muliere quæ accessit ad Iesum in domo Simonis leprosi, habes alabastrum vnguenti preciosi	181.d.1	nomina etiam non natorum in Prophetis ædi	185.d.e.1
mulierculis primum Christi resurrectio patefacta	185.b.1	nouissima quæ sint	337.b.1
175.b.c.2		nouitas vitæ necessaria	151.e.a.2
de muliebri sexus resurrectione	175.b.c.2	nox ex die temporum diuisio	184.b.2
mundus ab ornatu Græcis dicitur	2.d.e.a.1	nocte quoque confitendum est Domino	268.e.a.2
mundus hic interibit	274.b.c.1	in nocte spirituali quæ sancti agant	323.d.1
mundus non metuendus	207.d.e.2	nocturno tempore præcipue est verbum meditandum & orationi incumbendum	266.a.b.2
mundi huius sapientia stulta	10.e.1	nubium ab extremo terræ educio	325.d.e.1
gloria contemnenda	142.e.a.2	numerorum mysteria in Psalmis	186.c.2
de mundi origine quid Moyses loquatur	22.e.1	numerus quinquarius	154.e.2
septenarius	291.a.e.a.2	octorarius sanctus in lege	233.c.d.2
circum mundi creationem errores refutantur	362.d.e.1	in numerum aliquid colligi, quid de numulariis è templo cecitatis	172.d.e.2
mundum in his quæ nascuntur incrementi virtutem habere, non diminutionis potestatem	67.b.c.1	de nuptiis parabola	174.b.c.2
314.b.c.2		nuptialis vestis quæ sit	175.a.b.1
mundum sancti iudicabunt	353.d.e.2	de nutrientibus	178.a.2
mundus nemo est in hac vita nisi per ablutionem diuinæ misericordiæ	258.a.b.1		
mundi corde	143.c.1		
in muris salutis tuitionem significari	213.e.a.2		
in musicis artibus officiorum & generum varietates	187.a.b.2		
mutuationis officium præstandum	145.d.e.1		
myron quo Aaron inunctus est	322.a.b.1		
mysteria Dei non scrutanda, sed simplici fide comprehendenda	171.d.1		
non temerè diuulganda	256.e.2		
mysteria Dei à sapientibus huius mundi non discimus	10.e.a.2		
de mysterijs diuinis inuestigandis regula	91.e.a.2		

Natiuitas non idem quod creatio 109.c.d.2 perfecta non est ubi deputatur magis quam generatur 105.a.b.2

natiuitas filij Dei ex patre ab æterno	14.c.d.1	non est inquirenda	17.c.1
est temporalis error	19.a.2	natiuitas Christi iuxta carnem	110.111.a.1
natiuitas humana quomodo se habeat	54.55.a.1	natiuitatis Christi dignitas	12.a.2
natiuitatis filij Dei animæ imago in igne	53.b.c	natiuitatis terrenæ ad natiuitatem cœlestem ac diuinam nulla est comparatio	36.e.2
natiuitatem suam ex patre sub exitionis voce Christus demonstrat	72.e.1	natiuitatem filij ex patre ab æterno hanc quado Apostoli intellexerint	42.a.2
natiuitatem filij ex patre ab æterno hanc quado Apostoli intellexerint	42.a.2	in natiuitatem filij æternam non temerè inquirendum, sed in verbo acquiescendum	106.b.c.1

O

Obediencia ex amore profecta probatur Deo	376.d.e.1
obediencia verbi beatorum nos efficit	254.a.b.1
obediencia exemplum in cœlestibus corporibus	274.d.e.2
obediencia Apostolica præmium	116.b.c.2
obediencia Christi finis	317.e.2
meritum	210.a.b.1
in obediencia sit esse timorè Dei	310.a.b.1
ad obediendum prædurata voluntatis exprobratio	217.d.e.2
inobediencia maledictum	157.c.1
occæcio Iudæorum	249.d.e.2
occidentis ecclesia à Constantio infestata	114.c.d.2
occidere Deum peccatorem, quomodo sit intelligendum	341.b.2
occulta Dei per misericordiam nobis sunt reuelata	339.a.2
octorarij numeri in lege sanctitas	253.c.d.2
oculus est corporis nostri lucerna	146.a.1
de oculo eruendo	144.c.2
oculi duplices, alij corporis, alij animæ	263.c.2
oculi Dei	314.d.e.1
oculi mentis oculis corporis præstant	295.e.a.2
oculi in quid sint intendendi	347.c.1
oculorum elatio	313.e.2
defectio	272.e.2
in oculis Apostolos significari	340.d.e.1
odium longè à Christianis absit	321.c.d.2
religiosum quod sit	342.a.b.1
in quibus reb? sit impedidū	277.b.2
odis multifariis infestantium nos in hac vita obnoxij sumus	342.d.e.2

I N D E X.

odisse parentes & cognatos quatenus iubeamur 28.e.2
 odientes ecclesiam Christum oderunt 312.e.2
 og rex Basan 326.c.1
 ogdoas in Euangelio 187.b.1
 oleum mysticè 145.e.2
 oleum peccatoris quid 214.d.e.2 346.a.2
 oleum quo Christus inunctus est 322.a.b.1
 oliua arbor 205.a.1
 olla Moab 222.b.2
 operis huius summa & argumētum per indicationem eorum quæ in singulis libris præcipuè tractantur 4.5.6.7
 opera sancta Deo placita quæ sint 260.e.1 quæ ex amore Dei sunt, tantum Deo placent 323.d.e.1 276.d.e.1 non iuuant si absit Dei misericordia 205.c.d.1
 opera voluntaria in lege non requisita 79.c.d.2
 opera carnis infructuosa 313.e.1
 operum nostrorum fructus in alia domum vita percipimus 311.c.d.1
 opera bona facere nondum renati, non possunt 206.d.e.1
 operibus bonis ministri ecclesiæ præluceat 143.b.c.2
 operibus ac meritis alienis neminem esse adiungendum 180.a.b.1
 in operibus bonis nobis est laborandum 311.b.c.1 retinenda est modestia 289.d.e.1 ostentatio vitanda 145.b.2
 opera Dei miranda quæ sint 325.d.e.1 sunt terribilia 234.a.1 cur laudanda 255.d.e.1 rationi incomprehensibilia esse exemplis ostenditur 14.d.e.1
 operum Dei potentia 355.b.c.1 consideratio 17.c.d.1 ratio non est inuestiganda 17.c.d.1 ratio à nobis intelligi non potest 314.a.1 rationem neque sensus neque sermo hominis assequi potest 117.b.c.2
 operibus Dei omnib⁹ eius misericordia præstat 355.e.1
 operibus suis iustus est Deus 356.e.2
 opera impiorum quæ sint 344.e.1
 opes habere criminis non est, sed modus in habendo retinendus est 214.e.a.2
 opprobrio peccata nostra digna sunt 259.e.2
 opprobria Christi 248.c.d.1
 omnia Dei iussu facta esse, non casu extitisse 361.d.e.1
 omnipotentia tantum penes Deum est 325.b.1
 omnipotentia Dei in procuranda hominis salute 116.b.c.2
 omnipotentia Dei opera seu facta 325.e.a.2
 oratio sanctorum omnis licet sit tacens Deo tamē clamor est, vide 345.a.b.2 non tam verborū est quā affectus 225.e.2 incenso est similis 345.c.1 scandalis doctrinæ & morum medetur 228.c.1 sine charitate erga proximum est infructuosa 144.e.a.2
 oratio matutina 226.e.2 Moyfi in deserto 288.b.2
 oratio quorum exaudiatur 181.e.2
 orationis innocentia 212.d.c.1 assidua exemplum in Dauid 260.e.1 exauditionem mereri debemus, opinio 288.b.c.1 exauditionē fides promeretur 228.c.1
 orationi Deum intendere, phrasia 223.c.1
 orationem nostram Deus exaudit 210.b.2
 per orationem idoneos ministros à Deo consequimur 152.c.2
 oratione aduersus diabolum pugnandum est 233.b.c.2
 cum oratione ad Deum omnis res atque sermo nobis ineundus est 229.e.2
 in oratione vitetur multiloquium 145.d.2 clamor sit cordis potius quā vocis 288.b.c.1

ab oratione nullæ quamlibet graues tribulationes nos abstrahere debent 347.e.2
 de oratione alicuius quando & quomodo sit iudicandum 147.a.2
 de oratione præceptum & promissio 124.a.2
 orationes Deo despicibiles quæ sint 212.e.1
 orationum esse quatuor genera, vide 345.d.e.1
 orare nemo potest nisi Christus 210.b.1
 orare cum fide ij tantum possunt, qui Dei mandata obseruant 264.b.2
 orare sine intermissione quomodo iubeamur 190.c.1
 orasse Christum nobis 94.c.d.2
 oramus plerique labijs tantum sensu peregrinante 288.b.c.1
 orandus Deus aduersus mala non tantum præsentia, sed etiā impediētia 228.c.1 ne nos derelinquat 255.c.2 vt preces nostras audiat 314.a.2
 orandum quo tempore sit præcipuè 266.d.e.1
 orandum vbique, item in secreto 145.c.d.2. in silentio 288.b.1
 orandum esse quasi in conspectu Dei 347.e.2
 orandi habitum esse in manibus extendendis 345.a.2
 oriens vocatur Christus 245.a.2
 orientalis synodi fides atque confessio 129.e.a.2
 orientalium in Seleucia synodus 114.a.b.2. de fide præscriptiones 125.c.2. fidei contra Photinum scripturæ exemplum 150.b.1
 ad orientales Episcopos Hilarij sermo 135.a.b.2
 originis dignitas in quibus consistat 141.d.1
 os cordis 285.e.a.2
 os Dei est Christus 270.a.1
 oris custodia 345.d.2
 os Christi ecclesia existit 339.a.2
 ossium Metaphora 208.a.1
 osanna vox hebræa 172.c.2
 osæ testimonium de filio Dei Christo 26.a.b.2
 osculum Iudæ 183.d.1
 oui totum hominum genus comparatur 168.e.2
 P
 Panis viuus è cælo 316.d.e.2
 panem doloris manducare quid sit 308.a.2
 panibus quinque ingens multitudo à Christo cibata 14.c.2 162.a.b.2. de panibus septem & paucis piscibus Historia allegorica expositio 164.d.e.1
 de Paralytico sanato & lectum suum ferēte 150.c.d.2
 parare nos aduersus pericula debemus 267.268.a.1
 parētes & cognatos quatenus odisse iubemur 280.e.2
 participes Christi & sanctorum qui sint 268.b.2
 paruuli in scripturis 156.d.e.2
 paruuli in Christo lacte sunt potandi 316.d.1
 pasca paratur Christo 181.e.a.2
 passer in scripturis quid 303.a.1. & 154.e.1
 passio Christi non coacta, sed voluntaria 211.b.c.2
 Apostolis est incredibilis visa 165.e.2
 passionis Christi scandalum 168.b.2. exemplum est passio Dauidis 209.d.e.a.2
 ex passionis metu & patiendi infirmitate hæretici colligunt Christum non verum veri Dei filium fuisse 80.a.b.2
 passionem non metuit Christus 86.87.a.1
 in Passione Christi clarificatus 15.b.c.2 an senserit Christum dolorem 85.e.a.2
 passionem propter nos Christus concupiuit 249.a.b.1
 passionum terror quatenus in Christum incidit, & in eo se exerit 246.d.e.2
 patitur Christus non sibi, sed nobis 87.d.e.2
 passus

I N D E X.

passus est non ob suum aliquod peccatum 247.d.e.1
 pater vnus tātum 63.a.b.1 in filio visus est 56.e.2 vniversitatis effector & operator est 109.a.b.2 non idē est qui filius 126.e.2 quomodo cum filio sit vnus substantiæ 134.a.b.1 filij ad id quod est, causa est, non etiā id quod non est, origo nascendi est 106.b.c.1 quomodo solus Deus dicitur 16.b.1 vocatur Deus Christi, quia Christus Deus est natus ex patre Deo 25.e.2 cum filio vnus est 17.d.e.2 quomodo sit filio maior 15.a.2 in quo sit filio maior 65.e.2 quomodo clarificet filium & vicissim clarificetur à filio 16.a.b.1 quomodo sit principium 36.b.1 est filij pater tum diuinæ natiuitatis respectu, tum etiā propter assumptæ carnis dispensationem, vide fol. 101.b.1 gignens filium nullum detrimentum passus est 38.d.e.1 est torus filio pater 79.b.1 cum filio vnus est, sed non vnus, & è contra 53.b.d non est tempore senior filio 127.d.e.2 quomodo ostendat filio faciēda 50.b.c.1 quomodo solus sit verus Deus, solus iustus, solus sapiens, solus potens, &c. 20.c.d.2 quo discrimine vnigeniti sit pater & eorum qui credunt in vnigenitum 97.b.2
 pater innascibilis est 21.a.1 nunquam est sine verbo 48.a.b.1 non est pater si non genuit filium 17.d.e.2
 pater, filius & Spir. sanctus tres substantiæ sunt, seu vnitas 21.c.2
 pater Deus ipse incarnatus est, quorundam hæreticorum furor 4.a.b.1
 patris de filio iam à Iohanne baptizato de cælo testimonium 141.b.2 & 39.d.2
 patri per filij natiuitatem de sua substantia nihil esse decerptum 20.c.d.1
 patrem esse inpositum, indiuisibilem, inconuertibilem 36.a.b.2 non inter tempora cōtineri 27.col.2 videri in filio 340.e.1 in filio audimus 76.d.e.1 sine filio nemo cognoscit 40.b.2 inutiliter credimus nisi credamus & in filium 72.e.a.2
 patrem esse solitarium Arii hæresis 36.b.1 quomodo Philippus in Euangelio sibi ostendi petat 56.e.2
 patrem Deū Christus confutens ab eius vnitate se non discernit 69.70.a.1
 inter patrem & filium qualem vnitatem hæreticus statuat 58.a.b.2
 ad partem nemo venit nisi per filium 101.a.b.1
 in patre quomodo sit filius & pater vicissim in filio 13.d.e.2
 in patre & filio indifferentem diuinitatis substantiam esse 126.e.a.2
 ex patre quomodo filium natum esse hæretici doceant 21.d.e.1
 à patre venisse & ex Deo exiisse differunt 41.c.d.2
 à patre filius separari non potest nec etiā debet 60.b.2
 de patre doctrinæ summa 116.b.c.2 & 117.b.c.1
 patrum desiderium pro exhibitione Messia 226.e.1 & 272.c.d.2
 patrifamilias Apostoli comparantur 161.d.e.1
 patriarchæ 172.c.a.1 multis passionibus tribulationibusque iactati Deo probabiles facti sunt 335.a.b.2
 patientia Deo nos probabiles reddit 335.a.b.2
 patientia Dei erga peccatores quomodo sit comparata 312.c.d.2
 patientiæ constantis exemplum in Christo 224.d.1
 impatientiæ querela 286.a.b.2
 paulus fidelissimus dictorum prophetorum interpres

33.d.e.2
 paulus quæ ab ecclesiæ exigat 57.a.b.1
 pauli encomion 39.d.e.1 maximū studium, vt Iudæis regnum Christi asserat 193.b.c.1
 de Paulo prædicatore Euangelij prædictio 244.e.1
 paulinus Treuerorum episcopus 114.a.2
 paupertas ingenij agnoscenda 271.c.1
 paupertas Christi 252.e.2
 pauper propter nos factus est Christus 250.e.2
 pauperes in scriptura 156.c.d.2
 pauperes quos & quomodo Christus ciber 320.e.2
 pax inter homines colenda 295.b.c.1
 pax vera ecclesiæ 121.d.1
 pax huic domui, salutationis forma 153.a.2
 pacificorum beatitudo 143.d.1
 peccatum quid sit & quomodo differat ab iniquitate 315.c.d.1
 peccatum iniquitatis 315.b.c.1
 peccatum in spiritum sanctum 147.a.b.2 & 159.c.1
 peccatū pro nobis Christus est factus 248.a.b.1 vt factus sit Christus 90.c.d.2
 peccati necessitas nulla homini inest 248.c.d.1 auctores diaboli sunt 243.a.b.2
 peccati confessio 328.b.c.2
 peccato dominandum, non seruiendum esse 329.b.c.2
 an in peccatum nos tradat Deus 296.b.c.2
 à peccato desistendum 328.a.b.2
 sine peccato hominem esse, error 365.col.2
 peccato caruit Christus 336.a.b.2
 peccata opprobrio digna sunt 259.d.e.2 obstant quominus fiducialiter orare queamus 210.a.b.1 cōfiterēda sunt 259.b.2 confessa non sunt iteranda 332.333.a.1
 peccata lugenda 306.e.2
 peccatorum excusatio 345.b.c.2 cognitionem sequitur confusio 271.272.a.1
 peccatorum mutua condonatio 154.e.1
 peccatis seruire quam sit miserum 305.a.b.2 penitentium veniam superesse 332.333.a.1
 in peccata diaboli impellunt 285.b.c.1
 propter peccata nostra Christus passus est 90.a.b.1
 peccata non modò vitare, sed etiā odisse debemus 277.b.c.2
 in peccatis non manendum 189.c.d.2 cur multi perissent 346.c.d.2
 à peccatis abstinentum est 304.d.e.2 Christus alienus est 86.a.b.2 nemo purus est nisi solus Christus 219.b.2
 pro peccatis nostris propiciatio est Christus 315.d.e.1
 peccator & impius quid differant 189.d.2
 peccatoris os benedictione Dei indignum est 322.e.2
 peccatori vetitum est narrare eloquia Dei 273.e.a.2
 peccatorem quomodo Deus occidat 341.b.2
 peccatores ab vtero sunt alienati 217.e.2 perdedi sunt 218.c.1 non detrectent correptionem 346.c.d.2
 peccatores Deus nescit 192.b.c.2 Paulus diabolo tradit 283.a.1
 à peccatoribus aufert Deus verbum suum 264.b.2
 peccantium vicem sancti dolent 266.c.d.1
 contra pecuniæ cupiditatem 225.d.1
 sub pedis nomine quid scriptura significet 296.e.a.2
 pedes Dei 314.d.e.1
 de Pelagianæ hæreses reliquijs Hilarij ad Augustinū epistola 363.a.b.2
 peregrinū se esse in hac vita Dauid agnoscit 266.d.c.1
 imperfectum quid significet 340.b.c.1
 perfectus in hac vita nemo est 258.a.b.1
 i ij

I N D E X.

ad perfectionem contendendum	308.d.c.2	tristantur 271.d.e.1 adueniente iudice Christo abfor-	
persecutio iusto intentata quanta iniquitas	273.b.2	bentur 346.c.d.2 in resurrectione confundentur	
persecutio ecclesiae cur ante praedicta	154.b.c.1	252.a.b.2 quomodo non resurgit in iudicio 192.a.1	
persecutionem sustinentes, sunt beati	143.a.b.2	impiorum facta 215.a.2 poena 191.e.2 potestas perit	
in persecutione consolatio 210.d.e.2 sancti sunt securi	227.a.b.1	238.d.e.2 ministris Sathan vitur ad sanctorum ve-	
persequentes ecclesiam quam enormiter peccent	154.b.c.1	xationes ac tribulationes	215.a.b.2
persecutorum poena	227.b.1	impiis quomodo loquatur Deus in ira	195.e.2
perseuerantia Davidis in grauiissimis tentationibus	273.d.e.1	impios quomodo Deus rideat	194.d.e.2
perseuerantia in peccatis vnde fit	346.c.d.2	pilatus cum Herode quatenus rex dicatur	193.e.2
perseuerantia in fide nobis opus est	286.a.b.2	pilato quod Christus traditur mystica ratio	183.a.b.2
de perseuerantia Augustini dictum & quatenus Pelagi-		piscatores sunt Apostoli	141.d.e.2
giani id approbent	363.d.e.2	placabilitas mandata	144.b.c.2
personae diuinitatis sunt inseparabiles	17.d.e.2	placabilitatis exemplum in Christo	168.b.2
personarum diuinitatis patris, filij & Spir. sancti de-		qui placeant Deo	360.a.1
scriptio 9.b.c.d.2 &c. vique ad finem eius libri.		placere Deo qui vult, impiis displiceat necesse est	289.a.b.1
perturbationibus nullis Deus obnoxius est 195.c.d.c.1		placendi hominibus praeposterum studium	208.a.1
perturbationes & commotiones cohibere homini		plagae Aegyptiacae quid figurent	316.d.e.1
difficilimum est	212.b.2	pluuia spiritualis	240.b.c.2
cu peruersis quomodo Deus peruerti dica tur 296.d.2		pluuuarum metaphora in scripturis	148.b.c.2
petra in scripturis Christum denotat	148.e.a.2	poena peccatoris non tardat	200.c.2
petrarum scissio in morte Christi	184.a.2	poenam peccati cur Christus sustinuerit, cum nullus	
petrus piscator hominum 167.d.1 negat se scandaliza-		fuerit peccati reus	247.d.e.1
tum iri 181.d.2 qua conuisione Christum negarit		poenas infligit Deus fontib. sine motu ad ira 195.e.a.2	
183.e.1. negator in Apostolorum numerum deuuo		poenitentia	140.d.2 & 280.a.1
cooptatus	240.c.2	poenitentiae tempus post hanc vitam est nullu 180.a.b.1	
petri confessio de Christo 11.a.2. & 43.b.1. & 165.a.2		poenitentibus Deum propitium & misericordem esse	333.a.b.2
passio quanta	266.a.2	impenitentes tandem dant poenas	312.313.a.b.1
de Petri & Andreae uocatione	141.d.e.2	prophetiae, verbum graecum	198.c.d.2
de Petri focu	149.d.1	pontifex in lege typus fuit Christi	293.b.c.1
petro satanae nome no est deputatu 166.b.1 sua igno-		populo Dei quid congruat	321.d.e.2
rantia non proficit ad crimen 43.e.1 cu ter Christu		porcorum significatio mystica	149.d.2
negasset, quare clauis no ademerit Christus 207.e.1		porta regia, caelestis, dominica quae fit	309.b.c.2
petrum Christus sathanam vocat 317.c.d.1 mergen-		portu cui sit Deus	266.c.d.2
tem erigit	163.a.2	postumus nihil nisi quod a Deo nobis indultum fuerit	263.a.1
pro Petro patrem Christus rogat	88.b.1	potestas Dei in Christo	225.c.1
pharaonis interitus diaboli suorumque cladem adumi-		praecipitationis verbum	203.b.1
brat	244.a.b.1	praedestinationis doctrinam quomodo Pelagianum-	
pharaoni quomodo Moses in Deum datus	48.a.b.1	pugnent	364.e.a.2
phariseus in Euangelio Lucae	259.a.b.1	praedicationis Euangelicae finis	236.a.b.1
pharisei signa a Christo postulant	165.a.1	praedicatio neconstanti, & publica Deus laudandus est	235.a.b.2
pharisaorum inuidia 158.b.2 fermentum cauendum		praedicator a crimine immunis fit	264.b.c.2
165.a.1. praecipis obtemperandum, facta vero non		praedicatorum prurientes aures, hodie eliguntur, potius	
imitanda	176.d.1	quam qui sanam doctrinam proponant	82.a.2
philosophia doctrinam verbi Dei impugnat 228.a.b.1		praedicandū est verbu constiter & intrepidē 265.e.a.2	
philosophiae praeda	65.a.b.2	praedicanda de Deo quae sint	235.e.a.2
contra Philosophiae tortuosas quaestiones	106.a.2	praedicauit Christus sermone & opere	336.d.e.1
philosophorum doctrina non aedificatur ecclesia	308.d.e.1	de praegnantibus	178.a.2
phinees zelus	287.b.c.1	praemia pietatis post hanc demum vitam cosequimur	307.d.e.2
photinus quomodo a Sabellio & Ario dissentiat	47.b.2	de premiis humilium seu infirmorum in fide 232.a.b.2	
quem potissimum locum ad sua haeresis au-		praescientia Dei	363.d.e.2
thoritatem vsurpet	136.b.c.2	praescientia futurorum solius Dei est	79.b.c.1
contra Photinum orientalis ecclesiae fidei expositio	150.b.1	praesentibus non est immorandum, sed ad aeterna con-	
pietas in animis sita est 3.d.e.2 a pueris est sectanda	256.c.1	tendendum	313.e.a.2
impietas quid sit proprie 89.d.2 maxima quae fit	57.a.b.2	praesidium Christianorum	304.d.e.1
impietatis varij errores	224.b.c.2	prauaricatores qui sint	282.b.c.1
pij in Deo sunt securi	215.a.b.1	precatio rememorationis quid	251.d.e.2
piorum exultatio & laetitia	252.b.c.2	preces nude non proficiunt	323.a.b.1
piis impij praecipue insidiantur	228.a.2	preces nostras vt exaudiat Deus est orandū	314.d.e.2
impij Sathanæ sunt ministri 312.a.b.1 conspectis piis		in precio humanis error, quid habeat	284.d.c.1
		primogenit ex mortuis quo Christus dicatur 197.b.2	
		principes huius mundi veritatis doctrinam eiusque	
		professores	

I N D E X.

professores infectantur	160.b.c.1	xerunt	195.b.c.1
in principibus non confidendum	357.b.2	in psalmis obscuritas 185.e.2 numeroru mysteria 186.	
probat nos Deus per crucem	355.a.2	6.2 quae sit praecipua intelligendi eos, ratio 188.d.2	
probari se a Deo nullus homo postulat	342.b.c.1	saepe spiritualem rationem tractadam esse 332.d.e.2	
probatio Christi quomodo facta	335.d.e.2	in psalmis Omne corporei aduentus Christi sacramen-	
probitas nostra no meretur peccatorum remissionem	237.b.c.2	tum contineri 333.334.a.1 etiam iis quibus corpora-	
pronomina	39.e.2	lium negotiorum significatio anteferatur, spiritualis	
propet est Deus inuocantibus	356.e.2	intelligentia est quaerenda 292.d.e.2 obseruandum	
prophetiae donu 62.a.b.1 finis Christus 175.d.e.2 my-		quod quando de Christo varicinantur, incarnatum	
steria fides pandit	186.b.1	cantant	211.d.e.2
Prophetæ 172.b.c.1 quae locuti sunt, Dei verba sunt	284.d.e.2	in psalmis titulis carētib. spiritualis doctrinae formam	
quae gerenda tanquam gesta annunciet 298.d.e.2		esse constitutum 227.a.b.2 explicandis multi Chri-	
est medio a tyrannis sublata sunt	260.b.c.1	stum negligunt	213.a.2
prophetarum Paulus optimus interpres 34.b.c. sepul-		de psalmis graduum	292.e.2
chra Iudaei aedificant	177.c.d.e	Ptolemæus rex Aegypti	193.a.b.1
prophetarum testimonia de filio Dei Christo 25.e.2		publicani	150.1.d.2
prophetas etiam de resurrectione meminisse 175.a.b.1		publicani & meretrices quare in regno caelorum pha-	
in prophetis etiā non natorum nomina aedi 185.b.c.2		risaōs praecedent	174.a.b.1
prophetis omnibus Ioannes maior	156.a.b.2	puer Christus vocatur	249.c.1
de pseudopropheta	148.c.1	pueri tres in fornace Babylonica	89.a.b.2
pseudoprophetae quomodo cognoscantur	114.d.1	pueri quos Christus commendat	173.a.b.1
pseudoprophetae in terris praerogatiua 149.b.c.2		puerorum acclamatio in templo	173.a.b.1
propitiatio nostra est Christus 229.b.c.2 & eius ef-		in pueris prophetae signifiati	156.d.e.2
fectus	230.c.1	pugnandum est piis semper in hac vita	311.d.e.2
profelyti apud Iudæos	163.e.2	pullis gallinae Christus Iudæos confert	177.a.b.2
protectio Dei	223.a.2 334.c.2	puteus aquae viuae, & puteus interitus	214.a.b.2
proverbia quae vocantur	311.b.1	puteus infernum denotat	249.b.1
providentia Dei in creaturis apparet	359.a.b.1		
contra prouidentiae diuinæ negatores	228.a.b.2		
proximus quis sit	176.a.1		
prudentia cum simplicitate iuncta a Christianis requi-			
ritur 127.e.a.2 serpentina quae fit	153.b.c.2		
prudentiae prima pars quae fit 262.a.b.2 vera ac perfe-			
ctae studium mature suscipiendum	253.b.1		
in psallere quid scriptura significet	357.d.e.1		
psallendi consuetudo Dauidi vsitata	266.d.e.1		
psallendum Deo 233.e.2 Christo	239.a.b.2		
psalteriu quod fit 186.a.2 Christi corpus est 186.a.b.2			
psalmus, canticum & similia quid differant	187.a.b.2		
psalmus tertius secundum historiam quinquagesimo			
est posterior	186.a.b.2		
psalmus centesimus atque decimus octauus 187.a.b.1			
quare literis siue elementis sit distinctus	252.d.e.1		
psalmi clauis	188.b.2		
in psalmo octauo ogdoadis virtus contuenda 187.b.1			
psalmi omnibus temporibus conueniunt 292.c.2 euan-			
gelium canit 185.e.2 quibus intellectu non sint dif-			
ficiles 297.e.2 tantum duo per Hebraeos literas scri-			
pti ad nos peruenerunt	253.c.d.2		
psalmi sine titulis	185.b.2		
psalmi, octauus, octogesima, & octogesima tertius			
187.a.b.1 tituli no sunt negligedi 292.c.2 tituli quid			
habeant mysterij 187.c.2 numerus apud Hebraeos			
est indiscretus	186.b.c.2		
psalmorum aristarchus est Esdras 185.d.2 liber tribus			
quinquagesimis continetur	186.c.2		
in psalmorum singulis virtutibus sub quinquagenaria			
numero collocatis dispensationis salutis sacramen-			
tum contineri	186.e.2		
de psalmorum vera ac salutifera intelligentia vitis re-			
gula	227.e.a.2		
psalmis Septuaginta addiderunt numeros	186.c.2		
psalmos Septuaginta interpretes in numerum redege-			
runt, & in ordinem collocarūt, & diapalmis distin-			

Quære Deum 206.c.d.1
 quaestiones captiosae 3.c.2 difficiles non sunt
 mouendae 94.b.2
 quies inops 1.a.b.1
 quinquarius numerus in scripturis 154.e.2

Racha vox 144.d.1
 Rachel plorans filios, nec consolationem admit-
 tens 140.a.2
 ratio nostra circa ea quae sunt spiritus Dei, est caeca
 3.a.2
 de reconciliatione praecipuum 144.c.a.2
 in reconciliatione mundi quantum omnis creaturae
 sit gaudium 251.d.e.2
 redemptio copiosa apud Deum 315.c.d.2
 redemptio nostra est per sanguine Christi 290.a.b.1
 redemptionis nostrae tempus, quo ex corruptione cor-
 porum in spiritualis substantiae honorem transfere-
 mur 178. 179.a.1 animae & corporis imago 167.d.e.1
 redemptor noster est vnicus Christus 208.d.e.a.2
 refrigerium post hanc vitam piis confessoribus & mar-
 tyribus paratum 236.d.1
 regeneratio spiritualis ad caelestem vitam 3.a.b.223.
 a.b.2
 regeneratio in qua Apostoli Christum sequuti sunt
 116.b.c.2
 regendi verbum 198.b.2
 regina de Saba figurat gentium ecclesiam 299.a.b.1
 regnum a iudicio quomodo differat 169. 170.a.1
 regnum Dei quid sit 199. 200.a.1 Christi non est oc-
 cultum 321.c.d.1 caelorum, quorum futurum sit 574
 quibus sit promissum 142.d.e.2
 regna Dei praedicationis velox per mundum transcur-
 sio 360.d.e. acceleratio oranda 294.e.2 praesentia a-
 struitur ex operibus Christi 158.c.2
 regni caelorum clauis 165.d.e.2

I N D E X.

regnum suum quomodo traditurus sit Christus patri 140.c.1
 regnum Dei aduenire quomodo precemur 327.a.b.1
 regnum cœlorum appropinquare, phrasia 152.a.b.2
 diripi quid sit 156.c.2 quomodo obtineamus 148.a.b.1
 regnum peccati & mortis sequutum est regnum iustitiæ & vitæ 220.a.b.1
 in regnum cœlorum difficile est diuites ingredi 170.b.1
 in regno cœlorum quare publicani & meretrices priores erunt 17.a.b.2
 religio perfecta quæ sit 190.a.b.2
 in religionis controuersis ad Dei verbum est confugiendum 120.d.e.1
 remissio peccatorum est nobis necessaria 150.d.e.2 est aduersio captiuitatis animæ nostræ 306.b.c.1
 remissio mutua peccatorum 144.b.c.1
 remissionem peccatorum non ex merito dari, sed ex misericordia 237.b.2 propter Christum precamur 248.a.b.2
 remissibile & irremissibile peccatum 159.c.1
 remitti peccata adhærentibus testimoniis Domini 261.b.2
 remittendi peccata potestatem Christus habet 150.e.2
 remittendum quoties sit fratri 169.170.a.1
 renati hominis beatitudo 191.d.e.1
 renes 339.a.b.1
 renunciandum esse seculo huic, & omnibus quæ sunt in eo, vt Deus sit portio & hæreditas nostra 266.d.e.2
 repleti non multum distare à formari 340.d.2
 de repudiò 144.d.2
 requies Dei 212.c.d.2 quæ sit 307.e.2
 rerum causas nosse nostrum non est 314.a.1
 respicere Dei duplex 285.b.c.2
 responsum ratio ex interrogationum causis proficiscatur necesse est 69.a.b.1
 resurrectio Christi primum mulierculis reuelata 185.a.b.1
 resurrectionis Christi efficiens tum pater tum filius 68.d.e.1 virtus 26.a.b.1 185.a.b.1 vtilitas quod ipsum Christum concernit 195.b.c.1 typus in Iona 165.a.1 testimoniū propriū est Apostolorum 165.a.b.2
 ad resurrectionem vique Christi Apostolorum fidem infirmam fuisse 348.a.b.2
 resurrectio sanctorum corporum cum moreretur Christus 184.d.2
 resurrectio corporum in Rhamno significatur 218.d.e.1
 resurrectiois sacramentum sub ossium significatione reuelatum 208.d.e.1
 resurrectiois mortuorum tempus 309.a.b.1 efficiens vox Christi 245.b.2 confusio & honor 208.e.a.1 gloria adumbrata 166.a.b.2
 resurrectiois corporum suorum spe sancti in persecutionibus mundi se solantur 215.a.b.2
 extra resurrectionis fidem sunt Sadducei 175.a.2
 resurrectionem carnis qui negat, refutantur 228.a.b.2
 in resurrectione impij confundentur 252.a.b.2 Deus in sanctis suis erit mirabilis 246.a.b.1
 de resurrectione testimonia in scripturis prophetilibus contineri, contra Sadduceos, & similes eorum 185.a.2
 de resurrectione impiorum 192.a.1
 de resurrectione sexus muliebris 175.a.b.2
 resurrectura esse hæc ipsa, quæ hic circumferimus corpora 199.b.c.2

resurgentium corporum instauratio quàm sit Deo facilis 199.b.3
 resurgendi legem non admixt lex constituta moriendi 204.a.b.1
 reti commodè Euangelium assimilatur 161.c.1
 retributionis meritum Pfaltes optat 257.c.d.2
 retributionem à Deo quando timentes Dei accipient 311.a.b.2
 retributionem erga sanctos diuersa dona seu præmia 232.a.b.2
 regem esse Christum probatur 196.c.a.2
 reges æterni & beati apud Deum qui sint 199.e.2
 rhamnus 218.e.1
 in rhamno corporum resurrectionem significari ibid.
 ridere Dei quid sit 194.b.2
 roris metaphora 322.b.c.2
 ex rubo ardente Angelus, qui est Filius Dei, Moyse loquitur 25.c.2

S

Sabbatum discipuli non violant spicas vellicantes in eo 157.b.c.2
 in sabbato curare licere 158.a.b.1
 sabbata sabbatorum 186.c.2
 sabellius hæreticus 5.e.a.2 quomodo cū Ario pugnet 47.e.1 quo præcipuè loco suum dogma propugnet 242
 sabellij sententia de Deo Filio 37.d.1
 contra Sabellij errorem 47.c.1
 contra Sabellium testimonia 11.c.2
 saccus, vestis 242.c.d.1
 sacerdotes per arietes in scripturis designantur 236.a.b.2
 sacerdotij quæ olim fuerit lex 292.b.c.2
 in sacris non tantum veritas docenda, sed falsitas quoque refutanda 5.d.e.2
 per Sacramentum communicatæ carnis & sanguinis Christi, ipse est in nobis, & nos in ipso 58.59.a.1
 ex sacramentorum natura esse fidelium vnitatem 57.a.b.2
 sacrificium vespertinum 345.a.2
 sacrificium laudis 226.d.e.1
 sacrificium Deo optimū est cor contribulatū 315.e.2
 sacrificium Christi à Moisaicis sacrificiis quomodo differat 211.e.a.2
 sacrificiorum oblatio non saluat 151.d.e.1
 sadducei hæretici 150.b.2
 sagittæ Dei quæ sint 294.d.2
 sal terræ quomodo Christus Apostolos nuncupat 143.e.1
 salicum lignorum metaphora 331.b.2
 in Salinarum valle gesta 220.221.a.1
 saluare nos per fidem Deus potest 116.b.c.2 lex non potest 69.e.2.2
 saluari aliquid in nihilum quid sit 215.a.b.2
 salus hominum vana 223.a.1
 salus gentium 149.b.1
 salus in sola Dei misericordia nobis reseruata 151.d.e.1
 vera & perfecta, est Christum Iesum Dei Filiū credidisse 44.a.b.1 nostra in hac vita non est perfecta 281.a.b.2
 salutis ratio per stultam prædicationem crucis 18.19.a.1 opus in quo consistat 158.a.b.1
 salutis nostræ sacramenta variis olim figuris sunt expressa 290.e.a.2 negocia in lege sunt adumbrata 240.a.b.1 propter

I N D E X.

propter salutis humanæ reditum quanta sit in cœlis læticia 168.e.1
 salutis nostræ quæ sunt, ab exordio statim vitæ sunt discenda 252.d.e.2
 salutem nostram vult vterque & Pater & Filius 64.
 65.a.1 conueniente ratione ipse Deus per vniuersum suum Filium operatus est 242.e.2
 salutare Dei est Christus 237.238.a.1
 salutationis officium 153.a.2
 samariæ diuisio 222.a.b.1
 samaritæ 172.c.1
 samaritanorum ciuitatem introire Christus quatenus Apostolis vterit 152.e.a.2
 famosateni hæresis 136.e.1
 sanctimonia vitæ sectanda 230.b.c.1
 sanctitas Dei 356.e.2
 sanctitas inanis 229.b.c.2
 sanctus vocatur Christus 242.c.d.1
 sanctus cœlestis Hierosolymæ ciuis est 178.d.e.1
 sancti aquilis collati 178.d.e.1 falicibus comparatur 331.a.b.2 sunt pacifici 528 quare sint reges 223.a.b.2 non sunt iudicandi 218.b.c.2 sunt iudices terræ 199.200.a.1 mūdum iudicabunt 353.a.b.2 hostes suos iudicabunt 273.c.1
 sancti quoque cordis suæ immundiciem fatentur 272.a.b.2 alijs peccantibus dolent, ac tristantur 266.b.c.1
 sanctorum studiū est, vt sine offendiculo viuant 224.b.2 & 225.e.2 præsentia sanctis læticiam affert 271.e.1
 sanctorum hæreditas 223.b.2 memoriæ 116.b.2 felicitas in altera vita 223.a.b.2
 sanctorum veteris testamenti expectatio quæ fuerit 247.e.a.2
 sanctis quoque Dei misericordia in hac vita opus est 272.a.b.1
 in sanctis suis Deus est mirabilis 246.a.1 Deus habitatur 300.b.c.1
 sanguinum viri qui vocatur 341.e.2
 sapientia vxoris nomine appellatur 311.b.c.1 ex timore Dei originem sumit 238.e.2
 sapientia Dei innumerabilis 359.b.c.1 est imperuestigabilis 313.314.a.1
 sapientia iustificata est à filijs suis, dictum explicatur 157.a.1
 sapientiæ veritas est, interdum sapere quæ nolis 56.a.b.1
 sapientiam quibus Deus præstet 188.a.b.1
 sapientiam mundi Deus reprobatur ac damnatur 15.b.1
 sapientiam Christianorum verbi diuini regula moderetur 99.d.e.1
 inter sapientiam mūdānam, & spiritualem discrimen 65.a.b.2
 per sapientiam Dei quomodo mundus non cognouerit Deum 18.19.a
 extra sapientiam est qui Christum ignorat 56.c.d.2
 sapientes in scripturis 156.157.a.1
 ex Sarai, Sara 168.a.2
 sathanas in Goliath præfiguratur 201.c.2 infidelitatis author 166.a.b.1
 sationes duas esse, aliam carnis, aliam spiritus 306.b.c.2
 à Saturnio Hilarius in exilium detruditur 123.d.e.2
 scala Iacob 31.a.b.1
 scandalum crucis 184.a.b.2 maximum in mūdo passio est, & mors Christi 168.b.1

scandali malum 168.b.1 necessitas ibidem
 ne scandala præbeantur cauendum est 291.a.b.2
 scandala vbique in hac vita nobis occurrere 343.a.b.1
 scandala vitæ sancti cauent 224.b.c.2
 aduersus scandala nos præparare debemus 268.a.b.1
 aduersus scandala doctrinæ ac vitæ solius Dei protectione tuti sumus 228.a.b.1
 scenopœiæ festi mystica ratio 331.e.a.b.2
 schismatici nullam cum ecclesia participationem habent 298.c.d.1
 scientiæ donum præstans 269.d.c.1
 scientiam cœlestium mandatorum à Deo postulare debemus 271.b.c.1
 scire Dei 79.c.2
 de scriba in regno cœlorum 161.d.1
 de scriba interrogate Christū num debeat sequi eum 149.a.b.2
 scripta humana fidem subinde nouam introducunt 120.a.b.2
 scriptura ad nostrum profectum tradita 224.b.1 omnibus omnium temporum hominibus ad profectum conducit 292.b.c.2 sine Deo intelligi non potest 305.a.b.1
 scripturæ sacra sermo 169.a.b.2
 scripturam diuinitus esse inspiratam 333.a.b.2
 scripturam per corporalia significare incorporalia 297.b.c.a.
 è scriptura perperam intellecta nascitur hæresis 8.a.2
 male intellecta diffidia doctrinæ oriuntur 46.d.e.2
 scripturæ ad æterna bona nos inuitant 265.c.d.1 piè scrutandæ sunt 255.b.c.1 non in legendo sunt, sed in intelligendo, non in præuaricatione, sed in charitate 110.d.e.2
 scripturarum noui & veteres interpretes 323.a.b.1
 scripturarum quis optimus lector sit 4.a.b.2
 de scripturarum intelligentia gloriari magna est insolentia 304.b.c.1
 ad scripturarum lectionem salutarem recta præparatio 254.a.b.1
 scripturas omnes hæretici prætendunt 120.121.a.1 rectè intelligendi ratio 21.e.2
 contra scripturas sacras impiorum blasphemiam 264.a.b.1
 scripturis quomodo hæretici ad impietates suas stabiendas impiè abutantur 20.e.a.2
 in scripturis qui vtiliter versentur 323.a.b.2 quomodo sit rectè versandum 58.b.c.2 non esse literæ insistentium 303.d.e.2 prioris & posterioris sensus tenendus 173.d.e.1 proprietates verborum & locorum esse contuendas 178.d.e.1 voces, quæ idem significare videntur accuratè sunt discernendæ 253.d.e.1
 in scripturis quæ continentur nostro vsui seruiūt 328.c.d.1 Deus sermonem ad nostræ intelligentiæ consuetudinem & naturam accommodat 307.b.c.2
 in scripturis prophetarum quanta sit Iudæorum cæcitas & imperitia 316.b.c.2
 in scripturis prophetarum de resurrectione testimoniū extare 175.e.a.2
 scrupulositatis humanæ reprehensio 17.d.e.2
 scrutari legem Dei quid sit 262.a.2
 seculum quid sit, & quid differat ab æterno 274.b.c.1
 seculum hoc, toro comparatum 116.b.c.2
 seculi huius motus atque fluctus, vndantis maris æstibus comparatur 202.d.c.2
 seculi huius relinquendi præceptum 169.a.b.2

I N D E X.

secularia negotia periculosa clericis ac bonis	130.d.1	super Sodomam Filius Dei pluit	130.a.1
securus fidelis nunquam est	334.b.c.1	sodomorum & Gomorrhæorum terræ quare mitior	
securitas vera sanctorum	215.a.b.1	fit futura conditio in die iræ, quàm eorum qui Apostolorum doctrinam non receperint	153.b.2
in secundis rebus cor non est efferendum	315.316.a.1	sol stat in celo contra Gabaon	329.d.e.2
sedes Dei quæ sit	307.d.e.1	solis natura	297.d.1
sedem Dei homines esse	317.a.b.2	in sole vestigium quomodo Deus vbique adsit	289.d.e.1
ad fementem bonorum operum, adhortatio	313.d.e.1	solitudini se dedit Dauid	225.d.e.2
femita quid sit	262.263.a.1	solicitude humana	146.147.a.1
senfus per corporis vicia turbidi & cõfusi, natura quæ sit	332.a.b.1	somnus vocatur mors sanctorum	308.e.2 quatenus Deo tribuatur
in sensum quæ cadant	101.c.d.2	contra Sophistas gentium qui de humanæ naturæ institutione tractare audent	271.a.1
senfu non humiles, sed excelsi & sublimes simus	316.c.d.1	spes nullo temporum sine clauditur	316.e.1
seon rex Amorrhæorum	326.a.2	spes nostra quæ sit	230.d.e.1 Christus est
septenarius numerus	187.a.b.1 est in scripturis sanctus	291.e.a.2	spes non fit ex inani præsumpta
septuaginta interpretes	193.a.b.1 numeros Psalmis addiderunt	186.c.2	230.d.e.2 non collocatur in diuitiis
sepulchris dealbatis pharisæi comparantur	177.c.d.1	357.c.d.2	a.b.2 quæ in Deo collocatur non perit
consepulti cum Christo quomodo simus	315.b.c.2	spes æternitatis	224.c.d.1
sermo humanus omnis, contradictioni est obnoxius	81.a.b.2	spes bonorum futurorum	145.146.a.1
81.a.b.2 propheticus omnis ex diuini spiritus infinitu est profectus	333.a.b.2	spei nostræ conditio quæ sit	320.c.d.1 nullus est finis
serpentis prudentia	133.a.b.2	sperandum in Deo cur sit	315.b.c.2
217.218.a.1	antiqui inobedientia	spine metaphora	218.e.1
seruitium duorum dominorum infidele	245.d.e.2	spinea corona Christo imposta	184.b.c.1
seruitus peccati quàm sit miserabilis	305.c.d.2	spiritus sæpe pro anima ponitur	92.b.c.2
seruitutis Dei veræ ratio	200.a.2	spiritus est Deus	314.d.e.1
seruum Dei se esse quis verè profiteatur	283.c.2	spiritus & Pater & Filius nonnunquam appellatur	12.13.a.1
seruo Dei tantum cõpetit benedictio Dei	322.323.a.1	spiritus esse Deum quomodo dicat Christus	13.b.c.1
de seruo fideli quæ Dominus super familiam suã constituit	179.c.1	spiritus sanctus vnus cum Deo patre ac filio naturæ	60.d.e.1 nõ est innascibilis Deus
de seruo nequam	169.a.b.1	150.a.b.2 est alius à filio ibid. à patre procedit, & mittitur à filio	57.c.d.2 tantum vnus est, quem S. patriarchæ, & Prophetæ habuerunt in vetere testamento, & acceperunt Apostoli in nouo
serui Dei & peccati	300.b.2	13.d.e.1 cessante lege gentibus quoque fuit dandus	169.a.b.1 in columba intelligitur
in sessione doctrinam significari	336.d.1	172.d.e.2 pro quibus interpellat	229.c.d.2 quomodo accipiatur & retineatur
seth quomodo in similitudine sua Adam genuit	134.d.e.2	13.d.e.2	13.d.e.2
sichema Samaria	222.a.b.1	spiritus manifestatio	60.e.2 inhabitatio
signi Ezechie datæ significatio	292.e.2	141.d.e.2 actio in conceptione Christi	12.d.e.1 donum necessarium
signa de celo pharisæi petunt	165.a.1	13.d.e.2 initia intra se sentire maximum gaudium renatis affert	232.b.c.1
similis vt sit filius patris	134.e.2	spiritui caro subijciatur	332.a.b.2
similitudo & æqualitas quid differant	134.135.a.1	spiritum sanctum esse probatur	12.c.d.2 non habent qui Christum creaturam esse docent
similitudinem qualem Filio Dei cum Patre hæretici tribuant	126.b.c.2	60.61.a.1 quomodo accipiatur, Augustini locus	363.e.2 pro patre & filio accipi hæreticorum error
similitudines in rebus diuinis sunt omnes infirmæ	4.a.b.2	12.c.d.2	12.c.d.2
simon Cyrenæus ferens crucem post Christum	184.e.1	per S. sanctum mundamur	232.a.b.1
simon magus	178.a.1	in spiritum peccatum	147.a.b.2 contumelia
simplicitas puërilis commendata	167.d.e.2	144.d.e.1	12.13.a.1
simulacra gentium	327.b.2	in spiritu Dei pater Deus significatur	60.a.2
simulacrorum cultus	1.b.c.2	de S. sancto authoris confessio	112.b.c.1
vanitas in quibus gentes Deum coluerunt	229.b.c.2	spiritus sancti non duo, sed vnus tantum	60.d.e.2
simulacra & odia Euangelium compescit	219.a.b.1	spiritus seductores	82.a.b.2
sinus quid significet	313.e.2	spirituales virtutes quibus angeli est nomen, sunt plures	314.315.a.1
sinus Abrahæ	297.c.d.2	sponsus quomodo Christus sit	311.a.b.1
lion idem quod Hierusalem	360.c.d.2	de statere in ore piscis inuento	167.a.b.2
vocatur corpus Christi	360.c.d.2	stellas Deus numerat suisque nominibus vocat	359.b.1
adumbrat	229.c.2	stelographia	214.d.e.2
simon mons, super quem Christus rex constitutus est, quis sit	196.a.b.2	stephanus protomartyr	197.c.2
simon montem terrenum Deus in requiem suam nõ elegit	320.a.2	stratus Christi quis sit	318.a.1
fitis spiritualis in sanctis	224.d.2	stulti semper cõtradicunt	57.a.b.2
fobal cum Mesopotamia, & Syria percussus	221.a.1	38.e.1	rum
sodoma & Gomorra ad suum profectum à Deo est percussa	250.d.1		

I N D E X.

subiicere & euacuare quomodo differant	100.c.d.2	tertuliani de Oratione liber	145.d.2
subiectionis Christi filij Dei, & reliquarum creaturarum discrimen	135.a.b.2	testimonia Domini qui sint	254.e.a.2
subannare & ridere an differant	194.b.c.2	testimoniis Dei qui adherentij à peccatis liberantur	261.b.c.2
substantia quare sic dicatur	125.c.d.1	theologiæ studium ad proximum referatur	7.a.b.1
substantia vna quomodo in diuinis prædicetur	134.a.b.1	thesaurizandi vera ratio	145.e.2
substantiæ nomen Constantius damnat	116.b.c.2	thesaurus noster est Christus	161.a.1
successio carnalis inutilis est	141.b.c.1	thomæ Apostoli confessio de Christo	48.c.2
superbiam omnium maximè Deus detestatur	259.e.1	timentes sunt plures, & tamen infideles	268.b.2
per superbiam crimen præteritorum gestorum gratiam Ezechias amittit	269.a.2	timentes Deum cur beati sint	310.c.d.1
superbiendi in mundo materia	278.b.c.1	timentium Dei participes qui sint	268.b.2
superbonum princeps est diabolus	283.c.d.1	timentium Dei beatitudo in quo sita sit	310.a.b.2
superfitiones omnes quæ extra religionem Dei sunt, condemnantur	229.c.d.1	luntatem Deus facit	357.a.b.1
sympatiæ affectus in sanctis	266.c.d.1	timor quid sit in genere	310.a.1
synagoga modio comparatur	143.c.d.2	unde existat ibidem timor Dei solus non sufficit nobis ad cõsummationem fidei	309.e.2
ta vocatur à Paulo vidua	136.b.c.2	timor Dei verus	200.e.a.2 non minimum est fidei officium
synagoga exemplum in figurâ	173.d.e.1	238.d.e.2	207.c.d.2
de synodis contra Arianos eiusque sequaces, Hilarius	113.b.c.2	timor & metus num verè fuerit in Christo	86.a.b.2
113.b.c.2	125.a.1	timoris Dei testimonium obedientia est	310.a.b.1
synmij hæresis & blasphemia	125.a.1	timori à nobis Deus ob quã causam debeat titum quomodo Paulus informet	310.a.b.1
		56.b.c.1	tolerantia afflictorum exprobrantibus ipsis impijs
		269.c.d.2	ad tolerantiam passionum cohortatio
		177.d.e.2	in Tolosanam ecclesiam Constantij furor
		114.b.c.2	topazius lapis
		284.d.1	torrens in scripturis
		304.d.2	tradere in peccatum quomodo Deo dicatur
		296.a.b.2	traditiones humanæ eruendæ
		163.c.d.1	traditiones suas supra legem Dei Iudæi honorant
		176.c.d.2	transfiguratio Christi in monte Thabor
		40.a.b.2	166.d.e.1
		89.c.d.1	transire verbum quid significet
		313.b.2	transitus hæc vita appellatur
		193.e.1	translatio septuaginta nobis est sequenda
		152.e.a.2	tribus Domini quæ sint
		298.b.2	tribulatio iustus periculosa quæ sit
		293.e.2	tribulationum vtilitas & finis
		271.a.b.2	in tribulationibus constituti Deum iustum esse agnoscamus
		286.c.2	de tributo Cæsari dando
		175.c.1	tributis qui sint obnoxii, qui nõ
		167.d.e.1	trinitatis mysterium difficile, & arduum
		8.b.c.2	non est spinosis disputationibus vtilitad, sed pro humanæ infirmitatis modestia propriæ cõscientiæ finibus continendum
		120.a.b.1	in vetere testamento est insinuatim
		21.22.a.b.1	circa trinitatis personas omnes hæreticorum corruptelæ
		8.a.b.2	de Trinitatis sacrosanctæ singulis personis, patre d. i filio, ibid. Spiritu sancto
		12.a.b.2	circa Trinitatem Arianae sententiæ ac fidei expositio
		35.a.b.2	circa Trinitatis diuinitatem Valentinorum figmenta
		36.c.2	quod in Trinitate vnum sit Pater & Filius, sed non vnus, propositio, quæ in sequentibus prolixè probatur
		4.a.b.2	quod in Trinitate tres personæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus non nominibus tantum, sed verè & re ipsa sint distinctæ
		8.c.d.1	& inde per totum librum in Trinitate per substantiã sunt tria, per consonantiã

I N D E X.

verò vnum 128.col.2 personas non esse disiungendas 17.18.a.1 personas Patris & Filij verè distinctas esse contra hæreticos 127.col.1 quomodo nonnulli patris & filij vnâ substantiâ prædicent 133.134.a.1 de Trinitate quòd tam multa scripserunt veteres, ad id hæreticorum improbitate compulsi sunt 8.a.b.2 de Trinitate summa doctrinæ veræ 111.b.c.1 catholicae fidei in synodo Antiochena expositio 128.e.a.2 Orientalis sinodi in Sardica fides & confessio 129.a.b.2 Syrmij confessio 125.c.1 tristitia Christi 87.a.b.2 tunicam non tollere phrasim 177.e.a.2 tyranni non intuendi 207.d.e.2 tyrannorum Neronis, Decij, Maximiani crudelitas 113.c.d.2

V

Vae dolentis vox 176.d.2 valentiniani hæretici 5.d.e.1 valentini cõmentum circa diuinitatem trinitatis 36.c.2 vanitas mundi 265.b.c.2 vanitati similis est homo 352.a.1 vani homines 225.c.d.1 veli scissio 184.c.d.2 venia à nobis sine modo ac numero est danda 169.b.c.1 vendentes & ementes è templo Christus eicit 172.d.e.2 vendicare nobis eorum quæ possidemus nihil debemus 304.c.d.1 vento impij sunt similes 191.d.e.2 venti significant angelos 326.b.1 ventorum de thesauris suis productio 325.d.1 verbum Dei comparatur lacti 241.e.2 à pueris discernendum est 253.a.b.2 non tantum est discendù, sed etiam custodiendù 255.b.c.2 exercendum est 257.b.2 tempore maximè sit versandum 266.d.1 cum tribulamur & angustiamur, est meditandù 275.d.1 non negligenter est tractandum 266.a.b.2 nõ obiter tantum, & persunctoriè tractandum est, sed pie etiam inquirendum 255.b.c.1 simplici fide apprehendendum est, nec tortuosæ quæstiones sunt mouendæ 106.e.a.2 verbum Dei certum est, & efficax 146.e.a.2 vinciri non potest 124.b.c.2 lucerna est pedibus nostris 278.b.1 fit regula atque norma secundum quam de rebus Dei loquamur 56.d.e.2 obiurgationis virga dicitur 198.d.e.2 verbum vile est 263.d.e.2 æternũ est & verax 290.e.a.2 necessarium est, vt quæ Dei sunt ritè intelligamus 21.e.2 omnibus & singulis prodest 292.c.d.2 celestium bonorum spem nos vocat 265.c.2 nos in afflictionibus constitutos consoletur ibidem.in cruce mitigationem affert 277.b.2 nos custodit 191.a.b.2 nobis tutissimum asilum est, vbi de fide cõtrouersia oritur 120.d.e.1 pijs preciosus est thesaurus 257.e.a.2 impijs ignitè sagittæ 294.d.1 verbum Dei in quibus maneat, in quibus non maneat 274.b.c.1 quomodo maneat in cælo, quomodo in sanctis ibidem. à quibus auferatur 264.b.2 verbum caro factum est 86.a.b.2 verbum Deus caro factum est, neque Deus esse desit, neque caro non fuit 97.a.b.2 verbi Dei cur non tanta, quanta debebat, apud nos sit authoritas 328.a.b.2 intelligentia quibus sit difficilis 265.e.a.2 intelligentiam quibus Deus conferat 277.b.c.2

verbi Dei adfudæ, & irremissæ scrutationis utilitas 266.d.e.1 verbi appellatio quatenus Christo tribuitur 48.a.b.1 verbi quod est Christus cum patre æternitas 10.d.e.2 11.a.1 verbi Christi efficacia, & virtus 245.b.c.2 contra verbi Dei impios contemptores 264.c.d.1 ad verbi studium cõhortatio 271.e.2 verbo Dei nulla doctrina æquanda est 273.a.b.2 non importanda 149.c.d.1 verbum à Deo per prophetas esse traditum 596 nemo intelligit sine gratia Dei illuminante 252.253.a ore cordis eeu escam accipimus 285.e.a.2 verbum ecclesia habet 160.e.a.2 in verbo Dei nihil otiosum est, nihil inutile 387.a.b.2 in verbo Dei æternitatis alimonia speranda 142.c.1 ex verbo Dei tantum de Deo est loquendum 363.364.a.1 verba Dei quæ sunt 284.d.e.2 verborum virtus in scripturis diligenter est expèdenda 323.b.c.2 breuitas quid efficiat 133.d.e.1 verborum Christi certitudo ac firmitas 179.a.b.1 verecundia piorum quæ 350.b.c.1 veritas in verbis mandata 144.145.a.1 veritas nõ recipit mendacium 116.c.2 tum demũ rectè intelligitur cum obiecta falsa esse conuincuntur 23.a.1 veritatis ratio & vis 45.a.b.1 auditus impatiens 82.a.b.2 veritati qui contradicunt, deficient 228.a.2 cur contradicatur 82.a.b.2 veritatem vnus cuiusque rei ex natura & virtute esse 28.b.c.1 verum non separatur ab esse 24.c.1 vestis in scriptura 160.a.1 vestis inconsutilis Christi 184.e.a.2 vestis nuptialis quæ sit 175.a.b.1 vestis impiorum quæ sit 344.d.e.1 veteris testamenti lex in vigintiduos libros distributa 187.a.1 res gestæ, spiritualium rerum figuras habent 326.c.d.1 de veteribus Hilarij iudiciis 137.c.d.1 via Dei quæ sit 237.238.a.1 via veritatis quæ sit 261.c.d.2 via peccatorum quid sit 190.b.1 via quatenus sit Christus 56.a.b.2 via quæ ad vitam ducit angusta est, & tribulata 261.c.d.2 via ad cælos difficilis & angusta, ad interitum spaciofa & lata 148.b.c.1 viam Christo parare quid sit 237.d.2 viam peccati ab aliquo amoueri quid sit 261.c.1 viæ Dei sunt imperuestigabiles 333.e.2 in viis suis qui ambulent, qui in viis Dei 260.c.2 vicissitudo piorum & impiorum secutura post hanc vitam 303.a.b.2 victoria Christi quæ sit 232.a.b.2 videre filium, est videre patrem 76.d.e.2 vidua spiritualis quæ sit 320.b.2 viduarum iudex Deus est 240.a.1 viduarum domos quomodo pharisæi exedant 176.c.2 de vigilantia præceptum 179.c.2 vigiliarum Iudaicarum mystica explicatio 162.b.c.2 vincula spiritualia quæ sunt 304.305.a.1 vindicta Deo relinquenda 334.b.c.2 vindictæ diuinæ descriptio 244.a.1 contra vindictam priuatam 145.a.b.2 vindictam

I N D E X.

vindictam non exercendam esse exemplum Davidis 290.c.2 an vindicta in hostes suos David precatus sit 272.c.1 de vinitoribus qui missos ad se ob recipiendos fructus, interficiunt 174.d.e.1 vinum myrrhatum Christo oblatum 184.b.c.2 vinum compunctionis 221.d.e.2 vinum nuptiarum in Chana Galilææ creatum, non mixtum 14.c.2 virga Apostolica quid 198.d.2 prohibita Apostolis, quid significet 133.a.b.1 regni, est doctrina regni 179.c.d.2 virgines prudentes & imprudentes 179.c.d.2 viri sanguinum qui 219.b.1 virtus Dei in his quæ gesta sunt, sentitur 14.d.e.1 quomodo stulticia mundi, & contrã 18.e.a.2 in diuersis membrorum nominibus vna eademque est 314.b.c.1 virtus diuina ex miraculis ad similitudinem diuinæ generationis 14.c.2 virtutes in cælo plures 17.d.e.2 vita patris & filij eorundem est essentia 126.c.d.1 vita huius seculi non est vita 272.a.1 vita cõtra æternitatis profectum suscepta, miseriarum origo est, non vitæ 223.a.1 vita alia est post vitam 226.c.d.1 vitæ huius vsus sine misericordia Dei nullus est 226.b.c.2 varietas 226.b.2 vitia sunt vincula, & compedes diaboli, quibus irretitur homo 357.e.2 vitia terreni nostri corporis filij sunt Edom 332.c.1 in exordijs statim enecanda 332.a.2 in viuorum regione hinc non sumus 272.b.1 vnctio Christi 98.b.c.2 vnquentum boni operis est fructus 181.d.e.1 vnigenitus filius vnus est, plures verò virtutes 17.

d.e.2 vnitas in patre & filio nõ ad voluntatè, sed ad essentia referenda 337.a.2 vnitas & combinatio differunt 346.c.d.1 vnus & vnum sunt pater & filius 53.c.2 volucres cæli, immundi spiritus dicuntur 149.d.e.2 voluntaria opera quæ 279.c.d.2 voluntas patris & filij eadem 76.d.e.2 voluntatis vitium est causa omnium contradictionum 82.a.b.2 crimen pro facti pensatur inuidia 183.e.a.2 non voluntatis vnitas, sed essentia est in diuinis 337.a.1 voluntatũ dissidentibus motibus, dissentiens sit animi sensus 82.a.b.1 votum pro desiderio 169.b.c.1 vota Christi quæ 315.316.a.b.1 vota qualia debeant esse 229.e.2 vota de die in diem reddere, quid 224.a.b.1 vsia quid 125.d.1 vterus quid significet 105.c.1 vulpes quid designent 149.d.e.2 vultus pro Dei iudicio aliquando ponitur 337.c.d.2

Z

Zabolus pro diabolus 214.d.e.2 fur est peruigilis 179.b.c.2 zelantium exempla 287.a.b.1 zelus Dei 286.e.2 zeli Dei vis ibidem zelo Dei qui agantur 286.287.a.1 quis irascatur 287.a.1 ziphæi quid sonet Hebraicè 209.b.c.2 ziphæi David, Iudæi Christi proditores sunt ibidem zona Apostolorum quæ 208.e.a.2 significet ibidem

¶ I N D I C I S I N H I L A R I V M F I N I S .